


...tatem a dicta sede nobis formam. Ita tamen quod ijdem subdelegati nostri nichil in preiudicium dicti domini Petri [illegible]
...sint vel obesse dictis Subdelegatis nostris et eorum cuilibet potestatem omnimodam denegamus. Et si contingerit nos super premissis in aliquo procedere de quo nobis potestatem omnimodam reservamus et non per vos vel aliquem vestrum
...huiusmodi in nostris litteris specialem et expressam fecerimus mencionem. Processum autem nostrum huiusmodi et dictas litteras apostolicas volumus penes dictum dominum Petrum vel procuratorem suum remanere et non per vos [illegible] petentium quidem sumptibus et expensis. Absolu-
...detineri. Contrarium vero faciens prefatis nostris sentenciis ut premittitur latis ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus et habere volentibus petentium quidem sumptibus et expensis. [illegible] presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum
...nostras vel earum aliqua incurrerint seu incurrent nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum
...exinde fieri et per Notarium publicum subscriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique Sigilli fecimus appensione communiri. Datum et Actum Constancie provincie Maguntine
...sub Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo decimooctavo Indictione undecima pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti [illegible] Anno primo
...Februarij hora meridiei vel quasi. Presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao [illegible] plebano in Slatina Olomucensis dyocesis, Burchardo [illegible] sacri palacij causarum [illegible], Leonardo presbitero pataviensis [illegible] Nicolao
[illegible] dyocesis et quampluribus alijs fidedignis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Nicolaus Wendelini alias [illegible] clericus [illegible] dyocesis publicus apostolica auctoritate Notarius [illegible]
et interpositioni ac requisitioni [illegible] ac omnibus aliis et singulis
premissis dum sic ut premittitur per dictum dominum Johannem [illegible] et coram [illegible] et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui
eaque sic fieri vidi et audivi ideoque presens publicum instrumentum per alium me aliis occupato negociis fideliter scriptum exinde confeci publicavi
et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione Sigilli dicti domini Johannis [illegible]
et de mandato eiusdem signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

Sermones [illegible] et Eple [illegible]

Sermones et Epistole B. Gregorii Pape.



Explicit. Item eiusdem de arcitudine vite

Omnes homines qui sese student
ab humo tollere et inserere celestibus
quique naturam mortalitatis eminere
et via felice conversacionis emu-
lari extra intimitur ut studio bone voluntatis
angelorum incorrupcionem sequentes appropinquent
deo. Incorrupcio enim ut scriptum est hominem
deo proximum facit. removent se quantum pos-
sunt spiritu virtutis a corpore et penitus absistunt
a carnali concupiscencia morientes quidem super
terram huius vite secundum imitacionem passionis Christi
viventes autem evangelicam vitam iuxta conversa-
cionem vite domini ex resurreccione mortuorum.
Qui enim inquit Christi sunt ait beatus paulus
carnem suam crucifixerunt cum viciis et concu-
piscenciis. Hiis ergo cursibus olim quidem parvu-
lus. aqua pro vino. et cibus modicus pro da-
pibus optimus est. Propter quod et vigiliis continua-
ris quam sompnus et noctes pro diebus agunt
et crebrior apud deum per oraciones colloquia
et vigiliis excubie et nere ut apostolus dixit
in carne ambulantes non secundum carnem mili-
tantes. Qui autem ad plenam huius excelsi per-
feccionem sicut in verticem montis excelsi ascen-
dere non valent. saltem in secundo virtutis
gradu consistere studeant ut immoderatam carna-
lium concupiscenciarum habundanciam circumcidant ut
se ad deum vocacionem non penitus alienos sint
et hiis que circa huius mundi sunt occupacionibus
non omnino teneantur. Ubi enim voluptates multe
ibi et avocaciones plurime que adeo separant
gula et ebrietas. quarum comes est corporalium
commixcionum delectacio. Hec autem vita magnas
anime causas attrahunt quod exuberantem rerum
copiam exigit vita luxurie. Et idcirco nullam acqui-
rendi sollicitudinem strangulat animas corporis fer-
ventes ne desit expensis affluens sumptibus im-
pendens. Ergo imitemur loth illum beatum
fratruelem abrahe qui de terra Sodome
et Gomorre cum igneis imbribus ardere
cepissent manibus angelorum eductus exivit
et cum in monte confugere et illic ab incendio
dampnate urbium tutus manere pigebat ut
senex ne deficeret a fatiga in montis ascensu et
ignibus apprehenderetur. Verebatur autem et an-
gelos ne contradicens precepto dei quod per ipsos
acceperat perimeretur ab ipsis quia in montem
confugere timebat. Unum ergo minimum de so-
domiticis urbibus oppidum ad salutis refu-
gium donari sibi poposcit a domino. Et quia
arciorem petere vitam timuit minima autem pro-

missis possessione elegit. datur ei primum quidem
in tantum modica de magnis illis urbibus
opimis et deliciosis liberatus salute in
magnis periclitantem urbibus in exiguo ob-
tinet. Propter quod et ipsa civitas que prius
Balac vocabatur Segor appellata est id est
salvatrix. Segor autem munere dei qua pre
civitatis habitaculum erat adhuc assumens auda-
ciam ascendit in montem. Tales quidem
et nos efficiamur ut primum fugiamus copio-
sas et circumfluentes huius mundi delicias que
similes sunt Sodomitarum corruptis exuberan-
te terrarum moribus. De quibus dicit deus quia
in saturitate panis luxuriabant. Coartamus
autem multa in modica ut non intendamus ex mul-
tis epulis et comessacionibus et distensione
ventris subsequentibus intemperanciis sicut in-
cense sunt Sodoma et Gomorra et confines
earum. post ea vero modestia victus nostri fru-
galitate nutrientes animam. procedente in me-
lius refrenande corporis consuetudine ascen-
damus ad perfectam abstinenciam castitatis. sicut
in ipsum montem salutem et verticem virtutum
confugientes a sensu huius incendii.
Ne ergo delicias sodomitarum ne sodomi-
tica patiaris incendia. fuge fornicacionem
discede ab omni luxuria. respue gulam. abdica
ebrietatem et omnis ignis sodomiticorum fomites
interimet ipso victor extingue. Si enim inquit
accenderis igne inflammaberis et ipse tibi
eris auctor exitii. Sunt te voluntariis li-
bidinibus excitata viciorum flamma consump-
serit. non agamus similem infidelibus vitam
sed agnoscamus fide discernimur ab eorum etiam stu-
diis et moribus dividamus. Declaret vita
tua cotidiana actio tua confirmet tuam
ad Christum caritatem eundem carnalibus con-
cupiscenciis discessio tua ne quis te contra discipli-
nam et decus nominis christiani indecenter am-
bulantem videns dicat. Iste est ille qui celestis
vie sectator qui angelice honestatis imitator
qui denique summi ipsius pudicicie magistri disci-
pulus habebatur iste ille electus a mundo qui iam
celestibus angelis comparabatur qui se in adven-
tum celestis sponsi preparabat seque eius lateri
continuus adhesurum presumebat. In hec ergo
post laudem obprobria devenire pervenies.
ita age ut glorificetur per te magis quam blas-
phemetur Christus qui dicit honorificantes me
honorificabo et annullantes me despicabuntur
que utique despice et pro nichilo habe committeris
etiam si verbo honorare videaris quando

vita arta

vita lata

Segor

absolute christiani

non scandalū nomīe fidei tue vincens / per opm
tiorē prauitatem blasphemaē cogitis eū / cuiꝰ
nomen pferre audes et voluntate gerē de
tractās / sicut econtra hii qui digna xpo vita
agunt manifestam virtute eius et admirabi
lem gram apud omēs faciunt. Vt illud verbū
dni impleant lucéat vīa bona opa coram
hominibus ut videntes ea honorificent prem
vrm qui in celis est. Memento quia xpo
sacrata sunt mebra tua nō misceant mebris
meretricis / nō polluas templū sanctificatum
dno ne fias aspn alienus. Non em capit
quod scm est in templo polluto. Que em in
quit comunicatio lucis ad tenebras. Nō abuta
ris naturā contra nam̄. Filiorū em creationē
nō nomīt lex natūe et ppter sobolem pro
creandam coniungitur vir mulieri. Concubitꝰ
aūt superflue voluptatis emita. Nuptie p
fugiū fornicationis sunt et mulier data est tibi
in adiutorium. Ergo licito honestoqꝫ consortio
ob hoc tantū vtere et commercium inhoneste co
mixtionis effugias / neqꝫ contempnas q nō
iam hodie in ope peccatorum vindicat xpūs.
Quanta em paciencia sustinet tanta et se
veritate restituet. Nequid em inquit misce
per singulos dies nisi comisi fuitis [illegible]
sim vibrarunt. Et quanto te peccantem ut
converatis expectat bonitas indulgentis
dei tanto inte nisi conversus fuis eundem in
dias censura procedet. Dicas unde psens tps
et futurū nec est. Noli ergo de longo tempore spa
cio remissione nō timendi tibi ad peccandi
licenciam sumere. Sic loquimini inquit et sic
facite sicut qui per legem libertatis iudicandi
estis. Et si sedm carnem vixeritis ut alter apꝰ
dicit morieremini si vero spū facta carnis morti
ficaueritis viuetis. Adiunge itaqꝫ et colloquere
spui et nō tibi pualebit caro. Nolite inquit
inebriari vino in quo est luxuria sed implemini
spū sancto cantantes et psallentes in cordibus
vris dno. Hec remedia anime domestice deo.
Omnia aūt hec frequenter audiamus sicut ver
ba sacra spiritualium auctorum. Reddamus vo
ta et impendamus orones dno vocanti nos
ad vitam eternam. Omnis ergo o homo dei in
dutus xpm / fuge omnia que sunt incentiua
carnalium cupiditatum / idest convivia comes
sacionū et temulentias crapularum. Et non
dico sedm humanū pverbiū ne substanciam tuam
perdas. carnalis em hec cura est et sedm
humana utilitatem familiare consiliū / sꝫ
dico ne spiritualem que multo potior est sub

stanciam salutis amittas et spiritalium diuiciar
inopem te facias. Non solū aūt hec nō bapti
satis dissero et predico sed etiā baptisatis pcipio.
Sicut em is qui illuminatus est gre dono dignum
se debet prestare accepto diuinitus munere.
ita qui adhuc eiusdem gre munere candidatus
est in eandem spem simili fide currit dignū se de
bet facere gre consequende. Timeat em ne post ag
nicionem dei cuiꝰ signaculo iam pnotatus est si
nō dignus agnicione precepta inuenitur indignus
etiā sanctificationis munere iudicetur. Idem em
inquit vitam consecutus sum quia ignorans feci
in infidelitate / superhabundauit aūt gra dni nri
ihu xpi cū fide et caritate. Tu aūt si sciens
peccas in fide positus metue ne dono gratie
priueris / sed magis ppara cotidie p omnem
diem et noctem dno. Qui em regem suscep
turus est parat et ornat domū / ut digna sit
introitu et mansione regali. Nam quis audeat
in sordida et inculta domo regum aduentum
suscipe. Nec sane sub vna die domus adornatur
xpi sed p totum vite nre etatem / eius principi
reseranda humani pectoris aula componitur.
Sed peccasti penitent ergo te. Emundat em
pnia peccatorem et repat ad satisfactionem. Ideo
pueniens et Johannes ppara vias dno et
precipiens dignos fieri fructus pnie ut fuge
rent ab ira ventura reconciliati p donum bap
tismatis in spū sancto. Quod sctz donum bap
tismatis qui adeptus fueris ne reuertaris ad
peccata que remissa sunt tibi / neqꝫ in delicta frequen
offendes relinquens ea / et reuertens rursus in
ea. Neqꝫ em ut canis ad suum vomitum aut sus
in lutem volutabri contra insinuantem inni
conabilem et immundorum natura te ducat.
hoc em p sacram dicens trade te verbo dei et sanc
precii studio ut nature carnalis immoderatas
appetencias dei sermo contineat et assidua ad
dem omēs arceat / ut et naturam tua opere diuino
bona competenter in sua mensura custodias / sicut
equum eum temperans et frenans agitator is
disciplinis atqꝫ ita et dno tuo non execrabilem
facturam suam in temetipso iuxta naturam tua
compositus exhibebis. Non em vult opifex
nature et creature nre corruptionem in nobis
videre opus suum. Itaqꝫ sanitatibus et reme
diis spiritualibus integrum te conserua. Vt et
nunc et in illud infinitum seculum diuino creatori
placiturus assistas et nō pro modica in breui
in hac vita corporis voluptatem eterne btitudis
detrimentum capiās. Ipse aūt dns fabricator
nature nre et omni accidenti modo langor

medicus et fautor bonorum dator dirigat volun
tates in bonum et pficiat cursum nostrum in salute
Ihesu Christi gloria in secula seculorum amen. Explicit. Inci
pit de decantatione martirum et deprecationibus

Martirum memoria celebrimus et pari
tes nos in deo interesse convenitur.
Quid vero cause sit quod tantam
poterit impedire devotionem que ve invitus
non adito. Sed fortassis de itineris spatio con
usabimur. Hii quibus virtus amara est et videtur
et asperum et iacturam vite existimant contep
tu presenti voluptati. Sed isti eo tremunt
peccant quod culpas suas falsis mendaciis
allegationibus excusare. Quid queso desi
diam tuam itineris longinquitate coloras cum non
horror laboris sed tepor fidei segnitiem
generavit. Sicut enim studiosis animus et alacr
fidem nichil est quod valeat impedire ita desi
dem et negligentem omnia impediunt cuncta retar
dant. Martires propter Christum suum sanguinem
pfuderunt nobis autem proximum et pro ipsa sum
frequentia delectabile iter onerosum ducitur et mo
lestum. Illi propter Christum capita posuerunt nos
vero ob Christi amorem nec ipsos dignamur limi
nos excedere civitatis. Et quid tibi de martiribus
dico. Dominus tuus volens propter te mortuus
est. et tu propter temetipsum nec martirum me
moriis interesse et que tibi pro huius laboris
horror infligat dispendia non sentis. Oportuit
te hodie interesse et inde dyabolum superatum
martirem victorem deum glorificatum et ecclesiam
confessione suorum militum coronatam. Sed omnis
excusatio tua. Peccator sum iniquus nec valeo
semper sanctorum interesse memoriis. Equidem
optarem ut hec vox ex affectu procederet etenim
quod venie tibi fructus primus germinaret :-
Peccatorem te p[illegible] fiteris adverte quia hec
vox eius est qui [illegible] ad veniam tendit. Satisfa
cientis est hic sermo et confitentis non negli
gentis et contempnentis. Quapropter tu carissi
me si hanc vocem qua te pronuntias pecca
torem ex affectu pferres non hunc tantummodo cre
deres pfessioni nec in hac sola voce spem
venie collocares sed curreres ad dominum tu amicos
curreres ad domesticos eius apostolos et martires.
Sed amicos ipsos adires quo ipsis primas sum
deus peccatis ipsis satisfactionis tue primus faceres
fidem isti te de offensa isti te de omni iracun
dia liberum facerent et securum. Nunc vero quia
ante tu ad orationem non curras laicis. Non

possum quia peccator sum. Si te aliquis orante
et non solum orantem sed die noctuque orationi
insistentem trahere vellet et ad aliud sollicitare
negotium si quis te martir loci circumeuntes
ad curam seculi revocaret. Hec tibi vox erat
contrario pferenda hoc est competenti sermone
repelleres dicens. Non possum te sequi non possum
ab oratione non possum a satisfactione discedere peccator
sum et deo meo peccavi. satisfacio prius quam
abeam et amplius iam non ero. Quid me
ad ea revocas per que offendi. peccatorem me esse
non nescio. Manum posui super confessionis
mee aratrum contendo ultra non respicere que retro
sunt. Quid me revocas. quid me retardas.
Sine me dum dies est per me vestigiis ambu
lare: dum dies est in qua ne me inferni
tenebrarum comprehendat nimirum ille de quibus
dicitur in inferno autem quis confitebitur tibi. Hec
igitur tibi homine si peccator es et dicenda sunt et
agenda si peccator es in qua. Quare enim queso te
iustum esse existimas absque peccato aut quem sibi
hoc audere arbitraris ascribere. Peccatores nos
esse omnes in nostra confessione cognoscite. Sumus
quidem peccatores sed idcirco nobis pro redemp
tio hostia condonata est idcirco oro et ieiunium
idcirco ecclesia que est celestis medicina stola
in qua sunt omnia animarum medicamenta recon
dita. idcirco denique nos terminus ad eam sollicite
convenire ut unusquisque languentium medico
suum vulnus ostendat cum ab eo sanitatem absque
dubio recepturus. Ideo enim scientes nos esse
peccatores omni studio ad medicum convolamus quia
novimus non esse sanis opus medico sed male
habentibus. Convenimus ad has medica stolas
in quibus recondita sunt vulnerum medicamine :-
Quantascumque enim dyas adversus animarum potest ex
cogitare plagas multo plures et numero et
virtute Christus invenit medicinas animarum in hiis far
mathotecis hic confectas et repositas omnes
Verum non nos in foro tantum hic medicus non
in plateis non in spectaculis non in turbis. Secre
diamur paululum de domo de cognatione de pa
tria non loco sed mente non egressu sed sensu
non in vicissitudinem conversatione sed in conversatione non preteri
tentes sed pfitentes ut angustam viam ingredi
valeamus in qua currentes nunc cum currenti
bus post cum gaudentibus gaudeamus. Nullus
est nostrum alienus a peccato sicut nullus potest
esse inter mortuos liber. Nolo autem credas me
hoc de parte generis pronuntiare humani :-

Omnes nos hoc sermone conclusi. Non gentem
non tribum non etatem excepi non sexum
Et ut summam rei breviter noscas ibi sacerdo
tes ac levite et qui divinis vident altaribus
ministrare vicijs et passionibus non carent carnis
quia sunt similiter ut omne hominum genus carne
et sanguine compacti nervis atque ossibus col
ligati. Ut autem adhuc amplius aliquid dicam
nos quoque ipsi qui in ecclesia summum videmur
tenere apicem dignitatis et sacris sedibus
illustrari. Nos inquam ipsi Principes sacer
doti et magistri populorum atque doctores varijs
errorum circumdamur agminibus multi frequenter
subdimur nonnunquam etiam delictorum labe ma
culamur sed tamen misericordis dei clementiam
intuentes de eius bonitate minime dubitamus
homines enim sumus ex mutabilibus compositi
elementis et limoso pulvere figulati. Sed qui
ipse novit figmentum nostrum redemptionem nulla
tenus desperamus. Et licet nonnumquam poten
tioribus promissa potentiora tormenta quia
multo gravius est docentem quam eum qui docetur
errare. De eius nichilominus clementia et pie
tate presumimus quod ubi culpa est gravior illic
sit gratia maior. hoc autem omne quod in ecclesia geri
tur divine dispensationis providentia novimus
salubriter procuratum ut sancti quique viri et
per fidem christo commortui et huic seculo iam se
pulti viventes autem non sibi sed ei qui pro nobis
mortuus est et resurrexit in medium diversis
culpis subiaceant ac vicijs et humane passionis
casibus obsistent mistice hoc spiritus sancti do
no assignamus mirarique consulendo subiectis

Simit

Non sint Principes populi super modum efferri sed
humiliat altiores et freno quodam conscie
infirmitatis eos faciat proprie recordari Si
enim ipsi non peccarent si nullo possent crimine scribi
delicto immunes quidem et veri iudices circa pec
cantes existerent nec misericordibus culpis veni
am tribuerent sed fierent acres et crudeliter
desevirent et nec satisfacienti locum nec tempus
tribuerent penitenti. hec autem divine dispensationis
norma non rudis est non novella sed antiqua
et multis ante seculis instituta ut duces et
Principes populorum hactenus liberi a peccato non
essent idest non tales essent qui nunquam omnino
peccarent ne puritate sua alienas maculas
non ferentes severe in eos culpis tenerent
et sine moderatione iudicium abscindendo exami
nantes ac puniendo peccantes et consequenter
tanti crudelitate iudicij omne corpus ecclesie
amissis et discerptis quodammodo membris debile
redderetur. Ut autem manifesta tibi possint esse
que dicimus duo idest unum de antiquis et aliud
de novellis ponamus exempla quo facilius
probes assertionem nostram omne verbum sub iura
tum sint duobus testibus roborata. Ipse igitur
iam ipsum rei spectaculum ponamus in medium
Credende erant Petro apostolo claves ecclesie primo
credite sunt ei claves regni celorum. Credenda
quoque ei erant populorum innumera multitudo
que esset per suam naturam vicijs passionibus et cul
pis involuta atque peccatis. Denique sic ad eum
salvator tibi inquit dedi claves regni celorum
Deinde insequitur dicens. Et quecumque ligaveris super
terram erunt ligata et in celo et quecumque solveris
super terram erunt soluta et in celo videlicet ut in
clavibus fidelis ianitor in suis esset fide
lissimus dispensator. Erat enim venerat hic pe
trus paulo durior et crudelis sicut eius severi
tatem truncata ob christi iniuriam servi prin
cipis sacerdotum auricula declarat hic igitur tam
durus tamque severus si etiam donum non pecca
di fuisset adeptus que venia commissis plebis
donaret. Sed idcirco divine providentie secretum
temperavit atque permisit ut primus ipse laberetur
ac rueret in peccatum quo circa peccantes duriorem
suam proprii casus intuitu temperaret. Cerne
tu igitur divini muneris erga salutem
hominum circa quantumcumque sollicitudinis impendatur
adverte. Totius corporis morbus in ipso capite
curabat ecclesie et in ipso vertice componit mem
brorum omnium sanitatem in ipsa confessionis christi
trepidatione in ipso immobilis fidei fundamento
in petro scilicet ille qui dixerat etiam si me opor
teat mori tecum non te negabo hic est petrus
qui divina revelatione primus omnium veritatem
meruit confiteri dicens Tu es christus filius dei
vivi hic tantus et talis ve[...]nit ad illa nocte
in qua dominus tradebatur et [...] cum se calefacere
vellet ad prunas accessit ad eum puella hostia
ria et dicit ei Et tu hesterno cum homine hoc
eras At ille mox rendit Nescio hominem istum
Quid agis petre. Quid loqueris Intuere
quid sis interrogatus vel quid interroganti
responderis. Vox tua repente mutata est
Ubi illud plenum fidei et amoris modum persi
diamque commissum est. hec est illud omne quod
cito sed non tanto sermone promiseras Non
dum fidem tuam aliquis temptavit nondum te
ob christi negationem adversarius terruit ipsius
licet non dum es apud reges et presides propter

nomen eius exhibitus. non tibi flagella non
dum sunt tibi admota tormenta. Primis pu
elle sermone turbatus ad negationis solacia
confugisti. Sed iterum tibi puella prima repe
tit vocem. Et tu inquit hesterno cum homine
hoc eras. Et respondisti Nescio hominem istum
qui sit. Cuius enim queso est qui te interrogat
quod tam cito negasti. Non est servus non
est liber non pharizeus non scriba non certe
sacerdos. Non miles non centurio non spicula
tor nullus postremo eorum qui ante sum pos
sit formidine inducere confitentem. Mulier
te supplici voce interrogat et fortassis nec pro
ditura confessum nec vero tamen mulier sed
puella. Et non solum puella sed et hostiaria vi
le procul dubio abiectique mancipii. Verum
stupendam. Puella accedens fidem petri per
didit. Et mirum si soliditatem petre non turbo
non ymber sed roris gutta concusserit. Petrus
labia puelle non sustulit. sed ubi locuta est
et ille turbatur. Processit sermo puelle et
immobilis calumpnia concussa est. Verumtamen
instabat illa interrogationibus et dicebat Et tu hes
terno cum homine hoc eras. Petrus autem com
gis oppressus formidine hominem se scire ne
gat. Fine respiciens Christus. sicut fecit re
missa sermonum. At ille intelligens factum con
versus est ad primam et amarissime flevit
Agnovit enim sibi ut hominem peccati irrepsisse per
macem. Ideo totum actenus ut nemini divinus
procuratum est quam erat Petro prelior multitu
do credenda ne forte in maior erga delinquen
tes et durius existeret sed in puniendo indicas
se sibi poneret formam sed haberet exemplo eadem
clementia uteretur qua erga se sciret divinum
moderatum. Petrus enim orbis terre magister et
doctor peccavit et veniam impetravit ut
venie iure ac indulgentie norma inchilo
et repulsa indicantibus preberetur. hec autem
ideo dixi quia nec nos qui divinis minister
mus altaribus qui sanctis sedibus honoramur
alienum esse possimus a peccato. Sed tamen non nos de
dominica clementia et misericordia convenit de-
sperare. Tanta enim eius erga homines est libe
ralitas ut ubi habundavit peccatum illic ma
ior gratia exuberet. Denique ideo non ange
lis non archangelis a[illegible] arbitror commissam
sacerdotum potestatem nec d[illegible] cum ipsi minime
peccaret in peccatores sine ira vindicaret
homo eligitur et homo passibilis super homines
ordinatur ut cum ipse in aliis suas reco
lit passiones mitem se erga eos prebeat

et benignum. Offeres enim adulter angelo
offeres fornicatorem archangelo mox cursu
eum absque ulla interrogatione condempnat
nec accusator urgetur intenta probare nec
accusato liberalitas examinis commodatur
sed ante interimunt et ante puniunt quam
obiecti criminis probat ore proprio vitatem.
Verumque ad huius rei assertionem unius michi
non sufficit testis. sed et promisisse memini
me duobus causam probaturum exemplis atte
ntem Heliam producimus in medium. Heliam il
lum dico qui vere procurabo hominem celeste
angelumque terrestrem super terras ambulantem
et in celis commorantem. hominum degentem
et ipsa celorum fastigia conscendentem. cuius
lingua clavis celi est firmamentum nubium et fibu
la pluviarum istum in qua tantum et talem pona
mus in medium. ut causam de qua nobis est
sermo manifestius comprobemus. Propositum
enim michi est et hoc in hodie hic agitur ser
mo ut quosdam sanctos viros et quibus ipsi com
missi sunt addocendum medium culpis et passio
nibus subiacere divina tamen providencia con
cedente scilicet ut cum ipsi peccantes veniam satis
factione mereantur erga subiectos cum forte deli
querint eandem teneant in ultione clementiam.
Cum enim in diebus Helye scisso iam in duas
partes populo iudeorum Achab per successiones veni
ens regni israhelitarum apicem obtineret Jeza
bel externe gentis feminam et prophane men
tis duxit uxorem. Cuius cura atque instancia
ita ydolorum profecerat cultus: ut in sacrilegii
ritum et rex pariter traduceretur et populus grassa
batur in iniuriam dei. Dyabolus antique ar
tifex tyrannidis quemadmodum deitatis religio
nem non iam instituens et exornans calcabat
divina lex et cuius sacerdotum premebat et cede
bant prophete et altaria tollebant. Stupebat
omnia et cum quasi comissi sacrilegio flaminis perhorrebant mun
dum dico in omnibus tabescentem et quod mem
bris speciebusque sine nomine creatoris ascribebat
error humanus. Sed queris forte ut tibi pro
betur utrum peccantibus hominibus mereatur clemen
tia. audi Jeremiam magnificum prophetam divino
ore clamantem. Expavit inquit celum super isto
et tam commota est quia duo mala fecit po
pulus meus me dereliquerunt fontem aque
vive et foderunt sibi lacus contritos qui non
potuit aquam continere. Turbata ergo exiunt
elementa. turbata non officio sed affectu quod
post unum ut dixi deitatis nomen homi-
cis error imponeret famulatumque soli de

bitum conditori ydolis ceca devotione preferret. Erat igitur hic helias medius in tanto discrimine animarum, erat medius in tanto mundi naufragio quod non aquarum inundacio sed penalis et ceca dyaboli emulacio invexerat orbi terrarum. Solus enim hic latentibus certis velut lucerna ardens offerebat se hiis quos caligine profunde noctis videbat inmersos nunc curando nunc arguendo nunc etiam commonendo. Sed nec lumen ceco nec surdo prodest inferri sermonem. Crescebat in dies error infaustus et omnem creaturam mortis umbra contexerat. ad omnem formam omnemque speciem inclinabatur miserum hominum genus. Quid enim de sole luna ac stellis de terra ac mari principalibus dicam et clarissimis elementis. Cunctis animantibus altilibus quadrupedibus et reptilibus muscis quoque et vermibus ceterum et singularis dei prosternebatur ymago. Quemadmodum igitur ferret illa mens tota pietatis et fidei helie dico prophete tantam ruinam tantamque perniciem animarum. Jacebat ipsum illius corporis regio morbo constrictum et velut exanime iam et sine sensu discerptis membris et per ripes ac scopulos per nemora litoraque iactatis miseras misere divine ymaginis reliquias possidebat nullum hinc potum nullum medicamini genus prodeat sidaret membra quinque appositis respuebat. Ferro erat utendum nimis tenore sanandum cauterio violento curandum. Consequitur tamen ut teneretur a capite inquit ysayas usque ad pedes. Quapropter helyas non iam ut solebat lenis ac mitis sed immitis atque severus accedit ad ipsum corporis caput id accedit ad regem achab et dicit ei Vivit dominus deus virtutum deus israel in cuius conspectu sto si fuerit ros aut pluvia hiis annis nisi oris mei sermone. Magna vis prophetice dignitatis. humanus sermo est et divinus effectus. In terris homo loquitur et imperio eius celestes obediunt potestates. Commovet omnem creaturam unius sermo prophete et miro modo homini tonante aera tellusque tonuisset. Turbatus est humanum ministerium ordo et a seculis instituta elementorum armonia cotidie cum sicco humidum calido frigidum negaretur. Sed elementa penam suam recta suscipiunt dummodo vel in salute hominum vel in honore proficiat conditoris. Turbatur rex et omne hominum genus comperto prophete iudicio consternatur. Iubetur helyas secedere ac pastibus celitus ministratis sustentatus est. Deinde torrentes desistunt potula. Procedens enim velut ignibus sitis ipsa quodammodo terre intralia penetravit. confestimque omnia arescit. Vella erat agrorum gratia. pratorum nulla venustas. ripe quoque virgultis quondam floribusque preterite squalore turpissimo fatistebant cum fontes aquis. flumina cursibus privarentur. Migrat inde propheta et ex dei precepto transit preparata cellaria cotibusque affectionis oblitus de se cogitant solo non commovetur humanitatis nec ulla flectitur pietate. Non respicit ad ipsa iura nature non parvulum sub matris sicco ubere exalantem senem ac iuvenem profunda inedie nece fessa non iam corpora sed cadaverum torno preterit vultum. Non exoranti colono non supplicanti respondit agricole. sed crudelior feris et belluis in amore effectus omne humanum despicit genus. Et ut obmittam quid intus secus lateat sacramenti quod de terra iudea ad sydoniam mittitur regionem: unde caput et causa malorum iezabel oriunda videtur quid ne hiis misterii signaret. quia absurdum est tramite egredi dictionis. illud breviter perstringetur quod pergit ad viduam penuria laborantem et in ipso vite extremo mortisque confinio constitutam que exierat ut ligna colligeret et tam sibi quam parvulis suis extremum victus subsidium prepararet. Adest helias ad mulierem inedie squalore confectam que non movetur non cunctatur non revocat pedem sed ingerit se et inmergit sitque ei ipsa clamor famis et dicit ad eam Da michi parum aque ut bibam. O si tibi bone homo vidua respondisset et iusta te voce repellens diceret quid petis a me quod omnibus abstulisti. quid queris a muliere quod mundo negasti hec omni unitas et hec penuria oris tui auctore prolata est in. Maior devocionis et evangelice non indigna mercedis frigide aque potum prophete defert sitienti. Ego ante refici ego ante debeo satiari et tu venis ad me. Sed nullo horum mulier nec corde nec ore usa sermone est. Maior devocionis et evangelice non indigna mercedis frigide aque potum prophete defert sitienti

Addit quoque helias et dicit Affer michi eciam
buccellam panis in manu tua. At illa
Vivit dominus deus tuus si est michi panis
nisi manus plena farine in ydria et
modicum olei in vase. et nunc ecce ego col
ligo duo lignella et ingrediar et faciam
illum michi et filiis meis et manduca
bimus et moriemur. Sed quid ad hec
helyas. Confide inquit et intra et fac
secundum verbum tuum. sed prius michi fac
panem subcinericium. tibi autem et filiis
tuis facies postea. Et abiit mulier ut
faceret. O magnificum mulieris animum. O in
mutabile mentis propositum. O vere venera
bile mentis propositum. O vere venerabile
postula statim. Potum petita mox offert
et quod regibus fortasse iam deerat quod
divites non habebant hec vidua velut ex
habundancia erogabat. Postmodum dat pa
nem quo absumpto cum filiis suis erat de
postero moritura nec habere se negat sed fa
tetur simpliciter nec metuit prodere veritatem
et non tam postulanti sed quodammodo exigen
ti omnem tamen pandit in medium quantitatem
victus et numerum personarum ut non tam
hospitem vellet habere quam iudicem. Non
dixit. Non possum facere quod iubes. Nec ait
considera in domina non tam de se quam de fi
liis tabescentem. considera parvulorum cho
rum nec me illis auferas nec matrem pa
rvulis tanta orbatam prole relinquam. Non
ait tu es utique qui orbem terre famis
sua condempnasti te omne genus homi
num insistente deperiit deinde transisti pa
triam tuam. omne pene gentis tue pro
vinciam peragrasti. nusquam tibi dives oc
currit nusquam locuples obviavit qui
esurientem susciperet et reficeret ieiunan
tem. Ego tibi sola occurro. aut ego iam
sola remansi que preter penurie egesta
tem etiam mole opprimor filiorum que ta
tam natorum plebem plagam ipsa patior
graviorem. ecce domum non ut spicas
colligam sed lignella non ut alimenta
deferam sed fomenta et quos fame libe
rare non possum conor saltem a frigore
defensare. Certe quia tam crudelis es
ut non consideres quid iniungas. Illud
saltem contentus esse deberes ut no
biscum pariter ederes quod remansit vel
prius sineres parvulos saciari tunc tibi
quod remansisset offerri sed singulariter
tibi preparis fieri cibos et non solum singulariter
sed et vix primitus saciari. nulla te misericordia
convenit tua nec ipsa nature religio inter
pellat parvulis et lactentibus extremum de
ipsis dentibus auferre vis cibum sed nichil
horum illa aut egit aut dixit quin ymmo intre
pida currit et imparata consumat. Erat in
illo tempore spectaculum angelis hominibusque
gratissimum. quod inter gentes nutrita propha
na vidua mulier iam tunc esset filia abra
he. multo hospitalior ipso parente multo
humanior fidei genitoris. Erat quidem
abraham hospitalis et erga peregrinos
magno distentus affectu sed erat rerum
opulens. erat dives aderat ei posse quod
vellet. quare nec minor erat animus quam facul
tas sed censum animo superabat hec vero que
non solum marito sed facultatibus vidua
ta erat non solum vitalibus terminis sed et
temporis malo constricta ad tantam deve
nerat paupertatem ut in domo nichil nisi
quod augere famem poterat possideret p
[illegible] sed turbam ipsa media geminaret.
Sed in hiis omnibus magis liberalis ani
mus et mens devota pergit et ut pre
cepit homo dei fideliter complet. Suscepit
prophetam et refecit. Quo ergo ore qui
bus vocibus hanc feminam laudem ni
chil michi dignum occurrit quod tante
virtutis animum valeat exequare. Conside
ra enim quemadmodum studio humanitatis
omnem vim desperit naturalis affectus.
Non de se non de parvulis cogitavit nec
eam amentis proposito tenuerunt nec
proprii sexus infirmitas nec materne gra
parvulos viscera pietatis. Vendidit in
se nature officia hospitalitatis intuitu
et effectus est devotus erga hospites
matris animus filiorum crudele sepulchrum.
Quantum enim ad illam spectat mortui sunt
parvuli et genitricis quodammodo manibus
strangulati atque sepulti quantum autem ad
dei misericordiam vere mortui non sunt sed
famem atque medie atque ipsius temporis cladi
quia soli materna fide vivunt et soli ce
teris perentibus convalescunt. Confestim
siquidem et propheta tantam fidem intu
ens et digna fide remunerans ait Vivit
dominus quia ydria farine non deficiet
et vas olei non minuetur. Facta est igitur in
manibus vidue propheme torcular et mo
la iugiter fundens. Et quid dico mulier

maium. In verbo prophete tota domus vidue si-
liorum est facta cellarium. Non ibi ros. non
ibi pluuia. non veris aura; non calidi so-
lis flagrantia. non bos mugiens non arator
non agricola. non colonus sed omnia et in
omnibus sermo prophete affatim vidue
ministrabat. Verum nos ad propositum redeamus
breuiterque monstremus audacem hominem
helyam et precipue virtutis admirande qui-
dem gratie. sed execrantur de duritie. Occurrit
achab prophano regi atque furenti et recedens
paulo inferiorem prophetice dignitatis con-
stanter eum arguens sacrilegii crimine notat
quia tamen et prius esse indicant plage. Nam
de duobus quinquagenariis duabus igne con-
sumptis quis non admiretur eius in tanta
animaduersione duritiam. Ut ergo vidit hely-
as tantum se incassum mundo innexisse pro-
tiem deficere terrenis humanum nec conuerti
perire omnia nec ab ydolorum cultu discedi con-
uenit achab. ut congregaret omnem populum
et omnes falsos prophetas et ydolorum sacerdotes
in monte carmelo. Et accedens ad populum
ait eis. Quousque vos claudicatis utrisque
pedibus. Si est dominus deus sequimini eum si
est baal abite post eum. Dentur itaque nobis
duo boues. michi unus et sacerdotibus ba-
al unus et inuocet unusquisque nostrum in
nomine dei sui. et cuius deus in igne respon-
derit ipse erit dominus deus. Placuit ante
uniuersis sermo prophete et ait sacerdotibus vos
quoniam plures estis facite primum. Et fecerunt. Et
inuocabant usque ad vesperam et non erat vox
nec erat auditus. Et cum facta esset hora
incensi ait. Venite iam et me facere. Et fecit
helyas altare et iussit fieri vallum et ait
Afferte michi aquam et effundite circa al-
tare. Et attulerunt et effuderunt. Et ad-
huc ait Iterate et iterauerunt. Et ait ad-
huc facite tercio. Et fecerunt. Sed unde cur
etiam hoc faciat et diligenter aduerte.
Habebat beatus helyas et pignus prophetice
dignitatis et pro diuini cultus studio
scientiam omnium que in templis demonum ge-
rebantur. nouerat in ecclesia incepta potius
tormenta quam callida. etiam huiuscemodi con-
positam fraudem qua facilius viderentur
dic miserorum ut ante eorum non simpliciter ante
pedes delubri statuantur sed pendentes turpi-
do semper quia structa est regio subterranea
fornice simuletur ad quam ex aduersa parte con-
tam pietas omisso aditu descendebatur

ac per patulas cauernas spirantes ignes do-
li minister sacrificii tempore clandestinus officiis
subministraret quo accensus miserorum animus
dum nullas desuper uidet adhibitas flammas hos-
tiamque cernit ex improuiso comburi per inuisi-
bilem potentiam ignes de celo credat esse dela-
tos. Ne ergo hoc incredule mentes etiam de
diuinis suspicarentur altaribus vallumque fieri
iussit et aqua iussit expleri ut vel si qua
esset sub altari fouea proderetur. vel descen-
dens deorsum aqua latentes utique ignes
extingueret. Nec vero sufficit semel rigasse
locum. tercio id agitur. Sed nec hoc est propheta con-
tentus ipsa altaris ligna precepit inundari ut
omni fraudis suspicione semota diuine potes-
tatis esse virtutem nec rex nec populus nec ipsi
dubitarent demonum sacerdotes. Et accedens
helyas ad altare exclamauit dicens. Domine
deus meus exaudi me in igne hodie sicut ex-
audisti in aqua ut cognoscat populus hic quia
tu es dominus deus considerans antiquam et recto-
rem elementorum. Et ecce inquit clamante eo
descendit ignis e celo hostiamque consumpsit. Et
helias comprehendite inquit prophetas confusio-
nis et nullus euadat ex ipsis. Et compre-
hendit et occidit eos achab quadringentos
quinquaginta sacerdotes baal. Et audiuit
Iezabel uxor achab et mittit ad helyam
dicens hec michi faciant dii et hec apponant
nisi crastino posthac animam tuam sicut unum
ex illis. Sed quid ad hec helyas talis tan-
tusque propheta respondere eum metus operat
sermo. quem et ipsum ut culpe subiceret tacui
scripsit humana conditio elationis nichilominus
vitio precedente. Sed nolo me hoc sermone
terminatorem existimes esse sanctorum non enim
ministros arguo. sed salutis viam studeo pecca-
toribus aperire quia dum illos magnificos vi-
ros in aliquibus apparuant minime caruisse dei tamen
clementia non fraudatos finaliter salui sperare
abiecta desperatione confidat. Quid igitur
Iezabel hec faciant michi dii et hec appo-
nant nisi posthac animam tuam. Hec audiuit
helyas et fugit viam dierum quadraginta.
O violentia verbi pro formidinis causa.
Audito mulieris verbo fugit helyas et fu-
git non uno non duobus diebus non tribus
sed ingressus est in eo sermo mulieris et
quid ageret nesciebat tanti itineris spa-
cio metu exagitante iactatus velut cum
secundo flatibus cursu impulse nauis ar-
borem violentius ex aduerso turbo corri-

prorumpit impetuque reflexerit ita prophete animi virtu
tem velis navigantem in leve proturbat sermo
totamque eius navem pondus formidinum fluctus
turbato rectore laxavit. Quid ergo tu Hely
as. Tu ergo es qui verbo clauseras celum
et firmamentis ymbres qui mandaveras
aeri et divinos deduxeras ignes qui flores
salubritatis intersitu usseras sacerdotes qui
constanter exprobraveras regi quod ipse et
domus sua populum everteret israhel qui dix
eras vivit dominus si erit pluvia aut ros nisi
nisi verbo oris mei qui domum vidue spi
carium arcam et torcular feceras olearium
qui omnibus imperaveras elementis. Ser
mone unius meretricis audiens expavisti
et una te muliercula profugum fecit timo
ris que captivum. Rem stupendam. Vide
duos istos viros magnificos et celis cla
riores velut duas civitatum arces in sub
lime porrectas muliebribus fatigari. Petrus
timet puellam Jezabel deterret Helyam.
Et quia eiusdem culpe vitio uterque subia
cent amborum naturalis infirmitas vim
sortita est proditorem. Fugis ergo Helyas
viam xl dierum. Ubi est zeli tui ardor in
continens. Ubi constantie flamma. Ubi
auctoritas libertatis tu dicebas Vivit dominus
si erit pluvia super terram vel tu regem in
cominus arguebas ultrices flammas
celitus deponebas alia tantumque minanda
facientis unius adultere non tulisti sermonem.
Sed considera quid in hiis ostendatur karissime
quia sancti quamdiu homini dei gratia cooperatur omnia
secunda sunt omnia sibi elementa serviunt princi
pes paruerunt reges adorarunt et ipsi ve
nerunt. Si vero se vel pro peccatoribus vel correc
tionis causa superni ab homine suspendat auxi
lium confestim fragilitatis nature monstratur
mox insurgunt que videbantur subiecta prius
et que ante ut deum metuebant incipiunt
etiam esse terrori. Fugiens ergo Helyas ve
nit ad querendam locum et obdormivit ibi.
Et venit ad eum deus dominus scilicet ad servum
et ait Quid tu hic Helyas velut notans
eum timoris et fuge quid tu inquit hic
Helyas. Putas ne fugisti et furor te unius
mulierculae profugum fecit. Ubi est illa
constantia ubi libertas. Disce decetero non
tibi ipsi confidere et proprie tu rebus secun
do cursu fluentibus imputari virtuti. Ve
runtamen Helyas respondit et dixit Aliud
quidem mente retinens aliud ore depromens

Domine prophetas tuos occiderunt altaria tua
demolierunt et ergo relictus sum solus
et querunt animam meam. Hoc hoc est. Hoc
est animi tui karissime hic sermo hec cogitatio
que tum prophetam de ipso deiecit fastigio in
torum totumque hominem demonstravit. De
inde mox eum corripit sermo divinus
Non ita est inquit Helya. Falleris et
humane cogitationis laqueis irretiris
non idcirco fugisti nec te ideo quia solus
esses regina perterruit nec enim tu es
tantum modo qui non adoraveris Baal
sunt michi fideles famuli sunt multi
aucta est septem milium virorum letissima
virtus qua nec error humanus inclina
re nec manus talis cogitatio potuit
elevare hii omnes non curvaverunt genua
ante Baal sed stabili poplite ad instar
celestis exercitus me semper adorant. Fu
gisti ergo non quod ut solo furor adultere
deserviret sed quod tibi hanc elationem gene
rit magnitudo virtutum ut tam arrogan
tem ferres de genere humano sententiam. Erat
quia paululum mea gratia deserendus ne si
tibi tante elationis frena laxarem lapsum
incurreres graviorem sed disceres bene facta
non tue virtuti ascribere sed divine. Non igitur
alia ex causa fugisti nisi quod recedente gratia
mea mulier te minaci sermone deterruit.
Consideremus ergo karissime quanta vis fuerit
in adultere sermone gratia recedente quanta
formidinis magnitudo. Quadraginta
diebus oberrat fugiens Helias per invia
et deserta tantique ieiunii metu conster
natus non sentit esuriem. Quid agis He
lia ubi est ut sepe memini iam illa omnibus
stupenda fiducia. Ubi os illud metuendum
ubi lingua terribilis alternis imperans
elementis. Sed hec tibi ut dixi constabat
gratia instante. Vide ergo karissime quemadmo
dum in terque culpe permittitur subiacere
tantus propheta ut emendatus ab elationis
vitio atque correctus interno vestiatur mo
derationis et clementie indumento. Iam ergo
eruditus es et doctus in Petro atque He
lia quemadmodum eos dominus cuius causa patitur
[illegible] sibi delicto quemadmodum illos fi
dei pietatisque signiferos et quasi humani
columpnas permiserit metu durante quas
sari ut posterorum doctoribus et magistris esset
exemplo adeo sibi non peccandi munere con
donata gratiam ne tu ipsi auspiciis ac vi

tus essent alieni erga peccatores dure criste
rent et crudeles. Sed tu forte quis sunt
delicto preventus non statim abiciat nec co
dempnet. sed compaciant ac lugeant
consolentur et renocent commodent iacenti
affectum et impertiantur viscera pieta
tis et caritatis porrigant manum et
erigant lapsum. spem ei divine clemen
cie promittentes. sub qua etiam se viuere tator
exemplo comprobant misericordie. hec autem nos
ut iam meum non iustos culpando sed
peccatores ad spem erigendo protulimus et
primo quidem virtutes eorum extulimus dein
de culpas intulimus ut et formam caute
se iustis et peccatoribus salutis portum fi
delissimum monstraremus. Hactenus igitur
et tu karissime. caue si peccator es. sinde
iniquus te culpe peccati convenitibus. Si autem
iustus es semper in scriptura sua inquietque
ponum ut earum ammonicione recorderis regni
in celorum et eorum bonorum que promisit deus
diligentibus se. Cui est honor et gloria in
secula seculorum Amen. Explicit. Incipit
de despendio boni operis ad beatitudinem perpendam.

Omnium quidem descriptoris questio
num absolucio illi soli ita ut est
nota est qui dixit ego sum veri
tas. nos autem oportet pia vo
luntate et sensu spirituali ad inquisicionem
diuinae scripturae accedere scientes quod
si aliquid vere inuenimus et in hoc ipso
inquirendi studio replenimus boni desi
derium mentis attente deo manu fines beati
dinis eius eximus de qua dicitur. Beati
qui implent desiderium suum ex ipsis. Qua
lis autem sit huius concupiscentie species obiectio
beatitudinis satis declarat audire volenti
bus idest prudenter audientibus. Et si non
poterimus ad plenam veritatis ipsius in
telligentiam peruenire. nec sic tamen longe
erimus ab illa beatitudine quam capiunt qui
implent desiderium suum neque enim si non
cepimus id minus cuius prandi potes
tas maxime nam posita est reprehen
sionem sustinebimus. Sed si in hijs que
agere propriumque parcamus primum laudis in
te adipiscemur. Cum ergo omnibus demo
stratum est non solum nullius periculi sed et
plurime utilitatis esse scrutari diuinas
scripturas discutiamus in illam euangelii
parabolam. que est de patre et duobus fili
is. nam huius rei causa et deone i demum hec

comparaciones nobis contexto ordine super reca
tate sunt. Queritur ergo ille quis sit senior
frater qui ex dimidio data sibi patrie sub
stancie porcione custodivit et inseparabile
apud se sui vitam agere dilexit. qui vero iu
nior qui accepta similiter ex dimidio partis
sua pergere profectus sit in longinquam
regionem. et prodigalitatis illic omnibus
patris sui facultatibus ad inopiam redac
tus porcos alienos pascere coactus est. Et
et qualitatem pene eius non amittamus
ecclesiastica patris promptam remissionem
modestiamque pietatem qua reuertenti filio
discessionis preterite leuitatem et dissipate
substancie flagicia non exprobrauit. sed venien
tem clementer suscepit et occurrens salu
tat et granulas osculatur. induens recepi
escit mem. et vitulum illum saginatum plenitu
dinis recepti filii epulum immolat in quo
compunctus senior dixit patri. hec que pro
ptees digesta exposicio sensibus nostris
plenius intimauit. Inter cum enim est an
dinia prudentiam cum pequa et quid volens
de prepositis saluator ostendere. Similiter pa
bolas ad iudeos aperuit. Si enim nobis
causa talium comparacionum patuerit tunc et
eam que de ipsis sentimus aut racionabilis
congruit veritati facile demonstratur. Sunt
itaque qui dicant de duobus filiis istis seni
orem angelos esse et archangelos vel omnes
celi milicias. Iuniorem vero hominem ponunt
qui in longinquam peregrinacionem abiit qui
in terram de celis et paradiso decidit et ap
tant quasi consequenciam respicientes ad cau
sam vel statum Adam. Sed hic sensus primus
quidem videtur nescio tamen si verus
sit. Dicet aliquis. Quare iunior filius
prior ad penitenciam venit sua sponte re
cordatus preterite (presentis) habundancie et patris
sui sicut habet series leccionis dominus autem
veniens ad penitenciam vocavit humanum genus
cum sua sponte regredi unde ceciderant cogi
taret. Deinde senior filius si chorus est an
gelorum celestium sicut predictum est quomodo et
in reditu et salute fratris sui et in vituli
immolacione tristatur. cum in eodem euangelio
suo dicat dominus leticiam esse in celo apud angelos
super uno peccatore penitenciam agente. Discucientes
ergo huius parabole racionem non ut illum alium
intellectum vituperemus sed magis ut cum
sensu illo id quod non sentimus vobis diiu
dicandum arbitrijs conferamus. Nam ei

causa exponimus et dum sermo subiungit de su
periori causa has parabolas introductas Sicut
prefati sumus singularum in hiis parabolis per
sonarum memoriam faciens murmurabant
iudei et urebantur inuidia quod a domino
ihesu peccatores suscipi simul cum eo comedere
et publicanos libenter doctrinis saluato
ris intendere uiderent Ad hanc ergo con
insolencia iudeorum aspiciens dominus quia
reprehendebatur ab eis incipit primam de
pastore illo parabolam. Ubi nonaginta et
nouem omnibus derelictis ad unam que er
rauerat requirendam abiit et subnec
tit huic aliam parabolam de dragma quam
perditam intra domum suam accensa lucerna
mulier inuenit Deinde hec de filiis du
obus parabola subsequitur secundum dispensatio
nem et prouidencie diuine ordinem historiarum ce
ptarum terciam faciens Nam quia ipse primum
pastor et auctor salutis nostre est seductum
hominem et dolo dyaboli perditum saluare inci
piens et perfecte restituere hoc est numero cente
simo reddere in quo perfectionis plenitu
do inueniretur huic initium comparacionis fecit
Subiungit autem et mulieris personam ar
guens iudeos docens autem ecclesiam ut in
telligant has figuras parabolarum in operibus
domini saluatoris impleri. ut a precepto de
lapsum hominem quasi errantem ouem diligens
pastor inquirat quem hominem et dragmam
nominat propter regalis monete similitudi
nem figuraliter in dragma quod per nomine genus
est hominem significans quod illi tamquam nu
mo ymago et inscripcio regis celestis sculp
ta sit Inuenit ergo eam dragmam mulier
accensa lucerna et mundata domo inuenit
hoc est homo illuminatus verbo nostra dei gratiam
nature sue ad ymaginem creatoris sui factus
est quam obscurata peccatis domo cordis in
tenebris erroris amiserat et mundatis sen
sibus reperit et gaudio gaudet cum omnem
immundiciam interioris aule studiis discip
line spiritualis absterserit et contractas anime
de rebus et curis secularibus sordes oracioni
bus et macerationibus expurgata discusse
rit Secundum predictum ordinem consequenter
adnectit parabolam de duobus filiis collacionis
ut michi uidetur faciens non de iudeis tamquam
fortibus neque perditis degentibus sed popu
li eius qui per primam salutem redditur quem
minorem filium nominat hoc est hiis minorem
qui ab eius superiore usque ad saluatoris hu
manum aduentum secundum iusticias legis uiu
entes iusti uidebantur Ergo quod ait
iuniorem et seniorem non in ordine tem
poris sed in uoluntate qualitate proponens
ei qui non uoluntarie sed alieno dolo circum
uentus errauit sicut ouis idest inrationabi
li animali imprudentem hominem comparans
sollicitudinem pastoris adhibet ut que
rat perditam et reportet inuentam. ei uero
qui arbitrii libertate utitur ut recog
noscat unde deciderit penitere et reuersio
nis utilitatem accommodat Unde hec in
ter parabolas supradictas racio distinc
tionis est secundum personas uel merites pec
cancium ut pater filium non requirat pere
grinantem sed recipiat penitentem. pastor
uero ouem errantem et non sapientem
reuerti requirat et humeris suis refe
rat Videamus nunc si consonet que signi
ficata sunt ad hanc exposicionem Dicit scrip
tura diuide pater michi ex equo filiis duobus
substanciam suam Et quia substanciam hic euangeli
cus pater diuidit filio spirituali nisi sapiam
intellectum scienciam boni et mali que uere
opes anime sunt et potencie bene utendi :·
Dat autem hic pater diuicias suas ex equo.
non enim quisquam aut iustus aut peccator
nascitur sed que ex deo est prima naturalis
hominibus substancia racionalis equaliter cunctis nas
centibus datur de subsequente autem commer
cio unusquisque plus aut minus huius
substancie possidere inuenitur dum quisque et
ipsis per similitudinem uoluntatum negli
gentes deperierunt diligentes autem
custodiunt naturalia bona alius enim
memores et intelligentes dona creatoris
ea que a deo patre sumpserit ita ut sunt
patris esse credens quasi paterna custo
dit alius autem sue ex se sibi existimans
sicut proprie possessionis licencia dissipan
di abutitur et cito perfligata facultate pe
natur Describitur autem in istis et eciam de
ter ostenditur libertas arbitrii quam nature
racionali specialiter indidit creator
deus Vide enim quomodo pater iste nec illum
discedere uolentem retineat ne liberi
arbitrii auferat potestatem neque alium ma
nere cupientem cogat abscedere ne forte
sequencium malorum que postea huius suo vi
cio acciderunt ipse potius auctor esse uidere
tur si illius uoluntatem proprie libertatis
abscinderit Utrique et petenti dat quia ex

nobis non ex deo inopie et offensionis nrē
causa prosistitur Accipiens aut ptem sua
iunior pegre inquit abiit longe Quod
aut ait longe nō locor intervallum sed
declinacoem mentis expressit Tm enim ob
liuionem dei cepit sit vere pegrinatus adeo
dicit sicut econtra conuisacio secularis non
solum pegrinum sed alienum adeo hoiem facit
Et ut breuiter dicam sicut pegrinantes affectu
psolamur dnm sic pmanentes in urbis
terrenis a celestibus exulamur Denique et
Cayn exiit a facie dni et longe efficitur
nō quia locus aliquis foris esset a conspectu
dei sed qd sua mente diuisus exisset a diuin
respectu pfecto mentalem separatus adeo hac
ergo pegrinacoē pmagna ignorancia
pegrinatos fuisse quosdam fratres beatissi
mus Paulus ait Vos aut qui aliqn lon
ge fuistis nūc aut facti estis ppe Sumus
ergo pfectus pegrinacoem iunior illo fili
us abiit et deuorat pdicte porcionis sue
de paterna hereditate substantiam utique spiri
talibus destitutus opibus idest prudencia
et intellectu porcos pascere adigitur hoc
est sordidas et inmundas cogitacoes in
aia sua mittere Et edit escas irraciona
biles praue conuersacoīs dulces quidem
egenti bonor quia suaue pueris videtur
oīe opus carnee voluptatis ꝙ sedimo
desiderii et comptacio vite est que virtu
tem et fortitudinē aīme nō mō nullam
pstat sed penitus eneruat et pimit huius
modi cibos quasi porcinos et male dulces
qd sunt carnalium delectacoīm illecebre sili
quarum noīe scriptura designat Itaque
ille digressus a patre et in longinquam
pegrinacoem profectus patitur interim
aliena consumptis facultatibus que sup
dicta sunt omnia digna pueris et postea
malorum suorum uirtute constrictus hoc est
fame et egestate penitet erroris sui et
sentit quid sibi ipe nocuerit qui vino vo
luntatis sue se de patre ad alienos de do
mo ad exilium de opibus ad inopiam de
habundancia ad famem transtulerit hoc i
loco seruitutis et miserie consistens inca
pit cogitare de reditu et sciens ipe reputas
dicit Dicam patri meo Peccaui in celum et
in conspectu tuo suscipe me sicut unum de mer
cenariis tuis Vnde scriptum sunt prem
non hoiem intelligi debere sed deum quod
quidē nō solum celum nominat in confessione

Peccatorum penitens simplex sed addit in conspectu
tuo Deus enim inspector omnium solus a quo
nec in corde meditata peccata abscondi pūt
Scrutatus inquit corda et renes deus Verum
nobis in hoc loco celum intelligatur et dūs
nr ihūs xpūs ad quē hii gentiles qui inte
nebris infidelitatis manentes blasphema
uerunt iam conuersi ad fidem et confitentes ve
ritatem dei in prima erroris sui in iste dicunt
Peccaui in celum et in te Tm enim in celum
peccat quod et si supnum tamē visibile ele
mentum est ipe est qui peccat in hoiem
quē suscepit filius dei p salute nrā et pro
de et in preciem deum omnia speculante peccat
Huius igitur cogitatus resipiscentem et p con
fessione humilitate ex regione longinqua
remeantē filium ad se videns pater letatur oc
currit amplectitur et osculatur Aperte hic
caritas in homines diuina describitur Quid ei
est aliud quod occurrit nisi quia nos pctis i
pedientibus nra virtute puenire ad deum
nō poterimus ipe aut potens ad infirmos
puenire descendit sicut in Zacheo opibus
ipis significantē exprimitur ꝙ cum de side
rasset videre dnm desiderantis tamen sa
lutiferam vndacoem peccatoris domum ingredi
tur communionisque participat ostendens visibili
gracia inuisibilem sanctificacoem quia dei sa
piencia familiariter cor credentis ingreditur
credenteque participat sancto Ergo occurrens filio
reuertenti supfunditur collo eius et inen
larrimas requiescit Osculatur aut psd
emissa de corde confessio penitentis excitat
qua pater letus excepit Deinde mox iubet
ei stolam illam primam pferri i pristina
gloriam qua ex sedimacoe diaboli inudatus
amiserat reddi simul et anulum dari sine
signaculi salutaris symbolum seu magis de
sponsacoīs insignarum et imprimarum pignus
illarum quibus xpūs ecclesiam sponsat
tū omnis aīa respiciens p anulum fidei ingi
tur xpo Mandat et calciamenta pedibus ap
poni aut ppt communienda vestigia ad cor
ripiendam viam et plubricum mundi istius
iter fixus incedat aut ut exclusō incenti
angelicis calciamentis carnee cogitacoīs
luto mundos pedes in inmaculata conuersacone
conseruet et dirigat aut ppt mortificacoem
membror Vite enim iure uersus in scripturis
pedes appellantur et mortificacoīs spes calci
amentis ponitur quia de caduum mortuorum
pellibus conficiuntur Addit et vitulum

saginatum immolandum in conuiuium exhibitio
ne sine dubio dominum nostrum ihesum xpm quem
dedit pater in victima pro salute nostra
quem vitulum nominat propter hostiam corporis
immaculati. Saginatum autem vere dixit quia
pinguis et optimus in tantum est ut pro tocius
mundi salute sufficiens sit odorem suauita
tis et incorem ymolacionis ad deum mitte
et omnibus exornire propter quod eciam hic
mistica racione dictum est. Patrem dare aliis
imolandum hunc vitulum. ipsum vero gaudere
et epulari in victima vituli sui. Sic enim
inquit dilexit pater hunc mundum ut filium
suum vnicum pro salute eius daret. Non
ergo ipse ymolauit sed aliis ymolandum
dedit. Permittente enim patre consentiens
filius ab hominibus mactatus est. ipse autem
pater qui fide nostra pascitur et pro nobis filii
sui ymolacione letatur gaudet in reditu filii
et comunicatur in vitulo quia misericordie sue
sentit imolacione filii sui gaudens crea
tor de acquisicione ipsi credentis epulatur.
Videns ergo hanc leticiam patris suus filius
senior contristatur. huius persona illis opera
riis comparanda ascribitur qui similiter in
ewangelio post operacionem vinee ad xpm mur
murauerunt quod illis toto die in opus labo
re confectis illum qui ad vndecimam horam
venerat precio mercedis equasset ad quos
dixit ipse conductor. Amice si ego bonus sum
quid tu malus. Hii autem hii sunt ad vnde
cimam venientes qui ex gentibus saluantur.
Iohannes apte clamat. Filii nouissima hora est
Nichil autem differt vtrum duodecima an no
uissima hora dicatur. Hii sunt ergo qui mur
murant qui laborem et estum tota die por
tauerunt nisi hii qui iusticias legis egerunt
et seruitutis antique pensum reddiderunt
Vide autem quam apta sunt verba que apte dicuntur
ut ab aliis qui in lege iurerunt dei indicat
Quid enim est quod dicit de agro veniens
nisi significans de legis operibus venientem
et illis gloriantem et qui diurnos labores
imputante Vnde ait Mandatum tuum numquam
preterivi et nunquam dedisti michi hedum ut
pro me ut epularer hoc est nec peccatorem
prima requie tradidisti. Hanc enim inquit
fecerit que legis sunt viuet in eis. qui autem
non fecit punietur ex ipsis. Pro isto autem
qui formatus est et saginatum inquit vi
tulum illum dedisti id est filium tuum dilectum
sicut supra diximus. Sed quid ei respondit
pater. Tu semper mecum es oportuit autem
isto gratulari quia perierat et inuentus
est. mortuus fuerat et reuixit ostendebat
et in hoc verbo manifeste hominem qui pec
cando vita exciderat et obnoxius morti
factus fuit ex tensione saluari per penitenciam
in adopcionem filii redire. Bonum autem hor
tamen qui permanserit in bono hereditatem
tem paterna iugiter possidere. Itaque si
peccaueritis. O homo festina ab omni
do reconciliari deo ut ex mercede fi
doris recipias. vel credi gratiam donatum ti
bi perdidisti. Fiat autem magis permanentes
vos in fide coheredes esse domini nostri ihesu
xpi quia ipsi est gloria et virtus in patre
et spiritu sancto ante secula et nunc et per
in omnia secula seculorum Amen. Explicit

Incipit de constancia martirum et [illegible] eorum

Quam speciosa et grata ciuitas
nobis eminuit et totius anni di
ebus splendidior dies festiua
perfulsit non de ortatus solis radiis illumina
ta peclarius sed de lumine sanctorum nostrorum sup
thorum fulgoris emicante illustratur
sublimius. Multis enim solibus illustrio
res sunt marcis et magnis luminibus cla
riores. Propterea hodie si dici potest celo
ipso ornatior terra letatur. Sed in hac
comparacione non attendas cinerem sanctorum
corporum nec fauillam reliquiarum carnalium
neque ossa consumpta temporibus. Sed ape
ri oculos fidei et vide eos diuina virtute
mundatos et gratia spiritus sancti amictos i
dummodo luminis claritate meditantes. Hii
ergo ipsi de superno solis circulo in terra
velut radii xpo emittente iaciuntur
et a corporibus eorum prosilientes tho
rusca luce fulgoris sicut spem ecclesie
gaudentis illustrant ita fane dyaboli
inuidentis obcecant. Nam ut audaces
latronum duces sine impii sepulchrorum
effossores si forte dum predas agunt aut
spolia capienda conquirunt in arma vel or
namenta imperatoris inciderit quibus impi
di perdant tamen ita agnitis regis insigni
bus deterrent ut fugiat neque cominus
accedere vel attingere audeant. Vnde sibi non
compendium procedere sed periculum imminent i
minere si quid inde audeat vsurpare ita
profecto et demones qui vere latrones et
principes et magistri sunt vbi coronatorum
nostrorum corpora viderint posita longe illico

atque spiritu eorum fingunt pavidi et absiliunt. Non
enim ad naturam eorum interitu mortale intendunt
sed tartharea dignitate et gloriam Christi qui
in agone certantium indutus corpora martyrum
suorum sicut arma portavit. Huiusmodi ar-
ma non angelus non archangelus non ulla alia
creatura virtutis induta est sed ipse dominus
virtutum et angelorum. Et sicut Paulus pro-
clamat dicens: si experimentum queritis pha-
as mine Christi. Preciosa enim sunt corpora martyrum
qui plagas pro deo exceperunt, quia stig-
mata per Christum in membra sua impressa tr-
ansferunt et sicut corona regalis variis la-
pidibus undique fundata fulgores varios
emittit, ita et sanctorum martyrum corpora acceptis
pro Christo vulneribus sicut preciosa distinctis
gemmis omni regni dyademate preciosiora et
spectabiliora redduntur. Et illi quidem specta-
culorum secularium presules sive arbitri quos
greci agonithetas vocant, promoteres certa-
minis magno muneris ambitu esse existimat
qui iuvenes et robustos in stadio luctato-
res introduxerint ut de pugna ostentatione in-
signe miraculum spectatoribus prebeant. Hic
vero in spirituali stadio in agone non ita
est sed omnia e contrario. Agone enim ponens
Christus non talem qualem illi tyranni agonithe-
te sed horribili et pleni timoris. Non enim
hominis contra hominem luctamen sed hominum
adversus demones pugna est. Tale igitur
certamen proponens nobis Christus non iuvenes
nec exercitatos ad luctamina athletas sed
pervenientes adolescentulos et in ipsis senem
Eleazar similiterque mulierem annosam matrem
septem adolescentium. Quid namque hic
novum est quo parvus invalidum et adhuc te-
neram imbecillem in harena et plenum indu-
tus etatem. Quis enim unquam hoc vidit vel
audivit mulierem in ultima senectute po-
sitam dimicasse et terribilem mortis au-
disse conflictum. Nemo huiusmodi factum audi-
vit unquam. Sed ego inquit admirabi-
le hoc et novum quod neque auditum aliquando per-
ceptum est ipsis operibus demonstrabo.
Non enim talis agonitheta ego sum ut cer-
tantes exitum in aliqua certaminum vir-
tute constituam, sed ipse assisto luctan-
tibus et auxilium prebeo et manum porrigo
athletis meis et quod ex proprii arbitrii
libertate susceperunt de bone voluntatis
affectu ut profectibus meis et nomine
meo dimicet id in victoria ipsis procede-

mei est minus auxilii. Ergo tu videris mu-
lierem annis effectam senio tremulam
baculo indigentem in certamine inducta co-
gressam, prelio passionis dissolvere crudelem
tyrannum furentis insania et de incorpe-
is virtutibus triumphante et dyabolo pua-
lente et fatale vires illius confidentem
cum potestate maiore admirare divinum agono-
thetem Christum et obstupesce ad intuendam
Christi virtute tuos athletas non corporis ro-
bore sed fidei virtute luctantes. Infirma
eorum natura vel etas est, sed qui eos vin-
cit Christus potens est. Resoluta sunt corpora se-
nectute, sed solidate sunt mentes desiderio
pietatis. Non est sensibilis hec pugna
neque visibile certamen. Noli ergo istos ath-
letas extrinsecus considerare sed ingre-
dere sensu incomparabili ad interiorem eorum
habitudinem. Conspice fidei eorum firmita-
tem ut intelligas quia qui contra demo-
nes pugnat non robore corporali neque vali-
da compage membrorum indiget nec de etate
iuvenili fiduciam sumit sed et si tenere ad-
huc adolescentulus in flore primevo agit
et si senex ad extremas etatis sue metas
pervenerit, tamen vero fortem habeat et corro-
boratam vitam nichil de etate vel modi-
ca vel extrema defectu certaminis impeditur.
Et quid dico senem et iuvenem, quando etiam
mulieres expedite ad hec prelia cucurrerunt
et illustres coronas adepte sunt. Nam illi
extranei nobis id est mundani agones et
etatis et forme et generis dignitatem requi-
runt. Unde et servis et mulieribus et senibus
et pueris ad eos aditus denegatur. Iste vero
apud nos omni persone omnique etati et utrique
sexui indiscreta facultate stadii patet ago-
nis ad eundi communicemus. Et una libertas
est ut prompta omnibus sine invidia bonita-
tem et ineffabilem spectatoris veri virtute
cognoscas et apostolum sermone opere confir-
mari videas, quia virtus in infirmitate per-
ficitur. Tunc enim pueri et senes super na-
turam valent et minus viribus modum
etatis excedunt evidenter operantis in ipsis
gratia dei manifestatur. Et ut plenius appa-
reat quia infirmitas athletarum victorum
que in exteriore est, clariores facit esse vic-
tores agendum et senes et pueros relin-
quentes infirmiorem ipsis producamus in
medio mulierem illam anum et septem pue-
rorum matrem. Nam labores ipsius non

modico huius certaminis impedimento sunt. Quid ergo huius primus aut potius admirabimur quod et natura in sexum aut quod de etate huius prelijs in matura aut interne compassionis affectum. Mater enim erat unde facile eam potuisset in tormentis viscerum suorum vincere materna pietatis nisi divine pietatis amor virtutis virile fide animi pectus armasset. Magna enim hec impedimenta sunt ad eius certamini animus intentio summa indiget pariam. Ceterum vero aliud huius magis hec dicam quo et virilem mulieris fortitudinem et callida dyaboli versutia consideretis. Quid autem hoc sit diligenter inspicite. In mundi demonis maligna calliditas non prima eam terruit matrone sed post filios eam duxit in plurimum. Una causa hoc. Ob hoc utique ut precinentibus in conspectu eius septem filiorum supplicijs deiceret sensit eius enim virtutem mentis in matre fregisse varia crudelitate supplicijs ei spectaculis orbitatis sue tunc iam enervatam et consumptam maternis doloribus facile vinceret et in ruinam mortis impelleret. Ne ergo hoc magis consideres quod filij illata sibi tormenta tolerabant sed illud magis contemplare quod mater per singulos eorum cruciatores sustinebat dolores. Et hoc bene norunt quod dicitur quecumque pariendi dolores experte sunt mulieres et matres facte sunt. Nam sepe mater si videat filium suum febribus estuare ita perturbatur ut ardores illius in sua cupiat membra transferri et mutata vice si possit egritudinis inire vicissitudinem in filium suum sanitatem suam ita omnibus domesticis malis eas que de filijs acciderint et erumpnas graviores existimant et intolerabilius ferunt que matres sunt.

Sunt ergo vera est in cunctis matribus talis affectio. ita perfecto manifestum est quia mater illa Machabeus in supplicijs filiorum puniebatur quia si ipsa patitur. Et maior erat passio in visceribus matris quam in corporibus filiorum. Si enim unius filij inusitata egritudo auditu solo viscera materna turbabunt hic non unum filium sed tantorum filiorum uno tempore pariter intersita videns mater nec absens pandimus suspices passiones eorum sed proprio oculis hauriens vulnera omnium quos peperat que non paciebatur quomodo non extendit mentem unumquemque eorum expectans horribilibus et diversarum penarum generibus cruciari et per incisiones membrorum tam crudeli quam lenta morte consumi. Quomodo tam ferali spectaculo non dissilierunt viscera eius et disrupto corpore anima exclusa est. Quomodo non a prima filij passione in ipsos ignes in quibus filius cremabatur insilijt ut simile decertis filijs suis spectaculum compendio mortis evaderet. Nam et si sapiens esset secundum mater erat et si amans dei secundum carnem portabat et si prompta esset fide attamen femine sexum gerebat et si zelo divine pietatis prompta ferveret sed et materne affectionis vinculo interior per intimum tenebatur. Si enim nos qui beati sumus frequenter videmus reum per forum dura ore firmato in morte dampnationis euntem incedente carnifice. et de solo eius aspectu frangimur tamen sufficiente habemus consolationem extra communem sanitate qua ab illius pena et morte discernimur facile metiri possimus que illa pertulerit que non reum aliquem et extraneum ex dampnacione commentam dura videbat. Septem filios simul in una die non tanta morte consumi sed varijs laniatibus penis videbat mestissima. Si enim lapidea quedam fuisset et si viscera pre duro adamante compacta gessisset ita forte non potuisset in concussa durare et nichil eorum sentire que et muliebrem et matrem perpeti ius ipsa nature pietatis que affectibus cogebat dolor. Denique cogita quomodo admireris patriarcham Abraham quod filium offerebat deo ipse et iussit in apparatu hostie manus eius pedesque constringeres et cum patria manu ymolandum altari imposuit et sapienter conferens tunc videbis quanta huius mulieris virtus extiterit. O amarissimum illud simul et dulcissimum matris spectaculum amarissimum quidem propter naturam affectionis humane et propter ipsorum facie tormentorum. dulcissimum vero quia propter virtutem fidei que delectabatur domesticarum spectaculo passionum in quo impiam sacrilegis cupiditate confessio gloriosa vincebat. Unde fortissima illa mater non frangebatur spectaculo suarum orbitatum sed pro confortabat affectu quia non pereunte eorum sanguine aspiciebat sed magis in toro

nas eorum que texebant incolis atten
ta gaudebat. Non uidebat ad receptacu
lum quale canaan patres sepeliendis quod
prouidebat etiam edificari tabernacula com
manendis. Non considerabat circumstan
tes persecutores quia videbat astantes an
gelos. Oblita est dolores partus suorum
contempsit naturam sexus sui et immemor
etiam senectutis, ipsam quoque nature ty
rannidem animo superante calcauit. nature
namque tyrannidem et bestiarum ferita
tem subigere consueuit. Sepe enim etiam
difficile est capi belua per amorem tamen
sue sobolis capitur. Dum enim natorum
suorum dilectionem vite sue preferunt ita af
fectu pietatis incaute in casses incidunt
venator qui per eius catulos eorum venatur
ut per affectionis captiuitatem perueniat ad
captiuitatem parentum. Nullum est enim
animal nec ita infirmum quod non pro filiis
suis defensandis robur assumat. neque
ita mansuetum quod acceptis catulis
non irritetur. et aduersus rapientem quanta
potest virtute deseuiat. sed ista tota ipsam
et per homines rationabiles et per animalia ir
rationabilia pari iure porrectam atque di
ffusam nature tyrannidem fidei virtute
dissoluit. Et non solum non insiluit rapien
tem seuientis tyranni neque lacerauit faciem
eius ut bestia videns catulos suos di
ripi. sed tanta magnanimitate fidelis
animi omnem philozophiam superexcessa
monstrauit ut ymolacione filiorum suorum
comparauit hortatu suo et ingereret persecu
tori et iam adhuc pueros pereuntes resi
duos ad emulationem eorum exhortantibus
verbis in palestram passionis urgebat.
Audiant hec viri usque matres et emulentur
virilem mulieris huius fortitudinem et uera
circa filios dilectionem et secundum illam huius mar
tiris matrem imitentur filios suos. Non enim
editio filiorum hec enim nature est. sed edu
catio matrem faciat hec enim voluntatis est
et ut dicitur quia non pariendo tantum sed
magis bene instruendo fit mater. audi beatis
simum paulum quomodo honorificet et co
ronet viduam. non propter partum. sed propter
educationem bonam filiorum. Dicens enim vi
dua eligatur non minus sexaginta an
norum testimonium habens in operibus bonis ut
hanc honorum laudem consummaret adiecit
si filios educauit non dixit si peperit

Quid ergo estimabimus illam mulierem per
tulisse et si tamen mulierem dicere opor
teat cum videret in filiorum membris
ministerium sua trucidari alterius amputa
tos a summis manibus digitos super
prunas ignium spargi. alium super flam
ma rota voluente discerpi in alterum
vero ferream manum mitti et unius
caput clauis configi alterius capite cu
tem detrahi et toto corpore detracta
pelle nudari et eum qui talia patiebatur
stantem fortiter insuper et ipsi tyranno
penas eternas voce libera comminantem.
Quomodo mater hec spectans eleuauit
vultum suum et os aperuit et linguam mo
uit in verba non verba materni doloris
affectu mollia sed verba virtutis. Quo
modo non recessit a carne sua eius. Quomodo
ergo dicam. Non enim in terrena proram in
tendebat sed in futura celestia preparabat.
In hiis omnibus filiorum suorum plus tor
mentis vinci timebat ne cuiquam tyrannus
preferet et per inuidiam dyaboli soluto certa
mine triumphantium frangeretur chorus filiorum
eius ne quis eorum sine corona maneret.
Et quia hoc timebat unum eorum quia iam
solus agonem superauit tamen quod non manibus
apprehendens ignem ipsa impulit verum ta
men per manibus eum verbis exhortationis
impulit tamen tamen magna trepida
cione pietatis voce patria obsecrauit eum
ne callidi persecutoris sermonibus crudeli
tate blanditiis emollitus dimitteretur
a fratribus gloriosis et consortium immarcessi
bilis corone virtutis amitteret. Nos autem do
lorem alienis exemplis audire non pos
sumus cum illa proprias et domesticas passiones
tanta dolorem intuebatur. Hec non negligenter
neque in abusione audiamus sed unusquisque
qui audiunt in filiis suis totam hanc
sibi depingat historiam et carissima pig
nora sibi in corde suo proponens virtute cor
que dicimus de suis affectionibus meditetur
quamuis nec ita possit quia naturales pas
siones sermo non potest explicare exprimitur at
tamen propriis potest humane affectionis ex
pressio. Quam bene igitur ad eam matrem
conuenit sermo ille propheticus ut post sep
tem filiorum coronas audiat. Tu autem sicut
oliua fructifera in domo dei. Nam multorum
praeliis spectaculis cum innumerabiles sepe co
ueniant bellatores. unum tantummodo ma

nec corona victorie. Istic vero de septem fra-
tribus septem eminuerunt corone. Et quia
michi undique regionem ita fertilem que
mundum tam numerosa prole fetosum. Nunquid
similes habuit procreatores. Mater filiorum zebe-
dei gloriosa quidem et ipsa apostolorum mater
sed duorum tantum. Septem vero martires nes-
cio unquam unam mulierem protulisse. Et ipsam
eius matrem gloriose sociatam in consorcio
passionis appositam. Et quidem non una neque
simplici adiectione meliorum atque virtutum. Nam
filii eius septem menbra erant tamen corporis
autem matris appositi eius. Corpus quidem
erat unum. Septem vero menbra religio implebant
in matre nunquam dilatata est gloria passionis
et corona martirum et in ea omnibus virtutibus et
gloria confluebat quia per unumquemque filiorum
suorum passa est. Et quia ipsos tales talis illa
prestat certam nobis integram mentem. Peperit sep-
tem filios emira sublimiter quorum neminem
peperit terre sed omnes celo magis autem refice-
lorum. Tamen omnes eos in vitam peperit etiam.
Ergo callidus omnis malicie machinator dya-
bolus ultima eam duxit ad certamen ea
causa qua supra exposui. ut virtute eius
prius infracta et inspectaculo filiorum pertor-
menta morientium debilitata facile postea de-
bellaret afflictam. Si enim sepe sanguinis
humani fusione videntes homines corruerunt
pavore perculsi et non modice cruciatoribus ex-
erunt ut deficiente mente resumeret et laben-
tem animam revocaret. tantos illa sanguinis ri-
vos videns non extranea sed de filiorum suorum
carne manantes quid non sustinuit aut que
non perturbacionem mente suscepit. Itaque dyabo-
lus ut supra dixi propterea quod eam post filios su-
os quasi prefractam orbitatibus et facile
vincendam in ultimum certamine induxerat id
totum in contrarium sibi accidisse persensit et
inflicere prohibet ipsa quibus vincendam putaverat
vincente confisus est magis enim confirmata
mater exemplis filiorum certamen passionis
ingressa est quam ob orbitates suas non
fracta sed forcior est facta. Non enim reliquerat
sibi pro quibus anxietur vel quibus timeret
ne forte infirmitati succumberent coronis sed
omnes eos sicut in unum reponens promptuarium
celi et ad superos pervenientes tempestuos adm-
contussa prophemus glorie regna transire gau-
debat confidens de certo et secura tam animi
voluntate et sicut corone quidam preciosissi-
mis lapidibus composite eminentem se

mam ita carnem suam choro filiorum cooptatis
ad desiderabilem ihesum premissos filios ut a-
quila subsequens evolavit ma[illegible]quam no-
bis relinquens solacium atque co[illegible]silium
pro id quod in semetipsa opere passionis pro-
bavit quod filiis valido sermone persuaserat
ut corroborata anima et sublimi sensu instruc-
ta auderet omnibus ingredi passiones et omnia
sine terrorum sine districcionum visibilium dura
fortiter contempnere. Quis enim vir queve mulier
quis vel senior aut quis iuvenis de ceteris
veniam possit accipere aut excusacionem habere
fragilitatis carnee et timiditatis humane
si propter christum sibi pericula videat inferri
quam mulier senectute confecta et tantorum
filiorum mater et ante quam tyre congressa
militis virorum per idem tempus metu mor-
tis inclinatis in sacrilegia perfidie nec dum
per salvatoris adventum extincto peccato. neque
morte devicta tantas animo et tamen virtute
tantas propter deum penas sustinuisse certe
et vicisse cognoscitur ut evangeliorum perfeccionem
temporibus legis impleverit. Hec ergo omnia cogi-
tantes mulieres et viri et iuvenes et se-
nes exemplum agonis huius tantorumque
in filiis et matre bellantium sicut in ea
bella ita in corde vero describere et assidua
vobiscum excitacione meditamini contra
omne spiritualium inimicorum. Illius paciam
proponamus nobis ad imitacionem virtutis exem-
plum. ut istic emulantes illorum sanctorum
fortitudine similiter illic eorundem coronas
possimus adipisci. Quanta illi sapientiam in
periculis corporalibus ostenderunt. tanta nos in
passionibus irracionabilibus continenciam
demonstremus id est contra iram et avaritiam
vel inanis glorie cupidam divino timore
munita sensibus repugnantes et consilia
dyaboli destruentes in nobis. Si enim cupidi-
tatum ignes vicerimus sicut illi tyrannorum
ignes vicerunt poterimus iuxta ipsos et inter
eorum pari gloria constituti similem habere fidu-
ciam. Potens autem est qui preter omnes vos
per eandem ad premium gloriam pervenire per gratiam
et caritatem domini nostri ihesu christi per quem et cum
quo est deo patri regnum et gloria cum spiritu
sancto et nunc et semper et in secula seculorum Amen.

Explicit. Incipit de oracione dominica.

Invocare deum beneficium est dei
adorare deum doctrina est veri fi-
lii dei. Sicut enim augustinus [illegible]
[illegible] pro diversitate affectuum [illegible]

quid adoraret sicut oportet nesciret · breuem
composuit orationem ille filius qui pro nobis susce
pit car[hole]nem · Et sicut preciam filii corpora
lis deum [hole]onspiciunt oculis humanis ita diui
nam orationem infudit sensibus nostris · Petierunt
discipuli magistrum ut eos doceret orare ne super
flua petendo quod utilem erat impetrare non
possent · Doce nos inquiunt orare · Et dominus
Sic orabitis · Pater noster · Cum ergo et nos
discipulos suos esse voluit qui pro nobis om
nibus sanguinem fudit audite dominica verba
que teneatis ante conspectus mentibus
insignatis ut deum sicut dignum est orare possit
et videtis dominicam orationem · Pater noster qui es in ce
lis · sanctificetur nomen tuum · adueniat regnum
tuum · fiat voluntas tua · sicut in celo et in terra
panem nostrum cottidianum da nobis hodie
et dimitte nobis debita nostra · sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris · Et ne nos in
ducas in temptacionem · Sed libera nos a malo
Ecce qualem dignitatem nobis attulit xps
ut deum patrem daret celestem quos inuenit
ipse terrestres · Dedit eis potestatem ut filii dei
fierent qui credunt in nomine eius · Terram enim
sapiebamus · carnem et sanguinem colebamus
ydolis seruiebamus · dyabolum ceteris operibus
imitabamur · Venit ille qui ista vincula dis
rumperet · Unicus filius dei descendit ad ter
ras manens in celestibus thronus deus ·
Suscepit hominem primus susceptum congrega
uit ad salutem hominis · eos quos sibi efficaces
fecit donat eos vim ab omnibus innocen
tem producturus eos ad sempiternam eternita
tem · Magna decreto in dignitas o humani
generis · Agnosce quid tibi attulerit hanc
dignitatem · Ecce facit te angelum qui te con
spersum inuenit in lutum ut patrem pos
sis inuocare deum : ut prostratum serpentem
diu credis parentes in inimicum qui dudum
tuis viciis dominatus · sibi fecerat seruum
et noxa tua reatus captiuum · Muta mores
muta mentem · et qui nunc in terra adhuc
viuis possis esse illius patris celestis
iam tuus hanc nobis illam patriam
sanguine peperit suo · quia primus homo
vicio perdiderat proprio · Noli degener i
ueniri · ne indignus filius incipias re
probari · Tanta dignitate tibi collata
[hole] ne perdas tanta premia desiderabi
[hole] lem patriam · Noli enim in iniuria de sem
[illegible]re tua · ne pereas in combustionem
eternam · Dominus in primo est tuus in fide

libus suus sanctificatum est nomen Nam si
tales filii inueniamur ut ab eo non repro
bemur recte hunc ut adueniat regnum in
dignis vocibus petimus et rogamus · Quia
quanto carior affectu in adoptiuis filiis pre
est tanto censura seuerior in peccatoribus
iudex est Si te filium dei inuenit semper cum
eo regnante regnabis Si reprobum repe
rit audiuiunte dampnaberis Et inde que ma
lis viciis extantibus precibus · ut non solum
illam perdas tam magnam promissa heredita
tem · verum etiam exheredatus sempiternam
condempneris in mortem Fit enim voluntas
eius in celo et in terra Nam quecumque voluerit
dominus facit in celo et in terra Deicit de celo
angelos malos et cum ipsis iudicabit ho
mines pessimos ac dampnandos atque in celo
beatificat angelos bonos quibus coequat
homines iustos fideles et tacentes sermones
suos ac facientes eos hoc agit voluntas
eius cuius petimus ut adueniat regnum
ut nos qui terra sumus leuet ad celum qui
iam celum misit terre · Verbum enim caro
factum est et habitauit in nobis propter hanc car
nem quam suscepit pro nobis leuemus ergo
oculos nostros ad montes unde veniet auxilium
nobis Ascendit enim in altum ipse mons dei
susceptus homo a filio dei · Ascendit enim in
altum captiuam duxit captiuitatem dedit
dona hominibus · Que dona peto remis
sionem et in pane transformatum corporis sui
sanctificationem · hunc panem cotidie petimus
ut accipiamus quia sine ipso viuere non pos
sumus · Sicut enim pascitur caro nostra pane
terreno · sic anima alitur pane celesti Et
quemadmodum sine ipso non potest caro nostra
nisi eum cottidie acceperit ita eciam illum
cottidie petimus ut accipiamus ne spiri
tali fame pereamus · Et dimitte nobis de
bita nostra sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris Profitemur dimittendum no
bis si dimiserimus pro nobis poterimus dimitti no
bis non possumus nisi dimiserimus · Nam ut
dimittamus debitoribus nostris · tu hoc ipsum
operaris in cordibus nostris · Nam qui per
cipis operaris quemadmodum sibi ante dimis
sum sentiet debitor meus nisi tu cor eius
diuini ime [illegible] deus · Docuisti nos di
cere Et ne nos inducas in temptacionem
Et quia temptacio est vita humana super
terram clamamus libera nos a malo :
Mundus enim in maligno positus est

naufragijs et rumosus iniectus est. Veni-
res enim coram domino deo tuo quia te libera-
bit a malis. Carere ergo malo cupeste quem propheta
promittit iustis. In memoria inquit eterna
erit iustus, ab auditu malo non timebit. Audi
malum: Ite in ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Et quod bonum inuenit qui
deo adheret: Venite benedicti patris mei, percipi-
te regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.
Itaque taliter orate ut proficiatis ut regna dei
percipiatis. Cui est honor et gloria in secula seculorum.
Amen. Explicit de oratione diuina. Incipit quod ne-
mo possit ledi ab alio nisi a semetipso.

Scio quod crassioribus quibusque et presentis
vite illecebris inhiantibus atque his
qui pondera terre adherent et voluptati-
bus proprie libidinis deseruiunt et spiritalem sensum
capere nequeunt nouus videatur sermo iste ac ini-
rus et ridebunt nos fortasse quod in ipsa statim
tituli fronte incepta satis et que nulli videantur
veri similia proponamus. Sed non ob hoc nos a propo-
sito cessabimus quin ymmo et eo ipso ad consignanda
et omnibus modis comprobanda que promisimus prope-
rabimus. Si tamen paululum nobis in principijs
patientie tribuant hij quibus absurda videntur esse
que loquimur, nec in exordijs obturbent dicen-
tem sed finem proposite orationis expectent. Spero enim
quia post hoc nobiscum stabunt notantes semet
ipsos prioris erroris et ut dicitur palynodiam
canentes ac veniam postulabunt pro eo quod minus
recte iudicauerint usque rerum temere sententiam inscij
et gratiam nobis dabunt sicut egri quique medicis
recuperata sanitate. Nolo ergo michi inferas opinio-
nem iam illam que apud te hactenus inve-
terata permansit sed expecta paululum hoc
rationibus huiusmodi inter luctamen et tunc scio quod
rectam proposito negotio sententiam dabis ubi spi-
no sis opinionibus que apud te sunt rationum
que a nobis dabuntur fideles res et certitudinem iudi-
candi tramitem poteris intueri. Quinquidem
et iudices secularium negotiorum quando etiam si ve-
hementer viderint eum qui primus negotij partes
prosequitur perorantem et largissimis dicendi fon-
tibus inundantem expectant tamen etiam re-
spondentis adhuc prosecutionem et audiunt cum
patientia nec prima allegatione mouentur ad sen-
tentiam proferendam etiam si iustissima videantur
esse que dicta sunt. Seruat enim apud audientiam
eorum sedes quoque integer dicendi locus qui-
dem hec est iudicum disciplina primus ex utra-
que parte causam diligenter agnoscere et ita
sententiam promulgare. Igitur quia et nobis
in presenti negotio primum oratoris partes prosecu-
ta est inveterata apud plurimos et radicata
multis temporibus opinio que per omnem pene orbem
terre perorat et asserit dicens: confusa esse omnia
nec aliquid recti iustique seruari inter homines
posse. Cotidie enim videmus ledi quamplurimos
affligi et opprimi cum omni iniuria humiles et
infirmos a potentioribus et fortioribus et
pauperes a ditioribus inuadi. Et sicut non est
possibile numerare fluctus maris ita nec hos
qui affliguntur et iniuriam patiuntur possunt nume-
ro comprehendi, quibus neque leges vlle sub-
veniunt neque iudicum metus neque vlla ius-
ticia. Morbum hunc potest ac perniciem cohibe-
re, quin ymmo crescit per singulos dies fletibusque et
gemitibus malorum semper increscit. Ipsi enim iudi-
ces qui ad hec reprimenda constituti sunt
grauiores tempestates et perniciosiores susci-
tant morbos et in tantum labes huius mali au-
gent ut nonnulli infelices et stulti in id in-
sanie prorumpant ut etiam diuina pro his pro-
uidentia culpent, videntes eum quidem qui ho-
nestum et plausibilem vite propositum tenuerit mo-
dum trahi ad iudicia, vinciri et perturbari et
pati extrema omnia, proteruum vero et improbum
ac pessimum proposito virum augeri diuitijs po-
tentia honoribus cumulari terribilem omnibus
fieri et innumeris modis exterminare et affli-
gere ac pedibus ut ita dicam conterere bonos
et honestos viros. Hec autem iniqua atque iniu-
sta inequalitas non solum in urbibus sed in a-
gris, et non solum in terra sed et in mari com-
mittitur et exercetur. Cum ergo huiusmodi apud
plurimorum mentes feruet opinio oratione ve-
nuste persuasionis asserta in initio contra hoc
hic uti nunc introducitur sermo agonem habi-
turus quibus flectat huius opinionis consuetas anti-
quas deuiat et subruat sententias. Licet
ergo superius diximus nouum quod asserimus vi-
deatur ac mirum hoc tamen pollicemur quod vo-
lentibus diligenter his que dicuntur intendere
et verum hec esse et utilis inuenietur assertio.
Hoc igitur est quod hic sermo iste pollicetur
ostendere sed queso vos nullus primo tur-
betur auditu: neminem posse ledi ab alio
nisi a seipso. Verum ut planior sermonis
huius intelligentia et apertior detur, pri-
mo discutiamus quid est hoc ipsum ledi
et circa quam materiam que habet substantiam ledi
contingat unumquodque. Sed hoc ita demum
lucidius fiet si prius que sit in homine
virtus vel ubi sit requiramus. Tunc

enim verius apparebit unde autem quomodo ei acci-
dat ledi et iniquo videatur quidem ledi
nec tamen ledatur idque etiam exemplis
adhibitis clarius demonstrabimus. Omne
quod est in rebus habet aliquid quo corrum-
pi possit et ledi verbi gratia. Ferrum erugo
ledit lanam tinea, omnium greges lupus,
vinum aceti permutacio, dulcedinem mellis
amaritudo corrumpit, rubigo segetem nocet,
grando vineam ledit, virgulta ac dumi-
sa plantaria locuste ac bruchi erucae
vastant et singulis quibusque corporibus
ut ne enumerando omnia longius produ-
catur oratio varie morborum species infe-
runt corruptelam. Sicut ergo unumquodque
horum habet quo nocere possit et status
eius incolumitasque corrumpi requiramus
nunc quid illud sit quo virtus cuiusque ani-
mi ledatur ac vicietur humanam. Alii quidem
alia opinantur; oportet enim nos falsas
opiniones adducere in medium confutatas-
que eis ut se veritas habet edocere et oste-
dere evidenter quod nocere nobis vel
noxa nemo alius potest nisi nosmetipsi.
Alii ergo putant quod noceat homini pau-
pertas, alii dampna aut calumpnie
aut mors et in hiis esse summas homi-
num miserias deflent vinculaque misericordia dig-
nos ducunt eos qui in hiis positi videntur
ac lacrimabiliter congemunt dicentes ad in-
vicem: quid mali perpessus est ille, subito
direpta est eius universa substantia; et alius rur-
sum de alio: ille egrotat gravissima egrota-
cione et desperatur a medicis; et alius eos
qui tenentur in vinculis deflet; alius eos
qui patria carent et ad exilia expulsi sunt;
alius eos qui in servitutem ex libertate re-
diguntur; alius eos qui ab hostibus depreda-
ti sunt atque in captivitatem ducti; alius eos
qui naufragio decepti sunt vel incendio
conflagraverunt vel ruinis oppressi. Isti omnes
plangunt, lugent et flent ab hominibus; hii
vero qui male agunt et nequiter vivunt
a nullo penitus flentur, sed quod est infe-
licius frequenter isti etiam laudantur ab hominibus
et beati dicuntur, quod certe totius mali
causa est. Age iam nunc, si tamen ut ab ini-
cio deprecati sumus nemo obturbat dicente,
ostendamus quomodo nichil horum que supra
diximus nocere prudenti viro potest nec
corrumpere eius virtutem. Quid enim dic mi-
chi qui facultates calumpniatoribus vel

furibus vel latronibus obsessus amisit huiusmodi
dampna leserunt in eius virtute. Sed si videtur
prius describamus ut proposuimus que sit ani-
mi virtus, eamque ut evidencius possit agnosci
coniectura et similitudine ex corporeis substan-
ciis capiamus et videamus prius verbi gratia
equi que sit virtus. Numquid nam videbitur ar-
genteis frenis pulchrisque tapetibus ac sericis
flammeis, falerisque gemmatis, iubaque aureis
texta fimbriis equi virtus et magnificencia
indicari, an in velocitate cursus et fortitudine
pedum gressusque cautela ac pectoris firmi-
tate, dictisque que aut conficiendo itineri ap-
ta dicuntur aut preliis pugnandis, ut vel in-
citus hostem petat vel in adversis prudenter ipsum
possit decertando liberare sessorem. Nonne certum
est in hiis potius equi virtutem quam in illis de qui-
bus supra dictum est declarari. Quid autem et re-
liquorum animalium? Nonne in eo omnibus probitas habe-
tur si vel ferre onera fortiter vel robusta pos-
sit movere carpenta. Numquid volens aliquis
probare animal ad ea respicit que ei supposita videntur
an ut diximus si membris si pedibus si un-
gulis validum sit inspicit. Et item si vineam
probare volumus, inquit, ad hoc aspicimus si lectos
habeat pampinos aut flagella diffusa aut
illud magis aspicimus si densior ei fructus
sit et uva fecundior. Similiter et de oliva atque
aliis huiusmodi arboribus contemplamur. Igitur
eodem modo etiam de hominibus agamus, discutientes
que aut ubi sit vera hominis virtus, et tunc eum
ledi putemus cum in ipsa fuerit lesus. Que est
ergo virtus hominis? Non sunt divicie ne time-
as paupertatem, nec sanitas corporis ne langwo-
rem metuas, non fama vel existimatio huma-
na, nec te forte hominum maledicta perterreant, ne
vita hec communis ne forte metuas mortem, nec liber-
tas ne servitutem perhorrescas. Sed que est vir-
tus animi? Recte sentire de deo et recte inter
homines agere. Illa enim que supra diximus
auferri ab homine poterunt etiam si nolit. Hec vero
si habeat auferre ab eo nullus homo nec
ipse dyabolus potest nisi ipse ea que possidet
perdat. Sciebat hunc rerum ordinem et dyabolus
et ideo cum expetisset beatum Job omnem substan-
tiam eius perdidit, certe non ut eum pauperem
faceret, sed ut prolixius dolens impium aliquem
sermonem proferret in deum. Propterea denique et
omne corpus eius afflixit, non ut eum faceret
egrum in quo nichil ledebatur, sed ut per egritu-
dinis tormenta si forte constantiam eius fati-
gari potuisset a virtute mundaret. Ob hoc enim

Virtus animi

[illegible]

in innumerosa orbitate pertulisset. ob hoc et corpo-
ris tormentis grauioribus multo quam si carni-
fices adhibuissent afflixit. Non enim ita torto-
res ungulis latera sulcarent. ut ille ea uer-
mibus fodit. Ob hoc inquam hec omnia ut male
aliquid de diuinitate sentiret. et ob hoc etiam ami-
ci qui ad consolandum venerant instigantur ad ex-
acerbandum. Aiunt enim. Nondum digne secundum ea
que peccasti flagellaris. et multa alia huius-
modi maiestates eum loquuntur. Ille autem urbe
et domo extorris et facultatibus simul affec-
tibusque nudatus. sterquilinium pro domo pro
stratis humum. saniem pro indumentis habebat.
Sed in hiis omnibus non solum nichil leditur
Job. verum et clarior per hec et magnificentior
redditur. Cum enim tantis eum facultatibus at-
que ipsius sanitate corporis spoliasset. immensas
ei virtutum divitias per patientiam congregavit.
Neque enim tante fiducie apud deum erat Job
antequam in hoc agone desudaret. Quod si
iste qui tanta perpessus est. et ab eo perpessus
qui omnes homines nequitia et crudelitate precel-
lit. ledi in aliqua virtute non potuit. quis certa
cuius videatur digna causa esse ut dicat. ille me le-
sit. ille nocuit. ille impedivit. Si enim dyabolus
qui omni malicia repletus est. commotis universis
viribus suis atque omnibus telis armisque vel
in domum missa vel in corpus eius directis lede-
re omnino non potuit. sed magis eum ut dixi gloriosum
et spectabilem reddit. quomodo digne quis ullum
hominem culpabit quod ab eo ledi queritur aut noceri.
Quid ergo Adam inquies non est lesus a dyabolo
non est supplantatus atque eiectus de paradyso.
Non dyabolus eum sed ignavia sua lesit. dum
erga observanciam mandati non vigilavit. Na
hic qui tot machinis adversus beatum Job totque frau-
dibus pugnavit armatus nec tamen valuit
eum superare. quomodo illius hominis mandatum porten-
tis decipere eum potuisset. nisi per ignaviam suam
semetipsum sponte perdidisset. Sed dicis. Quid
ergo. Cum calumpniis iniunctis proscribitur
et amittit universam substanciam non est lesus.
cum patriis nudatus bonis ultima in egestate
cruciatur. Non. Immo vero non solum lesus non est. sed ut
lucri aliquid capiet si vigilaverit. Quid enim
dic michi apostolos Christi penuria rerum corporalium lesit.
Nonne in fame et siti et nuditate degebant. et
pro hiis clari magis et magnifici habebantur atque
ingentem per hoc fiduciam quesierunt apud deum.
Quid autem et lazarum. Nonne egritudo et ulcera
et egestas ultima ad solitudinem direxit et afflictio-

huius mundi corona ei in celum parauit. Quid
vero Joseph. Nonne quod obprobriis domi et
peregre repletus est eo usque ut adulterii deputa-
retur. et quod servituti subiectus est. parentibus
et domo extorris effectus. Nonne ob hec sin-
gula et admirabile est apud homines: et in magna
gloria apud deum. Sed quid de exiliis et pau-
pertate et obprobriis illatis loquor et quod
in servitutem redacti sunt mirabiles viri. Mors
ipsa dic michi quid nocuit iniustissimo illi Abel
et mors amara et acerba mors parricidio il-
lata non homicidio. Nonne ob hoc in omni ter-
rarum orbe canitur et celebratur Abel. Vides quo
amplius ostendit nostra hec etiam eo quo promisit
sermo. Non solum enim hoc apparuit quod proposuimus
quia nullus ledatur ab alio. sed quod lucra maxi-
ma capiant sancti homines in hiis quibus videntur
affligi. Cur ergo aiunt pena et supplicia. cur
gehenna. quia ob eam nunc tam multe si ne-
mo ledit aut leditur nemo. Noli confundere
et permiscere sermonem. Neque enim diximus quia
nemo ledit. sed quia nemo leditur ab alio.
Et quomodo inquid istud erit. si ledunt aliquem ut
nemo ledatur. Ita ut iam ostendimus. Nam et
Joseph leserunt fratres sui et inique egerunt in eum
sed ipse lesus non est. Et in Abel inique egit Caym
insidiatus est enim ei. et ipse non est lesus nec
mali aliquid passus. Ob hoc ergo pene et sup-
plicia. Non enim patientie virtute eorum qui patiuntur
illorum crimen abstulit qui impio proposito in-
iuriam proximis irrogavit. quamvis enim ipsi
clariores effecti sunt per tolerantiam non tamen illi
exuuntur scelere propositi sui ac malicia. et ideo
illos quidem virtus animi extollit ad gloriam.
istos vero malitia animi demergit ad penam.
Merito igitur iusto iudice deo. illis quidem qui con-
stanter philosophati sunt et ad palmam victorie
pervenerunt regnum prebetur: hiis autem qui in
nequitia propositi permanserunt gehenna depu-
tatur. Propter quod si ablate tibi sunt facultates
tue dic. Nudus exivi de ventre matris mee.
nudus et hinc abscedam. Adde et istud apostoli-
cum. Nichil intulimus in hunc mundum. sed nec
auferre quidem quid possumus. Audisti te ma-
ledici infamari apud homines. et contumeliis
oneratum recordare et ante oculos pone verba
domini quibus ait. Ve vobis cum bene dixerint
de vobis omnes homines. et item gaudete et exulta-
te cum eiecerint nomen vestrum tamquam malum
apud homines. Expulsus es a patria a domo.
recordare quia non habemus hic patriam manen-

tem sed futuram requirimus. Quid ergo te
putas patriam perdidisse qui in tota terra pe
regrinus es. Sed egritudine maceratus gravis
sima utere illo apostolico sermone quo ait
Nam et si hic qui foris est homo noster cor
rumpitur sed qui intus est renovatur de die in
diem. In carcere conclusus es et mors crude
lis imminet et crucientur adducit ante oculos
tuos Iohannem in carcere catenis cesum et tan
tum apostolice caput saltatrici puelle in mercede
libidinis datum. Hec ergo singulatim inferun
tur iniuste tu non consideres eorum que infe
runt iniuriam sed eorum que passis retribue
tur gloriam. Non solum enim peccatis absolvuntur
qui hec patiuntur sed et iusticias acquirunt.
Tantum est ut fides eos constantiaque non de
serat. Cum ergo neque dampna facultatum ne
que calumpnie neque obprobria neque exilia
neque egritudines et cruciatus neque ipsa
mors que videtur omnium esse extremior ledat ho
mines qui ymmo et iuvet clarioresque reddat
unde iam probabis ledi aliquem posse cum ex
hiis omnibus non ledatur. Verum ergo tamen plenius
adhuc aliquid assignare temptabo quod illi
soli leduntur qui ledunt et nulli alii nocet
nora quam ceteris inferunt nisi ipsis qui in
ferunt. Quid enim dic michi infelicius erit
quam Cayn. Mors enim illa que in manibus eius
fratri illata est illum quidem reddidit insig
per secula. ipsum vero qui intulit haberi fecit
per secula parricidam. Quid etiam herodiade
miserius que caput Iohannis exhiberi sibi desi
deravit in disco ut suum caput perpetuis gehen
ne ignibus flammisque demergeret. Quid etiam
ipso dyabolo deterius qui nequicia sua ita
clarum reddidit Iob ut quanto illi gloria tanto
huic crescat pena. Vides quomodo et in hiis
plus multo quam pollicitus fueramus ostenditur.
Claruit enim non solum neminem ledi ab hiis
qui iniurias inferunt sed illos tantummodo
ledi et male pati a quibus irrogantur. Ma
nifeste quidem neque divitie neque libertas
neque sanitas neque alia huiusmodi que superius
memoravimus propria bona hominis sunt sed sola
virtus anime et ideo cum circa ea que extrinse
cus sunt dampnum aut amissio aut afflictio vel
la supervenit non leditur homo quia omne bonum eius
in anime virtute consistit. Quid ergo ais si in
ipsa quis cum virtute et philosophia ledatur.
Nequaquam. In hiis ergo si leditur non a dyabolo

leditur sed a semetipso. Quomodo ais quis a semet
ipso leditur. Si quis verberatus ab aliquo vel fa
cultatibus spoliatus aut alio quolibet modo afflictus
blasphemiam et improperium ex ore suo protulerit ver
bum lesus in hoc et valde lesus est non tamen
ab alio sed a semetipso per impatientiam scilicet suam.
Intuere enim sicut et superius diximus quanta per
pessus sit Iob non ab homine aliquo sed ab eo
qui omni homine est scelestior et crudelior.
Quod si ille in manus et cruciatus tot machinis
tot fraudibus adhibitis totque suppliciis non
potuit cogere ut peccaret Iob labiis suis
ante deum et hoc cum neque legem dei accepis
set Iob neque redemptionem Christi ac resurrectionis
eius fuisset gloriam consecutus. quanto magis
tu omnibus hiis munitus si vis ex fide auxi
lium dei implores non poteris superari. Vide et
Paulum quanta passus est que etiam enumerare
difficile est carceres vincula verbera flagel
la supplicia invidias lapidatur virgis ceditur
precipitatur latrones incurrit ab inimicis
insidias et a civibus perfert intus timo
res foris pugnas patitur famem nuditatem
calumpnias insidias tribulaciones bestias to
lerat. Et quid opus est multa dicere. Cotidie
moritur et tamen in hiis omnibus non solum
nichil blasphemum ex ore suo profert sed et
gaudet et gloriatur atque exultans ait. Gau
deo autem in passionibus meis. Et iterum. Non so
lum autem sed et gloriamur in tribulacionibus. Si
ergo hic tanta paciens gaudebat et gloria
batur que erit venia que excusatio hiis qui
pro parvis iniuriis vel verberibus aut
qualibuscumque tribulacionibus que utique longe
illis inferiores sunt blasphemant. Sed ante
inquit ledor. Si enim non blasphemando facul
tates mee auferuntur et ego iam invalidus
ad misericordiam faciendam. Occasiones sunt
iste et non bone. Si tibi opera misericordie et ele
mosine cordis sunt audi quia paupertas non
impedit animi misericordiam. Quamvis enim pau
per sis erunt tibi duo minuta. Que cum obtu
leris super omnem divitum sensum reputabuntur
tibi. Erit tibi manus plena farine que suffi
ciet ad pascendum prophetam. Quod si de fue
rint etiam hec minima tibi crede de erit calix
aque frigide ex quibus omnes divicias effu
sus pariter superabis. Mente namque miseri
cordem deus requirit non pretium quantitate.
Vides ergo quia nec in hoc quidem dampnum

passus est qui perdiderit facultates quin immo et
licet plurimum consentius est. Nam coronas i
mortalitatis quas alii multa largiendo mere
antur. tu duobus minutis ut diximus aut precio
aque frigide compasti. Hec quidem hiis qui veri
tati studet et salutis sue curam gerunt manifeste
euidenterque patuerint apud eos autem qui vo
luptatis vinculis alligati sunt et quos opti
net libido captiuos quibusque omnis mundi i
luxurijs terrenis superflua videntur. hec et incep
ta qui quidem summa auiditate amplectuntur
umbras et stringunt ventos. Hec enim que eis
videntur carnis et seculi bona euntibus eorum
tamquam ventus et umbra effugiunt ac labuntur
et ideo si videtur aperiamus etiam ipsis interiores
rerum causas et imaginem hanc qua decipiuntur
ablata ipsam eis interiorem impure humus et
in munde meretricis quam complectuntur faciem
reuelemus. Meretricem namque ego appello
vitam hanc que in diuinijs et affluentia diui
tiarum et humus seculi potentia ac voluptate
transigitur. et non solum eam meretricem nomino
sed et turpissimam atque obscenissimam meretricem
cuius facies feda. horrida. aspera. amara. cru
delis et inco maxime est iniquo sine venia ha
bendi sunt cuncti quos decipit. Quod cum
tam turpis sit vultus eius et ferus. tam bar
barus ac truculentus. multi tamen ab ea capiun
tur. Et cum videant apud eam cuncta omnia
periculis mortibus. precipicijs plena. turbisque stipa
ti eam cernant. sodalibus pessimis contine
lijs dico obprobrijs labore inuidia. insidijs
comminationibus. et perniciosissimis curis metu nigri
tremore frequenti et mille alijs huiusmodi in
faustis consortibus velut aurea corona cir
cundari. Sentiunt vero in hijs nullum aliud nisi
interitum esse et periculum. penam quam perpetuam ex
petunt tamen a pluribus et amabilis habetur atque
exoptabilis. Tanta namque est eorum qui deci
piuntur stoliditas. ut cum eos tot mulla ab hoc i
teritu reuocet nec euidentia quidem indesinenter
pereuntium exempla detrahant. Non ego istos sto
lidiores nullo quam paruulos iudicem quos puer
ilis ludus ubi aut circulus voluitur aut turbo
verberibus agitur et longis portitibus per media
spacia rotatur. ita intentos et inhyantes
pluribus annis tenet ac auelli inde nullatenus
queant ignorantes penitus pro etatis simplicita
tem nichil in illo ludo utilitatis. nichil per
fecti operis haberi. sed pro illis satisfaciat etatis i
maturitas. Isti vero quid habent excusationis
qui in etate perfecta puerilem. immo et puerili

imbecilliorem sententiam tenent. Hec enim
que esse videtur appetende diuicie hinc namque
incipiendum puto. Fama inquit et sanitati
et uite ipsi. et fame et patrie et propinquis et
amicis et omnibus omnino que sunt commodis
esse eas pluribus visum est. Et ista sententia non
solum terra mariaque seruatur sed usque ad nu
bes ipsas iam ascendit ac sidera. Non et ego
quod non tam sententia ista quam flamma est que et ipsum
vastat orbem terrarum et qui restringat quidem
nullus est. qui accendant vero ac magis
magisque inflamment omnes. Fauent enim huic ma
lo non solum illi qui ab eo capti sunt sed et si
qui non dum illuc videntur ingressi ut vix quem
quam hominem uideas seu vir sit ille siue femina
seruus aut liber diues pauper vel pro vi
ribus suis incendio huic materiam atque one
ra comportante et die ac nocte in eius minis
terijs vigilante. Quem autem dico non
lignum vel ferri non enim talis est flamma que ista
consumat sed anime sue et corporis iniqua et in
iusta ei opera deferunt hijs enim accenditur ignis
iste et hijs pascitur. Nam et ipsi diuites etsi
si totum orbem possibile esset possideri a sin
gulis adhuc tamen in desiderio eius ar
derent pauperes vero dum cupiunt diuitibus
exequari insanabilem rabiem patiuntur in
sanimus fiunt et idem morbus diuersos
in singulis generat languores. In tantum amor pe
cunie omnem animam fatigat ut neque amicitiarum
neque propinquitatis interdum etiam nec coniu
gis aut filiorum amori decedunt quibus
affectibus inter homines nichil preferetur. Amor
tamen pecunie omnia hec humi deicit et pe
dibus conculcat et velut fera quedam et
crudelis domina omnium corda possidet et tyra
nica dominacione deuinat. Seuit ut barbarus
ferit ut crudelis et ut tyrannus dominatur
impudenter et meretricie. Nusquam mitescit
et nusquam pudet. Adest ubique domina ubique
terribilis. dira inclemens. impia. truci
lenta ut cum lupis et ursis ac leonibus fe
rocius seuiat suauis tamen hominibus videtur
et amabilis et dulcis. Et quid dico suauis
melle ipso et fauis dulcior. Cumque eis qui
eam desiderant et exoptant gladios acu
at cotidie foueas et precipitia parat scopulis
quam melle eos et naufragijs illudet expetitur
tamen ab eis et desideratur et queritur ac per
nimias mortes letantur si aliquid ad eius
saltem ianua peruenisse voluntari namque
in sterno eius tamquam sues delectantur et

Amor pecunie

et ut cantaris eius sterius evolue. Tali quo
dam modo omnes qui avaricie huic morbo dede
runt infeliciores et turpiores eciam istis immun
dissimis animalibus sunt. Et hec maior rei huius
infelicitas quod quanto magis in huius sordibus
volutantur tanto maiorem ex hiis capiunt volup
tatem idque non rei natura sed voluptatis vicio
patitur. Quomodo ergo sanabimus mentes huius
modi languoribus corruptas. Si vellent no
bis autem paululum commodare atque aures ad
audiendum dare et suscipere que dicentur. Irraciona
bilia namque illa que diximus et multa alia
lia que se in huiusmodi volutant sordibus
transferri ab hiis non possunt utpote intellectu et ra
cione carencia. Nobis vero sermo nunc ad homines
hetur quibus intellectus et a deo divino munere
data est ut audire voluerint forte et absque multo
labore de festino huius fetore et indignitate sterco
ris poterunt liberari. Age ergo iam nunc qui ad ho
mines loquentes pervenimus ab eis iam expeten
de videantur esse divicie respondebunt sine du
bio propter voluptatem primo vite et delicias corporis
tam deinde et propter honorem qui habetur in tanta at
que officia que ab hominibus diviciarum contemplacione
deferuntur et pro eo quod potest facile ulcisci
qui dives est in eos qui in iniuriam inferre temp
taverint et ut timori sit ceteris. Puto quod alias
exceptis hiis causas non habeas voluptatis
dico honoris officiorum timoris ulcionis. Nam
neque sapienciorem neque temperanciorem neque erec
tiorem neque clemenciorem neque prudenciorem

Divicie

divicie hominem facere possunt, non benignum non
placidum reddunt, non denique iracundum aliquem
in mansuetudinem commutarint, nec incontinentem
continencia, nec voluptuosum sobrietate nec
inverecundum verecundum docuerunt neque aliud
aliquod virtutis genus anime per divicias acquisi
tum est. Quod si virtutibus anime nichil confe
runt nec meliorem hominem secundum virtutum titulum
reddunt dic queso quam ob causam expetende
videntur esse divicie. Immo vero non solum nil
virtutis animo conferunt, sed et si parum ali
quid et reconditum invenerit subvertunt et econ
trario vicia pro virtutibus introducunt. Mater enim
sequela est luxuria ira intemperancia furor
iniusticia arrogancia superbia omnesque irracio
nabiles motus sed de hiis locis suis referre
mus quoniam quidem non libenter hii qui huius egri
tudine vincti sunt sermone de virtutibus et vi
ciis audiunt. Parces enim luxurie agunt et nichil
adversus eam patiuntur audire. Hinc ergo inte
rim sermo moveat si est omnino in deliciis ali

quid quod delectare possit aut si est nullius
aliquid honoris. Incipiamus itaque si videtur
a commeatibus et affluencia mensarum. In hiis enim di
viciarum magnificencia predicatur. Conferimus mensam
divitis et mediocris et discuciamus utrorumque
convivias. Quum magis queso sunt qui putas veram
ex mense capiunt voluptatem illi qui tota
die attriti in lacestratibus cubitis recumbunt et
cenas prandiis iungunt quique ventris diste
sione rumpuntur atque oppressi onere ciborum
suorum premuntur inquiorum corpore vino inundato
velud naufragium in sola fluctibus obruta anima
necatur ubi neque oculus neque lingua neque
pes propriis deserviunt officiis sed omnia membra
corporis vim vinculis iacent vincta tamquam
quadam cathenis ubi neque sopor eis ipse ad quie
tem datur neque ad sobrietatem redit sed exter
riti sompniis insanientibus et furentibus deterio
res fiunt et quasi sponte demones super
ducunt anime sue risus et spectaculum omnibus
eciam ipsis famulis suis fiunt nichil cognoscunt
eorum que videt nichil sentiunt nichil noverunt
dicere aliquid et audire non possunt sed latrina fe
dissima portantur de cubitis adiectos. Intelli
gis conviviis magis voluptas est an in illis
ubi cibus potibusque tantum est quibus famem
depellat ac sitim hunc modum vite natura docuit
illum corruptela libidinis invenit. Ideo deni
que in hiis eciam sanitas adest et animo permanet
et honestas in sobrietate perdurat nec gravamen
corporis atque oppressum levatur de cominus sed ad
iniciam potius atque auctum viribus totaque ala
critate subministrum. Quod si tibi parum fidei hic
sermo habere videtur utrorumque corpora aliosque consi
dera et invenies magis illa robusta et vali
da ac sani plena queque mediocribus ac sim
plicibus aluntur alimoniis. Nec michi adducas
nunc in medium siqui forte ex accidenti egritu
dine aut qualibet debilitate fatigantur. Alia
est ista causa et alio in tempore requirenda. Hii
vero qui in deliciis et luxuriis vitam ducunt
resoluta quidem corpora et omni cera molliora cir
cumferunt atque examine quodam infirmitatibus reple
ta quibusque ad cumulum malorum podagre tre
mor et immatura senectus accedit et est eis
vita semper in medicis et medicamentis sen
sus autem ipsi tardi ghes obtusi et quodam mo
dam sepulti. Habet aliquid voluptatis aliquid
iocunditatis habent. Tamen hec iocunda dicant
et grata qui tamen noverit quid sit iocundi
tas et voluptas. A prudentibus enim ita dif
finitur quia sit hec voluptas cum quis desideriis

Diuicie et paupertas compar[illegible]

sius fruitur ubi no(n) finu(n)t desideriis suis
non pot(est). Diuitum vel egritudo no(n) sunt
vel sacietas ipsa desidari non facit eam q(uam)
onerosam efficiat habundancia. Sine dubio
etiam voluptas in eis pariter et iocunditas
perit. Denique considera egros qui fastidio p(er)
urgentur quomodo q(uo)cumque preciosa eis et lauti
apponantur cibi. Horrori tamen eos magis
accipiunt quam voluptati. Sic ergo eciam p(er)
habundanciam cupiditas sunt extincta pariter
et voluptas ac iocunditas perimetur. Quia
non tamen ciborum gracia quam desiderii gignunt
satisfacto voluptate. Unde et sapiens q(ui)d(am)
atque in horum disciplina philozophari bene
sciens aiebat. Anima in sacietate posita fa
uus illudit. Ostendens etiam ipse quia volup
tas non in natura nec diuiciis ciborum sed in de
siderii vigore consistit. Propter hoc et propheta
mirabilia enarrans que in egipto gesta
sunt. Queque in heremo inter cetera etiam hoc
dicit. De petra melle saturauit eos. Et quid
nusquam inuenimus mel fluxisse de saxo.
Quid ergo est quod dicit? Cum quidem post mul
tam itineris fatigacionem et labore sitis
aquis frigidis e saxo fluentibus fruebatur
easque multitudo cum desiderio hauriebat. Hoc
ipso ergo quod dulcissime et desiderabiliter pota
di cupiditas explebatur, aquas illas mel
appellauit non quo natura aquarum sunt
commutata sed quod dulcedo poculi instar mel
lis sicientibus et desiderantibus obtinuit. Igi
tur cum hec ita sint nec dubitari a quoquam de
hiis possit nisi sit aliquis aut contenciosissimus
aut stultissimus homo palam est in propatu
lo quod simplicior victus et mensa mediocris
plurimum iocunditatis habeat et voluptatis. E
contra vero diuitum mense execrabiles quedam
et horride ac morborum et consummacionis ple
ne. Et sicut ait quidam prudencium in quibus
molesta sunt etiam que delectabilia videntur.
Sed honores inquit conferunt diuicie et inimi
cos ulciones facilius dari preparant. Et ob hoc
videbitur necessarium esse opus diuiciarum quia vi
ciis instruat et ire tribuit effectum atque ina
nes ambicionum bullas inflat amplius et ex
tollit in maius quod quasi superbie malum tumi
dus erigit. Ymo potius propter hiis omnibus ma
xime erant fugiende diuicie. Hoc est enim
feras quasdam bestias in animis suis homi
nes sponte collocare et in pectoribus suis nu
trire. Et iterum diuicie suadent ut honore q(ui)
dem vero celesti quidem careatur. Falsi vero

habent veri illius colore solum quodam
et simulata ymagine fucatum requirunt hono
rem non veritate sed nomine. Sicut enim plerorum
que meretricis vultus cum turpis et fedus est
per naturam fucis et coloribus pigmentatus
prostituitur ad decipiendos eos qui igno
rant que feditas vel velamine fuci illi
contegatur ita et diuicie faciunt cum adula
cione volunt honore videri. Neque enim vo
ces ille populi per quas indicibus acclamantur
ex veritate proferuntur sed ipse sunt quibus
fucatur nomen honoris et depingitur. Nam
si conspicias introgres ad clamancium tibi in
uenies apud unumquemque eorum mille te crimi
nibus accusari. Denique ubi metus cessauerit
potestatis et publice pompe fuerit scena resolu
ta tunc videas quanti oblatrantes quanti ob
loquentes quanti insimulantes et hii omnes ex
illis sunt qui prius acclamabant et in mendacibus
te laudibus extollebat. Hec tu honorem
dicis et hec diuiciis querenda credis que e
tiam si sponte adessent recusanda erant.
Plus enim odii quam amoris acquirunt. Sed
vis ostendam tibi honorem verum. Honor ve
rus virtus animi est. Hic honor neque a cesa
ribus preparatur neque adulacione conquiritur neque
pecunia comparatur. Nichil fucati in se habet
nichil simulati nichil occulti. Huius hono
ris successor nullus est accusator nullus
nullus ingratus. Hic honor temporibus
non mutatur nec tyrannum patitur nec pic
tura tabule metuit aliquam delendam. Sed vin
dictam inquit inimicorum sumere non possunt.
Hec autem est maxima causa et precipua qua
execrande diuicie sunt et amanda paupe
tas. Iustum enim gladium quem dicis aduersum
te acuunt. Faciunt enim te preuaricatorem man
dati illius quo dicit michi vindictam ego
retribuam dicit dominus. Vis autem videre quantum
mali habeat vindicte cupiditas? Misericordiam
dei aufert ab homine et concessam iam graciam
infringit ac reuocat. Scriptum est enim in euan
gelio quod is qui multorum talentorum debitor
fuerat et veniam precatus a domino impetra
uit cum conseruus ad consimum suum qui ei paruum
pecunie debebat. Hoc est qui in eum aliquid
parum peccauerat exigere in eum cepit vindictam,
scilicet summe et ob hoc quod inmitis fuerat erga
indulgenciam conserui ipse de se sententiam tulit
ut non solum concessa iam non fruetur
indulgencia sed et tortoribus traderetur at
que vniuersa debita simul cum suppliciis.

Honor verus

Epulo et
lazarus paup

penamque persolueret et ita per uindicte desiderio
minus diuine perdidit indulgencie. Pro hys
queso te uidentur tibi expetende diuicie ut
tibi facilior via pateat aditutum. Nonne
pro hys maxime oportebat eas velut inimi
cum grauissimum et hostem pessimum ac toci
us mali auctore uitari. Sed paupertas inquit
difficile negocium est. Iudicium enim et blasphema
re cogit homines per penuriam et multa in
honesta et indigna committere. Non paupertas
hec sed pusillanimitas facit. Nam et lazarus
pauper fuit et valde pauper cuius paupertati
addebatur etiam egritudo amarissima que
etiam ipsam paupertatem redderet duriore cum
et ius morbi multa solacia deposceret et ullum
penitus paupertas posset adhibere horum enim
alterum etiam si solum sit graue est et
doloribus plenum tum autem simul iunguntur
nec est qui subleuet intollerabile efficitur
malum ignis inextinguibilis dolor sine
remedio tempestas plena naufragiis ani
me simul et corporis flamma. Erat tamen super
his hys omnibus malis aliquid adhuc am
plius uicinitas diuitis epulantis luxurio
se et adhuc magis ac magis etiam inde i
enim tormenta cumulantur quod ad ianuam di
uitis epulantis iacebat ut enim multo
amplius excruciaret opes in oculis pos
te que uidebantur quam ille qui penuriam
deerant. Multo enim grauius affligit animam
que cogitur carere bonis que uidet quam
hys egere que non uidet. Vero ne hys qui
dem flectibus flectitur diues ille crudelis sed sibi
quidem parari mensam solitis copiis iubet
et exornari ministeria vina diffundi coquorum
exercitus ad alios ministrorum ed pasitorum tur
mas duci et cantorum statim cateruas nec i
aliquo luxurie temulenciaque frandari pau
perem vero lazarum dura fames et amare eg
ritudinis ira uastabat miser non nullus uero
ullum inuenire solacium. Et ex mensa diuitis
que parasytos et luxuriosos usque ad distensio
nem ventris et crapulam saciabat nec
mice quidem que proiciuntur ad lazarum ueme
bant fame periclitante et tamen ita pertulit
hanc tam duram tamque teterrima paupertatem
ut neque amarum sermone neque blasphe
mum proferret illicitum sed sicut aurum vehe
mentius ignitum purius et sincerius red
ditur ita etiam ille passionibus et tribula
tibus examinatus clarior et splendidior per
paciencia reddebatur. Et enim si uidentes ci
mo diuites quosque affligunt similes et tabes
cunt ac distenduntur inuidia et uita eis ipsa
amarior redditur etiam si uicarius eis non
desit cibus etiam si mediocria uideantur habere
ministeria. Lazarus qui ita erat pauper ut
alius nullus fuit et non solum pauper sed et
eger et nullus alius eger fuit et qui nul
lum omnino non dicam ministerium sed ne sola
tantum quidem habuit in medio ciuitatis. Ut
in ultimis agens desertis famem paciens
omnium sed plus ex habundancia uicinitatis diui
tis epulantis esuriens uidebat enim diui
tem uerum copiis tamquam fontibus et flumi
nibus inundante se vero ab hominibus quidem
refugium nullum capiente solis uero cani
bus iacere miserandum ita enim erat egri
tudine resolutus ut ne ipsos quidem valeret
abigere. Hic ergo nisi fuisset prime philozo
phie quando hec omnia tam pacienter et
tam fideliter pertulisset. Vides quia qui
seipsum non lesit a nullo potuit ledi. Itera
bo enim et repetam propositionis mee ser
monem. Quid ergo dic michi morbus cor
poris quid penuria vero omnium quid uiru
lentes ulceribus canes quid uicinitas a
nari diuitis ac superbi ledere potuit atthleta
dei. Aut in quo ex hys omnibus resolutus
aut fractus est ab animi uirtutibus. Nichil
omnino. Verum ymmo et angustiis rerum magis so
lidatus est et hinc illi corone paratae sunt
unde infelicior putabatur. Inde ei palma uic
torie inde eterna remuneracio unde cruciatus
multiplicabantur et iniurie. Fames illa ha
bundanciam parabat futurorum bonorum egritu
do illa incitam parabat eternam ulcera illa que
canes lingebant splendore per angelos ministra
bandum ferebat inhumani et crudelis diui
tis despectus atque ad ianuas eius cubile
contemptum patris ei abraham proximus
sinus et beatitudinis eius consorcia promit
tebant. Quid uero apostolus paulus. Non
enim absurdum puto iterum uiri huius facere
mencione. Nonne per hoc in innumeris temp
tacionum subiectus est ymbribus. Et quia ex hys
omnibus lesus est. Nonne per hoc gloriosior
factus est. Quid ei fames quid ei frigus
aut nuditas nocuit. Quid flagella quid
vbera quid saxa nocuerunt. Quid detri
menti in naufragiis quid in profundo ma
ris passus est. Nonne permansit semper idem
paulus et idem uocatus apostolus. Econtra
dicit et iudas unus fuit ipse de duodecim

Judas

et vocatus fuit aplus xpi / sed neque quod unus
ex duodecim fuit neque quod vocatus aplus
dicus est prodesse et quicquam potuit non habenti
animum virtutibus deditum. Sed paulus quidem
cum penuria et plagis cucurrit cursum qui
ducit ad celum ille non cum et prior vocatus esset
set in aplatum et simul cum ceteris graciam do
natus celestem quod edoctus esset philozophiam
et sacre xpi mense venerandique sacramenti
particeps extitisset / habuisset etiam donum spiritus sancti
ita ut mortuos suscitaret et leprosis cura
ret / ac demones effugaret / cumque degtemptu
rerum secularium frequenter fuisset edoctus / adherens
lateribus xpi atque indigencium sibi esset commissa
dispensacio quo scilicet avaricie prophet latens in eo
vicium sanaretur / erat enim fur tamen nec sic quidem
proficere in melius potuit / cum erga eum
tot tantisque promissionibus donisque uteretur. Scie
bat enim xpus quod avarus esset iudas et pro
amore pecunie periturus / et non solum non
arguit eum pro hoc vicio sed et latentibus me
dicamentis curare voluit ipsi committens dispe
sacionem pecunie ut habens in manibus quod
desiderabat precium passio expleta cupiditate
cessaret ne decideret in illam mortis foveam / sed
in minoribus malis maiora reprimeret. Sic in omnibus
qui semetipsum non leserit ab alio non potest
ledi. Et rursus qui seipsum corrigere et emendare
noluit et quod in ipso est atque in potestate eius complere
nullus ei omnino extrinsecus proderit. Propterea
denique scriptura divina dicit et tamquam in ymagi
ne quadam letissima et amplissima veterum
vitas et gesta depingit ab adam usque ad xpi
nativitatem producta ut tibi ostenderet aliorum lap
sus et aliorum coronas et ex utroque erudiret
doceret quod te quia nisi qui semetipsum leserit ab
alio non potest ledi etiam si permutacio reru
ac temporum fiat etiam si non potentum et prin
cipum contra eum furor seviat et insidientur
omnes / sive noti sive ignoti sive amici sive ini
mici vel dolo vel vi vel insidiis vel fraudibus
impugnantes tamen commovere ne parum quidem
poterunt eum qui constanciam tenet et animi
virtutibus vigilat sicut e contrario ignavum et desi
diosum et qui semet ipsum prodit ac deicit etiam
si mille adhibeas medicinas mille munimenta
conquiras meliorem facere et emendare non poteris
nisi ipse prius quod in se est apponat ac proferat.
Hoc est quod nobis indicat et illa parabola que
de illis scripta est quorum alius super petram e
dificavit domum suam / alius super arenam non
ut arenam vel petram intelligamus / neque ut

edificium ex lapidibus et lignis compositum
extructum neque ut flumina et ymbres et ventos
qui impingunt in domos illas materiales putemus
sed ut hec esse intelligamus vel virtutem animi
vel ignaviam et ut ex hiis addiscamus quod nisi qui
seipsum leserit ab alio non potest ledi. Non ergo
pluvia neque flumina cum impetu descendencia
neque venti validissimi commovere poterunt domum
supra petram fundatam ut ex hoc intelligas
quia qui seipsum non prodiderit nec a se ipso
motus fuerit nulla superveniens temptacio deicere
eum poterit aut movere. Illud vero alius edi
ficium subvertitur facile non pro temptacionum violencia
alioquin et illud aliud edificium decidisset sed propter
fundamenti id est proposita infirmitate. Arena enim
est res mobilis et fluens que sine dubio instabi
litate atque inconstanciam designat animorum. Non

Tentacio

ergo ut diximus lapsus et ruine causa temp
tacio est / sed instabilitas animi et ignavia
que etiam sine temptacione et interdum est dum pro
te deicit sicut et in illa fabrica que super arena
fundata est etiam si flumina ventique non ir
ruant ipsa tamen paulatim effluens instar e
arene edificii crepidine subruit et evertit.
Nam et arene sponte rumpuntur adamas non
nec malleis cesis infringitur. Ita qui a semet
ipso non leditur etiam si tundatur ab hiis non
potest ledi. Cum vero animi per ignaviam pro
ditur etiam nullo impingente sponte defluit
et defluit et resolvitur sicut et iudas ille non
solum nullo extrinsecus impellente dilapsus
est et e contrario pluribus adiutus remediis
stare non potuit. Vis ut hec non solum per
singulos gesta sed etiam per populos doceam. Cuncta
ergo circa iudeorum populum / causa cure ex
titit divine providencie. Non ne omnis ut
ita dicam creatura erga emendacionis eorum
ministerium parata est. Nonne preter omnibus
hominibus nova quedam et magnifica eis vite
instituta sunt tradita. Nonne in medio mari
pedum iter aptum est eis / et in quo ipsis fuit
salus ibi inimicis eorum venit interitus. Quadra

Manna

ginta annis in deserto non arando neque se
minando vixerunt / labore messis et cure nescie
runt usus mole eis et coquendi panis necessi
tas non fuit / vestimentas quoque eorum nova textrina
solitudo construxit mercandi causa non ex
titit macellum nemo pro compendiis caribus
requisivit. Sed hec omnia fuit eis verbum dei et
paravit eis mensam in deserto laboris et sudoris
expertem. Hec enim fuit natura manne cibus
cotidie novus et saporem pro desiderio

vestientium subministrans Sed et indumen
ta eorum et calciamenta et ipsorum etiam cor
porum natura oblita est infirmitatis sue
Diu namque illo tempore neque indumenta
attrita sunt eis neque fuit in illis affirmas
Medico nullus indiguit medicamenta ne
mo quesiuit Eduxit enim eos in argento i
gitur et auro et non erat in tribubus eorum
infirmus Sed quasi qui iam reliquissent
mundum hunc et adam meliore prestantiore
que potiti fuissent ita eis cibus et potus abs
que labore et sollicitudine ex verbo dei pre
bebatur et quod fuit super omne miraculum
ne forte ardor eos radiis solis adureret
umbra nubis per diem desuper tegebant et
quocumque cum ipsis abissent circumferebant tec
ta ista celestia Sed ne noctis quidem tene
bre absque solacio relinquuntur Lampas nam
que eis ignis verbo dei accensa lucebat que
non solum illuminandi vim erat et itineris
ostendendi ministerium prebebat in deserto Quid
vero de sequenti dixerim petra aquarum flu
mina emittente Quid multitudines autem
que densitate sui celum texerunt coturnices
Nam in egipto que facta sunt miracula quid
repetam Quid etiam virtutes que consumma
te sunt in deserto bella orationis gesta et vic
torias sola dei invocatione quesitas Non
enim ut pugnantes sed ut choros agentes ma
nu peremptione triumphabat Illud autem quo
modo narrabo quod cum egiptum aquis proferre pug
nantibus Muros Jericho in voce tubarum per
psalmorumque deiciunt ita ut adversariis psalle
ntes magis chori quam exercitus viderentur hos
tiles et quam in misteria magis putarent
consummare quam bella Hec autem cuncta sig
na et prodigia non ob hoc solum fiebant
ut ipsius populo tantum videretur expleri sed ut doc
trina agnitionis dei quam moyse tradente in
monte ardente didicerant firmius eis et te
nacius adhereret Hec enim omnia voces e
rant quidem dominum celi et universitatis dominum
predicantes Nam et mare hec clamabat cum
pedibus transiret hoc etiam cum extinguit ad
versarios hoc nili aque in sanguinem verse hoc
in mirum ranarum hoc predicabat et exercitus lo
custarum hoc erugo et scynephes et omnia illa
que gesta sunt sive in egipto sive in deserto pro
digia intimabat Manna ipsum et columpna ig
nis et continua multitudo atque omnia illa
liber quidem erat eis et littere que deleri nun
quam possent nec de cordis eorum paginis a

bolentur aboleri quas legerent et haberent semper
in cordibus suis Et tamen post omnia hec tan
ta evidentia divine virtutis insignia et post v
niversam gloriam que eis super cunctos mortales
data est infideles extiterunt et ingrati Ca
pud namque vituli adoraverunt et deos quesie
runt sibi alienos fieri cum tante talesque di
vine virtutes adhuc in oculis haberentur alienos
recentem et nuper gestam servarent in corde
memoriam At non niniuitarum populus alienige
na et barbarus nullis prius divine providen
tie beneficiis assuetus non legibus non mirabi
libus non preceptis ullis aut opibus illuminatus
hominem vidit habitu naufragum et vultu pe
regrinum nec hunc umquam sibi prius cognitum pri
mo statim ingressu dicente adhuc triduo
et Niniue subvertetur et exceptis solis sermo
nibus conversi sunt ad timore dei abiectis
que continuo prioris vite malis ad virtute se et
iusticiam contulerunt tam fideli satisfactione
penitentiam ut divinitus iam promulgatam sententiam
revocarent et urbem sistent nutantem me
tu excidii ac iam iamque perituram Vidit
enim inquit deus quia recessit unusquisque a
via sua pessima Quomodo recessit dic michi
Magna erat eorum malicia in mensa iniqui
tas vulnera insanabilia Hoc enim indicat
propheta cum dicit Ascendit malicia eorum
usque ad celum per hoc quippe spacia magnitu
dinem peccatorum designans Sed tamen tanta
hec eorum malicia que usque ad celum fuerat
extenta tribus solis diebus uno peregrino ig
noto et naufrago homine et paucissimis
sermonibus commonente ita extincta est et dele
ta ne tale adeo testimonium mererentur accipere di
cente scriptura et vidit deus quia discessit v
nusquisque a via sua mala et penituit a ma
licia quam dixit ut faceret eis Vides quam qui in
tentus est et vigilat semperque meminit non solum
ab hominibus non potest ledi sed etiam imminente celi
tus iram repellit Quomodo non semet ipsum pro
dit et ledit etiam si mille exercitus beneficiis divi
nis beneficiis fulciatur non ei sufficiet ad salu
tem quia neque iudeis tanta mirabilia que
in eos collata sunt profuerunt neque alieni
genis quod nichil horum adepti fuerant obfuit
Sed quoniam acro et recto proposito semet ipsos dederunt
deo pura oratione supra plurimum profecerunt et
quidem tunc erant ut diximus barbari et alie
nigene atque ab omni divina institucione peregrini
Quid non de tribus pueris dicemus in quos tot
illata mala virtute tamen animi eorum nequaquam

De trib; pueris elegantis natura ductis in captiuitatem a Nabuchodonosor

lede aut infringe potuerunt Nomne pue
ri erant tene etatis et in primis statim in
te initijs captiuitatem dirationemq; pres
si exules patria et domo templo q; extor
res alienati patrijs legibus amissi diui
nis altaribus sacrificijs purificacionibusq;
sollempnibus et abipsa etiam psalmi vo
ce detracti ad peregrina ducunt et diacione
barbaram pacunt feris magis bestijs quam
hominibus traditi nullam patrie doctrine vo
cem nullam prophetice commonicionisque sermone
nulla sacerdotum aut pastorum solacia capi
entes Sic enim ipi dicunt quia non e in hoc
tempore princeps neque propheta neque dux neque
locus ad sanctificandum in conspectu dei ad inue
dam miam Sz et hoc accessit eis addifficul
tatem rerum ut intra aulam Regiam tene
rentur et eent quasi in medium pelagi abduc
ti ubi tempestates et turbines et procelle et
in mani fluctuum rinne sine gubernatore sine
nautis sine velo et remis nauigatur pela
gus in mensi et tamen quia erat instituta me
te eorum diuina philozophia et pietatis rerum
sciebant contemptui habendas esse caducas
fragilesque potencias ac tumidam calcanda
esse iactanciam per fidei subnixi volare
nouerant ad celestia aulam regiam velud
ergastuli squalore ducebat Et rex quidem in
bet eos mense sue participes fieri mense illius
affluentis et tumide et inmundicijs atque ex
execracionibus plene pasti sz ipis hoc abhomina
cioni erat non honori tamquam agni inter lupos
positi videbat qd aut moriendum sibi fame
ferroque eet aut ex hijs que execrabant veste
dum Qd ergo faciunt adolescentuli Quid agit
etas immatura quid captiua condicio Non
dicunt quia viritas ura no latet dnm qd sub ty
ranno positi sumus qd in captiuitate qd infer
mitate retinemur non possumus obsistere crude
libus dnis superbisque uictoribus Nichil horum
meditati sunt sz intenderunt animo usque ad
morte venire tamen ne peccarent deo et fa
cerent qd fieri non licebat Erant aut illi eis cuc
ta que extrinsecus sunt aduersa et contraria
Neque enim captiuis et nudis erant pecunie
quibus lenire possent impanam ferocitate
nec amicicie ulla fiducia ut pote peregrinis
neque potencia aliqua ut pote seruis neque multi
tudine obtinere poterat Tres enim soli erant Qd
ergo faciunt qd solum in potestate hre videbantur
vbis precantur eunuchum qui super eos accepat
potestatem Sz et ipm inueniunt metuente et
pro salute sua trepidum Ne forte si presenti
bus eis prauiorem gratiam voluisset caput suum tra
deret morti Et ait timeo ergo dnm meum rege
ne forte videat vultus vros tristes preterens
pueris et coetaneis vris et condempnet caput
meum in mortem At illi sapientibus responsis ad
imunt ab eo omnem timore et prauiore gratiam sua
suadent Cumque ipi omnia que in se erant et
in potestate sua fecissent adest continuo etiam deus
et que in ipo sunt ipse iam complet Non ergo
solius dei est opus illud sz mutuum datum est
ex proposito ipsorum Ipi enim posuerunt in corde
suo ne gustarent de illicitis cibis Et cum
hoc constanter et fortiter custodirent affuit
eis etiam continuo etiam dei nutus et boni
propositum puerorum ad finem producat gloriosum
Vides ergo quam qui seipsum non ledit ab alio
non pot ledi Ecce enim in hijs est puericia
captiuitas solitudo seruitus potestas parentes
inopia diuina metus mortis vis tyrannica
terror barbaricus vicinus vero aliquis
propinquus proximus aut ciuis nullus nec
bonorum monita nulla solacia et horum omnium
nichil omnino fuit quod eos lesent quos pro
positum et animus proprius non ledebat quam
ymo et econtrario cum omnibus hijs que supra
enumerauimus in patrio adhuc solo positus
ille populus vtetur prodere ei tot extuseris
amicula nequiuerunt ad animi virtute quia
enim propria prodebat et deiciebat ignauia
sz nichil primo omnium puericia tuum gloriosum
illud obtinere obtinuere certamen ne contaminare
tur cibis inmundis et in hoc subacto et cal
cato tyranno ad alia prodeunt celsiora et
nobiliora certamina proponitur namque eis
multo dirior et scelerarior illa priore condicio
Fornax igne succenditur barbarice in eos
turme ipo tyranno fremente consurgunt
commonentur in eis omnis feritas caldeorum et addo
decipiendos pueros nacio inplacabilis et dira
consurgit Exquisita diuersa parantur nono que
crudelitatis in uento inmissionis ignis et fla
ma contingit penarum inmine terrorque mor
tis cum voluptate miscetur et tamen qui
semetipsos non prodiunt sz quid in sua pt
tate est exercuit et paguint ledi a nullo a
lio potuerunt quin ymo et celsiores ex hoc
reddunt et clariores coronasque nobiliores
sumunt multo quam dudum Vincit quidem
eos nabuchodonosor rex et misit in fornace ignis
sz lede nichil potuit ymo et magnifice preficit
maiore namque eis gloriam tyrannica crudelitas

acceperunt. In medio enim fornacis positi et barbarico in eos incendio plurimum flamma fornacis ardente clarissimamque de hoste et magnificam suscepere victoriam, et tres pueri captivi totam gentem cum rege pariter invicti magnificentia duxere captivos, quorum gloria seculis omnibus canitur et canetur. ¶ Sic ergo qui sibi ipse non nocuerit, alius ei non poterit nocere. Non enim cessabo frequenter propositionis mee titulum recensere. Si enim ut supra iam diximus neque captivitas neque servitus neque solitudo neque patrie amissio et proximorum neque mortes neque incendia neque exercitus neque tyrannus crudelissimus tres pueros tenere adhuc etatis captivos suos ledere non potuit aut decipere, quid est quod possit aliquem animi virtute insignem [illegible]? Sed dices: deus affuit et ipse eos de incendio liberavit. Et tu quid? si feceris omnia que in te sunt, sperare debes et ea que a deo sunt. Aderit namque et tibi si tu ipse prius non defueris tibi. Verumtamen ego pueros istos non propter hoc admiror et beatos dico quia ignis incendia calcaverunt illesi, sed quia pro patribus patriis legibus vinciri voluerunt et in fornacem mitti atque ignibus tradi. In hoc est eorum cumulus et meritum. Statim namque ut in ignem iniecti sunt corone eis nexte ceperunt ex illis sine dubio verbis quibus cum omni fiducia et libertate responderunt regi dicentes: Non opus habemus nos de verbo hoc respondere tibi; est enim deus in celis cui nos servimus, qui potest nos liberare de camino ignis ardentis et de manibus tuis rex liberare. Quod et si non, notum tibi sit rex quia diis tuis non servimus et ymaginem auream quam statuisti non adoramus. Ex his verbis illi iam coronati sunt et in hac confessione victorie sue palmam ceperunt. In hoc fuit cursus eorum quem in confessionis martirio consummaverunt. Quod vero corpora eorum tradita sibi ignis exuere noluit et vincula dissolvit atque oblitus nature sue in medio fornacis exhibuit eis celestis roris refrigeria, hoc iam dei gratie fuit qui voluit per magnificentiam mirabilium notam facere potentiam suam. Illi vero in confessione sua et fidei constantia coronati sunt et martirii sui gloriam consecuti. Quid tu ad hec dicere potes? Etiam si patria expulsus es et isti; etiam si in captivitatem ductus es et barbaris dominis servisti, hoc et istis accidit; si sine solacio, sine doctrina, sine commonitore vixisti, nec istis cuncta hec defuerunt. Vinctus et servitus es, ad mortem ductus es, et isti. Sed preter hec omnia cum seducti ex uno quoque horum clariores nobilioresque digressi sunt. Et iudei quidem habentes templum et sacrificia et archam testamenti, cherubin quoque et propiciatorium et illa omnia quibus cotidiana sacrificia consummabant, habentes etiam prophetas alios defunctos alios adhuc superstites qui eos et de actibus dei uberius commonerent que in Egipto fecerant cum eis, que in deserto, que etiam cum terram repromissionis ingressi sunt, et in his omnibus non solum nichil profecerunt sed et in ipso templo ad insignia prevaricationis sue ydola collocaverunt, filios suos eis et filias ymolantes sub arboribus etiam et in montibus prophana sacrificia consummantes. Hii vero in terra barbarica in hostili solo sub tyrannica potestate positi, flammis et mortibus traditi non solum nichil lesi sunt sed et maiorem gloriam ceperunt. Hec ergo scientes et horum similia colligentes de divinis scripturis, multa enim similia inveniet qui requirit exempla quibus agnoscat alios quidem sine ulla difficultate temporum et necessitate causarum nulla vi nulla tyrannide cogente collapsos, et alios his omnibus adversantibus sibi ne leviter quidem a virtutis proposito fuisse commotos, indubitata sententia tenere debemus quod si aliquis leditur a semetipso leditur. Eadem namque que in principiis proposuimus etiam in fine firmabimus: si quis unquam leditur a semet ipso leditur nec ab ullo alio, etiam si innumeri sint qui noceant, etiam si omnes qui terram et mare inhabitant convenerint ad ledendum, nocere nequaquam poterunt ei qui a semet ipso non leditur.

Explicit. Incipit de reparatione lapsi.

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? Opportunius nunc a me quam tunc a propheta dicetur. Licet enim non urbes multe nec gentes integre lamentanda sint, anima tamen flenda est multis gentibus nobilior multisque urbibus preciosior. Nam si unus qui facit voluntatem dei melior quam multitudo iniquorum, melior ergo et tu eras quondam quam multitudines iniquorum. Propter quod nemo miretur si forte prolixioribus ego nunc utar lamentationibus et amariores profundam fletus quam tunc propheta profudit. Non enim urbis ut ipse capte excidia defleo nec miseri vulgi captivitatem lamentor, sed insignis anime

lapsum et templi in quo prius habitabat
excidium. Si quis enim ornamenta quondam
anime tue novit que nunc dyabolica flamma
consumpsit. Si quis templi corporis tui conte
platus est, tunc tuum castitatis splendore
fulgeret, priorem profecto et valde in florem
illam propheticam lamentacionem putabit nunc
barbarice manus sancta sanctorum polluisse
defleuntur et sacratas edes ignis prolatus hos
tilis, ubi conflammata cherubin et archa propicia
torium tabuleque lapidee et urna aurea lame
tantur. Hec enim lamentacio quam ego defleo
tanto illa durior et amarior quanto verius
cuncta hec et evidencius in tua anima
quam intra illius templi parietes erant. Hoc
hoc sanctius multo fuit quod iste erat tem
plum. Non enim auri et argenti metallo
sed virtutibus anime et donis sancti spiritus radi
abat. Habebat enim archam intra se et duo
cherubin id est fidem patris et filii et spiritus sancti
pietatem. Sed nunc nichil horum est. Ablata sunt
cuncta ab anima tua. Nudata est omnibus
ornamentis suis, cunctisque divitiis consecuta
fuerant, sed muneribus spoliata remansit de
formis ac turpis. Periit ab ea omne mu
nimen, omnisque custodia, non iam hostium
in ea clauditur, non frenatur ingressus sed
patet omnibus malignis spiritibus ad cor
ruptelam anime festinantibus. Nulla
inde turpis cogitacio, nulla cupiditas fe
da repellitur, sed si venerit spiritus fornicacio
nis ingreditur, si iracundie, si avaricie et
si horum nequiores et impuriores venerit
nemo prohibet, nemo expellit. Nullus enim
ei custos, nullus remansit edituus. Nam
prius sicut ad celi secreta nullus huius ma
lus indulgetur accessus, ita nec ad purissi
mam mentem tuam penetrare poterat ulla con
tagio. Sed forte incredibilia videar loqui a
pud eos propterea qui decora tua nesciunt sed
hanc que nunc est anime tue destructionem
vident. Inde utique est irremediabiliter plan
go quia novi et incessabiliter lugeo dum
recordor usque quo iterum te repedare videam
ad prioris glorie statum. Et si apud homines
hoc impossibile videtur, apud deum tamen
omnia possibilia sunt. Ipse est enim qui allevat
a terra inopem et de stercore erigit pauperem
ut collocet eum cum principibus, cum princi
pibus populi sui. Ipse est qui sterilem facit in domo
matrem super filiis letantem. Non ergo dubites
neque desperes mutari te posse in melius. Si

enim tantum potuit dyabolus ut ex celsis virtutum fas
tigiis in profundum te deduceret malorum, quanto
magis poterit deus ad summum te bonorum vertice
revocare. Et non solum in id te restituere quod
fuisti, sed et beaciorem multo quam prius videba
ris efficere. Tantum est ne conturbes animo neque
spem tibi abscidas bonorum. Ne queso accidat
tibi quod impiis solet. Non enim peccatorum multi
tudo in desperacionem adducat animam sed impietas.
Et propterea Salomon non dixit quia omnis qui ve
nit in profundum malorum contempnit, sed impius
inquit si venerit in profundum malorum. Venerunt
non peccatorum. Impietas enim non sinit eos ad
deum respicere et illuc ingredi unde dilapsi sunt.
Ista ergo cogitacio que spem conversionis ab
scidit ab impietate descendit, et sicut lapis
gravissimus cervicibus anime incumbens semper
eam deorsum et in terram cogit aspicere, ad
deum vero sursum non sinit oculos allevare. Sed
virtutis anime est et preclare mentis dirrumpere a
cervicibus anime sue pondus inimicum in ymo
deprimente se et abicere dyabolum et imperare
anime sue ut canens verba prophetica dicat ad
deum. Sicut oculi servorum in manibus dominorum
suorum et sicut oculi ancille in manibus domine
sue, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec
misereatur nostri. Miserere nobis domine miserere nobis
quia multum repleti sumus despectione. Declara
vere in hiis verbis et celestis philozophie doc
trina est. Repleti inquit sumus despectione. Hoc
est quod docere nos voluit quia et si peccatorum
nostrorum multitudine repleti sumus despectione
atque obprobriis adoperti sumus, oculi tamen nostri ad
deum deum nostrum sunt donec misereatur nobis. Nec
prius ab obsecracione cessemus quam impetra
re veniam peccatorum mereamur. Hoc enim vere est
constantis anime et pertinacis ut nequaquam
repellatur a perseverancia deposcendi desperacione
impetrandi, sed perseveret ac persistat in obsecra
cionibus donec misereatur illi deus. Et ne for
te arbitreris te offensam magis contrahere a
pud deum si tamen non mereris audiri impor
tunius persistas in precibus, recordare ewangelii
parabolam et ibi invenies quod perseverantes et
importunos peccatores deus non sibi ostendit
ingratos. Ait enim quia et si non dabit ei propter
quod amicus est, propter importunitatem tamen eius
surget et dabit ei quotquot opus habet. Intelli
ge ergo karissime quia propterea dyabolus desperacionem
subicit impetrandi ut spem nobis dei boni
tatis abscidat que est salutis nostre anchora,
vite nostre fundamentum, duce itinere quo itur ad

cont' desperacionem

celum Demqz aplus dixit Spe aut salui
facti sumus Spes ergo est in qua salus ma
consistit et que deterris animas velud qui
busdam cathenis celitus dependentibus
innexas euehit ad supna et reuocat ad se
des celestes eos qui vehementius inherent cel
sioresqz eos inte huius ac tenebrarum malorum te
binibus reddet Si quis ergo inter h' procellas
resoluat animo et salutaris spei anchoram
dimittat e manibus deadat nccē est et i abis
sum atqz in profundu malorum uenet Quod
cum senserit i inimicus et uiderit nos pcco
rum inorum multitudine phorrescentes in
desperatoibus etiam ipmus consue deterreri ac
cedit et ipse et cogitationes nobis subicit
desperandi plurib omni et omni arena granio
res quas si receperimus ncce est nos statim
pondē ipo abruptis salutis tue volup
tatibus pares Abiecisti suaue iugum xpi
et duras ac ferreas pro eo imposuisti cer
uicibus tuis peccatorum cathenas Abiecisti
onus leue humilis et mitis dni et pro eo
apnariam mollam collo tuo appendisti
¶ Sz quousqz pertendis Sta iam et desine
infelicem animam sine respectu aliquo si
ulla recordatione demergere Quousqz per
urges eam et pcipitas in interitu tuum Et
quidem mulier illa que in euangelijs drag
mam quam pdiderat inuenit conuocat uici
nas et amicas ut congratulentur ei ego
autem conuocabo amicos tuos et meos ac
uicinos nros et deprecabor eos conuenire
non ut gaudeant sz ut lugeant mecum
nec ut gratulentur sz ut lamententur et i
gente planctum sublatis ad celum una
mecum uocibus reddant Dicam ad eos
Vlulate mecum o amici et plangite pro
fundite mecum fontes fletuum et producite
flumina lacrimarum non quia auri pondus
in mensum nec argenti talenta i numme
ra amiserim de manibus meis non quod ge
marum fila pciosa pdiderim sz quia homo cuius
carior et omni auro cunctisqz gemmis pcio
sior amicus qui una nobiscum inter huius pe
lagus et mare hoc magnum spaciosumqz na
uigabat nescio quo lapsus usqz in ipm
fertur pdicionis profundu Quod si aliqui
ex amicis consolari me volunt et a luge
do prohibē prophetice ad eos respondeam uo
cibus dicens Recedite me amarissime flē
nec persistatis consolari me non enim lugeo
pcacius affectu nec planctu plango femi
neum ubi in moderato lacrimarum culpa
bilis indicatur sz illud lugeo quod et mag
nus ille ac mirabilis Paulus aplus luge
se dicit cum scribit et lugeam multos qui pc
cauerunt et non egerunt pniam Nam eos
qui pximi hac morte carorum in moderatis
planctibus affligunt' obiecto quis nota
bit Ubi uo non corporis sz anime ruinea
lamentant' et talis anime que in ipa etiam
morte signa prioris pulcritudinis et ad
mirandi decoris ostendat atqz extinctum
in semet ipa flore uirtutum indicijs adhuc spe
rantibus prodat quis ita crudelis et ab
affectu tocius uirtutis alienus est qui no
moueat' ad luctum non excitetur ad lacri
mas Sicut enim p morte quarum philoso
phoru est alacrius temperare ita et i tam
ine morte et talis anime consolationem
recipe et insipiens et irreligiosum duco
Quomodo enim non uidebit' sine mensura
ue lamentandus in corporibus tamquam in la
pidibus assumebat qui aurum sicut lutum
uidebat qui delicias cunctas ut sterquilinium
spernebat Hic subitis febribus libidinis
ac voluptatis arreptus sanitate simul
atqz ornatu mentis extincto uirtutibus
quidem perit solis uero uicijs et volupta
tibus uiuit Hunc ne ego plangam Hunc
ne ego non rigem toto flumine lacrimarum
usqz quo si potero fletibus meis resuscita
tem sensum eius et uitales aliquos ex
commotus tempe eliciam lacrimarum Si enim
hij qui corpa lamentant' cum sciant et cer
ti sint nichil prodesse fletus suos ad uita
defuncti reuocari tamē a lamentatione no
possunt nos qui scimus animam a morte re
uocari posse promissionem quomodo non me
dicamenti penitencie quo magis patescentibus
corporis uulneribus sanitas anime reci
pi possit lacrimis uberioribus emolliim'
Cum ymo et ignauie nos arguendos pu
to si cum lamentatores corpum mortuorumqz co
mmis tam dure et sor tam vehementer h'
faciant certe ut diximus quod non resuscita
bunt mortuum sum nos nichil tale p ani
me lamentatione faciamus quam restitui insta
tum sinum posse pristinam nouimus Nam
in inferno inquit quis confitebit' tibi Scias
enim plures et uiris temporibus et memo
ria maiorum lapsos a bitume recto et pcipi
tatos ab ingressu uie anguste et ita rur
sus eos reparatos ut posterioribus priora cum

cerint atq3 ad palmam pervenerint et
consonam tonam/ inmero q3 rursus et
choro sp(irit)i et credant e(ss)e salutorsi s3 donec
p(er)manet quis in ipsa adhuc flamma
ac fornace libidinum/ hec ei impossibilia
videntur/ etiam si mille procedunt exem
plis Si vero ceperit fieri ul' p(ri)ma com(m)i
sio et initiu(m) dederit reparandi paulatim
procedens et ad superiora referens pedem
illa quidem que vehementer erat flama
postremum remanebit/ ante pedes no(n) qu(an)
to a tergis cepit incede(re) tanto om(n)ia inve
net dum quasdam roris sopita refrige
rio Tantu(m) est ut vim q(uae) p(ro)p(ri)e inimici
est saluti hinc caveamus inimica est aut(em)
confusioni et p(ri)me desperacio Que si inse
derit mente/ q(ua)ntumcumq3 sit salutis desideriu(m)
quamvis sit grande salvandi p(ro)positum/ de
speracione occurrente om(n)is salutis aditus
obstruentur Que septa eni(m) p(ri)me via claudi
pacit et agonis ingressus Et quomodo ca
potit qui extra viam est cu(m) hostium clau
ditur bon(um) aliquid operis imple(re)/ cum ad bo
norum non veniat ingressum desperacione p(ro)
hibente Propter h(oc) et dyabolus omnibus mo
dis molitur hui(us)mo(d)i cogitaciones plantare
in cordibus n(ost)ris Si eni(m) nos desperacionis
metus procul a via v(ir)tutis efferent/ nul
lum ei adv(er)sus nos certam(en) ultra remane
bit Quem ei impugnet cum nullus ob
sistat Sz quis aut(em) istud resolve(re) potuerit
vinculu(m) q(ua)ntumo vires suos rederent ad
eum incalescat vigor animi delectabit
rursus instaurare certamina Videbit em(im)
se fugare eum que fugiebat et p(er)sequi
p(er)sequente Quod et si forte ut se habet
agonis condicio rursus labat aut cadat
no(n) continuo lapsus sui pudorem despa
re iterum debet/ s3 meminerit hanc esse
agonis et c(er)taminis legem non ut nu(m)q(ua)m
quis cadat/ s3 ut nu(m)q(ua)m cedat quia non
ille qui sepe cedit victus dicitur s3 ille qui
ultimum cessit Nam qui desperacionis cogi
tacionibus victus est/ quomodo ul' vires
reparare certandi ul' resiste(re) ac repugnare
potest/ cum fugiat nec omnino redeat ad
certamen Et nolo putes quia de his michi
s(er)mo sit tu(m) qui in parvis et levibus pec
cavit/ de illo loquor qui omnibus se subiecit
bunt malis qui in maturitate scelerum viam
sibi exclusit regni celorum et non infideli
bus s3 fidelibus fuerint/ et ex his qui pl(a)

placuerunt deo post hoc deciderunt ul'
in adulteria ul' omnes impudicitias que
ut ap(osto)lus ait turpe est etiam dice(re)/ nec
hunc ego dico salutem desperare debere et
si ad ultimam hui(us)modi mali obsessus p(er)
venerit senectute Sz que sit vicio dicti his
auscultu Si ira dei passibilis esset et af
fectus sicut diceremus non posse iam restin
gui flamam quam tot et tantis peccatorum
successa sit malis cum vero impassibile
esse natura divinam diffinicio virtutis
ostendat intellige(re) debemus quia etiam si pu
nit deus etiam si penas infert non hoc
cum ira passibili s3 cum ineffabili clemencia
facit medentis non puniens affectu et
ideo valde libenter recipit penitentem
Sine eni(m) medicamentum si punimus timet
divinam non facit eam ad vindictam iracu
die pervenire propterea que ... in deum Non
eni(m) ut divinum propter semetipsum vindicat
deus in peccatorem quasi ulciscens iniuriam sua(m)
Nichil enim tale recipit ipsa natura divina
s3 ad utilitatem n(ost)ram facit omnia p(ro)p(ter) utilitatem
n(ost)ram et correpciones inducit et penas no(n)
ut se vindicet s3 ut nos emendet Nam si
p(er)strinxit quis induitia sicut ille qui avertit
a luce oculos suos dampnu(m) quidem luci in
tulit nullu(m) semet ipsum vero tenebris con
dempnavit ita et qui p(er) eos impenitens
contemptui se putat virtute dei semetipsum
alienum efficit a salute Nec si medicus
ab his qui ul' freneticam patitur ul' cerebro
moti sunt patit(ur) iniurias et q(ui) neq3 dol(et)
propterea neq3 recipit s3 facit omnia que mede
di ... deposcit quibus curacionem quidem vi
deatur ille qui patitur Porro aut(em) curatus
ipse non est iniuriarum vindex s3 curam langue(n)
tis denique si parum quis eger p(ro)fice(re) ceperit
ad salutem statim videas gaude(re) medicum
lecius q(uam) et alacrius exequi reliquam curam nec
usq3 prorsum inmutatorum meminit s3 salutis
in omnibus gere(re) p(ro)spectum quanto magis deus
etiam cum in ultima deciderimus insaniam
non ulcionis affectu propterea que ... mo
net i(n) nos s3 cupiens in ... n(ost)ris inve
teratos viciorum curare languores propterea et
dicit omnia et agit cupidius sanitatis n(ost)re no(n)
pene Sz quamvis vacio ipsa pietatis sufficeret
ostendat tamen ne tibi de hui(us)mo(d)i sua dubita
cio ulla videatur possumus eciam hoc ex divinis scrip
turis quod ita se habeant edoce(re) Dic eni(m) mi
chi quid scelestius fuit rege babilonis Qui

tum in multis esset expertus potentiam dei
ita ut prophetam eius adoraret et iuberet
ei thus et victimam immolari rursus tamen
ad priorem adversus deum superbiam devolutus
est et eos qui ymaginem eius adorare nolu
erunt presentes veneratores dei vinctos in for
nacem iecit ignis ardentis et tamen hunc
immanem tam iniquum provocat deus ad penitentiam
et dat ei convertendi materias primo quidem ex
hoc ipso quod ei in fornace ignis tribus pueris
servatis apparuit tamen deinde quod visionem
vidit illam quam interpretatus est daniel que vel
sola sufficeret etiam lapidea corda mollire Sed
postquam verbis amonitus accepit etiam ser
monem per prophetam correctionis Accepit ergo et
prophete consilium dicentis propterea o rex consi
lium meum placeat tibi et peccata tua elemo
sinis redime et iniquitates tuas miseri
cordiis pauperum fortassis erit venia delictis
tuis Quid dicis adhuc vir sapiens et bene
post tantos lapsus est adhuc reditus Est
michi crede est quia est post gravissimam
egritudinem atque abysso pene mortis consumpto
redit sanitas et post desperatam insa
niam multi resipiscunt Ecce enim ut super
memoravimus rex iste babilonis omnes
iam sibi salutis aditus excluserat per id
quod deum exacerbaverat qui fecerat se et ad
fastigia regni celsa perduxit qui sibi ce
lestia etiam misteria revelavit qui futu
rorum quoque scientiam dedit et regni totius
archana revelavit qui magicas astro
nomicas gazarenas chaldaicasque pre
stigias prophete sui divina interpretatione con
fusas fudit et ineffabile sacramentum cap
tivi pueruli sapientissima disputatione
patefecit illa ut non solum crederet summo
deo videretur sed in omni orbe domini danielis de
um verum esse predicaret et non solum hunc
ipsum negavit post hec sed in tantam rursum
insaniam devolutus est ut servos dei qui
non adorarent ymaginem suam in fornace
precipitaret ignis ardentis et tamen ne ibi
quidem cure et remedii eius obliviscitur
divina miseratio sed in ipso ut diximus ignis
medio flammis tradiderit pueros domini co
lentes etiam illum eorum terroribus sed mirabi
libus mitigat Potuerat enim et ignem ex
tinguere et ymbres celitus inundare sed
hoc non facit ne plus attendat insaniam
et permittit intantum exaggerari flam
mas quantum furentis desperabat immani

de tribus pueris ex igne babilonico liberatis

tas et non inferni penas perpetuis sed illatis
potestatem promittit cruciandi Et ne quis indeus
non viros pueros putaret fantasma esse et
non flammas que videbantur precepit exuri
penarum ministros eos scilicet qui circa fornacem
stabant ut ostenderet quia vere ignis erat qui
videbatur Sed erat preceptum dei ignis virtute
validius Omne enim quod erat in creatione famu
latur ei a quo ut esset accepit originem Sus
cepit ergo ignis ille sanctorum corpora et pre
cepto ac voluntate dei nature qua vivit
oblitus est Sola in eis ea parte qua illuminat
operatus est ita ut sanum ac fidele depositum
non corruptum redderet sed illustratum Processe
runt enim de fornace ignis tamquam de aula re
gali mirandi omnibus et omnibus venera
di Nullus tunc convertit oculos suos ad re
gem purpura et dyademate renitentem
sed relictus est a cunctis tamquam si non esset quia
omnium in se mirabiles pueri rapuere conspectus
Cuius enim non stuperet ad corda intuentium pa
vidas se flammas et non solum misteria re
fugisse sanctorum non virum nec capitis quidem
comam quod est omnium fragilius aut summam
saltem vestimenti fimbriam perstrinxisse
Cuius non miraretur in eis membra mon
tibus vestimenta metallis capillis adama
ti fortiores Sed et in eo admirationis cumulus
crescit quod in medio flammarum posita ympnum
deo canebat cum ut quod notum sit quam fla
mis traduntur statim ut os aperuerint eos
absumi et illi quidem beati pueri manent a
pud deum gloriosi apud homines mirabiles Rex
non impius nature mirabilibus monetur
nec visionis et confessionis sue sacramen
ta mutatur sed permanet incredulus nec tamen
punitur Neque enim in eo vincitur patientia
dei sed tempore plurimo sustentatum mox ali
quid corripuit non perdita promerens sed emen
dationem proficiens in futuris Deinde non
imperium dampnat sed parvo tempore correp
tus et annis paucissimis ad priorem rur
sus regni reducitur statum ita ut dampni
in nichil patetur ex pena lucri autem plurimum
ex emendatione consequeretur Talis mi crede
talis est erga homines pietas dei Nunquam
spernit penitentiam si ei sincere et simpliciter offeratur
Etiam si ad summum quis pervenerat malorum
et inde tamen si velit reverti ad virtutis viam
suscipit libenter amplectitur Facit omnia qua
tinus enim ad priorem revocet statum quem
adhuc perstantius et eminentius etiam si

non potuerit explere omnem satisfa
ciendi ordinem quantitatemque tamen et qualitatem
brevi tempore gestam non respuit penitentiam.
Suscipit etiam ipsum nec patitur quemquam ex
igne conversionis pure incedem hoc enim
michi indicare videtur ysaias ubi depo
pulo iudeorum talia quedam dicit propter pec
catum modice contristavi eum et percussi
eum et abscondi faciem meam ab eo et con
tristatus est et ambulavit tristis et sa
navi eum et consolatus eum sanavi enim. E
videntius autem nobis testimonium dabit et
achab rex ille impius qui cupiditatis qui
dem sue predam uxoris nequicia quesivit
sed perturbatus ipsius sceleris immanitate
penituit et cilicio circumdatus facinus suum
flevit atque ita erga se dei misericordiam provoca
vit ut cunctis eum absolveret malis. Sic
enim ait. Et dixit deus ad helyam. Vidisti
quomodo compunctus est achab a facie mea.
Et quia flevit in conspectu meo non indu
cam mala in diebus eius. Sed et post
hunc iterum manasses qui omnes tyrannos
in immanitate scelerum suorum superaverat qui
cultum divine religionis et observanciam
legis everterat qui templum dei ydolis reple
verat celesti cultu vacuatum. Sic ergo
impietate scelerum supergrediens omnem
memoriam tamen quia penituit inter ami
cos dei post modum inventus est. Quod si
vel hic vel ille quos supra memoravimus con
siderantes immanitatem scelerum suorum commissi
onis et penitentie reditum desperassent ab om
nibus utique bonis que eos ex emendatione
secutura sunt decidissent qui ymo respici
entes ad ineffabiles miserationes dei et im
mense bonitatis eius profundum dyabolica
quidem a cervicibus suis desperationis vincu
la solverunt supplicantes vero semet ipsos
conversi sunt ad virtutis viam et revocan
tes a precipicio pedem cursum rursus con
firmaverunt bonum. Hec quidem de exemplis
sint nobis dicta sanctorum. Audi nunc quo
etiam sermonibus prophetas ad conversionem
invitentur ad omnes. Hodie inquit si au
dieritis vocem eius nolite obdurare corda
vestra sicut in exacerbatione. Quod autem dicit ho
die omne tempus indicat quo vivimus etiam
usque ad ultima si ita res accidat senectute.
Non enim temporis longitudine sed affectus
puritate penitudo penfatur. Aut non legi
mus latronis peccati illud gravissimum inde

fecto non temporis longitudine sed unius diei
exigua hora diluisse. Sed et latro ille
cum pendebat in cruce non eguit proli
xitate temporis ut ingressum paradisi mere
tur sed tantum ei spacii suffecit quantum expen
di potuit donec unum posset proferre ser
monem ita ut intra momentum temporis to
cius vite sceleribus absolutus precedere
ad paradisum etiam apostolos mereretur. Quod autem
et martires nonnunquam frequenter videmus uno
die interdum non et sub unius hore spacio co
ronas summe ingenuitatis primiorum. Et ideo audi
endum est tamen nos et promptis atque incitati
animis aggrediendum ut quadam velud in
dignatione permoti irascamur adversus decepto
rem nostrum libidine et affectum atque amorem
nostrum convertamus ad virtutem. Hoc enim est quod
vult et poscit a nobis deus. Non quidem tem
porum longitudine nec afflictionum cruces ad
hec principue respicit si vera sit et sincera con
versio. Ideo denique vidimus aliquotiens non
nullos cepisse postremos et factos esse mi
to priores. Non ergo cecidisse ita malum est
ut post lapsum iacere et nolle consurgere
et cum quadam velut voluptate iam ac
resolutione peccare desperationisque sermonibus
mali propositi vicium tegere. Contra hos enim etiam
propheta cum quadam indignatione proclamat
dicens. Nunquid qui cadit non resurgit aut
qui aversus est non revertitur. Quod si dicas
quomodo si aliquis fidelium cecidit et potuit
reparari audi ad hoc de hoc ipso quod dicimus ce
cidit stetisse enim antequam caderet profitemur.
Nemo enim cecidisse dicit eum qui semper
iacuit et nunquam stetit. Proferimus tamen
etiam ex scripturis divinis si qua super hoc
vel in parabolis vel per apertas sententias dicta sunt
si qua etiam in maiorum continentur exemplis.
Quid tibi videtur aliud continere omnes illa
que cum a nonaginta et novem ovibus
aberrasse requisita est post modum ac pas
toris humeris reportata. Nonne apte et
lapsum et reparationem fidelis ostendit. Ovis
enim est et ipsa sicut et ille nonaginta et no
vem et non alterius sed unius eiusdemque gre
gis et unius eiusdem quoque pastoris. Eisdem
namque pascuis pastus quibus et ille cetere eis
dem potulis eisdem quoque cubilibus utebatur
sed erravit errore non minimo per montes enim
et colles evagata est longis satis et diffi
cilibus circuitu erroris anfractibus nec tamen
reliquit eam pastor bonus cursum in ex

ronibus sepius / sed requirit et revocat / revo
cat aut non violenter pervrgens nec ver
beribus cogens sed propriis humeris subvec
tans Sicut enim optimi quique medici
cum eos quos viderint / et habe longe e
gritudinis afflictos in non nullis rigo
rem tempent medicine et delicatius ac
tenerius agunt in eis ita et deus eos
quos videt vehementius peccatis esse corrup
tos / non districta satis et ardue observan
cie intencione revocat ad viam virtutis sed
sensim et paulatim ita ut in quam plurimis
sustentet in plurimis sublevet ne diffi
cilis et ardua videatur repentina conversio
et ne tam peccandi amore tractu respuere
videatur in erroribus quam conversionis as
peritate deterriti Sed non hec sola parabola mo
deracionem nobis conversionis ostendit / verum
et illa que de luxuriosi filii reditu scribitur
Et e ille enim filius erat / non erat ext
neus germanus erat eius qui nunc a patre
discesserat Filius ergo est qui ad ultimos
malorum fines dicitur pervenisse / abierat .n.
in longinquam regione et longe satis a deo
effectus qui fuerat dives et nobilis deti
or servo et mercenario factus est sed tamen re
gressus et penitens in antiquum recipitur
statum et in priore gloriam reparatur Quod
si desperasset et erubuisset prius que accide
rant ei et venerit ad patrem sed permansis
set in regione longinqua et aliena non
utique adeptus esset ea que adeptus est sed
fame perditus infelicissimam morte subisset
Vides ergo quanta sit utilitas penitencie / quanta
conversionis spes per primam Filius prodi
gus recepit prioris glorie statum quem
senior frater habuit per pacienciam Et si au
dere in talibus phas est videtur michi
quod ex conversione hic eciam aliquid ampli
us meruit Vide enim quomodo senior frater
dicit Ecce tot annis servivi tibi / et nunquam
michi dedisti hedum ut cum amicis meis
epularer / cum aut venit filius tuus / hic
qui comedit substanciam suam cum meretri
cibus ingulasti ei vitulum saginatum Quo
modo ergo non amplius consecutus videtur
qui primam reddit / cum ille hedum nunquam
accepit / huic vitulus occisus sit saginatus
Hec igitur tanta habentes exempla penite
tie non perseveremus in malis nec desperemus
reconciliacionem sed redeamus eciam nos redeamus
ad patrem et appropinquemus deo Nunquam crede

michi adnegabit conversum ad se Nos nos
sumus qui nos metipsos longe efficimus a deo
Ipse enim dicit Deus appropians ego sum et
non deus de longe Et iterum per eundem prophetam
peccata inquit separant inter me et vos Ergo
peccata sunt que nos separant a deo auferamus
e medio istud obstaculum et nichil est quod nos
prohibeat coniungi deo Nunc tibi ostendam quod
non solum parabolis dicta sed et rebus im
pleta Apud corinthios erat quidam vir
ut videtur / non ignobilis Hic commiserat
tale peccatum / quale nec inter gentes admitti
solet Et erat hic ex numero fidelium et fa
miliarium christi Quidam enim eum eciam
ex sacerdotali ordine fuisse tradunt Quid
ergo Numquid excidit eum paulus de nu
mero eorum qui spem gerunt salutis Cum
primo postea quam sufficienter corinthios ar
guit pro eo rursus volens ostendere quia
nullum vulnus est nulla egritudo que
non cedat et sanetur medicamento penite
tie / iubet enim tradi sathane in interitu car
nis / ut spiritus salvus fiet in die domini nostri ihesu
christi Sed hec iubet ante quam de penitencia eius
agnosceret Ubi vero penituit sufficit inquit
ei increpacio hec que fit a pluribus et ad
dit Obsecro vos confirmate in illum ca
ritatem ne possideatur inquit a sathana
non enim ignoramus astucias eius Galatarum
aut gens integra postea quam credidit christo
et accepit spiritum sanctum ita ut in spiritu eciam sig
na et virtutes faceret postea quam propter fide
christi multa sustinuit post hec magnam omnia
decidit a fide et rursum exhortacionibus
apostoli reparata est Ut aut sciatis per quia per spiritum
sanctum signa et virtutes fecerunt / audi quod
modo ipse apostolus dicit Cuius ergo dedit vobis
spiritum et operatus est virtutes in vobis ex operi
bus legis an ex auditu fidei Et rursus quia
multa post fidem passi sunt designat
in eo ubi dicit tanta passi estis sine causa
Post hos ergo tantos in fide talesque profectus
commiserunt peccatum quod possit eos alienos fa
cere a christo de quo ipse apostolus dicebat / ecce ego
paulus dico vobis quia si circumcidimini christus
vobis nichil proderit et iterum qui in lege
iustificamini a gracia excidistis / et tamen
post istos fidei casus / post tam gravem
lapsum revocat eos et [sepius?] ut ita
dicam visceribus resonet dicens Filioli
mei quos iterum parturio donec formetur
christus in vobis Quid ergo aliud per hec omnia

ma docetur nisi quia possibile sit ut etiam
si in ultimam quis peccatorum penitentiam cor
vnat rursus in eo xpm per primam reforma
ri Non enim wlt mortem peccatoris sed ut con
uertatur et viuat Conuitam ergo o ami
cissimi in caput ut reddamus nos ad vo
luntatem implendam dei Propterea creauit
enim nos deus et esse fecit qui non eramus
ut eterna in nos conferat bona et prestet
regna celorum Non enim nos ad hoc fecit
ut gehenne nos tradat ignique perpetuo re
gnum celorum propter nos gehenna propter
dyabolum facta est Et hoc ita esse ut ex ewan
gelijs doceam Ipse enim dominus dicit hijs
qui a dextris sunt Venite benedicti patris
mei percipite regnum quod paratum est vobis a
constitucione mundi Illis autem qui a sinistris
sunt dicit Discedite a me maledicti in ig
nem eternum qui paratus est dyabolo et ange
lis eius et non dixit vobis Sic ergo propter
dyabolum gehenna ignis propter hominem reg
num celorum a constitucione seculi paratum
est Tantum est ne nosmet ipsos ab in
gressu bonorum persistendo in malis pertina
citer excludamus Donec enim sumus in hac
uita quantacumque nobis acciderint peccata pos
sibile est ablui omnia per penitenciam cum
autem abducti fuerimus de hoc seculo ibi iam
etiam penitebit nos valde enim peni
tebit sed nulla erit utilitas penitencie Et
licet sit stridor dencium licet ululatus et
fletus licet fundamus preces et innumeris
obsecracionibus proclamemus nemo audi
et nemo subueniet sed ne extremo quidem
digito aquam quis infundet lingwe nostre
porte inflammis sed audiemus illa que diues
ille audiuit ab abraham quia chaos ma
gnum confirmatum est et inter nos et inter
vos et neque huc illuc transire potest neque
inde huc Respiscamus tandem ergo
queso te frater et dominum nostrum tamquam bo
ni serui et utiles requiramus nec despe
remus dum in hac luce viuimus veniam
posse per penitenciam inueniri In inferno tantum
ut diximus penitencie medicamenta non
proderunt in hac uero luce poterunt si in ex
trema etate adhibeas etiam si in ultimam
senectutem michi crede curaberis Ideo de
nique dyabolus omnia mouet et agit et
animis nobis desperacionis inducat Scit enim
quia si uel paruo tempore quis penitudinem
gerat quamuis sit breuis non erit tamen

ei infructuosa conuersio sed sicut is qui ca
licem aque frigide porrexit nequaquam
fructum mercedis amittet ita et hijs qui
pro male gestis penitus penitudinem gerit licet
minus digna videatur ad peccatorum pon
dus penitencia tamen quantuncumque ille mo
tus penitendi fuit uel conuersionis mom
tum expers non erit remuneracionis bo
norum Nichil enim michi crede boni operis
quamuis sit exiguum despicietur apud ius
tum iudicem deum Si enim peccata tum tan
ta examinacione discucienda sunt ut etiam
uerborum et cogitacionum vnusquisque perse
rat penas quanto magis bene gesta et ma
gna in iudicio repensabuntur et parua Itaque
si non putas esse possibile ad illum rur
sus summe uite ordinem te posse repar
aliquid certe de nimietate luxurie et libi
dinis enormitate si recetes ne hoc quidem
tibi infructuosum senties fore Incipe tan
tum et minima aliqua arripe meliora conuersionis
que uiam summis saltem contingere vestigijs
Donec enim incipias difficile tibi et inaccess
sum uirtutis iter videtur Sic namque est
natura rerum ut omnis labor tam diu gra
uis putetur donec sola animi consideracione
pensatur ubi uero ad rem ventum fuit
et operis ipsius tempus aliquantulum profligatum
ubi iam pauor quidem omnis ac formido
depellitur succedente uero operis dulcedinem
parit et leticiam menti confert reparata
demum inuenta uirtutum reddit que nos
continuo forciores cum proxima iam vide
ri cepit spes salutis Propterea demumque et
iudam inimicus huic rapuit ne forte quo
sciebat quod esset reditus ad salutem lapsum
suum per penitenciam reformaret Ego enim etiam
si mirum videtur esse quod dico ne illud qui
dem Iude peccatum dixerim vires excedere po
tuisse penitencie propter quod deprecor et exoro ut
omnem dyabolicam cogitacionem repel
las et effuges a mentibus tuis et velocius
te conuertas ad viam salutis Et enim si su
bito te et ex integro ad illum priorum vir
tutum verticem cogerem merito trepida
res merito difficile factu putares Cum
uero a te nunc expetam tantum ne augestas
in malis neque per dies singulos peccacionis
incrementa congregas sed ut desinas tum et
a peccato iam cesses cur dubitas ut et cunc
taris et retrorsum reuocas pedem ac so
lam saltem cogitacionum bonorum recipe for

undas. Quid enim? Nec ipsius quidem tibi libidinis sacietas ullum adhuc fastidium reddit. Quid profuit illis qui in luxuria corporis et presentis vite voluptatibus usque ad ultimum diem permanserunt. Intuere nunc sepulcra eorum et vide si est aliquid in eis iactancie sue vestigium, si aliqua diviciarum vel luxurie signa cognoveris. Require ubi nunc vestes et odoramenta peregrina, ubi spectaculorum voluptas, ubi et sectatorum turbe et famulorum, cessit opulencia, risus, iocus et inmoderata atque effrenata leticia, quo abiit, quo abscessit, ubi illa nunc et ubi ipsi quibus fuit usus eorumque. Intuere diligencius et accede proximius ad singulorum sepulchra, vide cineres solos et fetidas vermium reliquias, et recordare huius esse corporum finem etiam si in deliciis et leticia, etiam si in labore et continencia transegerunt vitam, et atque ultima res omnis, omnibus quod cum vita usque ad cineres venerit et vermes prandia videantur. Hec dampna et que facile exstirpare possit nature condicio. Nunc autem converte oculos tuos ab istis cineribus et sepulcris et revoca cogitacionem tuam ad illud divini iudicii tribunal horrendum quod ardens fluvius flammeis ambit fluentis, ubi fletus et stridor dencium, ubi tenebre exteriores et caligo, ubi ille vermis conscientie qui numquam moritur et ignis qui numquam extinguetur. Recordare parabolam lazar lazari et divitis illius qui opum tantarum erat dominus, qui purpura indutus et bisso unam nunc aque guttam invenire non potuit, et hoc cum esset in ardoris necessitate constitutus.

Dic queso tedio quid plus habet vita ista quam sompnium. Sicut enim hii qui in metalla condempnati vel in aliqua qualibet pena positi, cum forte post multum laborem dure vite paulatim relaxati fuerint in sompnis suis et videant se inter plurimas dapes positos epulis copiosissimis positum, ubi surrexerint nichil sibi gracie condelectacione sompni inveniunt resedisse, ita et dives ille quasi sompnium habuit huius vite divicias. Ubi discessit nichil cum illo preteritorum penitus et pretium pene permansit. Hec recordare mini unanimius et illum gehenne ignem hiis que nunc exagitant flammis libidinis et cupiditatis oppone. Est enim hoc mirabile quoddam medicamenti genus ut ignis ignibus restinguatur. Si enim non fuerint restincti isti qui te nunc exagitant, illos tibi eternos ignes acriores et inextinguibiles reddent. Quanto putas tempore permanere tibi posse presentis vite delicias? Ut ergo quidem rear nec quinquaginta tibi annos iam superesse usque ad extremum prout quivis sis longissima senectute. Sed in hoc ipso tempore inde quanta intervenire possunt: primo quod nemo etiam si usque ad vesperam perveniat certus est, deinde quod mobilis semper humanarum rerum status extet. Frequenter enim vita quidem in longum tempus producitur, non tamen facultates ac divicie ei fideliter permanent. Sed sepe accidit ut prius quis opibus quam vita deficiat. Verumptamen concedamus et vivere te posse annos multos et nullam permutacionem temporum pati. Et quantum queso est spacium istud ad eterna supplicia, quantum hoc voluptatis est ad illas execrabiles et intollerabiles penas. Nam in hac quidem vita sive bona sive mala terminum suum norunt, enim quod velociter sortiuntur; in futuro autem seculo utraque in mutabilibus spaciis protenduntur. Adde et illud quod etiam pene illius longe alia et diversa condicio est. Ignis enim hic qui in presenti vita est absumit cuncta que recipit, ille vero quos susceperit semper cruciat et pene sue semper integros servat. Propterea enim et inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse non extinguitur sed quia nec eos quos susceperit extinguet aut perimet. Scriptura etenim dicit quia et peccatores induent incorrupcionem, solum non ad honorem vite sed ad diuturnitatem temporum et supplicii profutura. Huius autem pene vim et illius ignis potenciam nulla vox exponere, nullus stilo poterit explanare. Nichil est enim in rebus corruptibilibus quod conferri possit incorruptibilibus sive bonis sive malis. Verumptamen ut aliquam ymaginem saltem ignis illius et pene capiamus, recordare si quando quis febrium nimio ardore succenditur, que angustie, quibus cruciatus corpori atque anime insidiant, et ex hac temporali pena metire quanta sint illa supplicia que eternus ignis inflammat, que flumina ignis percurrens ante illud tribunal horrificum undis penalibus irrogabit, ubi quid agemus, quid respondebimus, nichil erit nisi stridor dencium, nisi ululatus et fletus multus et sera penitencia, cessantibus undique auxiliis et undique invalescentibus

penis Sz ne solacium quidem usquam ullu
Nullus enim occurret oculis miseris nisi soli
penarum miseri et facies ubique dira tor
torum et quod est omni tetrius ne aeris qui
dem ipsius erit ullum solamen aut lucis
Circumdabunt enim penarum loca tenebre ex
teriores Et ignis ille sicut natura non habz
moriendi vel consumendi ita nec illuminandi
sz est ignis obscurus et flama tenebrosa
Suluris aut potius qui tremor, primo que re
solucionis viscerum sit, divulsio quoque membroru
que re quante re omnibus sensibus truces
nullus nunc sermo potest explicare Erunt
enim diverse et varie penarum facies et pro
peccatorum quantitate singulis quibus multipli
cantur et pene Tamet si dicas et quomodo
tot malis sufficiet corpus ad penam sine
tempus nesciens considera que in hac vita
interdum accidunt et comparatis magna (concito)
minimis quomodo interdum videmus nonnullos
longissima egritudine affici nec tamen eis
corpore interimi datur aut et si corpus a
liquando morte dissolvitur sz anima non consumitur
Unde constat quod si in mortalitate etiam cor
pus accepit, nec animam pena nec corpus
ultra iam non perimat Nam in presenti vita
quidem evenire non potest ut pena corporis
et vehemens possit esse et perpetua sz alterum
cedit alteri quia corporis fragilitas utrumque
non patitur ubi vero utriusque corruptela
caruerit, pena quidem accepta potestate huius
deseviet Sz nullum finem incorruptio que
parata suppetiet Non ergo putemus quia
suppliciorum nimietas ipsa dabit finem do
lorum sz ut diximus parata quidem penas
attendent incorruptio non anime et cor
poris multum suppliciis terminum dabunt Dic
ergo nunc quanta tempora luxurie que delici
arum preciosa comparamus talibus penis
Centum si placet annos deliciis demus
adde et alios centum si libet, adde et de
cies centum Que erit ex hys ad eternitatem
compensatio Nonne omne tempus vite huius
quo deliciis frui videmur et indulgere libi
dini quasi noctis unius sompnium ad eter
nitatis comparationem videtur Est ergo aliquis
qui una nocte delectabile videat sompni
um eternas subire eligat penas, et illa p
hys recipe vel pro illis ista mutare Non
dum defendo admirationem deliciarum neque
amaritudine que in eis est nunc aperio quia
nec huiuscemodi orationi hoc tempus est sz
tunc tum forte ab hys effugere potueris

Nunc enim cum in eis passibiliter teneamus de
lirare nos credis, si dona libidinis que gra
ta omnibus videntur et iocunda aspera
asseramus et amara Si non primam dei e
nade ex huiuscemodi egritudine quiveris
tunc quid amaritudinis primo vero quod ve
nem habuerit libido deprehendes Nunc in
terim ponamus delicias, delicias esse et li
bidine voluptatem Nec aliquid turpe dedeco
ris vel obprobrii Quid dicemus ad reposituras
penas quid faciemus ad hoc quod delicie
quidem velud umbra pertransierunt et
velociter fugiunt pene non perpetue ma
nent Sed et si equale tempus et idem spa
cium deliciis positum esset et pene, esset
aliquis ita stultus et ita demens ut eligeret
pro uno deliciarum die unum diem subire penarum
cum soleat dolor unius hore et quilibet
corporis cruciatus in oblivionem mittere omne
preteritum tempus in voluptate transactum Hic
ergo cum possibile sit parvo tempore si conita
mur addiscere effugere omnia illa cruciamenta pe
narum et perfrui bonis eternis, quid differimus
quid moramur et divina largicione non utimur
Dei enim ineffabilis et immensa bonitas
etiam hoc providit ut laborum quidem tempus
et agonis non extenderet nec longum faceret
aut eternum sz breve sit et ut ita dicam momen
tum quodam hore unius Hoc enim est prius
hec vita si ad illam conferatur eternam Pro
vidit ergo bonitas dei ut in hac brevi et ex
igua vita agones essent et labores in illa
vero que eterna est corone et premia meritorum
ut labores quidem cito finirentur meritorum
vero premia sine fine durarent Sz hoc sicut
letificat eos qui pro laborum patientiam coronantur
ita affligit illos et cruciat in futuro qui videt
se pro parvo et exiguo deliciarum tempore perdi
disse quidem bona eterna mala vero quesisse
perpetua Ne ergo etiam in istum veniamus
nos amne cruciatum, cogitemus aliquando
dum tempus est et ecce nunc tempus acceptum
nunc dies salutis nunc enim est penitendi fa
cultas et tempus quo et fructus consequitur
penitentie Nam non hec solum que diximus
manent nos mala que in gehenna perferimus
si negligamus vitam nostram sz est malum multo
hys gravius Excludi enim a bonis eternis
et alienum effici ab hys que parata sunt sanc
tis tantum generat cruciatum, tum dolorem
ut etiam si nulla extrinsecus pena torqueret
hec sola sufficeret Omnis enim gehenne superat
cruciatus carere bonis quibus in pietate ha

buerit perfrui. Considera queso, te statum in te illius inquantum tibi possibile est considerare. Ut enim vere est comprehendere nullus sermo sufficiet, sed quantum possumus ex hiis que legimus et per enigmata accepimus, tenuem quandam opinionem de ea capiamus. Dicitur de ea quodam loco, quod aufugiet ibi dolor et tristicia et gemitus. Quid hac vita beacius ubi non est paupertatis metus, non egritudinis ledit invasio aut leditur, nemo irascitur, nemo invidet, nulla cupiditas exardescit, nullum tibi desiderium nulla honoris pulsat et potestatis ambicio, sed omnis viciorum labes sopita et penitus extincta est. Pax cuncta continet et leticia, tranquilla sunt omnia et quieta, iugis splendor et lux non ista que nunc est, sed tanto splendidior, tanto clarior, quanto splendidior nunc est sol lucerna. Nulla ibi nox, nulle tenebre, concursus nullus nubium, nulla frigoris, nulla ardoris asperitas, sed talis quedam erit rerum temperies quam sciunt illi soli qui ea digni fuerint perfrui. Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, sed omne quod corrupcionis est exulat et gloria incorrupcionis cuncta circumdat. Verum super hec omnia est sociari consorciis angelorum et archangelorum omniumque celestium supernarumque virtutum contubiniis perfrui. Ultra non omnem hanc et huiusmodi gloriam est domini Ihesu Christi ineffabiles adire conspectus et maiestatis eius inenarrabili splendore radiari. Verum ne hec tibi subito ingesta obtutum mentis exterreant, paulatim te ad hec capienda renovabo. Intuere nunc celum et inde extende paululum cogitacionem tuam eciam preter celum. Deinde considera totius creature transformacionem. Non enim in ista que nunc est qualitate consistet, sed in aliam transformabitur splendidiorem multo et pulcriorem, quantum si dici potest aurum plumbo splendidius. Hec enim futura beatus edocet Paulus cum dicit quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corrupcionis. Nunc enim tamquam corrupcionis particeps multa patitur que pati necesse est corruptibilia corpora. Tunc autem ubi omne quod fragilitatis est et corrupcionis abiecerit, ineffabili pulcritudine decorabitur. Neque enim ultra corruptibilia corpora patietur, sed incorruptibilia eaque resurreccione recipiet. Unde et ipsa creatura in meliorem statum transformabitur. Nulla erit tunc usquam discordia, sed cuncta consona, cuncta convenientia. Omnium enim sanctorum erit una concordia, nullus ibi dyaboli metus, nulle insidie demonum, terror gehenne procul. Mors neque corporis neque anime, sed inmortalitatis munere metus uterque resolutus. Sicut enim puer regius si primo pauperis tugurium alendus tradatur vilibus nutrimentis, sublime tu etiam pedagogorum vimat et rigorum potestate, quo etas prime disipline arcionis frenis repressa adultam, demum etatem probabilem reddat ac patriis natalibus dignam; ubi venerit tempus, ut aulam regiam et sceptra patrie dignitatis assumat, abiectis omnibus illis vilibus indumentis repente in habitum regium ac prime potestatis insulas transformatur: splendor purpure protinus ac dyadematis fulgor, incentivorum enim succedit ambicio, simul quoque honoris auctas invalescit et efficitur totus alter ex altero. Ita ergo et tunc tali quadam specie sanctorum immutacio fiet. Et ut scias quia non in hiis que dicimus sola pompa verborum est, conferamus oculos ad illum montem in quo transformatus est Christus et intueamur splendorem eius illum quo tunc in transformacione resplenduit et nec secundum quod inveniemus tunc tantum nobis futuri seculi gloriam patefactam. Illa enim transformacio facta est non inquantum bonorum futurorum veritas habet, sed quantum ferre oculi poterant intuencium. Sic enim et ewangelium dicit quia resplenduit sicut sol. In corrupcionem autem gloria corporum non hoc tantum splendoris emittit quantum ex ista corruptibili luce procedit nec talem lucem qualem nunc mortales oculi capere possunt, sed tantus erit future lucis splendor quantum corpus eius ferre non possit aspectus. Cum tantum illum tulerit qui in montis transformacione resplenduit, unde ostenditur quia tantum revelatum sit quantum ferre oculi mortalium poterant, ne tamen tulerunt ex integro, sed ceciderunt inquit in faciem propter terram. Tunc propterea si quis te introduceret in conventum aliquem ubi omnes aurati amicti resplenderent stolis, quorum in medio aliquis gemmis adornatus refulgeret et purpura, isque polliceretur tibi quod possis in illo honoratorum numero ascribi, nomine cuncta ageres et omnia proponeres ut id assequi posses. Adapti ergo tunc sensibus tuis celos et intuere ibi conventum non auri neque vestium neque gemmarum, sed iusticie mentis congregatum splendidius syderibus micante clarius sole fulgentem, intuere ibi cetum non solum ex hominibus sed

ex angelis atque archangelis congregatum thro
nis etiam dominationibus et principatibus ac
potestatibus conuocatum. De rege autem qui horum
medius residet dicere non ulla sufficiet. Ef
fugit enim omnem sermonem atque omnem sen
sum humane mentis excedit decus illud illa
pulcritudo illa uirtus illa gloria illa mag
nificencia illa maiestas. Quid ergo dicit in
qui horum omnium bonorum expertes nos met
ipsos faciemus et alienos ut nec primum aliquem
suscipiamus laborem et exiguo tempore ludi
bus illecebras respuerimus. Si enim cottidie o
porteret nos tormenta perferre si ipsam gehen
nam paruo tempore tolerare pro eo ut Christum uide
re possimus in gloria uenientem et sanctorum nu
mero sociari non erat dignum pati omne quod
triste est modo ut tanti boni tanteque glorie
participes fieremus. Audi quid dicat beatus Pe
trus: Bonum est inquit nos hic esse. Et si ille
tenue quondam future glorie ymaginem uidens
omnia subito proiecit ex animo dulcedine in
sompnis quam perspexit inuexus, quid dicet ali
quis si ipsam ueritatem faciem ut se habet ueritas
contempletur, tunc palacii celestis aula
panditur et regem celi non iam per speculum
et enigmate sed facie ad faciem reuelauit
non iam per fidem sed per speciem contuendum. Quo
multi imperitorum putant sibi satis esse et opta
bile uideri si gehennam tantum modo caueant. Ergo
autem multo grauiores quam gehenna est dico
esse cruciatus remoueri et abici ab illa gloria.
Nec puto ita acerba esse gehenne supplicia
ut sunt illa quibus torquetur is qui caret
a conspectibus Christi. Hoc crede michi penis
omnibus grauius est, hoc est solum quod su
perat et gehennam. Si enim nunc uidentes
terrenum regem cum comitibus et ministris
suis ingrediente in aulam regiam miramur
et magnos ducimus eos quos here lateri
eius uidemus, nosque miseros credimus si
nullum inter eos locum habere meruimus, et quidem
scientes quod incerta sunt hec et ualde infida
que interius sunt, nunc quidem proelis hos
tilibus nunc etiam pro ciuilibus insidiis inter
dum etiam pro liuore et pro eo ipso precipue
quod etiam ipsa per se fragilia sunt et caduca
et nullius numeri, tamen quo quomodo sunt
cruciatum generant hiis qui inde decide
rint, quomodo non multo magis cruciabi
si apud regem omnium qui non partem ter
re sed uniuersum eius circulo tenet, ymo
qui eam pugillo continet et celum pal
ma metitur, qui portat omnia uerbo uirtutis
sue, apud quem gentes omnes tamquam nichil
et uelut sputum reputantur, apud hunc
inquam ubi eternos honores largitur reperit
si nullum habeamus locum et in nullo apud
eum ministrorum numero collocemur nomine
domini nobis pena cruciabilius erit. Sed suf
ficiet nobis euadere gehennam et dignos
non fieri tanti regis aspectu. Quid illa anima
cui hoc sufficit infelicius quid miserius.
Hunc autem quem dicimus regem non putes
quadrigas mularum aut curribus aureis
uectum uel ornatum purpura aut fulgente
potestate diadematis affuturum. Tu admirandum
dum ueniet terrarum. Sed audi quomodo prophetis
nunciantibus ut nunciatur hominibus suis
predicetur eius aduentus. Ait ergo quidam
ex eis: Deus noster manifeste ueniet deus
noster et non silebit. Ignis ante ipsum ardebit
et in circuitu eius procella ualida. Et uoca
uit celum sursum et terram discernere popu
lum suum. Alius uero qui et penarum species nobis
indicat Ysaias scilicet est, audi quomodo dicit: Ec
ce dies domini ueniet insanabilis, dies furoris
et ire ut ponat orbem terre desertum et
peccatores perdat ex eo. Stelle enim celi et uis
et omnis ornatus celi lumen suum non dabit
et obscurabitur sol in ortu suo et luna non da
bit lumen suum. Et mandabo uniuerso orbi ma
la, et impiis peccata eorum et perdam contume
liam iniquorum et iniuriam superborum humi
liabo. Et erunt qui relicti fuerint preciosi ma
gis quam aurum sine igne et homo preciosior
erit quam lapis ex ophir. Celum enim qua
cietur, et terra mouebitur a fundamentis suis
propter furorem domini sabaoth in die qua superuenit
furor eius. Et iterum dicit: Fenestre celi
aperientur et mouebuntur fundamenta terre.
Perturbatione perturbabitur terra et stupore
stupebit terra. Inclinatione inclinabitur terra
et inclinata est. Commotione commouebitur
sicut ebrius et crapulatus extinguetur. Si
cut pomorum custodia terra cadet et non
poterit resurgere. Inualuit enim super eam
iniquitas, et inducet deus super ornatum
celi in excelso manum suam in die illa et
super regna terre, et congregationem eius po
net in uinculis et concludet eam in locum
munitum. Sed et Malachias propheta congru
a hiis loquitur dicens: Ecce uenit dominus
omnipotens, et quis sustinebit diem aduentus
eius aut quis supportabit conspectum

iudicii eius. Quis ipse ingredietur ut ig-
nis conflatorii et sicut herba fullonum pro-
pria lavantium et sedebit conflans et pur-
gans sicut aurum et sicut argentum. Et i-
terum dicit: Ecce dies domini venit ardens
ut clibanum et exuret eos et erunt omnes
alienigene et omnes qui faciunt iniquitatem
ut stipula et incendet eos dies illa que
venit dicit dominus omnipotens et non derelinquet
radicem neque palmes. Alius vero ille vir
desideriorum ita dicit: Et ecce videbam et
throni positi sunt et vetustus dierum sede-
bat et indumentum eius sicut nix candi-
dum et capillus capitis eius sicut lana
alba et munda. Thronus eius flamma ig-
nis rote eius ignis exurens. Fluvius ig-
nis currebat ante ipsum iudicium constituit
et libri aperti sunt. Et paulo plus: Et indi
inquit in visu noctis et ecce cum nubibus
celi sicut filius hominis veniebat et usque
ad vetustum dierum pervenit et in conspec-
tu eius oblatus est ei. Et ipsi datus est honor
et principatus et regnum et omnes populi
et tribus et lingue ipsi servient et potestas
eius potestas eterna que non transibit et reg-
num eius non corrumpetur. Inhorruit spiritus
meus ego daniel in hebetudine mea et vi-
siones capitis mei conturbabant me. Cum
ergo hec ita agi ceperint pandentur procul du-
bio celi porte immo potius ipsum celum au-
fertur e medio tamquam si tabernaculi alicuius
velamina colligantur statim ut reparetur
et transformetur in melius. Tunc ergo omnia
metus habebit timorque ac tremor imple-
bit universa tunc etiam ipsos angelos for-
mido quassabit et non solum angelos
sed et fortassis archangelos et thronos do-
minationes et principatus et potestates
hoc enim indicatur in eo quod dicitur et virtu-
tes celi movebuntur. Conscii enim sunt
eorum qui iudicandi sunt et iure timent
positurí rationem. Si enim apud iudices
seculi cum civitas una iudicanda est pa-
vent cetere et contremiscunt etiam si nichil
periculi metuant quanto magis cum orbis
terre universus ad iudicium veniet iudican-
dus ab eo iudice qui teste non egeat qui
argumenta non querat qui oratorem cau-
se non postulet sed omnibus hiis procul a-
motis ipse et gesta et verba et cogitationes
hominum denudet atque in medio collocet et
cuncta velut in tabulis quibusdam depicta

oculis eorum qui gesserunt ea atque omni-
bus qui assistere videntur ostendat quomodo non
commovebitur et in metu erit universa creatura.
Quod et si tunc ignis fluvius ille non curreret
neque angeli assisterent terribiles et facies dira
tortorum sed hoc solum si hoc evocarentur
homines ad regem et alii quidem laude et
honore digni invenirentur alii vero dehonorati
cum nota et confusione abicerentur si hoc
solum pene homines paterentur nonne super
omnem gehenne crederet cruciatum quod aliis
munera percipientibus a rege ~~ipsam~~ se ipsi
repulsam cum dedecore meruisset. Iniquo
quantum pene sit etiam si nunc plenius sermo
non potest edocere tunc tamen cum adventum ve-
rum fuit manifestius senciemus quod gessi-
mus. Tu vero adde adhuc omnia etiam suppli-
ciorum dolores et non solum confusionem
neque solius dedecoris notam sed et illam po-
ne ante oculos viam qua trahuntur ad pe-
nas cogita senos illos et horrendos penarum
ministros qui peccatores precipitant ad supplicia
et hoc eo tempore quo alii qui bene egerunt
a clarissimis angelis et placidissimis sup-
portati ante regis eterni solium sublime
coronis glorie et in mortalibus premiis re-
munerantur. Et hec quidem ista erunt diei illius
et iudicii temporis. Que vero post hec subse-
cuntur quis sermo poterit explicare que erit
voluptas que leticia esse cum Christo ubi ani-
ma ad propriam generositatem regressa cum fi-
ducia repente iam videre dominum suum explica-
ri non potest illius leticie magnitudo. Non
enim solum pro hiis exultat quibus perfrui-
tur in presentia sed multo magis pro eo gaudet
quod bonorum suorum erit nullum finem
futurum. Et quomodo illa gaudia atque illa
leticiam neque sermo ullus explicare valeat
neque cogitatio ulla capere tam tenuiter
et velud umbram quandam future ymagi-
nis intuentis tibi quoque indicare temptabi-
mus. Requiramus si videtur ab hiis qui in
presenti vita bonis seculi et diviciis perfruuntur
qui in honoribus et potestatibus gloriantur
quanta leticia extolluntur in hiis quanta se
delectatione et voluptate nutriuntur ita
ut interdum nec in terris se esse arbitre-
tur. Et quidem cum constet etiam apud
illos ipsos nec vere esse hec bona nec esse
perpetua sed omnia compendio citius evolare
aut si acciderit aliquid ut parum aliquid
permaneat et exiguum hoc tempus presentis vi-

te non deserunt / quanta hiis felicitas cre
ditur quanta leticia Igitur si hec caduca
et corruptibilia tantum gaudii hominibus confe
runt quid putandum est sentire leticie ani
mas illas que ad celestia et perpetua pervenerint
bona In quibus et quantitas et qualitas tam
diversa et tam eminens est ab hiis que in hac
vita putantur bonis ut neque ad conspectum
adhuc illius hominis neque ad auditum venerint
neque ad cogitacionem cordis ascenderint Et enim
sicut parvulus in wlua matris ita et nos in
hoc mundo positi sumus / et quasi angustiis qui
busdam atque obscuritate conclusi futuri se
culi lucem libertatemque non possumus intueri
Cum autem tempus affuit ut parturiat nos
prius hic mundus et omnes quos quos conce
pit in futuri seculi proferat lucem / si quos
quidem peccatis intervenientibus abortivos immaturos
turos invenerit / de tenebris in tenebras e
unt et de angustiis ad arciores angustias trans
feruntur / quos vero perfectos et regis yma
ginis similes genuerit offert patri sobolem
generosam in officiis angelicis et sedibus
archangelicis collocandam ¶ Noli ergo quae
so te mi anime pertendere in illam partem ubi
vultus anime tue et ymago regia corrumpa
tur et velud abortivum quemdam infirmem
te mundus iste proiciat / sed cicius repara in te
ymaginem paternam / repara virtutum de
cus et speciem ut inter filios agnoscaris
a patre Et enim pulcritudine corporis deus
certis quibusdam et naturalibus terminis clausit
Anime autem pulcritudine liberam fecit
et nulla sub necessitate conclusam / ut possit multo
prestanciore decore corporeo Hec vero ani
me species in libertate est / sub dei quidem nutu
in nostris tamen manibus posita Nam si etiam
corporei decoris potestatem dominus nostro permise
rit arbitrio sollicitudo nobis imminet superflua
atque in hiis que nichil prodessent anime inte
rea tempus occuparemus ex quo cultus anime
necessario negligetur quippe cum etiam nunc
ubi nulla nobis potestas est conferendi aliquid
corporis decori Hoc tamen agimus et hoc stu
demus ut speciem corporis omnimodis excolamus
dum colorum fucis vel compositorum crinium vel
oculorum rotatu vel varietati vestium di
versisque aliis et exquisitis molicionibus confer
re aliquid ut dixi decori corporis cupimus Et
quanto magis conveniebat nos ad cultum anime
dare operam ubi et pulcritudo vera est et in pot
estate nostra est cottidie eam si volumus efficere pul
chriorem Sed nos econtrario omne tempus inte

rea consumimus / expoliantes dominam et ador
nantes ancillam diversis ornatibus / dominam non
eius tamquam vile mancipium inultam / fedam
sordibus obsitam in omni illuvie ac dedecore
relinquentes Tum utique ob hoc nos deus exclu
serit / a corporis cura / et decoris eius augmen
ta naturalibus terminis clauserit ne superfluis
studiis occupati negligeremus anime cultum Cuius
forma et species etiam si in ultimam corruat fe
ditatem / labore tamen et intencione nostra ad pri
mam potest pulcritudinem reparari / et in tantum de
coris adduci / ut non solum admirari a bo
nis omnibus / sed ab ipso etiam rege omnium deo con
cupisci possit et amari sicut et propheta ad eam
dicit in psalmis et concupiscet rex speciem
tuam ¶ Frequenter audisse sumus ut etiam
ex hiis mulieribus que in lupanaribus pro
stitute sunt / si forte aliqua inventa est
decora specie contemplacione pulcritudinis
ab aliquo etiam bono viro assumpta sit ad ho
nestatem matrimonii / quanto magis deus non
contempnet neque despiciet animas que desper
ata generositate per dyaboli tyrannidem in istud
prius mundi lupanar ac prostibulum deciderunt
Invenies autem hiis exemplis usos etiam pro
phetas cum ad ierusalem loquuntur Et illa enim
in prostibulum decidit et in meretricacionem
omni generis sicut designat Ezechiel propheta
dicens Omnibus meretricibus dantur merce
des tu autem dabas mercedes amatoribus
tuis et facta est in te res perversa preter om
nes mulieres Et item alius dicit Sedisti
super viam expectans eos sicut cornicula deso
lata Istam ergo que sic meretricata est revocavit
rursus ad se deus Nam et captivitas que
facta est non tam pena quam commissione facta
est Nam si eos deus punire voluisset et per
dere / non utique denuo revocasset ad patrium
solum neque rursus civitatem dictam ma
iore gloria edificare fecisset ac templum
Erit inquit enim gloria domus huius no
vissima super illam priorem Sed si illam que
frequenter meretricata est non exclusit deus
a penitencia / multo magis tuam recipiabit
animam que nunc primum corruit Nemo enim
amatorum carnalium / etiam si sit in hoc supra
modum insaniens ita exardescere potest in
amore amicarum suarum Sed quidem possibi
le tibi est et ex hiis noscere que per singulos di
es geri videmus / potes tamen etiam ex scriptu
ris divinis evidencius advertere Intuere denique vel in
principiis Ieremie que referuntur de deo vel apud
reliquos prophetas quomodo cum despicitur et contemp

vereretur a populo tamen rursus renteba(n)t
adeos et amore eorum contristatus specta
batur eos etiam aufos a se Et hoc est quod
ipse dominus in euangelijs indicat cum dicit
Ierusalem Ierusalem que occidis prophetas et lapidas mis
sos adte Quotiens volui congregare filios
tuos sicut gallina congregat pullos suos
sub alis suis et noluisti Sed et paulus dicit
ad Corinthios scribens quia deus erat in
christo mundum reconcilians sibi non repu
tans eis delicta ipsorum et posuit in nobis
verbum reconciliationis Pro christo ergo legatione
fungimur tamquam deo deprecante per nos rogamus
pro christo reconciliamini deo Hec etiam ad vos
dicta putemus non solum enim infidelitas
sed et vite condempnatio execrabiles istas inimi
citias facit inter deum et hominem Sicut enim
et apostolus ait quia sapientia carnis inimica
est deo Age ergo destruamus hunc inimi
citiarum parietem et viam nobis reconciliationis
faciamus addeum ut iterum efficiamur ei amabiles
et concupiscibiles Scio quia miraris valde
hermyonis pulcritudinem et decoris eius
nichil invenimi posse in terris simile iudi
cas Sed si velis o amice multo tu ea formo
sior et multo pulcrior fies quantum potest esse
aurum luto pulcrius Si enim in illa corporis
speciem tam multi mirantur et attendunt pro
ea quantum putas esse in anima decoris si ad
omnem naturae suae fuerit exculta pulcritu
dinem quam amabilis omnibus et quam mira
bilis erit Et enim corporei decoris substantia
non in alio quam in flegmate et sanguine et
humore et felle consistit que ex ciborum su
cis corruptibilibus colliguntur Ex hijs enim
oculorum orbes splendescunt ex hijs genarum
rubor depingitur ex his omnis ornatur et
nisi per singulos dies rigentur huiusmodi su
cis ex fonte decoris arescentibus venis co
tinuo aridior efficitur cutis oculi cauantur
rubor omnis evanescit cum omni decore discedit
Quod si diligenter considerés que sunt que sub
illam cutem que tibi formosa videtur late
ant que intra narem tegantur que intra
fauces et ventrem nichil aliud nisi sepulcrum
dealbatum pronuntiabis esse istam corporis
pulcritudinem que foris quidem decora apparet
hominibus intus autem plena est sordibus
et inmunditijs Tum deinde si in vestimento
videas flegmata vel sputamenta horrescis
et extremis saltem digitis contingere ea re
fugis Sed et aspectum retorques Et quomodo
celaria ipsa et horrea flegmatis diligis et
concupiscis Sed tua pulcritudo non erat ta
lis Quantum enim celum terra pulcrius tan
to anime tue pulcritudo omnem formam
quamuis pulcrium corporis superabit Et licet ani
mam corpore nudatam nullus viderit tamen
alias tibi decus eius ex virtutibus suis cona
bor ostendere Nunc autem sufficiat nobis me
morare sermonem domini quo ait quia erunt sicut
angeli dei Quod si etiam in corporibus tan
ta est differentia eorum dumtaxat que sub
tiliora sunt ab hijs que grauiora videntur
et crassiora ubi gratia ut celum terra splendidius
est ut ignis aqua pulcrior ut stelle sunt la
pidibus pulcriores ut arcus celi omnibus que
in terra sunt floribus quid dicemus si posset
fieri ut corporalibus oculis anime pulcritudi
nem videremus Nonne videres omnia hec que
ad exemplum decoris et pulcritudinis adduc
tum est exterrena substantia Queso ergo te
ne contempnamus tantam pulcritudinem neque
negligamus propositum hunc thezaurum
qui intra nos est maxime cum facilis no
bis reditus esse possit et paruo labore re
parari omne decus anime Ubi enim spem
futurorum conceperis et amaueris statim
redit anima ad pulcritudinem suam Ait
enim ille Nam quod in presenti est momentane
um et leue tribulationis nostre supra modum
in mensuram et eternum pondus glorie operatur
nobis non aspicientibus que videntur sed
que non videntur que enim videntur tem
poralia sunt que autem non videntur eterna
Quod si tribulationes leues appellat pau
lus et faciles pro eo quod non ad hec que viden
tur sed ad illa que non videntur aspicimus
quanto magis leue tibi erit et facile despice
abhominandis ponderibus fedis Neque enim
nunc te ad illos labores invitamus et pericu
la aut ad illas cottidianas mortes quas
apostoli perferebant vel ad persecutiones illas et
verbera aut vincula aut carceres aut ad
totius mundi theatrum aut famem aut nu
ditatem aut vigilias multas aut pericula
itinerum vel naufragia maris pericula la
tronum pericula ex gente pericula ex falsis fra
tribus atque illa que apostoli agones depingat
omnia nichil horum nunc a te poscimus
sed illud tantum rogamus ut turpissima
hac servitute deleta ad priorem redeamus
libertatem consideramus et penam que sub
sequitur luxuriam et gloriam que virtutibus

est reposita. Nam hij quidem qui resu
rrectionem futuram non credunt, si vitam
suam negligant, et nullum futuri iudicii
conceperunt metum, nichil mirum est. Et nos
vero qui multo certius intuemur futura
quam presencia tam feliciter agere et tam mi
sere credere et nullam recordacionem capere
futuri iudicii, sed in ultimum deciderit contemp
tum extreme demencie est, nec potest ali
quid huic malo conferri, si credentes non
credentibus similes sumus; quin ymo in illis
non pauci reperti sunt qui in hac vita am
me virtutibus floruerunt. Et que nobis
erit excusacio, quid solacii si in die iudicii
isti nobis producuntur ad exemplum. Cum
preterea videmus nonnullos negociatores in
cidisse naufragia et universam perdidisse
substanciam, nec tamen pro hoc deiectos
esse et resedisse, sed rursus aggressos eam
dem viam atque eadem exercicia reparasse, sed
illi quidem dampna hec non desidia ani
mi sed ventorum violencia pertulerunt; nos autem
qui certi sumus desine rerum, et manifes
te novimus quia si volumus neque naufra
gia anime neque dampna poterimus incur
rere, quomodo non arripimus denuo pro
pria exercicia et negocia que negligentes ami
simus reparamus? Sed iacemus resupini et
desides, et manus ociosas plicamus ad pec
tus et utinam ociosas, et non operantes in
perniciem nostri, quod est utique evidentis insa
nie, velut si quis ubi causa pietatis deve
licto adversario in sinum capud manus commi
tat et sinu victorem cedat. Repulit nos dya
bolus et elisit, oportet utique resurgere et rur
sus stare contra eum. Nam si semel deiec
tus non solum nobis a terra resurgere, sed et
te ipsum precipicio dare, hoc est inmisse adver
sarii, et partibus eius favisse. Nam et be
atus david cecidit eodem casu quo et tu
nunc, et non hoc solum sed et aliud his ad
didit gravius. Homicidium enim commisit ad
ulterio. Et quid post hec? Nunquid permansit
iacens? Nonne surrexit et stetit iterum
contra inimicum et ita eum subegit, ut etiam
post mortem merita eius profuerint pos
teris suis. Nam salomon cum in mane i°
admisisset scelus et dignus mille mortibus
haberetur, propter david tamen concessurum se deus
regnum eius integrum dicit. Ait enim: Scindens
scindam regnum de manibus tuis et dabo
illud servo tuo. Veruntamen in diebus tuis non
faciam propter david patrem tuum, sed de manibus
filii tui accipiam illud. Sed ezechias cum in
pericula extrema venisset, quamvis et ipse esset
iustus, tamen probitate david dicit se dominus
ei auxilium daturum. Ait enim: Protegam civi
tatem hanc et salvam faciam eam propter me
et propter david puerum meum. Vides quanta
est virtus penitencie, vides quantum meriti
commisso reparavit. Quod si voluisset et ille co
gitare que tu nunc animo geris et dicere: quia
impossibile est iam michi propicium fieri deum,
honoravit enim me honore ingenti, et propheciam
michi gloriam contulit, regni etiam magnifi
cenciam dedit, de periculis quoque innumeris me eri
puit, et quomodo potero cum post hec tanta eius
beneficia deciderim et offenderim atque in
ultima flagicia devolutus sim, propicium rursus
invenire deum, si hec cogitasset david cum su
perioribus pariter et novissima perdidisset. Non
enim sola corporis vulnera, si negligantur,
inferunt mortem, sed et anime similiter. Et
nos tam stulti erimus, ut si corpori quidem
vulnus eveniat adhibeamus continuo medici
nam, in nullo vero anime vulneribus medea
mur. Et quidem in vulneribus corporum sunt
multa que sanari omnino non possunt, et tamen
non continuo desperamus, sed inquantum fieri potest
adhibemus diligenciam, etiam si audiamus
a medicis quia huiusmodi vulnus sanare medica
menta non possunt, insistimus tamen et ob
servamus ut aliqua saltem solacia nobis me
dici aliquid sustentacionis exquirant. In ani
me vero vulneribus ubi nichil est insanabile,
neque enim anima necessitatem patitur nature quasi
aliena sit a nobis eius passio, sic negligimus,
sic desperamus, sic nichil adiumenti sollicitu
dine renovamus, et ubi languores natu
ra desperacionem necessario generat, nos tamen
quasi spei aliquid conferat diligencia, non
omittimus curam; hic ubi nulla est desperandi
necessitas, quasi nulla sit sanitatis spes omnis
sic penitus cura discedimus. Vides quantum
maiore corporis quam anime amore astringi
mur ignorantes quia si animam negligamus nec
corpus salvare poterimus. Non enim anima pro
corpore sed corpus pro anima factum est. Cum
ergo quod prius est negligit et quod inferius est
extollit, utrumque corrumpit; qui vero ordinem
servat et quod prius est colit etiam si negligat
quod secundum est per prius salutem salvabit et secundum.
Quod ita esse etiam dominus et salvator noster
docens dicebat: Nolite timere eos qui possunt

corpus occidere sed timete magis eum qui pot-
animam et corpus perdere in gehennam Putas ne
agimus aliquid putas ne satisfacimus tibi
quia nullus anime languor quem non sanabit
debeat desperare aut adhuc necesse est alias nos
adhibere voces et pluribus hec eadem confir-
mare Multiens enim si temetipsum desperes nos
te numquam desperamus neque enim hoc ipsi agimus
in quo alios reprehendimus quoniam non sit idem
cum ipse de se quis desperet et cum ab alio
desperatur Qui enim alium desperat habet veni-
am qui vero seipsum desperavit nullam quia
ille non est domus mentis altius sit vero
sui proprii pietatem tenet Nos ergo non de-
speramus quod tibi sit reditus ad priores vite
status et ad illas quas vite nominamus animi
virtutes sed adderemus ad te adhuc etiam hec
Niniuite audiebant prophetam ex diffinito dice-
rem et comminantem Adhuc tres dies et Niniu-
e destruetur Sed nec sic quidem animis
conciderunt Et hoc cum nec satis confide-
rent posse exorari dominum ut contra responsa
sua veniret que videbant non sub aliqua
venie conditione suspensa sed abrupta sententia
terminata tamen ad penitentiam confugiunt dicen-
tes Quis scit si penitebit deus et deprecabi-
tur super maliciam quam locutus est ut faceret eis
Quod si homines barbari et imperiti tantum
habere potuerunt intellectum divine bonitatis No-
ne multo magis nos oportet qui in divi-
nis litteris eruditi sumus et qui hec ipsa exem-
pla precessisse non ignoramus Multaque alia
ex divinis scripturis similia vel prius vel in
rebus gestis didicimus continere Non enim
inquit deus consilia vestra nec vie mee sicut
vie vestre sed quantum distat celum a terra tantum
distant cogitationes mee a cogitationibus
vestris et consilia mea a consiliis vestris Cum
preterea si nos famulos nostros qui forte nos
offenderint cum promittunt se futuros esse
meliores recipimus et ad priorem revocamus
locum interdum vero etiam maiore eis post
offensam et reconciliationem fiduciam damus
non multo magis nobis hoc faciet hoc deus
Nam si propterea nos fecisset ut puniret bene
desperares et dubitares de salute tua Si non
propter bonitatem suam tantummodo nos fecit ut
eternis eius bonis et muneribus frueremur at-
que omnia que agit et propterea movet que ulterius
nobis desperandi que animum lugendi causa super-
erit Sed vehementer eis offendimus eum ut
nullus umquam homo Propterea ergo maxime

No

velocius et vehementius satisfacere oportet
et penitudine gerere quam ipsi et cito recedere
ab hiis actibus quibus offenditur deus Ne-
que enim rectas et ingenuas mentes ita of-
fendit quamvis gravissimi nimia delicti
ut contemptus satisfaciendi Peccare autem
humanum est permanere autem in istis dyabo-
licum Denique inde quomodo per prophetam hoc
magis arguat deus quam illud Et dixi in-
quit postea quam incestata est per hec omnia
Convertere ad me et non est conversa Et iterum
alibi Et in hiis omnibus non est conversus
inordinatus Iuda sed adhuc manus eius
excelsa In aliis quoque postea quam arguit
delicta populi per prophetam et emendationem
suam promiserunt ondens quam amabiliter
conversionem suscipiat peccatorum dicit Quis
dabit ita esse cor eorum in eis ut timeant
me et custodiant mandata mea omnibus
diebus vite sue ut bene eis fiat et filiis
eorum usque in seculum Sed et moyses docere
populum volens quid deus requirat ab omni-
bus ita dicit Et nunc Israhel quid dominus
deus tuus postulat abs te nisi ut timeas
dominum deum tuum et incedas in omnibus viis
eius et diligas eum ex toto corde tuo et
ex tota anima tua Deus ergo qui cupit
diligi a nobis et omnia facit propter hoc et nec
unigenito suo parcit pro salute nostra et cari-
tate et qui optat ut ita dicam ut quo-
cumque pacto et quandocumque reconcilietur ei quo-
modo penitentes nos et conversos ad se non
libenter suscipiet et amabit ut filios Ita
quo proposito putas illud dixerit per prophetam
dic tu iniquitates tuas prius ut iustifi-
ceris Nonne cupiens nos ad amorem
suum revocare et ad intimum caritatis af-
fectum Si quis enim diligit amicum
si forte multas ab eo iniurias pertulit et
ne sic quidem amplius est amor eius erga
dilectum si proferri in medium et exponi
iniurias velit certum est quia nulla alia
ob causam id fieri cupit nisi ut redintegra-
tio fiat amoris vehementior et validior mul-
to quam dudum Quod si sola confessio peccatorum
tantam reconciliationis materiam tenet quanto
maior erit reconciliandi fiducia si ipsis o-
peribus penitentie que gessimus diluamus
Nam si hoc esset ut eos qui semel lapsi
sunt de via recta redire ad priorem cursum
voluntas divina prohiberet aut nullus
aut valde pauci introirent in regnum celorum

Primo vero eos quos pristinos inter patres et
in admiratione habemus post lapsus pastorum
invenimus esse reparatos. Cum enim veheme-
tes fuerint in malis commissi rursus ad bo-
na eadem inclinationis utentur vehementia
conscii sibi quod in multis debitis teneantur
obnoxii. Hoc et dominus in ewangelys docuit
cum Symoni de muliere quadam diceret.
Vides inquit Symon mulierem hanc. In-
troivi in domum tuam et aquam pedibus
meis non dedisti hec autem lacrimis suis lavit
pedes meos et capillis suis detersit. Osculum
michi non dedisti hec autem ex quo ingressus
sum non cessavit osculando pedes meos.
Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum. Cui autem parum remittitur
parum diligit. Et ait mulieri Remittuntur
tibi peccata tua. Propterea demum et dyabolus sci-
ens quod hii qui multa operati sunt mala
si se ad penitenciam converterint, districte satis
et vehementer hoc faciunt, ut pote fientes
quid egerint metuunt et tremunt, ne quis forte
horum initium aliquod penitudinis capiat si enim
ceperint iam nequeunt retineri sed in modum
ignis penitentie calore succensi animo pur-
gato purgatores reddunt animas suas et
memoria commissorum suorum velud spiritu quodam flan-
te ad portum salutis spe gubernante pervenient
itineris sui habentes cautelam maximam
ex preteritorum horrore gestorum atque in hoc
pene etiam eos qui nullos umquam incurre-
runt lapsus videntur precedere, dum cautiores
eos reddit experiencia. Verum enim nescio
quo pacto expetimus ea que parta perdidimus
quam que nondum possessa desideravimus atque
vere. Tantum est ergo sicut dixi ut inicium
fiat in hoc omnis est difficultas ut primos
aditus ingrediamur penitentie. In ipso enim
ingressu stat inimicus minis ac terroribus
spiralis et volentes adire cum omni atro-
citate depellit. Cuius si terrorum fumos et
inanem nebulam contempnas nec ille aliquid
valebit ultra, et tu occupato aditu validio-
rem te redditum senties superiorem quam te es-
sum in initii terroribus gratulaberis ac prospera-
lem tibi derelinquo agonis istius viam vide-
bis. Age ergo iam aggrediamur iter inite re-
tamur ad civitatem celestem in qua et con-
scripti sumus et cives decreti. Huius nob-
ilis urbis ianuas desperatio quidem claudit, aperit
autem spes et fiducia latum prebebit ingres-
sum. Hec si contempnimus, non solum

cum desidie culpam sed et superbie incurrimus.
Nam et si dyabolus non aliunde talis factus
est quam quia primo quidem post peccatum desperatione
usus est postea vero ex desperatione in elationem
incidit et superbiam. Sic ergo et anima si semel
salutem suam ceperit desperare iam nec in-
telliget quomodo vel in quemque mala precipitetur. Ni-
chil enim aut agere, aut dicere metuit quod
contrarium sit saluti. Et sicut sepe videmus in
hiis qui insaniunt cum semel perdiderint
sanitatis statum, nichil iam ultra metu-
unt nichil erubescunt, sed licenter omnia
et dicere audent et facere etiam si in ignem
proruant non declinant etiam si in precipi-
cium aut profundum non revocant pe-
dem, ita et qui desperatione capti sunt in-
tollerabiles per omnes malicie vias discur-
runt, pudor nichil prohibet metus nichil
impedit, presentia non vetant futura non ter-
rent. Sola mors est quam evadere non possunt.
Propter quod deprecor quamprimum vehementius
inebrieris mali huius veneno exurge
queso te et expergiscere aliquando et dyabo-
licam hanc depone temulenciam. Quod
si ad subitum non potes paulatim certe et
sensim recollige animos tuos quamvis ut
michi videtur facilior via sit omnia simul
abrumpe et mali huius retinacula penitus conci-
ta reseca atque ex integro ad exercitia conni-
ti penitencie. Si autem tibi hoc difficile
videtur ut ius ut potes, tantum sume ini-
tium aliquod melioris vie et eterne vite deside-
rium cape. Ita queso et obsecro, et per illa te
merita que prius quesieras exoro ac per illam
libertatem quam prius gerebas obtestor sicut te iterum
in illo cernam virtutum vertice consisten-
tem et in illo rursus pacis robore solidatum.
Parce michi amanti te, parce omnibus qui
propter te scandalizantur et pro tuo lapsu labun-
tur, parce civitatis quia pro tua desperatione
desperant nec putant se posse viam virtu-
tis incedere, si te ad eam redisse non viderint.
Respice queso te quantus nunc meror omnium
sanctorum fratrum habeat chorum, et quanta
leticia atque exultacio incredulis fiat, quanta
desidiosis adolescentibus de te fabula, quanta
quam eis ad principia luxurie de te crescit aucto-
ritas. Quod si redeas denuo ad illam priorem
virtutum viam, omnia hec vertentur in contrarium.
Illorum quidem dedecus et confusio ad illos mi-
grabit, nos vero erimus in gaudio multo
et leticia. Toto enim orbe victorem te libidinis

Exempla de quibusdam
conversis ad penitentiam et confessionem

victorem impune predicabimus et triumphi tui
coronas scribemus. Ista est enim maior et
vera victoria que post lapsum conquiritur
que post fugam reparatur. Tu vero non solum
premia laboris et emendationis tue merita con-
sequeris. Sed et mercedem aliorum salute
percipies qui ex tua conversione capientes
exemplum ad penitentiam se abiecta desperatione re-
convertent, nec erit post hec aliquis qui quo-
libet lapsu deiectus non statim resurgere
cupiat et statim se reparare festinet. Ne
queso ne contempnas tam magna hec
etiam grandia lucra nec animas nostras in
tristicia ad inferos mittas sed da nobis pau-
lulum respirare et eam que nos tristicia tan-
ta velavit mesticie a nobis nubem depellere.
Certe enim nunc in perpetua obliviscentes mala
tuos casus lugemus. Sed si velis sursum
respicere paululum et amorem celestium capere
hac nos quidem lamentatione liberares et
pro minus iam nos faceres cogitare delictis.
Quod autem possunt homines in primam ad splen-
dorem pristinum reparari inmobiliter dum et
multo clariores quam dudum fuerant ef-
fici, iam quidem et superius exemplis scrip-
turis docuimus. Unde denique est quod meretrices
et publicani hereditatem regni celestis acci-
piunt et inde et multi novissimi primi
constituuntur. Tamen addam tibi et aliqua que
nostra memoria gesta sunt quorum tu quoque
ipse testis es. ¶ Nosti adolescentem illum ur-
banum filium Phenicis provincie qui pupillus
quidem a parentibus fuerat derelictus sed
diviciis admodum familie argento et auro
ac possessionibus locupletissimus. Hic primo
contempta omni pompa elationis et iactantie
qua vel adolescentia perstringere solet vel abundan-
tia instruere ipsis et etiam auditoriis literalium
liberalium deliciis ad humilem vitam et indu-
menta vilia atque habitum pauperem neglec-
tumque conversus ad montes et deserta secessit.
Post hec etiam sacri baptismi misterium con-
secutus multo magis ascendebat ad incremen-
ta virtutum. Letabantur omnes et laudabant
quod in tantis diviciis natus tamque clari ge-
neris et prime adhuc etatis adolescens subi-
to omni vite temporalis vanitate calcata as-
cendere desideravit ad eterne vite fastigia. Cum
ergo in hiis exerciciis versaretur et in admi-
ratione esset omnibus, quidam corrupte men-
tis homines qui ei iure consanguinitatis proximi
videbantur accedere ad eum primo invisendi gra-
cia cepere. Post hec assiduitate colloquii mali
versipellis eum ad ea que spreverat et contempserat
revocarunt. Et abiecta omni quam assumpserat
philosophia demonibus ascendit ad forum.
Cum per medium civitatis equo vectus et cur-
soribus stipatus incedere cepit, totam urbem
quasi volitans et exultans obire, abiecta sunt
frena penitus castitatis, cum tum deliciis et luxu-
ria nullum poterat esse consortium. Unde iam
obscenis amoribus irretiri et in omnem turpi-
tudinem captivari cepit, ita ut nullus homi-
num fuerit qui non salutem eius penitus desperaret.
Circumvallabant namque eum examina pa-
rasitorum, circundabant adulatorum greges
pupillum adolescentem divitem. Et quod
ei iam reliquum videbatur spei? Illi autem
qui ad reprehendenda omnia promptissimi sunt circa
illud cavillabant cur omnino vel eximias aspi-
rasset ad hanc vitam et susceptis quidem
quod obtinere non poterat, relictis autem
studia ex quibus proficere in litterarum eruditio-
ne potuisset. Cum ergo hec et alia huiusmodi
a singulis quibus de eius vita dicerentur
et esset facti huius apud nos pudor ingens,
sancti quidam viri quibus esset peritia in huius-
modi venationibus capiendis quibusque mul-
to usu et experientia didicissent nichil esse
desperandum armati spei ceperunt observare
eum sollicitius et si quando in platea occur-
risset accedere cum mansuetudine et salutare.
At ille primo quidem equo sedens de alto vix
resalutare aut respondere eis e latere inceden-
tibus dignabatur tum elationis et impro-
bitatis assumpserat. Sed illi misericordes viri hor-
um nichil ad iniuriam revocantes perpaciebant
illud solum quod animo intenderant si quo
pacto eruere possent agnum de dentibus luporum,
quod et factum est per patientiam. Nam cum
frequenter hec facerent aliquando quasi examenacia
quadam in semetipsum regressus adolescens
liberalitatis eorum et indulgentie rubuit
perseverantiam, et cepit primo ut eos eminus oc-
currentes sibi vidisset equo protinus desili-
re et inclinato in terra capite tacitus que
ab illis dicerentur audire. Ac processu temporis
maiore circa eos uti reverentia et ita paula-
tim per dei gratiam et sermonis eorum mansue-
tudinem revocatur cunctisque illis mortis
retibus quibus innexus fuerat evolutus
rursus ad montes et exercitia prioris philo-
sophie repedavit et in tantum nunc effulsit
ut longe supergressus sit priora illa que in ad

inuitatione fuerant posterioribus studiis. Di-
xit enim et experimentis assertum est que
fuit lapsus sui occasio ac totius deceptionis
illecebra illa procul dubio, quod non secundum man-
datum euangelii prius omnia que habuit vendi-
dit et indigentibus prerogauit, ut thesaurum
suum de terris transferret ad celum, et ubi esset cor
suum ubi erat thesaurus prius. Sed quia habuit
adhuc aliquid in terris regressum est et cor eius
ad terram et ideo ubi resipuit continuo omnia
que habuit expendit in pauperes ut et semet ip-
sum sollicitudine liberaret et in posterum sibi
illecebram deceptionis abscideret atque ita iam
celestem viam incedens ad omnem virtutum
perfectionem cautior ex emendatione peruenit.
Sed hic quidem adhuc adolescens et cito corru-
it et velociter resurrexit. Alius quidem post
multos labores quos in solitudine positus
desudauerat, huius secum vim solum vite habita-
tionisque consortem angelicam virtutem vitam
ab adolescentia usque ad ipsam iam perduxerat
senectutem. Et nescio quomodo dyaboli instinc-
tu quasi dormitauit paululum, et parum primo
ingressum in corde suo dyabolo prebuit atque
in desiderium mulieris incurrit, qui nec vide-
rat quidem mulierem umquam ex quo ad mona-
chorum se contulerat vitam. Primo ergo ro-
gare illum qui secum viuebat aggreditur,
ut vinum sibi et carnes aduescendum deferret.
Quo tunc tante quiminari cepit describens
se ipsum ad tenuitatem, non quo vesci carnibus
delectaretur sed ut occasionem aliquam deside-
rii sui inueniret explendi. Super hiis collega
suus miratus et verens ne forte si hoc ne-
garet maioribus eum traderet malis, que pos-
cebat exhibuit et desiderio eius satisfecit.
Sed ille ut vidit sibi occasionem fraudis exclu-
sam aperte iam et impudenter reuelat deside-
rium suum et aduiuitatem se commodis despe-
rium fatetur. Ille vero ubi multa obiciens
retinere non potuit abire dimisit, eum
tamen subsequens obseruabit quid aut quo
ire vellet. Ubi autem procul positus cernit
eum lupanar ingressum et desiderium suum
contagione meretricis explesse, opperiens foris
et considerans vim naturalis in homine legis qua
in huiusmodi delictis suscitatur, statim penitudo eo
nisi egressum resipiens continuo manibus
amplectitur et benigne deosculans, nec omnino
increpans prolapsum rogat ut expleto iam
desiderio suo redeat rursus ad habitationem
pristinam et ad heremi solitudinem. At ille tanta

in eo benignitatem et clementiam videns eru-
buit et quasi telo vulnerum eius gestorumque
perculsus, ac semetipsum pro hiis que commiserat
notans misericordem et optimum fratrem et colle-
gam sequitur admonentem. Cumque illuc peruenisset
exorat ut sibi in secretiori cellula concluso adi-
tuque obstructo panem tantum intiectis diebus
atque aquam preberet, si quis autem de eo requisisset
defunctum esse affirmaret. Quibus impetra-
tis semetipsum conclusit ibi permansit ieiuniis
et orationibus ac lacrimis peccati sui diluens sordes.
Tempore autem transacto non multo cum penuria
ymbrium vicinas regiones siccitas vrgeret
et omnes qui habitabant illam terram lugerent,
quidam ex sanctis admonetur in sompniis abire
ad virum qui erat intra cellulam clausus ut ipse
oraret, nec aliter dandas esse pluuias monet
nisi illius precibus impetratas. Cumque assump-
tis secum non nullis abisset et collegam eius
solum vidisset percunctabatur de illo quem in
somno mandauerat perquirendum. Ubi vero defunc-
tum esse audiuit falsum esse opinabatur
in sompniis. Rursus autem ad preces domini ver-
tebant omnes. Et iterum eodem quo prius
apparente sibi eadem monetur. Tum vero in-
stantius perurgentes eum qui prius fefellerat
exorabant ut sibi ostenderet virum, confir-
mantes se aduenientem non ad mortuum tante
visionis auctore transmissos. At ille ubi pactum
resolutum diuinitus videt, ducit eos ad hostium
dei ac reuulso aditu quem obstruxerat ingres-
si prociderunt ad pedes eius atque omnia tam
gaudentes obsecrantesque ut necessitati famis
orationibus subueniret. Qui primo quidem ex-
cusabat procul se esse ab huiusmodi meritis asse-
rens. Ita enim lugebat peccatum tamquam nuper
admissum et ante oculos positum. Tandem
tamen fatigatus astancium precibus intelli-
gens dei esse voluntatem ad supplicationem
se domino fixis genibus committit. Et statim in-
gens copia consecuta est pluuiarum quibus
et terra et homines recreati sunt. Nam de illo
quid dicam quem Johannes apostoli discipulus exti-
terat prius, postea ad latrocinia conuersus et
multo in hiis tempore grassatus rursus ab
hiis latronum speluncis apostoli manibus apprehen-
sus et priori ut ipse bene nosti redditus
vite longe melior et mirabilior posterioribus
temporibus quam prioribus fuit. Non quia fre-
quenter hec legens admiratus sum beati
apostoli incredibilem benignitatem atque in-
cetera que erga eum ostenderit ineffabilit

amoris insignia, illud te proprie mirari
fatebaris, quod humano sanguine cruentum in
veniens dexterum deosculatus sit prius et sic
in amplexus eius corruens ad eternam re
vocauit vitam, eum quem iam mors eter
na sorbuerat. Sed et beatus paulus Onesi
mum inutilem servum, effectum fugitiuum furem
non solum amplectitur et diligit conservum
sed a domino eius exorat ut ita eum suscipiat sicut
se ipsum reciperet hec autem omnia penitencie sunt
Sic ergo ait deo Obsecro te pro meo filio quem
genui in vinculis Onesimo qui aliquando tibi
inutilis fuerit, nunc autem et tibi et michi
utilis quem misi ad te Tu autem illum sicut
mea viscera suscipe Quem ego volui retinere
apud me ut pro te michi ministraret in vin
culis ewangelii Sed sine consilio tuo nichil
volui facere uti ne velud ex necessitate tuum
bonum esset sed voluntarium fortassis enim propterea
discessit ad horam ut eternum eum reciperes
iam non ut servum sed pro servo fratrem carissimum
maxime michi quanto magis autem tibi in
carne et in domino Si ergo habes me socium
suscipe illum sicut me Sed et corinthiis
scribit idem apostolus pro hiis qui peccauerant
hoc modo Ne forte cum venero lugeam mul
tos ex hiis qui ante peccauerunt et non egerunt
penitenciam pro impudicicia et fornicacione et in
mundicia quam gesserunt Et rursum sicut di
xi et iterum dico quia si venero iterum non parc
am Vides quos luget apostolus et quibus non
parcit non eos qui peccauerunt sed eos qui non
penituerunt, et non solum quia non penitue
runt, sed quia semel et iterum pro hoc commo
niti obedire noluerunt Quod enim ait pre
dixi et iterum dico ut prius secundo sed et nunc
absens scribo non alios nisi admonitos eos
indicat contempsisse unde vereor ne etiam vobis
nobis hoc accidat Licet enim paulus non
videatur assistere, qui tunc commonebat corin
thios sed christus adest qui per ipsum loquebatur
et si perstiterimus in incuria dicet nobis quia
non parcam non solum in presenti sed etiam in
futuro Igitur preueniamus faciem eius in
confessione et effundamus in conspectu eius
corda nostra Dic enim peccasti non adicias ul
tra sed et pro prioribus peccatis tuis deprecare
Et iterum iustus accusator sui est in primor
dio sermonis Non ergo spectemus inimicum
accusatorem nostrum sed nos eum preueniamus et
ex ipsa confessione nostra benigniorem erga nos
iudicem faciemus Et quidem quod confitearis
peccata tua et defleas temetipsum bene nosti
sed non hoc solum volo abs te. Confessionem
namque peccatorum cum emendacione volo fieri fu
turorum et ita volo propositum habeas quod hec
faciens veniam te mereri Omnis enim qui a
git aliquid nisi prius propositum habeat quod
ei prosit illud quod agit nec prompte id fa
ciet nec competenter Verbi gracia qui semina
re vult fruges nisi confidat et certus sit ad
futuros ymbres conmaturam terram fructus
maturandos nunquam colliget messem Sicut er
go nemo in vanum laborem gestit expendere
Nemo operam consumit in id ex quo nichil sit
lucri quesiturus, ita et qui verba seminat in con
fessione peccatorum insuper expendit fortassis
et lacrimas, si non spem gerat venie pro
merende nec desinere a peccatis poterit nec vincu
lis pessime desperacionis absolui Sed sicut colo
nus ille qui de colligendis frugibus desperauit
nichil cure adhibebit ut aut aues a segetibus
depellat aut pecudes aut si que sunt que fru
gibus nocere possunt, ita et qui in lacrimis
quidem seminat confessionem, nec tamen ali
quem se ex ea fructum consecuturum sperat ni
chil omnino fugat aut repellit a corde quod
corrumpere possit penitenciam Corrumpitur autem penitencia
si eisdem pro quibus confitetur malis rur
sus inuoluatur Vnus enim inquit edificans
et unus destruens quid consequitur nisi labore
Et qui baptizatur a mortuo, et iterum contin
git mortuum quid proficiet in lauacro suo Ita
et homo qui ieiunat pro peccato suo, et iterum va
dit et eadem agit oracionem eius quis exaudiet
Et iterum dicit Qui recedit a iusticia ad peccatum do
minus perparauit eum in gladium Et sicut canis
reuersus ad vomitum suum odibilis fit, ita
et stultus qui recidiuatur ad peccatum suum ¶ Non
ergo hoc solum sufficit si incusans temet ipsum
peccata tua videaris exponere sed eo affectu hoc
age ut speres tibi in eo iustificacionis aliquid
conferri per penitenciam Si enim potens et ipsi
anime tue confitenti incutere verecundiam ne
ultra in hec pro quibus confitetur incurrat
nam condempnare semet ipsum et peccatorem dicere
commune hoc est omnium pene etiam infidelium De
inde multi de scena quoque viri et precipue mu
lieres impudice peccatores semet ipsos et scelera
tos appellant sed non eo conspectu hoc dicunt
quo cupiunt emendari Et ideo non est ista
dicenda confessio, non enim ex corde compunc
to nec in amaritudine lacrimarum talia pro
feruntur nec affectu quasi qui oderint ea que

accipiunt nec ultra non dicam agere hec sed ne audire quidem velint sed tum verbis infimis est et sermone primis labiis non ex intimo cordis dolore producto / ita ut interdum etiam pro hoc ipso laudari expectent quasi qui nichil fallant sed licet contra semetipsos tum varia pronunciant quasi non ita grave apud homines appareat peccatum cum ab eo profertur qui admisit et cum ab alio arguitur. Sed istud faciunt hii qui multa desperatione etiam sensu doloris carent / neque homines verentur nota sed cum fiducia quadam quasi aliena ita propria enunciant mala. Te autem nichil horum facere volo neque ex desperatione ad confitendum venie sed cum spe bona et presumptione indulgentie desperationis ignavia penitus excisa. Radix autem desperationis ignavia est et non solum radix sed et nutrix eius et mater. Nam sicut vestimentum et generat tineas et nutrit ita et ignavia non solum gignit ex se desperationem sed et alit ac fovet. Ex semetipsis igitur manant hec pariter et augescunt / et si alteram quis harum abscidat alteram sine dubio interitu perimeret alterius. Istam michi ergo male copulatam bigam disiunge / et iugum eius confringe. Iugum autem dico animi iudicium iniquo velut in iugo libra inter pendet ignavie. Ubi enim cogitacio animum non recte compulerit ibi omnis inter rapitur in preceps. Sed nunc quid dicamus ausculta. Sepe accidit ut quidam quis multa et magna correxerit inter hec tamen bona que per penitentiam correxerit etiam peccata commiserit. Et hoc est quod maxime desperationem animo induat quia videtur sibi destruxisse quod edificaverat / et omnes illos labores inaniter effudisse et hec est cogitacio que precipue anime pondus desperationis imponit. Sed illud rursus oportet cogitari per quod pessima et inimica inite inie cogitacio ista pellatur / quia illa bona que egimus et emendacio illa que per penitentiam quesita est nisi fuisset et velud contrarium pondus ponderi huic quod ex peccato nobis introductum est obstitisset / nichil fuerat quod in profundum nos malorum decidere prohibeat. Nunc autem sicut fortis quedam lorica / iaculum grave et amarum non permisit usque ad vitalia interiorum penetrare sed vim letalis teli / maxima fregit ex parte. Certum est enim quia qui fert secum illuc plura opera bona et plura mala in ipsis penis habebit aliquid refrigerii. Cum autem bonorum operum nichil malorum autem secum multam copiam defert quid enim maneat nec opus est dicere. Erit enim ibi sine dubio compensatio bonorum operum malorumque et velut in statera posita utraque pars que demerserit illa sibi eorum quo momentum vicerit operarium vendicabit. Si ergo malorum multitudo superavit operarium suum pertrahit ad gehennam si vero maiora fuerint opera bonorum summa vi obsistent et repugnabunt malis atque operatorem suum ad regionem luminum ex ipso etiam gehenne confinio revocabunt. Que hec non tam ex meo sensu quam ex divinis scripturarum sermonibus affirmant. Sic enim scriptura pronunciat dicens. Ipse reddet unicuique secundum opera eius. Non solum in gehenna suppliciorum sed et in regione celesti multe erunt differentie. Mansiones inquit multe sunt apud patrem meum. Et iterum / alia gloria solis / alia gloria lune et quod vere amplius admirandum sit ut ostenderet quod etiam in minimis ratio et mensura pensabitur meritorum et stella inquit ab stella differt in gloria ut per hoc ostenderet quia et inter singulos eorum qui in regno erunt futura sit differentia. Hec et igitur omnia scientes non nos subtrahamus ab operibus bonis neque desperationis obtentu desidie nos atque ignavie concedamus / neque si ad splendorem solis ac lune pervenire possumus etiam stelle nobis quamvis inferior claritas contempnenda est. Tantum est ut aliquantulum lucis virtutum merito queramus / tamen est ut quamvis minimum celi tamen ornatum mereamur explere. Si aurum si lapis preciosus esse non possumus argenti saltem expleamus locum tantum ne in illam materiem conuitamur quam facile ignis absumit ne lignum ne fenum inveniamur aut stipula. Simus in bonorum parte velud ultimi tantum non in malis simus. Et enim sicut divicie hominis seculi tunc maxime augentur / cum nulla prorsus lucra nec minima contempnunt ita et in spiritualibus diviciis ne minimum quidem boni operis contempnenda est et alioquin valde absurdum videtur / cum videamus ne calicis quidem aque frigide mercedem se promisisse negaturos nos dicere nisi quia magna sunt et ingentia que gerimus nichil proderunt minima. Imo vero ego etiam illud addo quia si quis parva non contempnat et minima / certum est quod paulatim etiam ad magna perveniat / qui vero spernit minima sicut scriptura dicit paulatim decidet. Et ideo arbitror dominum et salvatorem nostrum in rebus minimis

Ecclesia quia nichil fortius nichil firmius

magnas statuisse mercedes. Quid enim tam le
ne tam facile quam visitare infirmum. Et tam
breui tam exiguo opi remuneracionem mag
nificam posuit et iterum quid tam facile
quid tam gratuitum quam esurienti prebere cibum
sicienti potum, nudo indumentum, conclusum
incarcere requirere. Et hec que tam parua sunt
et tam minima ita magna ducat et summa ut
ea non homini sed ipsi sibi deus reputet minis
trata et pro hijs regnum celeste promiserit. Ag
gredere igitur amice carissime aggredere iterum
recte vite et virtutis semitam rursus iugum Christi sua
ue et onus leue. Recipe in temetipso animi
virtutes et finem redde viciis similem nec pa
ciaris tibi et tanto labore quesitum spiritua
lium graciarum deperire censum. Peribit enim si
persistas inertiis et exacerbes deum in actibus
tuis. Si vero plus quam tempus tui fiat multa
iactura et prius quam terra tua noxijs inundaci
onibus repleatur, excludas irruptionum fauces
et ingressum prohibeas inundancium viciorum
poteris prorsus pristinam reparare culturam et
ad fructus solitos rursus optimam quondam tui
erexere noualia. Exurge ergo exurge sicut propheta
dicit et excute puluerem tuum et exurge deter
ra, et statim michi crede frangetur aduersarius
tuus. Ille enim quidem ita te deiecit quasi ul
tra non surrecturum, si autem videat te exur
rexisse de terra, et brachia rursus certamini pro
tendentem ipse tua audacia decedet. Et quan
to tu promptior, tanto ille formidolosior fiet et
quanto tu maiora presumes tanto ille infirmi
or fragilior que reddetur. Sed et illud cogita
quod tibi maiora audenti aderit deus illi vero
scelerum conscientia et audaciam labefactauit
et vires. Si michi credes iam michi videor vi
dere erga te dei nutum et te quidem sublimari
auxilio diuino aduersarium vero tuum pudore ipso
et confusione terreri iam mente conspicio
quod omni te gratulacione atque omni fauore totus
adesse innuit virtutum chorus. Tu tantum
nichil formides nichil trepides sed perge audaci
or tende alacrior, erumpe iam lecior. Nec ego
unquam pro viribus deero sed semper animabo ser
mone semper hortabor et presentem viua voce et
absentem litteris suscitabo quamquam certus sum
quod si hoc libenter legas alia ultra medicamen
ta non queras. **Explicit de reparacione lapsi**
Incipit eiusdem de expulsione ei
ulti quidem **ius agentur sequntur**
fluctus et vnde immanes sed submer
gi non vereor quia supra petram
sto. Insaniat licet mare petram non potest
commouere. Insurgat quantulibet fluctus nauis Ihesu
non potest obrui. Sed quid putet ne mortem
verear, cui viuere Christus est et mori lucrum, ne au
xilium pertimescam, cuius Domini est terram
et plenitudinem eius. Sed bonorum proscripcionem
metuam qui sciam quod nichil intulerim in hunc
mundum sed neque auferre quid possim. Quicquid
delectabile putat video, quicquid terroris habet
mundus contempno. Diuicias non cupio paupertatem
non perhorresco, mortem non timeo. Vita
enim michi ad vestrum profectum tum me ducit.
Sed deprecor caritatem vestram ut equo animo
sitis, nemo enim nos a vobis poterit diuellere.
Quem enim Christus coniunxit homo non separabit.
Quod si de viro et muliere dicitur, propter hoc
relinquet homo patrem suum et matrem et adhe
rebit uxori sue et erunt duo in carne una,
et si humanarum nuptiarum coniunctio ab homine non potest
separari, multo magis ecclesia non poterit a pas
tore diuelli. Sed impugnans me. Et quid mi
nocebit impugnacio tua nisi quia me quidem
clariorem impugnacionibus tuis reddas, tuas
vero conteres vires. Durum enim tibi erit contra
stimulum calcitrare quia non stimulos retun
des sed pedes quibus calcitras vulnerabis. Nec
que fluctus qui saxo illiduntur amplius pro
ficient aliquid quam ut in semet ipsos fracti
dissoluantur et in spumas extenuati depereant.
Ecclesia nichil est fortius. Si quis eam in
pugnare presumpserit, suas vires atterat necesse est.
Tale est enim velut si celo bellum mediteris
inferre. Homini si bellum inferas fortasse
vinces aut fortasse vinceris. Ecclesiam vincere
nulla vis poterit. Deus enim est in ecclesia qui
est omnibus fortior. Aut emulamur dominum numquid
fortiores illo sumus. Deus fundauit hoc quod
tu labefactare conaris an ex ipsius viribus poten
tiam domini. Ipse est qui respicit super terram et
facit eam tremere. Et quid iterum iubet. Et
tremor eius solidatur. Aut non vidisti tre
mentem ciuitatem tuam quotiens stare fecit.
Multo magis ecclesiam suam trementem pote
rit confirmare. Fortior enim ecclesia multo
quam terra ymo et fortior celo. Celum enim et
terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
Que verba. Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte inferi non
preualebunt aduersus eam. Quod si non credis
verbo rebus ipsis et operibus crede. Quanti ty
ranni aggressi sunt impugnare ecclesiam dei
quanta tormenta quanta cruces adhibuerunt

ignes fornaces ferras bestias gladios inte
tantes et nichil agere potuerunt. Ubi sunt
nunc illi qui hoc fecerunt, et ubi illi qui hec
fortiter pertulerunt. Nonne illi eterus penis
puniuntur et isti eternis gaudiis erigunt
fulget enim eciam super splendorem solis et
persecutores eius precius temporibus conte
guntur. Non legis scriptum quia undecim
soli erant et vinci non potuerunt. Nunc
ubi orbis terrarum repletus est piorum
multitudine quomodo poterunt vinci. Celum
et terra transibunt verba autem mea non tran
sibunt et merito. Carior enim eciam deo qui
celum, non enim eciam propter celum sed propter
ecclesiam celum. Nichil queso perturbet vos
eorum que geri videtis. Ponamus ante
oculos nostros petrum incedentem super aquas
et parum quid hesitantem, atque ob hoc pau
lulum periclitantem, non propter potenciam
fluctuum sed propter infirmitatem fidei. Nunquid
humana voluntate huc venimus aut propter
hominem aut ab homine huc producti sumus.
Et hec non arroganter loquor neque iactan
tie vicio agitatus sed animos vestros qui forte
turbantur cupio confirmare. Intuemini ergo
quomodo commota est et contremuit terra, et ta
men non corruit civitas. Quomodo ergo in
purissime dyabole etiam te putes posse de
icere, qui trementes parietes deicere minime va
luisti. Non est in parietibus eciam sed in multitu
dine piorum. Ecce qui fortes, qui amabiles sta
tis ferro sed fide muniti. Et quid de tanta mul
titudine loquor. Unam fidelem vincere non
potuisti o dyabole. Nescis quid tibi fecerunt ma
tres, quas frequenter ingressa est puella, eta
te tenera, annis immatura et inuenta est
ferro fortior. Cum latera eius fenderes fidem
tamen eius movere non posses. Defecit fre
quenter caro in tormentis, et robur fidei non
defecit. Consumptum est corpus et mens non
potuit inclinari. Interiit substancia et perstitit pa
ciencia. Si ergo frequenter ab una puella victus
es, quomodo speras tante huius et tam fidelis
multitudinis fidem posse te vincere. Non audis
dominum vocem dicentis quia ubi duo vel tres con
gregati fuerint in nomine meo, ibi sum et ego
in medio eorum. Quid ubi tanta fidelium mul
titudo caritatis nexibus iuncta est. Non ego
propria virtute confido, habeo scripturam domini
mei manu ipsius teneo, illa michi caucio
satis tuta est illa me securum reddit et intre
pidum etiam si orbis terre commoveatur. Ego

cauctione domini teneo lego manum eius in mu
tus inexpugnabilis vultis vobis recito domini
cauctione. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummacionem seculi. Christus mecum est
quem timebo. Etiam si fluctus insurgant
Etiam si totum pelagus adversum me contur
betur, etiam si principum furor omnia ista
aranee erunt et araneis fragiliora. Et nisi pro
caritatem vestram hodie iam non dubitarem ire
quo vellent. Semper enim dico domine tua voluntas
fiat. Non quod ille vult venire sed quod tu vis.
Tua voluntas michi turris fortissima et petra sta
bilis et baculus fidus. Si tu vis permanere me
hic deo gratiam, si non vis similem refero gratiam.
Nemo vos conturbet fratres. Orate tamen hec enim
dyabolus movet non aliam ob causam nisi ut reli
giosa studia vestra disrumpat et cristicia vestra que
in oracionibus geritis ac vigiliis extinguat. Sed
non obtinebit nec eripiet a vobis studiosam et
religiosam devocionem, nisi quia solliciciores
vos invenerit et ferventiores vos efficiet. Cras
tino vobiscum exeam ad oraciones et ubi ego
sum ibi et vos eritis, et ubi vos estis ibi ero
et ego. Unum corpus sumus neque caput a corpore
neque corpus a capite separabitur. Etiam si lo
co dividamur sed caritatem coniungimur. Ego a vobis
nec morte divellar. Nam et si corpus meum
moriatur anima vivet et memoriam vestri te
nebit. Vos enim michi estis patria vos mater
vos michi vita vos michi gracia. Si vos proficia
tis ego placebo. Vos estis corona mea et divitie
mee vos estis thezaurus meus. Ego milies pro
vobis immolari paratus sum et nec ingracia in vo
bis est sed debitum reddo. Pastor enim bonus
debet animam suam pro ovibus ponere. Huiusmodi enim
mors immortalitatem parit. Non enim propter
divicias huius mundi insidias pacior. Si ergo
utique contristari debemus nec propter aliquid peccatum
sed propter caritatem quam habeo erga vos quia
omnia ago ut vos proficiatis ut nemo sub metu
eat turbare gregem bene institutum sed ut perma
neatis in simplicitate fidei. Hec est causa pericu
lorum meorum et hec michi sufficit ad coro
nam. Quid enim non pacior pro vobis vos mi
chi cives vos michi patres vos michi fratres
vos michi filii vos michi membra vos michi
corpus vos michi lux immo et ista luce dulci
ores. Quid enim michi tantum prestat radius
solis quantum caritatis vestre splendor acquirit.
Ecce per caritatem vestram corona michi paratur in
futuro seculo. Hoc michi solis istius splendor
prestare non potuit. Hec autem dico in auribus

Nota

audientium. Et quid ita ad audiendum solli
citum et paratum quam aures vestre. Ecce iam
dies sunt quod vigilatis et nullum vestrum sop
nus inclinat nec temporis spacium frangit.
Nullum timor nullum nunc deterret sed terror
eorum fortiores vos reddit. Video in vo
bis quod semper optavi. Video quod contemptis
mundialia negotia reliquistis omnibus
nichil iam de terra neque de terrenis actibus
cogitatis. Ad celestia vos migrasse iam
cerno absoluti estis vinculis corporis ad beatam
illam et celestem contenditis philozophiam.
Hoc michi sufficit audisse de vobis hec
mea corona est hec mea consolacio. Ista
me in agonibus meis velut unguenta
quedam corroborarunt et fortiorem me a
gonibus reddiderunt et ad gaudia inmorta
lia atque eterna transmiserunt. Pro hiis gracias
agimus deo cui gloria in secula seculorum
Amen. De illis qui non corripiunt populum pro


acerdotis silencium desidia
decipit populum peccandi suppedi
tat fomitem dum legalibus
sermis ore non revocat ab in
tentu delinquentem. Inimicus
est veritatis qui culpa non obtundit erra
tis. Et ipse reatum incurrit dum alienis
reatibus tacet et pro alieno sanguine at
tenebitur reus qui reo interitum non fuit
comminatus sicut per prophetam loquitur deus
Speculatorem te inquit populi domini Israel
et audies ex ore meo sermonem et commina
beris et in eo quod dicas iniusto morte mo
rieris et non annunciaveris ei sive te non
potest sive qui te tacente erravit. Proinde
deus cum vult neminem dampnari commina
tiones suas sermonum compellit. Cupit enim
eruditum hic colonum quem tenuit a nepha
rio latrone captum. Subitu mortis alienis
pro delictis iacemus quos fideles obiurgare
negligimus. Talibus dum tacemus crimen
acquirimus et iram salutem in aliis prohi
bemus cum nos interire qui preceptis divinis non
occurrimus dum vagantes negligimus a cri
minibus revocare. Cum mergenti non por
rigit manum auxilium denegando decipit ne
cessario et cum decepto deceptus est. Cum
de pectoribus ruina non rapit incautum sinat se
ruinda ruine oppressum cum ceto graviter
offendit et cadit. Cum gladium de supinis fi
nibus singulis non extrahit periculum ipse
perfert et de aliena morte sive indulgencia
reatum contraxit. Ipse existit inimicus
qui ita iniustos non tulerit de bono suffra
gium. Cum vero manifeste latronis soci
us est qui sui virum patitur infringi do
mum. Crudelis pastor erga gregem lupo sub
peditat dum errantem ovem non exhi
bet revocandam. Qui dum gregem lupum
permittit qui in cautum non rapit de fauci
bus lupi. Congregatum spargit custodium qui
victa non liberat de fitorum. Mores sive du
bio non corrigit bonorum qui flagicia non
obtundit malorum. Exprobrat vere est admina
tos qui non corrigit parvulos. Docet iustos
a disciplina semitam tolli dum pueros sunt
tit suis actibus demorari. Firmat bonos in
dicta imitari malorum dum malos non re
vocat a vestigiis reproborum. Unde tales deus
per prophetam increpat et obiurgat dicens Sanguinem
eum inquit populum meum de manibus vestris
requirendi sunt ergo publica correptione pec
catores ne errare doceant innocentes. Cunctus
enim discipline obtinet multos quando se
veritas ac iusticia coram multis arguet cerni
tatos. Sicut apostolus Thimotheo mandat di
cens Peccatores inquit coram omnibus argue
ut ceteri timorem habeant. Non oportet pecca
tum sciale malos bonis inferri neque certitus
omnis incipiat impediri. Non debent delin
quentes sive flagellis ulcionis innocentibus
sociari ne innocentum corda incipiant sati
gari. Unde enim quod impune recessit alios ad
desiderium ducit. Sicut david propheta dicit Mei
inquit pedes commoti sunt et modico sunt ut
effunderentur gressus mei zelatus sum in
quos pacem peccatorum videns. Nam dum le
gem abicimus qui prophanos cernimus non oppri
mimus. Nos integros commaculamus quos
plenos pollutis inspicimus. Sic dominus per Ie
zechiel negligeam increpat sacerdotum. Sa
cerdotes inquit mei repulerunt legem me
am et prophanaverunt sanctum meum et inter sanctum ac
prophanum non separabant. Cum vale est enim ut
erubescas aut negligas iniquorum corrige
vias et totam massam tacendo confundas.
Corrige desertorem ne destitorem doceas. Hu
militatem per ipsum corrige filium ne errare doce
as alienum. Sicut salomon ait si diligis cas
tigando ne parcas. De Semeio et Jona pro


dest nobis sermo prophete domini
dicta dies et desideratum tempus
advenit et conventus iddem oppu
lenciores congregatum et hec omnia

spes nobis expectata ieiunii preparavit. Huius
tamen et ad primam hodie convenistis domum
et admirationis eius quodammodo amplexus. Et cum sperata
tamen ieiunii tantam nobis diligentiam obser-
vationis imposuit, quantam nobis reverentie cum ad
venerit donare potest firmitatem. Sic et civitas
cum in eam iudex properatur terribilis advenire
deposita desidia si qua sibi inesse cognoscit tota-
us diligentie sollicitudine convenit gerit. Sed ne
vos terreat compati terribilis nomine iudicis au-
ditum. Non enim nobis ieiunium terribile sed ad-
versus demonum naturam constitutum est enim ut
si quis eorum spiritu fuit arreptus in mundo
et ieiunii prospexit vultum ut ipsi lapides in-
mobiles attereant et addes ieiuniis sororem
in orationem sociatam. Et ideo Christus dicit: Genus
hoc non exit nisi oratione et ieiunio. Cum ad dominum
usque adversarios salutis nostre minuat atque repulsat
et minimis nostris formidine tanti terroris
mentis amplecti enim atque veneratur non timere
nos convenit. Et cum ultra modum cibus atque e-
brietatis declinatur ieiunium debemus omni a(…)
sitate complecti. Illi etiam voluptatis ille(…)is
superati captivitatis laqueis illigati libertatis
tranquillitate priventur ubi enim ieiunium fuerit
affectatum laxantur tyrannidis nodi capti-
vitatis vincula solvuntur libertatis iura reddu-
tur. Cum igitur ieiunium adversarios nostros obsis-
tat et iugum servitutis expellat et ingenuitate
servitutis restituat quod aliud argumentum est omnium
bonorum atque beneficiorum cardinem nisi ieiunium
esse constitutum. Vis audire quanta tutela convenit
quod subsidium humano generi de ieiunio conveniunt. Be-
atam monachorum vitam diligentius unus-
quisque consideret. Illi namque turbulente conver-
sationi renuntiantes et istius mundi delicias
abdicantes libertatis amenitate delectati mon-
tium cacumina postulaverunt et tamquam tutum
portum solitudinis eligentes ibi sibi receptacula
tabernacula que composuerunt et severum sotium severe
ieiunii consortio sociaverunt. Et non solum il-
los sed etiam eos quos in ipsis urbibus suis cu-
pidos valuerit reperire ad ipsius philosophie
culmine exaltat. Nam Moyses et Helyas testa-
menti veteris arces et optima ornamenta licet
et alias celestem confidentiam merebantur quan-
do suis auribus vocem divinam inherere cupie-
bant ad ieiunii subsidium convolabant ut ip-
sius quodammodo protinus eorum deprecatio
(…) tolleretur ad celum. Hac de causa et deus
tum hominem initio faceret statim enim ie-
iunii magisterio commendavit. Nam de omni lig-

no manducabis, de eo ligno sciente bonum et
malum non manducabis ieiunii species est. Et si
in paradiso ieiunium pro magna commoditate in
ducitur multo magis extra paradisum necessarium pos-
tulatur. Et si autem plagam remedium utilitez
demonstratum est multo magis sanitatis appe-
tendum est ut prestet vulneribus sanitatem. Et
cum autem conflictum ad resistendum huiusmodi
voluptatibus clypeus nobis abstinentie neces-
sarius sunt multo magis in ipso nostro demo-
numque certamine divinum auxilium ad
nostram victoriam flagitandum est. Si hunc vocem
adam autem obedientie commodasset fide vocem
primam non meruisset audire: Terra es et
in terram ibis. Sed quia huius vocis precepta
contempsit ideo mors et dolores animi et
cogitationes et mentis angustia et ipsa vita
omni morte gravior est. Propterea spine et tri-
buli inter dolores et gemitus et humanam ge-
neris vita nimio labore contentum. Vides
quemadmodum commonetur deus cum absti-
nentiam ieiunii contempsimus. Disce igitur
quemadmodum gratulatur cum ieiunium observat.
Nam sicut ad inobedientiam violati ieiunii mor-
tem violatori constituit, ita observantibus
vitam pro morte donavit. Et ut ieiunii possis
comprehendere virtutem a divinitate ei concessam provide-
ntiatem ac mortem ad vitam solet convertere et mul-
tos a pena liberavit et in ipsis desperationis an-
gustiis ingemiscentes salutis remedium in
lucem donare consuevit. Et hoc non decem a
viginti hominibus prestitisse monstratur sed inge-
ti populo. Nam Niniviticorum illa magna at-
que admiranda civitas, cum divino motu labe-
factari funditus pararetur et in ipsis esset rui-
ne principiis declinata et non longe post a
nimiis civibus suis a cunctis expectaretur ter-
ribili labefactatione deleri et civitas voca-
bulum amitteret, adveniens de celo solum po-
tuit ieiunium liberare et celestem iram mi-
tigavit, et mortem convertit ad vitam. Et
si placet ipsam historiam revelemus. Et fac-
tum est verbum domini ad Ionam dicens: Surge
et vade in Ninive civitatem magnam. Sta-
tim propheta de vocabulo civitatis hortatur
et urbem laudando predicat futuram ruinam
nam ipsius predicationis hec verba significat:
Adhuc triduum est inquit et Ninive subverte-
tur. Cur futura predicat atque denuntiat nisi
ut predicta non fiant. Ideo ergo et gehennam
minatur ut gehennam non inferat. Terre-
ant vos inquit verba prolata rerum non co

tristet austeritas. Sed cur plage dilationem
tam brevi tempore coartavit nisi ut vir-
tutem animi gentium barbarorum possis
addiscere Niniviticarum scilicet qui triduanam tem-
poris angustijs continentia valuerunt
mitigare supplicia. Et ut dei misericordiam admi-
rens brevi tempus exoratus
multorum relaxavit veniam peccatorum sed
et tibi beneficium benignitatis ostendit et
licet ingenti peccatorum mole suppressa leni-
tatem remedii prime penites. Nam sicut
is cui tardus atque tepidus animus est e-
tiam si multi temporis curricula ad pe-
nitentiam meditatur nichil firmum neque ro-
bustum poterit inveniri, nec deinde facile ad
misericordiam commovebit proprijs despectis occu-
patus sic vigilans atque sollicitus etiam
spacij dilatione suppressus in ipsius temporis
angustijs constitutus
divine benignitatis agnoscit
securitatis libertatis exultat. Et ut plenius
addiscas perinde quod Petrus enim tercio
denegavit, tercio enim inire mirande et
vilissime puelle ubi formidavit, et ad pe-
nitentiam seriam non multorum spacia pos-
tulavit annorum, sed ipsa voce qua cecidit
ipsa quoque surrexit ipsa voce qua meruit
plagam meruit et medelam, ipsa voce qua
vulnus suscepit, suscepit et remedium sanitatis
et planctus illi subsidium fuit. Non flevit
inquit et lacrimavit sed cum omni affectione
Et ideo evangelista non enim simpliciter
sed cum omni labore flevisse testatur et illarum
lacrimarum quod meritum fuerit verbo nullo
potuit explicare sed verum demonstrat eve-
ntus. Post lapsum enim illius denegatio-
nis tam nullo malum potuit compendio pri-
ori enim reddidit glorie et totius orbis ec-
clesie sollicitudine curamque commisit et quod
plus est ultra omnes apostolos caritatem domini enim
ostendit tibi caritatem. Petre namque ait a-
mas me. Quid hoc verbo gloriosius. Sed ne
dicas quod Ninivitis tamquam barbaris et a-
gnitioni sensui alienis veniam dedit, servus
namque dicens qui nescit voluntatem domini et
non facit vapulabit paucas, et ne hoc di-
cas ideo tibi et beati Petri testimonium pro-
tuli servi qui noverit domini voluntatem. Sed
iste post tam grande peccatum post tanti crimi-
nis reatum, inde ad quantam excellencie
culmen elevatur. Idcirco nec te terreat
tuorum conscientia peccatorum, cum penitentia

et non solum lacrimas

deleantur. Tunc enim gravius crimen peccati
est cum in peccato perduratur. Hoc et Paulus
deflet, hoc ingemiscit, hoc luctu merito nun-
cupat. Ne forte ait veniens ad vos humili-
et me deus et lugeam multos non peccan-
tium simpliciter sed non penitentium in turpitudine
et in inmundicia quam gesserunt. Ad veram
igitur penitentiam quid aliud quam ieiunium o-
pus est. Sed ad hystoriam redeamus. Postquam
audisset propheta hec verba descendit in Ioppen
ut fugeret in Tharsis a facie domini. Quo fu-
gis propheta? Non audisti quid David ait: Quo
ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam.
Interim sed domini est terra et plenitudo eius.
Ad inferos? Et ibi virtus tua non deerit. Ad
celum? Ibi quoque te esse cognosco. Sed in mare?
Et ibi tenditur dextera tua. Hoc totum is-
tum factum est qui precepta domini se posse
declinare arbitratus est. Nam sicut hii qui in
nimia ebrietate sunt confusi ad precipicium quod
capitis attulerunt terra quadam caligine de-
feruntur nec pedis temptatione suo progres-
sui prospiciunt potius nimietate turbati
sic et hii qui peccatorum mole opprimuntur in
prompta cupiditate propria precipitantur insania.
Nam quid agis? Domini fugis Jonas et ei-
us ipsa quadam putas tergiversatione posse
contempni ipsis fluctibus edoceri poteris.
Ex enim navem sunt ingressus turbantur
maria fluctus elevantur ad celum et pro-
fundi pelagus arena monstratur. Et si-
cut fidele mancipium cum suo fuga lapsum
non nullus etiam toti domino preciosus ablatus
omni animositate cunctis eius retentores insis-
tit, nec ante delinquet nisi enim putavit
domino sic et mare conservum agnitum non
alieno patrocinio nullius postulato sub-
sidio sed propria virtute commotum ut sibi redde-
retur exposcit. Sed naute quod non dum agnita
causam naufragij navi aliquantulum rerum
iactatione sublevari arbitrantur et inchoan-
navigium turbatum. Apud se enim periculi sar-
cinam retinebat et magis magisque prophete
corpore gravabatur non corporis magnitudine
sed peccati. Nichil enim tam grave atque onerosum
invenies quam peccatum. Et ideo Zacharias plum-
bo peccatum figuravit et David naturam eius
describens ait: Iniquitates mee supergresse
sunt caput meum et sicut onus grave gra-
vate sunt super me. Christus autem ad me
eos qui in peccatis vixerunt dixit: Veni-
te ad me omnes qui laboratis et onerati estis

et ego requiem dabo vobis Post naufra
gium superavit et ionas sompno premebatur
et sopor ille tristitie fuit non quietis Nam
ydonea benigna que mancipia culpam suam
non tarde cognoscunt Hoc et propheta sus
tinuit admisso peccato, crimen peccati cognovit
quia huiusmodi natura peccati est Post partum do
lores incutit et natum plus affligit men
tem unde prolatum est Igitur propheta pro
ximat ad ionam et ait Surge et deprecare
dominum deum tuum Sciebat iam non natura
suam exire elementum sed divino motu u
niversa turbari et artem nauticam tantis p
rellis resistere nulla posse virtute nec guber
natoris manus undique circumvallantibus
fluctibus respondere posse credebat Maior
enim gubernator necessarius fuit scilicet qui cunc
ta gubernare consuevit et aliud nisi celeste
flagitabatur, auxilium nichil Et ideo illis con
temptis remis velisque depositis, et omne
nauticum subsidium abdicantes, manus ten
dunt ad celum dei misericordiam postulantes
Sed cum se in eadem desperationem inchoatam
adduci viderent rerum et tempestatis cau
sam sorte voluerunt cognoscere Quo facto
propheta proditur sorte et naute ut in summa
tranquillitate positi ut securi flatibus na
vigantes non illico eum precipitare festinant
sed habita communione colloquii scrutantes
veluti iudicii disciplinam, cum omni dili
gentia maturas interrogationes proferebant
et responsa poscebant tamquam et ipsi pro
late sententie maiori cognitioni daturi rursum
Audi namque eos interrogantes audi iudi
ciariam questionem Unde tibi profectio Quo
festinas, de qua gente, de qua vel plebe pro
ductus es Accusant maria fluctibus inqui
eta sortis attestantur, incertum reus omni
bus declaratur, et tamen illi cognitorum
ordinem imitantes qui non antea sententiam
proferunt nisi testium verba ipsius rei fue
rint confessione firmata, ita et hii dissimu
lata inquietudine procellarum et ignavie sue
natura deposita servant iudiciariam discipli
nam et sententiam proferunt communi consensu
Et hec omnia divina providentia gerebantur
ut propheta pius et mansuetus existeret, et
ita enim deus rerum corrigebat doctrinis
tamquam si ad ipsum clamitaret et diceret Hu
manitatem imitare nautarum quia ne unius
quidem salutem despiciunt nec unius quidem
corporis curam spernebant, quantum autem ad

tuam sollicitudinem pertinet universa civitas in
finitis hominibus ampliata, morte donata est
Et isti quidem calamitatis sue rerum sortes
monstratum, non passim precipitare voluerunt
tu autem ninivitas prodidisti, quorum nulla
fueras lesione laceratus Et tu quidem mea pre
ceptione contempta, tantam plebem predicatione
servare noluisti, isti autem nullo iubente co
natibus omnibus elaborant a mortis se te sen
tentia liberare Nam accusante mare, attesta
te sorte ipso etiam confitente, et sue fuge tergiver
sationem non denegante miranda lenitate
prophete mortem parcere cogitabant et ad meo
modum suum gurgitibus enim non dare cep
tabant Sed non patiebantur maria, ymmo dei
promissione gerebantur ut et naute ei parcere
cogitarent et belua consumere formidaret
nam eo dicente, tollite me, et in mare preci
pitate et tempestas a nobis cessabit litus
magnopere postulabat, sed fluctibus ne prohi
bebantur ad terram Et tu sicut vidisti prophetam
fugientem audi eum et de ventre belue con
fitentem Nam illud ut homo pertulit hoc ut
propheta monstravit Igitur susceptum enim
mare custodit ventris belue commendavit
fugatem domino servaturo et nec fluctibus
lesus, nec rapaci morsu consumptus est sed
belue atque elementi natura mutata propheta
redditur civitati Ingressus itaque urbem in
periale preceptum quo contextum suppli
cium continetur ingenti voce divinam sen
tentiam predicabat Adhuc triduo et Ninive
subvertetur Hiis auditis ninivite au
ditum nulli contemptui mancipaverunt sed
verba prolata suis cordibus intimaverunt
et statim viri atque femine servi et domini
senes et iuvenes iudices et ministri graves
et pueri uno concursu una mente una la
mentatione ad auxilium Domini convolaverunt
sed et ipsa animalia huius misterii tenebantur
obsequio Ubique fletus ubique cinis ubique
lacrime ubique gemitus nam et ipse qui tene
bat imperii potestatem, excelsa sede dimissa
regali pompa derelicta indutus cilicium
capiti cinere imposuit et sic valuit civitas
liberari et rex totius admirationis tegebatur
cilicio purpure cedebat ambitio, et cinis dia
dematis obruebat ornatum Videtis quam non
inaniter proclamabat ebrietatem declinan
dam non ieiunium formidandum, nam ebrietas
et luxurie statutam evertunt civitatem com
motam ieiunium solidavit Cum ieiunio da

niel in lacum leonum ingressus est et leonum
tantam mansuetudinem sensit ut simplicita
tem omnium arbitraretur, nam bestie ille feralis
ardoris rabie furoris sui natura lenita obla
to sibi cibo, prebebant et aliquanto tempore fame
defecte speratam saturitatis copiam respuerunt.
Nam diebus septem eis fuerat cibus dene
gatus ut in ipso oblationis aspectu prophete
carnibus avida cupiditate inherentes cum
subito se corpore satiarent. Cum ieiunio tres
pueri Babiloniam fornacem ingressi sunt
et ingenti flamma spacio alicuius temporis
excogitato, intacti egressi sunt et eorum cor
pora ignis lumine splendidiora micuerunt. Quid
igitur est? Nempe si illa flamma erat monstra
bat flamme naturam, si illa corpora erant sub
iacebant corporis passioni. Sed hanc admira
bilem questionem, nullus potest nisi ipsum ieiunium
explanare questio et enim ardua est. Ieiu
na corpora cum igne pugnabant et victo
ria corporis monstrabat. Vidisti admirabilem
pugnam, vidisti admirabilem victoriam. Ama
re igitur ieiunium et illud, cum omni avidi
tate tuis amplexibus festina suscipe, quando
enim et in flamma prodest et in lacu leonum
subvenit et spiritus expulsat immundos et di
vinam sententiam novit mitigare et adversitatem
revocare consuevit. Quis huius insanie
repitur qui vellet ieiunium tantorum bonorum
materiam declinare? Sed dicis: Corporibus exin
de gignitur infirmitas. Sed quantum exterior homo
conteritur, tantum interior de die in diem repa
ratur. Immo si diligenter scrutare volueris invenies
corpora ieiunio validius roborari. Et si sermo
nem meum respuis medicorum te doceat
disciplina qui parcitatem salutis nominant
matrem. Nempe enim dolores capitisque ver
tiginem et subitaneas mortes et cetera qui
bus febres atque languores corporibus com
parantur ex luxuriis atque voluptatibus animi
generari et tamquam de fonte noxio rivos no
xios et ad corporum lesionem et animarum
perturbationem emanare testantur. Non igitur
ieiunium timeamus. Et ideo vos frequenter amo
neo ad ieiunium non velut in castigationem, ne
multo vino et luxuria saginemus. Et ideo
deprecor ne ieiunii meritum deliciosis volupta
tibus preoccupatum non mereatur effectum. Na
sicut hi qui medicinali remedio potari dispo
nunt, si non fuerint diligenter preparati fructum
remedii sentire non possunt, ita et hi qui
post crapulam ad ieiunium veniunt ieiunii re

medium non agnoscunt. Et ideo sobrio animo
ad ieiunium confugiamus ut misericordiam co
sequamur, gratia domini nostri Ihesu Christi cum quo patri
gloria et honor cum spiritu sancto sit nunc
et semper et in secula seculorum. Amen. Sequi
tur de ascensione domini salvatoris.

Et quidem dudum nostra processit
oratio foras civitatem sollemp
nitatem celebravimus, et nunc
quando de crucifixi ascensione
tractamus, preclarum diem et
omni leticia choruscantem fines civitatis egres
si summa cum gratulatione celebremus. Et hoc
non ad contumeliam civitatis sed ad honorem obser
vatur sanctorum, ne nos dissimulationis accu
sent dicentes quod pro domino sevissima tor
menta vexantium manibus, nostra videmus ossa
carne nudata, pacie nostre tortor cessit natus
libenti animo pro Christo noster sanguis effusus est, de
cisa capita sunt, providens gloria hec omnia
meruimus sustinere, et eius diem non meminit
agnoscere nec misterii archana in nostris tabula
culis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie
ad loca quesivimus beatorum et ad sanctorum tab
ernacula festinamus ut conveniens meritis ipsorum
quoque sententia clamor quoque sententia clamor redde
retur. Non enim in hoc theatro tantum mar
tyres sistunt sed et angelorum instantia locus
decoratur, nam et angeli presunt. Et si mar
tyres videre desideras singulos corporis inspicere
aperi oculos tuos fidei et illud tibi theatrum
fidele demonstrat. Nam cum in omni macerie
angelorum multitudo versetur, multo magis
in ecclesia, multo amplius hodierno die quando
eorum dominus abscondit ascendit in celum. Et
ut scias quod angeli ubique versantur audi quid
Paulus femineo pudore prospiciens ait: Debent
mulieres habere velamen super caput propter an
gelos. Et item angelus Iacob ait, qui liberavit
me a iuventute mea, et illi qui cum apostolis erant
aiunt ad Herodem: Angelus ipsius est. Et Iacob
Vidi inquit castra angelorum. Et merito an
gelorum castra videbantur in terra. Nam
sicut imperatoris optimi provisione omnes or
bis universe civitates castra singula manu
militari adversus hostilem muniunt adven
tum et omnia loca diligenter armant ne bar
barica incursione deleantur, ita et deus quoniam
quasi barbara et agresti mente rabiantes
demones ad pacis eversionem ubique versantur
ad tutelam nostram constituit exercitus angelorum
ut eorum presentia demonum confringat audaciam

et peccatoribus nobis pacis gratia nuntiaretur. Vides quod et angeli predicant, insistunt martires, et ubique nobis promittuntur auxilia. Quid igitur miserius est illis, qui conventum istum splendidum derelinquunt, et quid vobis beatius qui ad tantam sollempnitatem properare voluistis. Sed fortissima nimium facta alio tempore declamus; ad proposita redeamus. Hodierna die dilectissimi fratres deo sumus nostra reconciliatione sociati. Hodierna die humanum genus celestem misericordiam meruisse cognoscitur. Hodie vetus illud iurgium dissolutum est, sedatum pristinum bellum, hodie nobis pax insperanda donata est que nunquam probabatur posse concedi. Nam que spes erat deum humane velle reconciliari nature. Non quia dominus inhumanus sed quia servus neglectus videbatur oppressus, non quia dominus crudelis sed quia contumax servus est. Vis audire quod nostro vicio deus ad iracundiam provocatus est quod nostra culpa mansuetus dominus videretur iratus. Disce singula et rationem cause cognosce ut cum sedatum senseris bellum iurgium dissolutum et humanum genus summo honore decoratum divinam gratiam misericordiamque mireris et perpetua dominum benedictione suscipies. Aliquando deus de humani generis confusione cogitavit et motu eius ira processit, ut viros cum feminis senes et iuvenes feras et pecora simul perimere disposuisset aspectu et audi divine verba sententie. Delebo inquit hominem quem feci a facie terre et bestias et pecora quia cogitavi quia feci hominem. Et ut scias quia humana non sunt exosa natura sed malicia nostra ferebat horrorem postquam dixit delebo hominem quem feci a facie terre dicit ad hominem. Tempus omnis hominis venit ad me. Et si hominem habebat exosum ad hominem non loquebatur nec dignum eum suo sermone fecisset nec divinum eum precepit confessus auditum. Sed vide dei mansuetudinem hominem quadam satisfactione consolatur et causas ei future calamitatis enarrat non ut homo causas dicat sed ut narrando alios multos meliores efficiat. Et dicebat hoc est. Nimium humanum genus pessime conversabatur ut et ipsius terre habitationis carere terre probatur. Sed nos qui ipsius terre videbamur indigni, hodie elevati sumus ad celos. Qui nec terrestria tenebamus celeste regnum meruimus possidere. Celorum transcendimus fines et ipsa sede regali decoramur et natura cuius causa paradisus a cherubin custodiebatur. Hodie super cherubin in summo cum honore suscepta est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est videamus et quemadmodum nos qui tantam offenderamus clemenciam ut et terrestribus careremus excelsa teneamus et alta meruimus possidere, quemadmodum iurgium sedatum, et illa videtur ira sublata. Disce quod non nostra peticione qui enim offenderamus sed postulatione eius qui iuste fuerat nobis iratus pax facta est. Pro Christo namque ait legacione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Quid est hoc est? Ipse rogat qui iniuriam passus est. Valde namque inquit deus clemens est, et ipse tanquam pater misericors deprecatur. Et vide qui medius est qui reconciliator accessit. Non angelus non archangelus sed ipse filius deprecatur. Et sicut duobus iurgio separatis, unus in medio positus altercantium litem discordiamque dissolvet ita et Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur et nos contempnebamus iratum et clementem dominum declinabamus. Et se medium Christus ingessit et sociavit utramque naturam et nobis quod imminebat a patre supplicium ipse sustinuit. Vis discere quod inde supplicium et hinc insultacionem sustinuit. Christus nos inquit redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Vides quod imminens celeste supplicium ipse sustinuit. Disce quod et terrestrem insultacionem ipse toleravit. Insultaciones inquit insultancium ceciderunt in me. Vides quemadmodum sedavit iurgium, quemadmodum litigium ipse dissolvit, nec ante discessit sed multa fecit multa sustinuit ut inimicum reconciliaret et hostem deo sociaret et amicum faceret qui multo tempore fuerat inimicus. Et horum omnium beneficiorum hodiernus dies materia fuit et tamen qui primicias nature nostre deo dedit. Et sicut de campis segetibus decoratis, per quas collectas spicas obtulerint deo omnem campum benedictionem reportare per primicias, sic et Christus per illud corpus fecit nostram benedictam naturam. Sed cur non omnem naturam levavit ad celum scilicet quia non videntur esse primicie cum totum offertur sed cum breve offertur. Per brevem enim oblacionem totum benedicitur. Sed inquies si primicie sunt primum factum hominem ad celum debuerunt levare. Primicie namque sunt quod primum profertur primum namque pullulat. Non est hoc primicie nam imbecillis fructus nullus est sed fortis et validus ipse debet offerri. Prima igitur ille fructus peccato fuerat obligatus et peccati crimine tenebatur ideo non levatus est, licet prior factus esse videatur sed qui postea factus est. Et ut discas quod ille fructus primicias

facit qui robustus et validus est summa ma
turitate floreścit. Testimonium de divine lectio
nis potest edoceri. Si intrabis inquit terram quam
dominus deus dabit tibi inquit moyses ad populum
et plantabis in ea omne lignum quod facit
fructum ad edendum eius tribus annis no
de preputiabis fructum eius quarto vero an
no fructus eius sanctificetur domino. Ergo si
primicie sunt quod primum offertur primi anni
fructus domino debebamus offerre. Sed ille
ait. Tribus annis non de preputiabis fructu
eius sed dimittes illum quia nondum arbor
valida firmitate roboratur nec fructus a
liqua maturitate florescunt. Sed quartus in
quit annus sanctus erit domino. Vide legis con
ditoris prudenciam. Fructum primum nec ma
ducari permisit ne aliquis deum quicquam enim
precepisse videatur nec offerri concessit nec
deo inmaturus offeratur. Sed dimitte inquit
quia primus est nec offeras quia oblacione
nondum dignus est fructus nec accipi con
venit inmaturus. Et hec nobis dicta sunt prop
ter corpus quod christus obtulit. Igitur nostre scilicet
nature primicias obtulit patri oblatum do
mi miratus est pater quod et tanta digni
tas offerebat et quod offerebatur nulla macula
fedebatur. Nam et suis manibus suscepit
oblatum et sue sedis fecit esse participem et
quod plus est ad partem sue dextre collocavit. Cog
noscamus quis est ille qui audivit sede a
dextris meis. Que natura est cui dixit deus
esto particeps mee sedis illa natura est que
audivit terra es et in terram ibis. Non enim
ad omnem gloriam celos transisse suffecerat
non tamen angelis stare sed celos transivit super
cherubim ascendit ultra seraphim elevatur
nec ante sedit nisi sedem dominicam meruisset.
Vides quo spacio celum separatur a terra
imo terram quantum ab inferis est et ipsum
celum quantum ab altiore celo separatur et de
altiore celo ad angelos quantum spacii est ad
archangelos ad superiores etiam potestates ad
ipsam quoque dominicam sedem super hec omnia
natura nostra elevata est et homo qui
loco tam humili tenebatur ut descendere non
posset ulterius ad tam excelsam sedem ele
vatur ut altius non possit ascendere. Et hoc
ostendens paulus dicebat. Qui descendit
ipse est qui ascendit et iterum descendit ad infe
riora terre et ascendit super omnes celos. Dis
ce igitur quis ascendit et que natura levata
est. Libet enim cupio commorari sermone ut

humani generis commemoracione divinam cleme
nciam cum omni admiracione discamus que
summum honorem magnamque gloriam nostre na
ture largita est. Terra et cinis eramus sed
hoc nondum suo vicio sed nature imbecillitas
fuit. Irracionabilibus insipiciores sumus com
paratus est namque ait homo iumentis insipie
ntibus et similis factus est illis. Et peius est com
parari quam nasci. Nam naturaliter non habere racionem
tollerabile est. Cum vero decoratum racionabili
nature comparari crimine est voluntatis. Et qui
audis quod homo comparatus est iumentis insi
pientibus non arbitreris quod eum racionabili
bus similem voluit demonstrare sed longe
peiorem non tantum quia homines facti ad ir
racionabilia festinavimus gesta sed quia ad peiore
demenciam processimus. Et hoc significans
ysaias ait. Agnovit bos possessorem suum et
asinus presepe domini sui israhel autem non cog
novit me. Sed non ad priorem comparacionem eru
bescamus ubi enim habundavit peccatum superhabun
davit et gratia. Vides quod iumentis irracionabilio
res sumus. Cognovit bos possessorem suum
et asinus presepe domini sui. Avibus etiam nos
irracionabiliter invenimur. Turtur et hyrundo
agri passeres agnoverunt tempora ingressus
sui. Populus vero meus non agnovit iudicia mea.
Ecce iumentis ecce avibus deteriora sentimus
et irracionabilia cogitamus. Vis amplius mag
repere naturam formicarum nobis gesta nar
ravit et earum nobis imitaciones ostendit.
Vade namque ait ad formicam o piger et emu
lare vias eius. Formicarum facti sumus disci
puli formicarum emulacione vivimus formi
carum comparamur exemplis in tantum amisimus
humane nature consilium ut in humane mentis
aliena sentimus qui ad similitudinem dei facti
monstramur. Sed non reus est ille qui fecit
sed nos qui contempsimus in ymagine perdura
re. Sed quid deformicas dico lapidibus insi
pienciores facti sumus. Et hoc tibi valido tes
timonio demonstrabo. Audite fundamenta
terre quia iudicium domino cum populo
suo. Quid agis. Contra homines tibi iudi
cium est et testes terre fundamenta clama
tur et inter dominum humanumque iudicium ut au
diant lapides invitantur. Valde inquit na
lapidibus homines insipienciores esse nosc.
Vides quod totius malicie fines excessimus
asinis et bobus irracionabiliores ostendimur
serpentum volatilium superamur nec ipsis lapidibus
comparamur sed serpentum malignitates imitamur

Furor namque ad similitudinem serpentis vene
num aspidum sub labiis eorum Et quid demen
tibus animalibus loquor ubi etiam ipsius dyaboli
filii nuncupamur Vos namque ait filii dyaboli
estis Sed tamen nos qui sensum non habebamus
quam contumacia gravabamur quam nec lapidibus
comparabamur quam vincebamur omni natura quam
despecti videbamur quam contempnebamur et quem
admodum loquar ignoro quo sermone utar quo
verbo dicam reperire non possum natura fra
gilis natura contempta et omnibus demonstra
ta deterior omnia vicit omnia superavit et om
nibus hodierna die meruit excellentior re
periri Hodie archangeli vota diu desiderata
receperunt hodie archangeli quod multo tempore
cupiebant impleri valuerunt naturam nostram
in sede divina mortali perfulgente gloria perspexe
runt Hoc enim affectabant angeli hoc deside
rabant archangeli et si eos humana natura
largito sibi honore superabat attamen nostris bene
ficiis gratulantur nam et nostris dolebant sup
pliciis et quam puniebamur ipsi quoque nimia tris
ticia tenebantur Et cherubim quamvis paradisum
custodiebant tamen nostris suppliciis tristaba
tur Et sicut consimus bonus cum a domino co
servum custodiendum susceperit satis quidem fa
cit domini iussioni sed tamen penam conservi
nimio dolore contentur et fratris necessitate co
strictus animo non recipit caritatem sic et
cherubim meruerunt custodire paradisum sed
dolebant honore custodie Et hoc ut facile pos
sis advertere ex hominum affectione condisce quos
consimorum calamitates inspicimus condolemus
Et si sciant homines caritatem multo magis
ille potestates nostris suppliciis commoventur Ita
et iusti dolebant peccatorum suppliciis et licet
merito pene inferebantur tamen dolores in
tirabant tristicie Nam et moyses post ydo
lorum cerimonia dicebat Si quidem dimittis
eis peccatum dimitte peccantem et me dele de libro
quem scripsisti Quid est hoc Contumacia vides
et supplicio suppliciis deputatis Ideo inquit
doleo ideo deprecor quia digne cruciantur quia
merito puniuntur quia ipsi sunt sui causa sup
plicii Et ezechiel cum angelo populo videret
inferentem summa supplicia cum nimia la
mentatione clamavit dicens Heu michi domine
qui deles tu reliquias israel Et Jeremias Casti
ga nos domine in iudicio et non in ira ne nos
paucissimos facias et cum moyses et eze
chiel et Jeremias dolent quanto magis ille pote
states nostris calamitatibus commoventur Et ut sciasquod

quod nostris malis doluerunt ex eo disce quod re
conciliatione divina gratulati sunt Xpistus sal
vator ostendit dicens quia gaudium est in
celo et in terra super uno peccatore penitente Et
si unius peccatoris conversione angeli gratulaba
tur multo magis hodierna die cum ad celum
per primicias omnem viderunt elevari na
turam Et alia ratione disce gaudium celestium
potestatum Quando dominus noster ihesus xpistus secundum
carnem natus est et cum reconciliatum vide
rent nec enim aliter ascenderet cum summa
gratulatione in terra clamabant Gloria in ex
celsis deo et in terra pax hominibus bone vo
luntatis Ut discas quod ideo gloriam dant deo quia
terram ea que bona sunt recepisse letantur
declarant et causam dicentes In terra pax
in hominibus bone voluntatis hominibus qui
elevati sunt qui inimici fuerant qui aliena
ti erant qui contumaces iudicati sunt Vi
des quemadmodum in alienis bonis gratulan
tur immo in suis nam nostra bona suas utilitates
arbitrantur Vis discere quod et cum ascen
deret gratulantur et nimio gaudio exultabat
et descendebant frequenter Et hoc proprium
est cupientium videre inopinatum spectaculum
Et ut scias quod ascendebant et descendebant
xpisti verba confirmant qui dicit A modo vi
debitis ascendentes angelos dei et descende
tes ad filium hominis Et iste semper amantium
mos est et cupientium soluta consuetudo Nec
tempus expectare compierunt vel didicerunt
sed festino amoris ardore et delectatione pre
venerunt constituta Ideo ascendunt ideo de
scendunt et cum omni festinatione novum et
incredibile spectaculum videre desiderant
Nam quid hoc mirabilius est quam homo qui
contemptus fuerat ascendere videtur in celum
Ideo et quando nascebatur dominus noster et quan
do resurgebat exultabant angeli et ho
die quando ascendit in celum Ecce duo ait in
albis veste ut et ipsius indumentis gratu
latio monstraretur dixerunt ad discipulos
Viri galilei iste ihesus qui ascendit a vobis
in celum sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in celum Hic auditum mi
chi cum omni diligencia commodate Cur
hec dicta sunt Numquid oculos discipuli non
habebant numquid non videbant quod ge
rebatur Numquid non dixit ewangelista quia
videntibus illis elevatus est et ascendit
in celum Cur igitur angeli eis dicebant quod
factum est quod eis monstrabat quod ascendit

ad celum iuxta has scilicet duas causas. Unam quia dolebant se ihu discessione desolari et quia dolebant, audi quid ad eos dicit: Nemo me interrogat de vobis ubi vadis sed quia ista dixi tristicia replebit cor vestrum. Et si a amicorum seu cognatorum separatione tristantur quanto magis salvatorem magistrum et dominum misericordem et pium ac mansuetum cum a se vident separari, non omnino cum dolore tristabantur. Ideo stabant angeli et ascensionis tristiciam regressionis commemoratione consolabantur et separationis dolorem adventus futuri pollicitatione sedabant. Ita aiunt: Iste ihus qui ascendit a vobis sic veniet. Dolentis inquit quia ascendit, sed dolere desinite nam iterum veniet. Et ne hoc faciant quod helizeus fecisse dicitur cum istum deus vestimentum cum magistrum vidisset elevatum ad celum qui ei helyam promittet advenire, ne scilicet et isti hoc faciant, ideo angeli stabant animum eorum tristiciam solacio sublevantes. Et hoc quidem una causa est presencie angelorum et est alia causa non minoris racionis. Nam addiderunt quia ascendit in celum. Et quia longum spacium de terra tendebat ad celum et discipulorum acies portatum corpus ad illa altitudinem minime providere scilicet sicut autem cum altiora postulat deficit aspectus intuentis inspicere, oculus volatu vincitur celsiore, sic et illud corpus quando ferebatur ad summa tantum oculus videncium aspectus imbecillitate celabatur deficiente natura altiora conspicere. Ideo stabant angeli iter celeste monstrantes ne quis arbitraretur, quia tamquam in celum ascendens sicut helyas scilicet ad celum ascendit quia elevatus est a nobis in celum. Ideo non simpliciter hoc addidit. Et helyas quidem tamquam in celum ascendit ihus autem ad celum nam dominus erat. Ille in curru igneo hic in nube et quando servus vocabatur currus mittebatur ut veniret, et quia filius ascendebat divina sedes occurrebat nec tamen divina sed et paterna. Nam et de patre eius ait ysaias: Ecce dominus sedet in nube levi. Et quia pater sedet in nube, nubem misit et filio. Et helyas quidem cum ascendisset melotem helizeo dimisit. Xpus tamen graciam discipulis dereliquit que non unum prophetam scilicet multos helizeos effecit, ymo illo multo potenciores et longe amplius meliores. Eleventur igitur et excitentur dilectissimi fratres et illius cogitemus adventum. Sicut et paulus ait: Ipse descendit de celo dominus in iussione in voce archangeli, et nos qui vivimus qui relinquimur rapiemur in nubibus in occursum domini scilicet non omnes. Et quia non omnes rapiemur scilicet aliquanti audi quid ait xpus: Erunt duo in mola molentes una assumetur et alia relinquetur. Duo in lecto unus assumetur et unus dimittetur. Quid hac significatione ostenditur? Quid hoc secreto declaratur? Videamus mola pauperes inopesque demonstrat et eos qui inter labore conterunt. Lectus divites et quietos ostendit et eos qui honoribus perfruuntur. Et volens ostendere quia de pauperibus aliquanti liberantur et pereunt, et de divitibus non nulli liberantur et pereunt ait quia de mola unus assumetur et unus relinquetur, significans quia hii qui peccatis obruuntur hic remanent condigna supplicia sustinentes iusti autem rapientur in nube.

Nam sicut rege adveniente in aliquam civitatem hii qui honoribus et dignitatibus decorantur cum summa confidencia non expectato eius ingressu longe ante portas occurrunt et excipiunt venientem, rei autem et criminibus obligati intra muros retinentur imperatoriam expectantes sentenciam, ita et quando dominus veniet, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurrent, noxii vero et obruti peccatis hic remanent expectantes iudicium. Tunc et nos rapiemur. Non me iustorum numero connumeri commemorans, dixi nos rapiemur nam non possum inicii mentis alienus nec animi cecitate confusus ut mea peccata non nesciam, ut meorum videar oblitus esse gestorum. Nam quia idem festum diem nolo meo dolore turbare nec sollempnitati inserere mesticiam, parco lacrimis parco fletibus peccatorum meorum sauciatus consciencia. Et ideo ordinem in ipsa festivitatis leticia servabo illius diei memoriam derelinques ut nec dives suis opibus gratuletur nec pauper sua egestate tristetur scilicet unusquisque sue conscientie meritum spectet, nam nec dives beatus nec pauper miser poterit iudicari scilicet is qui illius aspectum intuetur ipse et tacitum totius benedictionis ac beatitudinis possidebit. Nam qui peccato pauper est diviciis celestibus habundabit et qui criminibus dives est suppliciorum copiam sustinebit. Et ideo dicit ut qui in peccatis sumus lugeamus et qui bona consciencia vivunt gratulentur, scilicet nec



isti confidant sed caveant / nec illi lugeant
sed corrigantur. Nam et enim licet qui male
fuerat conversatus in natam gloriam promererei
et hys parem fieri qui semper iuste vixerunt
Hoc et nos implere provenimus et qui bene
vivunt proposita conversationis merito futura glo
ria ampliare festinent et confidenciam auge
non desinant et qui peccatorum mole opprimunt
meliore correctione nitentur ut iustorum cho
ro sociati cum debita reverencia imperatorem
suscipiamus angelorum et illa beatitudine p
fruamur quam nos omnes liceat promereri gra
dni nri ihu xpi cum quo patri gloria et spu
sancto sit in secula seculorum amen. Incipit
Studiis de erudicione disci
disciplinae prime capitulum

Custos est spei / vinculum fidei
et dux vie ad salutem feren
tis que fovet et nutrit caritatem
ad profectum sensum et spiritualem magna v
tutum est. Ipsa igitur in xpo manet et semper
et indeficienter secundum dm vivit et ad celestes re
promissiones perducit et ad divina premia facit
pervenire. Hanc ergo sectari nos oportet sa
lutem / et averti ab omni malicia. Dicit enim in ps
spus sanctus Apprehendite disciplinam neque ira
scatur dominus et pereatis de via iusta / cum ex
arserit in brevi ira eius. Et item peccatori aut
dixit deus quare tu enarras iusticias meas
et assumis testamentum meum per os tuum
Tu vero odisti disciplinam / et proiecisti sermo
nes meos retrorsum. Et item legimus. Qui
abicit disciplinam infelix est. Et salomo
nem ita nos amonentem accipimus. Fili
ne deficias cum increparis a domino. Si aut
dominus quem diligit arguit et castigat ut
emendet et dirigat vias eius procul dubio
fratres et maxime sacerdotes non oderunt
sed diligunt quos corripiunt. Ideo enim hoc fa
ciunt ut emendent quos arguunt qui et
deus per ieremiam predixerit tempora hec nra
significans et dicens. Dabo vobis pastores
secundum cor meum et pascent eos pascentes
cum disciplina. Et quidem in sanctis scrip
turis frequenter et fere ubique de disciplina e
mendata signatur et omne fundamentum
pietatis et fidei nre per custodiam mandatorum
confirmatur ut radicibus nris super petram
firmiter fundatis inconcussi procellis et fluc
tibus mite istius resistamus et ad divina dona
per observanciam mandatorum eius pervenire pos
simus considerantes simul quod membra nra

templum dei sunt. Ab omni ergo veteris inquinato
nis fece purgemur / emundati lavacro in mortalitatis
et vite / quia qui templum dei violaverit disperdet
eum dominus. Huius ergo mei et venerabilis tem
pli nos sacerdotes et ministri sumus / et ideo sermonis
sicut beatissimi pauli sermo est in mandatis eius
per quem nos ad beatum honore celestis vite preceptis
salutaribus introduxit dicens Non enim estis
vestri empti estis precio magno glorificate et por
tate deum in corpore vro. Ergo glorificemus et
portemus dm mundo et immaculato corpore
et conversatione bona / et redempti sanguine
xpi i. omnium mandatorum observancia redempto
ri nro pareamus / et nichil studeamus sordi
dum et immundum templo dei inferre / ne quan
do ipse quem facit te indignans relinquat domi
cilium quod prius libenter habitabat. Hii sermones veni
ficantis dei sunt quibus docemur simul et cu
ramur et in memoriam castigationis redu
cimur / et ut deterius flagellari caveamus. Ecce
enim inquit sanus factus es noli ultra pec
care / ne quid tibi deterius contingat. Confir
mat et arguit nos ad curam et studium disci
pline propter assequendam et obtinenda salutem
et legem dat ut postea quam tradiderit reddi
derit homini sanitatem non sinat eum in ea
dem recolui propter que fuerat infirmatus et
neque resolui cum securitate sanitatis neque e
nagari fiducia sanitatis permittit / sed ex quibus
eum diligentius curavit per eadem ipsa curato
homini vehemencius comminatur quia quidem mi
nus est peccatum ei qui peccat ante quam agnoscat
disciplinam dm. Nulla autem venia est per
ditum post agnitionem dei nisi penitus renitatur
quia deus mortem non fecit / et deus non
vult mortem morientis quantum ut revertatur
et vivat nisi sit prius vadens et non rediens
quorum dampnacio iusta est. Hoc autem
simul omnes viri et mulieres et pueri et puel
le et omnis omnino etas observent et solliciti
sint pro fide et pietate cuius et unusquisque
debitor est deus / nequid hoc sanctum et mundu
quod invicem deus gratie sue dono in nos confer
re dignatus est sine cura et timore christes
amittamus. Ad hoc fratres dilectissimi periculo co
pulens vobis dominus nequis zelans fratrem
suum in laqueum mortis cadet interrogantibus
discipulis quis in vobis maior esset qui minor
inquit fuerit iste magnus erit. Ecce fratres
ubi perdidit omne zelum responsione sua qua
omnem causam et suberiam in die sustulit et
abscidit didicimus unde possimus placere unde

et beatus paulus adhortans et docens ut qui-
cumque illuminati sumus xpi lumine et tenebris
nocturne conuersationis effugiamus / iustis
et operibus luminis ambulemus. Nox inquit
precessit / dies appropinquauit. Abiciamus ergo
opera tenebrarum et induamus nos arma lucis
sicut in die decenter ambulemus / non in co-
messationibus et ebrietatibus non in cubili-
bus et lasciuiis non rixa et zelo. Si autem abces-
serunt a pectore tuo tenebre et nox inde ex-
pulsa est si illustrauit sensus tuos splendor
diei et homo lucis esse cepisti / que bona sunt
ihu xpi age / quia lux et dies xpus est. Qui
tenet ipsum mundi huius caliginem rursus in-
uoluis / quid a dyabolo cui renunciasti reuer-
teris. Quid cayn similis efficeris. Homicidij
enim crimine reum teneri eum qui zelat et
odit fratrem suum / manifestat apostolus iohes
in epistola sua dicens. Omnis qui odit fratrem
suum homicida est / et scitis quia omnis homi-
cida non habet uitam eternam. Et iterum. Qui
dicit se in lumine esse et fratrem suum odit in
tenebris ambulat et nescit quo uadat / ipso
scelere cecatus / uadit enim nescius in gehen-
nam ignis et preceps fertur in penam separa-
tus a lumine xpi docentis et dicentis. Ego sum
lux huius mundi qui sequitur me non ambulat
in tenebris sed habebit lumen uite. Sequitur
autem xpm qui insistit mandatis eius / qui per ui-
am doctrine eius ambulat qui uestigijs et
uijs eius currit qui imitatur illa que xpus
docuit et fecit sicut petrus apostolus suadet
et sapit dicens. Xpus passus est pro nobis
nobis relinquens ut sequamini uias eius et in
uestigijs eius ambuletis. Meminisse preterea et
considerare debemus quo nomine populum suum xps
uocat / quia appellacione gregem suum nuncu-
pauit. Oues nominat ut mansuetudo xpiana
ouibus omnibus equetur / agnos uocat / ut
agnorum simplicitate castis innocentie sen-
sibus emulentur. Quid ergo in uestitu ouium
lupus latet quid xpianum se esse mentiens
gregem xpi infamat. Xpi enim nomen in-
duisse et non per uiam xpi ambulare quid
aliud est quam quod ipse docet dicens illum ad
salutem uenire qui seruauit mandata eius / et
illum esse sapientem edificatorem qui uerba
eius audit et facit et illum magistrum maxi-
mum in regno celorum appellandum qui facit
et sic docet. Docet enim hic ordo discipline ma-
gistri / ut prius in ipsum proferat quod docet
esse faciendum si enim uideatur in actu eius quod

probabile sit promptius recipitur quod predicat
Addit enim doctrine auctoritatem bona uita doc-
toris. Unde frequenter discipulis suis dominus si-
mili ferre celestem doctrinam annunciat / ut que
audiendo perciperent agendo custodiant. Precipi-
mus ergo obseruandum et custodiendum pre-
cipit ut ea caritate qua ipse dilexit nos in-
uicem diligamus. Sic enim inquit apostolus
firmum et incorruptum caritatis uinculum
custodiatis adiecit et dicit. Caritas paciens
est benigna est non emulatur / non inflatur
docens utique et ostendens illum posse cari-
tatem tenere qui sit longanimis et nudus
ab emulacione liuoris. Et alio loco item cum
predicaret et doceret ut homo iam repletus gra-
cia spiritus sancti / et regeneratione celesti filius dei
factus nichil nisi diuina et spiritualia sectetur
ut dicat. Et ego fratres non potui uobis loqui
ut spiritualibus sed ut paruulis in xpo lac
uobis potum dedi non escam nondum enim
capere poteratis sed neque adhuc potestis adhuc
enim carnales estis. Quando enim in uobis
inuidie et contentiones sunt / nonne carnales
estis et secundum homines ambulatis. Et rursum
idem apostolus prouidenter et salubriter docet di-
cens fratres debitores sumus non carni ut
secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem
uixeritis moriemini si autem spiritu facta carnis
mortificatis uiuetis. Quot quot enim spiritu dei
aguntur hij filij dei sunt. Si ergo filij dei esse
cepistis accipientes spiritum sanctum sancte et spiritualiter
uiuamus / si de terra in celum oculos eleua-
mus si ad excelsa et diuina repletum deo pec-
tus ereximus / digna deo et xpo agamus
sicut apostolus exhortatur dicens. Si ergo cum
xpo resurrexistis que sursum sunt querite
ubi xpus in dextera dei sedet que sursum
sunt sapite non que in terra. Mortui enim
estis et uita uestra abscondita est cum xpo
in deo. Cum xpus apparuerit uita uestra tunc
et uos apparebitis cum eo in gloria. Deus
autem omnium det uobis spiritum considerationis
ut percipiatis que dicuntur a nobis secundum euan-
gelium xpi et dei uiri per quem deo patri ho-
nor et gloria sit cum spiritu sancto in secu-
la seculorum Amen. De ieiunijs et geneseos
lectione sequitur

Iocundum quidem
nautis est uer / iocundum quoque et agrico-
lis sed neque nautis neque agricolis ita iocun-
dum est ueris tempus ut hijs qui phi-
losophari uolunt iocundi sunt ieiuniorum
dies spirituale animarum uer et fidissima

tranquillitas animorum Nam agricolis ideir-
co ver iocundum est quod delectet aspicere tunc
depictam floribus terram et variis frondi-
bus virgulta comantia Nautis vero ac-
ceptum est ver quod dorsum maris deduc-
tis navibus tuto liceat ascendere nec undarum
pericula formidare Nobis autem iocundius
est iocundius ver quod tunc non undarum
sed cogitacionum et concupiscenciarum carnis fluctus
et turbines mitigantur et corone nobis non
florum sed spiritualium graciarum parantur Sic enim
scriptum est Coronam inquit capiti et ver-
tici tuo graciarum accipies Non ergo ita apparens
mundo vernalis fugatam hyeme nunciat
ut iocundiorum dies fugari et virtutibus vicia
carnis et cupiditatis ostendunt Cessat pug-
na carnis adversus animam et anime adversus
carnem nec ultra insurgit ancilla in dominam
nec serva supplicat in liberam sed universa hec pre-
lia in iocundiorum pacem conquiescunt Cum
igitur quietis nobis et tranquillitatis tempus
advenerit age iam etiam nos deducamus
in mare doctrine navigium et dicendi vela
solvamus si tamen tranquillus et tutus est
animarum nostrarum portus in quo ubi dei na-
vis absque metu naufragii collocetur Al-
tum enim nobis pelagus incedendum est
volentibus de celi ac terre ac maris corpori-
bus philozophari Hec enim nobis hodie
leccio recitata est Sed quid ad nos inquies
creaturarum pertinet racio Et valde quidem
tamen si enim magnitudine et decore cre-
aturarum comperitur eorum conditor agnoscitur
Quanto autem ad eorum intelligenciam
sumus intenti tanto magis via nobis pate-
facit ad intuitum conditoris Magnum crede mihi
bonum est scire quid sit creatura et quid sit
creator et que sunt opera quis vero opifex Si
enim hec diligenter scirent diversarum heresium mi-
nistri utique omnia confunderent et que sursum
sunt facerent deorsum Non dico quod celum et
stellas deorsum terram aut sursum ducerent
sed quod celorum regem ab excelsis sedibus
deducentes cum creaturis et operibus collo-
carent creaturam vero divinis honoribus
afficerent Si de creaturis scivissent philozo-
phari manichei numquam materiam corruptibilem
et mutabilem que cum non esset effecta est
ingenitam deoque dicerent coeternam Si de crea-
turis scissent recte philozophari gentiles num-
quam servissent et coluissent creature pocius
quam creatori Bonum vides celum sed propterea

ut illud aspiciens adores conditorem eius
Pulchrum solem sed ut illum intuens factorem
ipsius venereris Si enim creaturarum pulcri-
tudine eram detentus in hereas nec ex eorum spe-
cie magnitudine conspiceres creatoris tamquam
est tibi lumine in tenebris Vides ergo quantum
bonum sit scire creaturarum racione Non igitur
negligamus hec lucra sed attencius inten-
damus hiis que lecta sunt quia non solum ce-
li et terre et maris sed et nostre id est hominis ori-
ginis racio nobis ex hiis et legendo expo-
nitur et unde mors unde labor mortalium unde
unde cure unde tristicie subierunt declaratur
Per hiis enim omnibus velut satisfaccionem qua-
dam scriptam librum hunc deus misit ad
homines Neque enim satisfacere deus dedignatur
hominibus qui per prophetam dicit Venite et dis-
putemus dicit dominus Et non solum disputa-
tum hominibus et satisfacere nobis wlt sed et quo-
nam modo culpam fugiamus ostendit An-
te enim quam dicet venite et disputemus do-
cuit quid loqui vel quid agere nobis oporte-
at et ita venire ad iudicium Audi denique que
in superioribus propheta premiserit Lavamini inquit
et mundi estote auferte nequicias ab animis
vestris discite bonum facere iudicate pupillum
et iustificate viduam Et tunc addidit Veni-
te disputemus dicit dominus Non enim wlt nos
ad disputandum hoc est ad iudicium ubi de causa
nostra tractandum et disputandum est nudos et
inanes venire sed habere aliqua documenta iusticie
Si enim faciamus ea que superius prescripsit
tunc ad disputandum de causa nostra et de acti-
bus nostris audacter et fiducialiter veniemus
Denique et aliis dicit Dic tu prior iniquitates
tuas ut iustificeris Habes enim accusatorem
acerrimum et in mitem prevenient enim et ob-
tura os eius impudentissimum propria sponte
confitendo delicta Sed intuere paululum mag-
nificenciam dei Ex inicio per semetipsum loque-
batur hominibus deus secundum quod audire eis
possibile erat Sic denique cum adam locutus
refertur sic increpasse caym sic cum noe sed
monitus sit apud abraham hospicio sus-
ceptus et eorum confabulacione usus Verum
ubi humanum genus proclivius ad maliciam
declinavit et apparente ac conditore suo qui-
longa quadam peregrinacione discessit Confa-
bulacione cessante litteris ad eos tamquam longe
a se positos et epistolis utitur quibus eos vete-
ris cuiusdam amicicie et familiaritatis amo-
neat et primam quidem epistolam ad homines

per moysen dirigit deus. Quid ergo hec epistola
contineat videamus. In principio inquit fe-
cit deus celum et terram. Requiras forsitan
cur non plus de angelis nobis vel archan-
gelis indicet. Si enim ex egregia et magni-
tudine creaturarum conditor intelligitur mul-
to magis ex virtute celestium conditione possit
agnosci. Magnum est celum sed non ita ut an-
gelus. Decorus est sol sed excelsior archange-
lus. Et ideo excelsam illam et arduam viam
relinquens per hanc planiore et faciliorem nos
ad deum gradatim ducit. Considera enim quibus erat
quibus hec tunc recitabatur epistola. Nonne illis
qui educebantur de egipto ubi dei cultum in
cocodrillis et canibus et simiis videbant.
Non ergo consequens videbatur eos tunc
per excelsiorem viam ad agnicionem conditoris
adducere et ideo ista planiore et faciliore utitur.
Celum eis terramque ostendit et mare atque
omnem visibilem creaturam. Deinde ubi paulu-
lum iam ex ea institutione profecerunt audi
quomodo eis aliam epistolam per prophetam mittit in
qua etiam de supernis virtutibus docet et di-
cit. Laudate dominum de celis laudate eum in ex-
celsis. Laudate eum omnes angeli eius lauda-
te eum omnes virtutes eius. Quia ipse dixit et
facta sunt ipse mandavit et creata sunt.
Iam de illis epistolis quas per paulum apostolum misit
deus quid opus est dicere ubi iam se-
cretiora multo et celsiora referuntur et scribi-
tur nobis tanquam iam qui altioris philozophie
possimus instituta suscipere. Quia per ipsum christum
facta sunt omnia visibilia et invisibilia sive
throni sive dominationes sive principatus
vel potestates et omnia per ipsum et in ipso crea-
ta sunt et ipse est ante omnes et omnia illi
consistent. Refertur tamen etiam in hiis que
per paulum deferuntur eadem ipsa que moyses
scribit. Nam cum apud athenienses concio-
naretur paulus non eis de angelis et archan-
gelis loquitur sed de celo et terra ac mari ita di-
cens. Deus cum fecisset hunc mundum et om-
nia que in eo sunt celi ac terre dominus non
manufactis templis habitat et cetera. Sed et Io-
hannes tanquam et ipse scripta perfectoribus
deferens non solum celi et terre creaturam
ascribit unigenito filio dei sed dicit quia om-
nia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est
nichil id est tam ea que videntur quam et illa que
non videntur. Sicut ergo apud magistros litterarum
fieri videamus quorum alius puerulum degre-
nuo maius acceptum et ignarum omnium atque

incapacem malorum primus tirocinio imbuit ele-
mentis quem cursum alius magister accipiens
perfectioribus instituit disciplinis. ita et moyses
ignarum omnium et rudem hominum naturam et
ut ita dicam nuper a lacte depulsam prima divine
cognitionis edocet elementa. Iohannes vero et pau-
lus velut a moyse iam que prima sunt imbu-
tos homines ad celsiora et perfectiora deducunt
non utique que prima sunt destruentes sed tanquam
fundamenta competenter posita supponentes po-
tius edificii celsa fastigia. Vidisti denique utri-
usque testamenti structuram unius linee mo-
dum ratione directam. vidisti totius edificii
consonam quadraturam. audisti a moyse quo-
modo facta sit visibilis creatura. audisti et
a damo quomodo et intellectualis illa celestis atque
invisibilis creatura sit dicente. Quia ipse di-
xit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt.
Simili modo et in novo testamento verbum dei
audis ex ipsius visibilium et invisibilium condi-
torem. In principio creavit deus celum et terram.
Sermo hic brevis et simplex quidem est sed
omnium adversariorum subruere machinas potest. De-
inde considera quomodo manicheo asserenti
quod infecta sit materia et ideo coeterna occur-
rit et dicit. In principio fecit deus celum et
terram et omnem structuram false eius doc-
trine subvertit. Sed non credit manicheus scrip-
ture nostre. Ergo et propter hoc vitandus nobis
est et alienus penitus habendus. Qui enim
deo non credit et veritatem mendacium ponit
non tam errare quam insanire iudicandus est.
Sed quomodo inquit et nichilo aliquid fieri po-
tuit. Dic michi et tu quomodo ex materia aliquid
fieri potuit. Certum est enim quod de terra fac-
tum sit hominem uterque nostrum credat licet tu ip-
sam terram neges a deo factam. Dic ergo
michi quomodo de terra facta est caro. de terra
enim lutum fieri videmus aut laterem aut
tegulam vel aliquid tale figmentum carnem
vero de terra nullus unquam fieri vidit. Quomodo
ergo facta est natura carnis. quomodo ossa
formata sunt quomodo nervi et vene quomodo
cutis et membra interius secretorum quo-
modo ungues et capilli et singulorum varietas
distinctioque membrorum quomodo ista diversitas
ex una terre natura formata est. Sed certum
est quod dare non potes racionem. Quomodo ergo tu
ista que apertiora sunt et faciliora explicare non
possis de difficilioribus et ineffabilibus pro-
nunciare ausus es. Vis adhuc faciliora tibi
proponam atque ea que per momenta hec vivis in

manibus panem cottidie sumimus et exinde corporalis uite substantiam consignamus. Dic ergo michi quomodo natura panis mutatur in sanguinem, quomodo ex ipso flegma et ex ipso etiam fellis substantia fiat, et diversi humores generentur. Cum utique natura panis densa quidem sit et compacta, hoc non utique mutatur, remissa sunt et fluida. Tunc deinde color panis vel candidus est vel ad frumenti speciem redditur; color vero sanguinis rubrius et fellis nigri vel flavi ceterorumque humorum longe diversus et varius. Quomodo ergo fient hec dic michi et horum redde racionem. Sed certum est quod non solum hec scitabis sed et taceabis. Et certum tibi videbitur cum racionem eorum que cottidie in nobis fiunt investigare non valeas divini operis et conditionis dei audeas secreta discutere et contradictionem impossibilitatis obtendere. Si incomprehensibilis est deus, hec opus eius secundum tuum sensum expetis racionem, qui unde nec scis quidem. Multa enim sunt que arte quidem hominum fiunt, quomodo tamen vel qua racione fiant explicare non possumus. Sibi gracia quomodo de venis terre aurum fiat. Hoc fieri quidem videmus, racionem vero in mutatione glebe reddere non valemus. Sed arena arte hominum fit vitrum lucidissimum et multa alia hiis similia humana quidem experiencia fiunt, qua tamen racione fiant mortalis sermo non explicat. Dei vero opus quod quod utique humanas artes in inmutabiliter precellere et iam tu fateris cuius virtutem et potenciam absque ulla comparacione non solum inter homines esse sed et inter celestes virtutes nemo umquam dubitavit, quomodo in singulis quibusque figmentis suis discuciendum credis et humane artis infirmitate pensandum. Cum potius delinquentes hec que aliene et fragiles cogitant mentes redeamus ad illam stabilem robustamque sentenciam que dicit: In principio fecit deus celum et terram. Sta super istud fundamentum, non commoveaaris nec in cogitacionum fluctus atque animorum turbines corruas. Cogitaciones enim mortalium timide et incerte adinvenciones eorum. Noli ergo delinquere que firma sunt et committere ad infirma et incerta atque hiis salutem anime tue credere et permane in hiis que didicisti et tradita sunt tibi et dic: quia in principio fecit deus celum et terram. Etiam si tibi manicheus occurrat, etiam si valentini discipulus tu semper utere hoc sermone, etiam si illi videantur tu eos ut insanientes defleto. Si licet pallentes in vultu et tristes ac senem videantur atque obducti superciliis sunt, licet sermonum varietate subtiles, sed tu noli aspicere ad istam que extrinsecus est ovium pellem sed considera et intuere lupum qui intrinsecus latet et precaveas maxime enim exprimere et execrare debes quia ad consensum suum mitem se simulat et humilem. Addimus autem omnium inimicus est callidus in celum latrans et ipsi quodammodo divinitati inferens bellum. Negat enim creatorem deum sed alium nescio quem contrarium predicat. Fuge ergo ab hiis talibus et vita tendiculas uerba humanorum ut illorum tamquam venena. Custodi hereditatem quam a patribus suscepisti per fidem et doctrinam scripture divine que dicit: In principio creavit deus celum et terram. Cur autem primo celum fecit deinde terram, ante tercium quam solum vides et in hoc nichil esse simile humanis artibus nec hominum regulis voluntatem sermonis divinam. Apud nos adminiculis et fulcimentis opus est, ubi vero voluntas efficit opus et prebet sermo virtutem. Terra autem erat invisibilis et incomposita. Quia ob tamen celum quidem perfectum condidit, terram non paulatim compositam esse refert moyses ut audiens tu quia in melioribus elementis perfectum extitit opus eius, tercius sis quia et terram potuit perfectam producere sicut celum sed propter te et propter salutem tuam non fecit. Sed requiris quomodo consulta. Patriam siquidem et nutricem et matrem et mensam et domum posuit terram, sed et sepulcrum tibi hanc eandem terram et corpora nostra ex ipsa sunt et ipsa etiam corporis nutrimenta ex ipsa quoque et in ipsa habitacio nostra est, et post mortem in ipsam rursum redimus. Ne forte ergo pro hiis omnibus que ex ea videns consequeris beneficiis fragili et lubrica cogitacione in impietate delapsus ipsam esse uite tue putares auctorem, propterea informem eam atque incompositam prodidit ut tu intelligens quod indiguit etiam ipsa opere et beneficio conditoris cultum veneracionemque divinam creatori omnium referas deo, et glorifices enim qui adversum ac et ministerium humani generis tantam preparavit ac talia. Verum dei cultus non solum in fide recta sed in optima conversacione consistit. Sic enim domus luceat lux vestra inter omnes ut videntes homines opera vestra bona glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et idem vellem ad ea que dicta sunt agere et addere aliqua de ope misericordie nisi superflue ducerem sermone vos docere qui alios opum vestrorum docetis exemplis maxime cum medius vestrum dominum sedeat pater orbis et uigil in cuius domus adhoc tamquam

velicta/ etiam maioribus suis ac pere
gris et advenis patet Omnis qui undique
vel tribulacionis abiciende vel iniquitatis di
cende causa quesierint Hanc sibi hospita
domum invenerint hanc industriam et ita
in omnibus famulante/ ut nescio utrum
hiniis aut peregrinorum magis dicenda sit do
mus Immo vero propterea magis hiniis est qui
peregrinorum/ nam et omne quod nostrum est tunc
magis nostrum erit si sit nobis commune cum
fratribus Melius enim michi servatur pe
cunia que in dextra pauperis collocatur Hanc
michi non calumpniator extorquet non in
vidus criminabitur/ non latro auferet non
fur nocturnus diripiet/ non servus fugam
meditans quassabat/ sed est semper tuta
semper integra semper salvabit nullus alius
locus ita munitus est ad pecuniam conserva
dam sicut pauperum venter Denique frequenter
etiam si exturbetur quis potest dampna mi
tare aut effugere calumpnias/ effugere tamen
insecucionem domesticas insidias non valebit
Omnis claustra valida omnis signacula ex
quisita circumdet/ Unile tamen ingenium
non evadet Et ideo certissimum est illam
nobis magis servare pecuniam quam pauperibus
commendamus Non solum enim salva nobis
manebit reposita in talibus claustris sed
et fenore multiplicato reddetur Ingentes
enim redditus conferet pecunia largita pau
peribus Nam si hominibus infenus dederis
eam centesima tibi reddent Si vero secundum
mandatum dei pauperibus feneret centuplum
restituet insuper etiam conferet vitam Quod
ergo magis aspere de pecunia tua centesima
ab hominibus aut centuplum recipe adeo ymo
quod est super omem pecuniam etiam vitam per
petuam et in mortalitatis beatitudinem consequeris
Vides ergo ubi magis velis congregare
fructus tuos Si in terram semines qui feliciter
decimum colliges/ et hoc cum multo labore
cum multis molestiis in celo aut seminan
ti neque bobus neque aratro neque colonis aut
aliis huiusmodi laboribus opus est Ibi non
grando metuitur non solis adustio/ non
rubigo consumens non locustarum exitus
formidandus est non vicini pravitas non
potentis depredacio non exactoris iniuria
sed seminum tuorum seges tuta et illesa con
surget afferens fructum in mortalitatis
et leticie sempiterne/ fructum quem oculus
non vidit nec auris audivit et in cor ho

minis non ascendit Quomodo ergo non extre
me ignavie est certa relinquere et incertis
adherere maiora deserere minora sectari/ tuta
et tranquilla non exequi periculosis et fra
gilibus assidere Que excusacio tam iniquo
iudicio vivencibus Quod si quis forte pau
perem se dicat certus sum quod communis ille sit
pauper non erit pauperior vidua illa que
duo minuta sola huius ipsa obtulit deo Imi
temur ergo et nos divicias eius/ divicias
dico non census sed mentis/ non pecunie
sed fidei et magnanimitatem eius sequamur
ut possimus et meritis eius adiungi per
graciam domini nostri ihesu christi cum quo est deo pa
tri cum sancto spiritu gloria et imperium
in secula seculorum Amen Ubi monet quod
dicat paulus et cum venisset Petrus
antiochiam in faciem ei restiti Et osten
dit quod non contencio sed disputacio erat



Quando michi desiderium au
diendi conturbastis et ad perci
piendum multum studium prestitistis
quod quidem semper factum est
hodie postulo hoc deposito ut
hanc michi condonens et libentem con
modetis auditum non enim de qualibus ma
teria proferetur oratio Non facili quone trac
tandum est sed de rebus maximis cogitat
hac de causa oculos undique inspicientes
peto et corda sedula et sensum intento
cogitaciones exposito et animam nullo sop
no pigrantem sed vigiliis excitatam Et
enim verba apostoli leccionis audistis et si quis
ea que lecta sunt acute perspexit maxime
nobis agonem excitatum hodie multumque
sudorem non nescit esse commotum Cum
autem petrus inquit venisset antiochiam
in faciem ei restiti Nonne hoc singulos
conturbat audientes quod petro restitit
Paulus quod ipse columpne ecclesie collidimitur
et sibi invicem Nam revera columpne sunt
isti qui fidei constructionem sublevant atque por
tant/ et columpne et moles et propugnacula
et oculi ecclesie corporis et bonorum omnium fontes
et thezauri et portus Et si quis dixerit
quid non dum eorum merita dignitatis at
tingit/ sed quanto eorum laus maxima est
tanto nobis maior desudacio exurgit Igitur
qui laborant dum pro penitibus est ut
removeant ea que ab hiis qui exteri fidei sunt
ad illorum accusacionem cum eque proferant
Cum autem venisset inquit petrus anthio

chiam in faciem ei restiti, quoniam reprehen
sibilis erat et sequitur causa reprehensionis
Antequam enim aliqui venirent a Jacobo cum
gentibus edebat, cum autem venissent sub
trahebat se et segregabat timens eos qui ex
circumcisione erant et simulacioni eius consense
runt ceteri iudei ita ut barnabas duceretur
ab eis in simulacionem Sed cum vidissem quod
non recte ambularent ad veritatem ewangelii
dixi petro coram omnibus Et rursus ait Cum
in faciem ei restiti et hoc coram omnibus Ob
servate hoc Quid autem dixit coram omnibus
Si tu cum sis iudeus gentiliter et non iudai
ce vivas, quid cogis gentes iudaizare Forsi
tan paulum libertatis laudastis, forsitan eius
estis admirati constanciam quod petri vultus non
erubuit dignitatem, propter ewangelii veritatem
non confusus est circumstantes Sed si hec pau
li laus est, sed vestra confusio Quid enim si
paulus recte fecit petrus autem non bene si
quidem non recte ambulat Quid enim mi
chi utilitatis est quando unus equus ebiga
claudicat dormio Non enim ad paulum michi
nunc, sed ad exteros racio est, et ideo de pre
cor intente suscipite nam cumulo accusatorum
ut studium audiencie vestre subvertat Nam
qui sollicitus est vigilat et intencior est qui
pro patre formidat timen namque accusato
ris auditum exposcitat faciat defensionis ra
tionem Cum igitur augeo accusacionem
nullus que dicuntur meam mente proferri
arbitretur ¶ Profundo enim sermone vestra
corda diffodio ut voluerem in alto mentis impo
nens in violabilem tutelam eius efficiam
simul quod et ad laudem vestre pertineat carita
tis Nam illud pertulistis, tacent tamen hec
persistunt illud litigium ymo non litigium sed
quod litigium quidem putabatur, totius autem patris
utilitatem concordiamque portabat Nam no
ta nobis invicem sibi membra veriusque cor
pora constricta sunt, sicut erant apostoli sibi con
stricti vinculis caritatis Laudastis paulum
audito ergo quod pauli accusacio est, si non in
vestigemus sensum ubi absconditum Quid
ais o paule Confutasti petrum quem enim in
disti non recte ambulantem in ewangelii ve
ritatem Verum Et cur in faciem coram omnibus
Nonne debuerat cessante teste corrigere
Sed iudicium multiplicas et multo testantis
auditu Et quis non dicat, quod hoc odio
fecisti quod invidie stimulis agitatus quod in
citatus contencionis ardore Nonne tu dice

bas, factus sum infirmus, sicut infirmus Et
quid est infirmis sicut infirmus Condescendes
et eorum vulnera non revelans, et non per
mittens inprudentie lapsibus occupari Et
quid affectionis impendebas, et benivolencie
tantam discipulo caritatem condiscipulum
tante accusacionis in humanitate pulsasti
non audisti christum dicentem Si peccaverit in te
frater tuus vade et argue eum inter te et
ipsum solum, tu autem et publice arguis et
multis seriis in facto Cum autem venisset
inquit petrus anthiochiam in faciem ei resti
ti Et non solum arguis publice sed et veluti
quodam titulo tuis litigium statuisti in mortale
eius memoriam non solum tunc presentibus, sed
etiam futuris hominibus perpetuam monstraturus
Hoc tibi in Jerosolimis fecerunt apostoli quando
et ascendisti post quatuordecim annos confer
re ewangelium volenti Nonne tu dicis quod post
xiiii annos ascendi et contuli cum eis ewangelium
seorsum autem hiis qui videbantur aliquid esse
Cum igitur seorsum conferre volente prohiberent
publicaverunt in medio produxerunt Non est
hoc factum et tu quidem secretum refers
et nullus penitus contradictor exigit, apostolum
autem publicas Quid igitur ibi tantum hac
bonitate per fruitur potuisti, qui autem tanta mi
lia iudeorum erant, nonne eadem apostoli secrete
sapiencia usi sunt Nonne te secretum accep
to dicebant vides frater quot milia sunt in
deorum qui crediderunt et hii omnes sunt emu
latores legis audierunt autem de te quia dis
cessionem doces a lege Hoc ergo fac quod tibi
dicimus Sunt nobis viri votum habentes super
se hiis assumptis vade tecum et purifica te cum
illis ut discant quia que de te audierunt fal
sa sunt Vidisti quemadmodum te velamine
illius dispensacionis absconderunt sacrificiis te et
purificacionibus velabant Cur et tu tantam
affectionem non ostendisti Sed si vera illa contencio
sio si verum litigium fuit, perfecto hec accusacio habere
poterat racionem Sed litigium non est et vi
detur quidem esse certamen Sed magna petri
et pauli sapiencia circa se benignitatem de
monstrat, sed interim ipsius que videntur ac
cusacionis verba perspiciamus Cum autem venis
set petrus in anthiochiam in faciem ei res
titi Quare quia reprehensibilis erat Et qui
modus erat reprehensionis Priusquam enim
veniret ab Jacobo, cum gentibus edebat, cum
autem venissent subtrahebat se et segregabat
timens eos qui ex circumcisione erant Quid ais

timidus petrus et nulla virtute roboratus. Ne
illi animi virtus nomine invenit, non in mobi
lis fides vocabulum, merito fundavit inmobil
Quid facis homo. Pudeat te multiplicationis
qua discipulo domini posuit timidus petrus
Et quis hec dicere patitur. Non illum Jerosolima
talem protestatur, non talem illum theatrum
didicit, non talem illum novit etiam qui prius
siluit quam solus ante omnes intravit, in qua
illa beata voce erupit. Hunc ihesum deus susci
tavit solutis doloribus inferni. Et iterum. Non
enim david ascendit in celum. Dicit autem ipse
Dixit dominus domino meo sede ad dexteram
meam donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Dic michi hic timidus tre
pidus iste formidans iste non omni robore
confirmatus qui tanto timore insistente tan
tis periculis imminentibus, tantis discriminibus spa
ratis cum tanta fiducia ad illos canes sangui
ne delectatos, et nimia frementes rabie et
occasionis cupidos ingressus, dicebat illum
et crucifixorum ab eis resurrexisse, et in celis
patris ad dexteram consedere inimicos suos ma
lis omnibus confundentem quod enim os aperire quod
labia commovere potuit, quod in medio eorum qui
crucifixerunt eum se valuit demittere non
minas non coronas. Nam quis sermo quis
quis sensus illam fiduciam illam constantiam
poterit declarare. Et enim si ante crucem iudeorum
consensus enim qui confitebatur sed et xpm de
synagoga pellebant, quid post et crucem quod
post sepulturam qui non solum eis xpm con
fitebatur sed et omnem dispositionem cum omni phia
predicabat quod non enim inebriatum vini
usi disparuerunt, qui eorum primus ausus est
infamiam publicare. Nam hoc plus est, hoc
terminos totius laudis excedit, non quia xpm
confessus est sed quia ceteros ante omnes
adhuc iudeos furentes et de illa occasione re
centium mentes expellere non expavit, non ti
muit nulla formidine trepidavit. Nam sicut
in bello is qui instructam aciem primus erumpit
etiam alia simul imitantur, exemplum ipse cau
sa totius pugnationis est qui initium dedit qui
aliis quoque quod sequentur ostendit ita et de
petro sentiendum est, qui aciem iudaicam primus
ingressus est primus [illegible] dissolvit qui contiona
tionem illam lato sermone [illegible] trahit iste et ce
teris apostolis dedit ingressum, et si johannes si
Jacobus et si paulus et si quis alius sit qui
postea ultra omnes magna perfecit hic excellit
iste preponderat, qui eis triumphum fiducie pate

fecit, et aditum iter constantie demonstravit
et ut flumine multo meatu confluent, multa
licentia faciendi ut ingredientur attribuit et
resistentes protrahere et benigna mente suscipe
cum proprio animos incitare. Et nempe ante
crucem talis non preter omnes ipse fidei stimula
batur ardore, non ipse os apostolorum fuit non in
certis omnibus ipse dabat responsum. Quem dicunt
homines esse filium hominis inquit xpus, et qui
dam dicebant helyam alii jeremiam dicebant alii
unum de prophetis. Vos autem quem me esse dici
tis ait. Et respondens petrus dixit Tu es
xpus. Hoc ait xpus et petrus pro omnibus
respondebat, et sicut lingua pro omni corpore
loquitur ita et petrus apostolica lingua erat et pro
cunctis ipse solus videbat. Et quid nempe hic
tantus talis et ubique non similis et ubique stu
diosus alibi reperitur. Absit et hoc nullatenus
cogitetur, nam fervorem animi in omnibus semper
ostendit nam dicente xpo, tradent enim filium
hominis et crucifigent et verberabunt ipse ait
propitius esto tibi domine, non tibi erit hoc. Et non
consideremus quod inconsiderata visio sed quod benig
ne affectionis et amoris nimium monstrat indi
cium. Item ascendit in monte et transformatus
est et visus est inter moyses et helyas alloquen
tes et petrus ait Si vis faciamus hic tria ta
bernacula. Vide qua caritate magistrum diligebat
et eius discite prudentiam. Etenim quia tunc
simpliciter dato responso obiurgatus obstu
puit. Hic affert magistro licentiam increpationis
dicens Si vere iterum inquit caritate pro
notatus inconsiderata forsitan verba proiciam
Igitur ne eandem obiurgationem sentiat si vis
ait. Et iterum sicut illud fuit terribile quam nimium
et tunc dicente xpo Unus ex vobis tradet
me. Iterum petrus nimie illius obiurgatio
nis oblitus, nec interrogare magistrum ausus est
et amoris ligatus caritate tacere non potuit
et discere properavit et protinus voluit estima
ri sed utrumque admiranda prudentia temperans
cupiditati et cautele prospexit ut quod ita
te discendi affectionem magnam ostendat et
declinatione proprie interrogationis totius repre
hensione demonstravet ornamentum. Nam undique
inquit augustus [illegible] dedit predicatione
id est magnum periculum, ingens precipitium
undique preparatur. Si tacere temptavero anima sti
mulis sollicitudinis consumitur, si interroga
vero obiurgationem iterum pertimesco. Quid in sibi
igitur invenis remedium temperavit et ubi
quam prospiciens tunc johannis fiducia postulabat

ut quod dicebatur adimpleret / nichil enim
aliud nisi ingenium cogitabat / hac de causa
et vinculorum laqueos contempnebat / hac de
causa mortem audaci fiducia negligebat
Propter illum flagellis laceratus in corpore
et ubera livoris importans ad flagellantes
dicebat Non possumus nos que vidimus
et audivimus non loqui Vidisti mentem
nulla servitute subiugatam vidisti animas
amatoris affectione completam Cum igitur
audes dicere quia times eos qui excecati sepe
erant Et erant adhuc de petro multa nar-
randa et longo sermone eius ardentis ani-
gliam et amorem que est circa ihesum sunt
explanare Sed ne oro importune latius
evagetur sufficiant memorata / non enim
eius hodie de laude tractandum est sed ques-
tionem que videtur esse dissolvimus Tu autem
et alia prope cone / accusationem nullatenus
ydonee comprobare Nam tunc in initiis di-
cebat hunc ihesum quem vos crucifixistis sus-
citavit deus solvens dolores inferni inferni
tunc in medio inimicorum stabat adhuc occi-
sionem eructantium adhuc animi ardore flam-
mantium adhuc discipulos cupientium dissipare
et eum recentis crucis maculabant admissi et
eis corda sceleris conceptione tumebant Nunc
autem quando hoc paulus dicebat septimum decimum
annum predicationis sunt Nam qui dixit post
tres annos ascendi ierusalem iterum dicat post quatuordecim
annos ascendi ierosolimam Si igitur qui predica-
tionis principiis non timuit post tanta
tempora formidet curriculo / qui non ierosolimis
trepidavit / in anthiochia pertimescit / qui hosti-
bus tunc circumdatus non trepidavit / tunc nul-
lis adversariis presentibus / nunc fidelibus et discri-
pulis astantibus timet / et non recto ambulat
pede Et hec qua ratione firmatur / ut quem
calens flamma non movit sopita perterreat
Aut qui ignis ardorem non timuit cineres
pertimescet Si timidus petrus et nulla erat
virtute roboratus in predicationis initiis in me-
tropolitano iudeorum loco ubi hostium multi-
tudo commanebat / non post tanti temporis laxa-
menta in solo xpianitatis amicis et caris pre-
sentibus debuit formidare Nec tempus igitur
nec locus nec personarum qualitas nos aliqua
crudelitate ea que dicta sunt ad reprehensionem
timiditatis petri concedit admittere Lauda-
stis petrum equidem paulum superius estis ad
miratus et eius stupuistis constantiam Sed ecce
accusatio rone mutatur sed sicut incipiens di-

cebam non michi prodent si paulus bene pe-
trus malefecisse monstratur / nam comen unum
est in ea confusio Si utique illorum culpabilis
fuit / sic et nunc quidem dico idem non michi pro-
derit si petrus accusationis nullis laqueis ir-
retitur et paulus inconsiderate accusationis
petulantia inrigatur Quid igitur petrus tal-
et paulus non talis Et quid paulo calidius
fuit qui diebus singulis pro xpo moriebatur Sed
nunc non nobis decorum virtute profertur
oratio Quid enim hoc aliud positum Sed nec
odii nec contentionis / nec appetende vane glo-
rie litigium fuit Absit enim ut de paulo hec di-
cantur qui non solum petri cacumen apostolice
pervenit glorie sed minus esse sed sanctorum omnium cupie-
bat licet omnes labores superaret Ego sum au-
tem minimus apostolorum qui non sum dignus vocari
apostolus nec tamen apostolorum sed et omnium sanctorum
Michi autem inquit minimo omnium sanctorum
data est hec gratia Vidisti contritam animam
vidisti humilem mentem inferiore omnium sancto-
rum non apostolorum tantummodo nominavit Et qui
talis erat circa omnes petri gloriam et primatum
sciebat quid ei reverentie debebatur non igno-
rabat quid honoris eius meritis exhibere Et
inde manifestum est Terrarum orbis ad ipsum
pendebat ecclesiarum totius terre solli[illegible]citudine
ipsius relevabantur animae mul[illegible]te
diebus singulis curae actibus enim [illegible]un-
dique recurrebant cogitationis patro[illegible]cinia
emendationis consilia persuasionis [illegible] magi-
steria verum infirmitatem dispositionis et hec contem-
psit omnia preterivit universa et ierosolima petit
et itinens causa nulla fuit nisi petri visitatio
sicut ipse ait Ascendi ierosolimam petrum videre
Sic enim honorabat et omnibus preponebat Sed
ergo visum statim deliquit Non fecit sed die-
bus quindecim apud eum remansit et ut dux
optimus bello preparato constructaque acie insta-
te certamine undique eum multarum rerum neces-
sitate premorante / si velocio cursu visitandi hoc ma-
ximum caritatis ostenditur / et nullus dubitet
hoc plene affectionis indicium Hoc in paulo et in
petro cogita / nam et hic bellum fuit / et se enim cer-
tamen insistebat / non solum adversus homines
sed adversus homines principes et potestates adversus
mundi rectores tenebrarum harum Et his de salu-
te hominum sunt / et tamen in tantum petrum vene-
batur ut tanta necessitate imminente ierosolimam
postularet / et apud eum diebus quindecim co-
moraretur / et sic derisione cogitaret Didi-
cistis virtutem petri / didicistis affectionem pauli

paulo Iohannis

contra omnes apostolos / contra ipsum petrum / iam ne
cesse est ad solutionem Iohannis venire. Nam et
iste diligebat petrum et ille nec timidus
nec infirme mentis fuit et illa que videbatur
fuisse contentio cum non proferebatur arbi
trio. Quid est quod dicatur tunc hoc disponit hic
repugnat animus hic vigilet semper hic au
ditum singuli quandam et clara excusatio et
manifesta firmatur. Nam est iniquum me disso
diente tanto labore sentire / et vos audi inca
paratos desidia tamen sentire compendium. Recessa
rium autem est repetere prolatum paulo ante ser
monem / ut revelata veritas apertior declaretur. Et
enim quia ihesus post dispositionem que pro
nobis est impleta tunc ascendit in celum / apostolis
verbum magisterii dereliquit. Sicut paulus
ait. Et dedit nobis misterium reconciliationis.
Et iterum. Pro christo legatione fungimur tamquam deo ex
hortante per nos hoc est christo. Tunc igitur quando

Incipit
paulo
Iohannis

isti predicabant per orbem universum nulla here
sis nec divisio fuit sed omnis humana natura has
duas sectas habuit unam sinceram alteram cor
ruptam / nam aut gentiles aut iudei terram
universam habitabant. Tunc nec manicheus
nec marchion / nec valentinus / nec alter peni
tus erat ut non nominatim singulas hereses
no[...]mens. Nam post triticum zyzania
se[...]minata est heresis ubique dissipata
tis. Tunc christus iudeos petro / gentiles
pau[...]lo commisit. Et hoc non ex meo sensu
profe[...]ro sed ipsius pauli testantur verba dicentis.
Qui operatus est petro in apostolatu circumcisionis
operatus est et michi inter gentes hic circumcisione
gentem iudaicam nominavit. Et hec sequentia
comprobavit. Nam ut ait. Qui operatus est pe
tro in apostolatum circumcisionis postea ait operatus
est et michi inter gentes / ostendens / quod ad gen
tilis nominis distantiam circumcisionis ait. Ad dis
tantiam autem gentium non circumcisio sed iudei
sunt quos per epistolam designavit. Tamquam si di
ceret. Qui operatus est petro in apostolatum iude
orum / operatus est et michi inter gentes. Nam
sicut optimus imperator cum militaris disposi
tio utilitas que cure est illum pedestri pro
ponit militi quem pedestri novit arte munitum
et illi equestrem regit exercitum / cuius equestre
studium comprobavit et diversa utriusque virtutes sin
gulas commisit industrias / ita et christus exerciti
sui duabus divisum partibus singulis pro
vida dispositione commisit iudeis petrum / gentilibus
paulum preposuit / et si diversus exercitus sed unus
est imperator. Nam sicut diversitas exercitum

in armorum instrumento / non in hominum natura
consistit / ita hic non substantia sed in vicem cor
poris circumcisa pericula / distat exercitus / et quod
dicebam hoc est utrique exercitus fuerat utrisque
commissus. Et ne sermonem ad vim laborem
protraham et cum proferam / cur iste iudeis
cum ille gentilem populum gubernabat / nam rex
ingerit quoniam quod paulus qui cum omni
scrupulositate paterna eruditus est lege qui ad
pedes gamalielis degebat qui circa iustitiam
que cum ad legem irreprehensibilis erat non iude
os suscepit sed gentiles et piscator qui nullis
erat litteris eruditus iudeis premittitur / nam
hoc multum nobis proderit absolutionis Iohannis
si investigare valuerit competenter. Non enim
ut pigrum nec ut sibi eum magisterium exhi
bere declinante cogere noluit dissimulavit
impellere / immo contraria monstrabat nam non
sibi solum non negabat magisterium sed et
seipsum primus ingessit et christo eum iubente
ad gentes accedere / ipse sibi iudeos committi depre
cabatur etiam cum abyssus sepius sustineret
indigna. Nam et gentium magisterio propositus
pro illis deprecari non cessit pro illis non parceret
dicens / optabam enim ipse ego anathema esse
a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei
secundum carnem. Nunc vero fratres voluntas quidem
cordis mei et obsecratio ad deum fit pro illis in sa
lutem. Quid igitur volentem eum et cupien
tem eos edocere prohibuit predicare et pro
illis magis in gentibus ordinabat. Audiamus
ipsum christum dicentem et paulum totum enar
rantem. Factum est autem me orante magis
fieri in stupore mentis et videm eum dicen
tem michi. Festina et exi velociter quia non
recipient testimonium tuum de me. Tamquam pro
fectionis dixit. Exosum te inquit habent
et declinante / et ideo non te magistrum habere pati
entur / non tua verba recipient. Et erat quidem
hoc ipsum ydoneum / ut et ille magister esset
et illi crederent predicanti / qui non humana fuit
illa mutatio / non enim tanto furore timeret
et tanto calore contra etiam exardentem
et admirantia christo faciente et eius discipu
lis mortuos suscitantibus nullatenus creden
tem homo potuit non virtutibus divina mu
tare / et illam ultra modum incredulitate
sedare / et christi confessionem maiori studio quam
ante in denegando fuerat declinare / sicut
paulus cupiens iudeis predicare ad ihesum dice
bat. Domine ipsi sciunt quia ego eram conclu
dens in carcere et cedens eos qui credebant

in nomine tuo / et cum funderetur sanguis
stephani martiris tui ego stabam et consen
ciebam neci eius Et multa infirma exutus
fidem repentine in mutatione ostendit quod
non humanum sed celeste submisit exordium Xpistus
igitur ait Vade quia ego in naciones longe
mittam te Et ista quidem tantis nullo princi
pio suffitient quod predicatio mentem exces
sit humane nature quia non homo sed deus
fuit qui enim committit sufficient inquam beati
pauli merita si quis ipsam naturam suscitas
finisset rerum ordinem intuitus Sed iudei cal
lidi et totius contumacie non rerum naturam
inquirunt non naturam non racionabilem ordinem
inspiciunt sed suam tamen contentionem implere
festinant Et ita quidem rerum ordinem vi
des Deus autem illorum mentis secreta con
siderans dicebat Vade in naciones longe mit
to te Dirigo inquit te Et ut profectionis longi
tudo in exordio temperaretur Hac de causa ce
teris omnibus scripta mittendo nomen suum
textui preponebat Et in ipsis epistolarum prefacio
nibus qui scripserit demonstrabat Hebreis
autem cum scribet nichil tale fecit sed nec
ad quos scribet sicut moris habuit ostendit
sed ait Multiphariam multisque modis olim
deus loquens patribus nostris Et hoc pauli
sapiencia est Ne exciris odium generetur sed
se nominis amputatione celat ut sic videlicet
remedium predicationis cum nescirent eius no
men predicationem suam illis imponat Nam
ex eo si verba et si sana proferant / nam ante
placida suscepi consuevit Quod ne tunc
evenit impacatius serie vocabulum sui nominis
amputavit ne auditorem tumidum sermonis
series veritati prohibet Non enim eum soli
qui non crediderant iudei sed et qui credide
rant declinabat Nam quando ascendit Ierosol
limam audi quid ad eum Iacobus et ceteri
dicunt Vides frater paule quot milia sunt
in iudeis qui crediderunt / et hii omnes emulato
res sunt legis / audierunt autem de te quia
dissensione doces a lege Hac de causa ma
xime enim exosum habuerunt Et hec qui
dem causa est / obquam non iudei illi sed gentiles
commissi sunt Circumcisos autem non iam plus
petro / nec eadem via fidem / sed alia producebat
Et tum alia via dico non distanciam predicatio
nis arbitreris auditor Nam eadem uterque et
iudeis et gentibus predicabant utique dominum ihesum
crucifixum et sepultum et resurrexisse et sede
ad patris dexteram vivos et mortuos iudi

turum et alia proclamabat In observacione aut
ciborum et sabbati et circumcisionis / et in alia
iudaica consuetudine erat distancia Nam pe
trus suis discipulis aperte manifesteque dicere non
audebat hanc observacionem debere contempni / ti
mebat enim ne priorem consuetudinem auferre fes
tinans eciam xpisto auferret fidem eorum ani
ma quodam parentum circa legem nondum ut
decuit roborata Hac de causa beatus petrus
iudaice eos conversari paciebat Nam et agrico
la diligens cum arbustulum viridi plantacione
pullulans interea perspexit vicinam arborem
annorum serie senescente non eradicat non e
terra secernit / ne venenosis radicibus elevans
tenera vicinitate letatur sed expectat tempus
ut robustius terre simbus intimatum qualescit
cat iam matura stabilitate firmatum et tunc
eradicat veterem arborem de novella securus
Hoc et petrus provida disposicione faciebat
fidem recenti plantacione pullulantem ex
spectabat audiencium animus robustius in herere ut
sic iam licite ceteras penitus amputaret Sed
paulus non ita / Huius enim necessitatis laqueis no
tenebatur / astrictus / quippe cum gentibus pre
dicaret que legis participes non fuerant et iudai
ce observacionis fuerant aliene / et ut frequenter no
bis senciencies contraria hec fecisse / sed discipulorum
infirmitatis gracia / invenies paulum no
solum petro eadem similia concedente sed et
ipsum gentem / et petrum eandem iterum consti
tuere libertatem / quam paulus omnibus gentibus
predicabat Et hoc utrosque in ipsis Ierosolimis com
probatur / ubi iste et capud radebat et sacrifi
cabat et purificacionem celebrabat / quod ingratum
tum fuit Hoc enim tempus et multorum iudeorum
presenciam flagitabat Vides enim inquit frater
quot milia sunt in iudeis qui convenerunt et au
dierunt de te quia dissensione doces a lege Illis
igitur ad condescendendum cogebatur ritum iudai
ce observacionis simulabat non mentis arbitrio
sed disposicionis bone Iterum petrus iudeorum
in circumcisione ubique concedens / et iudaicas
observaciones discipulorum infirmitatis gracia
quia tempus inducit hac enim posse necessitate
eos liberari Et ulterius condescensione uti tutum
non erat / sed ipius sectam postebat legis Audi
quid ait Cum ascendissem inquit ex antiochia hii
qui erga paulum querebant et barnabam de hiis
ipsis quidem manifeste auditum multa quoniam
commotam surrexit petrus et ait Viri fratres sci
tis vos quia ab antiquis diebus in vobis elegit
deus per os meum audire gentes verbum evangelii

et crede. Et post alia iterum ait: Nunc ergo
quid temptatis deum imponere iugum super cer-
vicem discipulorum, quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus? Sed per fidem ihesu christi cre-
dimus salvari quemadmodum et illi. Vides quod
et dispensationis tempore et paulus ritum iu-
daicum simulabat, et cum condescensio necessaria
non erat, sed recta predicatio et legum institutio
postulabatur, petrus illius condescensionis
alienus immaculatam et puram sectam tra-
debat et omni veritate munitam. Et paulus prius
erat ista petro predicante et audiebat, et e-
pistolam ipse recepit et ubique portavit, et
non est dicendum quod mentem apostoli potuit ignora-
re. Cum igitur increpat enim talia dicens
quia timeret eos qui ex circumcisione erant, sequen-
tia nobis exponamus. Et ipsam hystoriam
videatis, sed attenti, ad ipsum enim profundum
solutionis accessimus. Jacobus frater domini eo tem-
pore iherosolimis episcopatum gerebat ex hiis qui
ex iudeis crediderant. Petrus vero missus cum ve-
nerat ut antiochie iudeos sequi credentes
in christum cum iherosolima longius constituta
et multos ex gentibus qui crediderunt per-
videret cessante iudaica obstinatione conversa-
ri et ipsi paulatim consuetudine pristina
contempnebant mente puram et nullo sputo
maculatam fidei integritatem retinentes. Igitur pe-
trus adveniens cum nulla condescensionis
necessitudine providet cessante obstinatione ipse
quoque vivebat. Et hoc gentiliter vivere paulus
dicebat quod nullum iudaice obstinationis monstra-
bat indicium, quod illius legis sollempnitate ser-
vabat, id est circumcisionis sabbata et alia ta-
lia. Eo itaque vivente descenderunt quidam
iudei ab Jacobo, hoc est ex iherosolimis, qui me-
tropolitane urbis erat pontifex, sedule con-
versationis gratia, cum nullum qui taliter viveret
cernentes illum diutius inspicerent. Adhuc enim
illius sollempnitatis consuetudine teneba-
tur et conversationis morem pristine institutionis
reservarent. Hos petrus ab Jacobo et iheroso-
limis qui descendebant cum videret infirmi-
us sentientes, timens ne per aliquod scandalum
depravati a fide resilirent, gentilem conversa-
tionem iterum denegavit ceterorum obstinationem
custodiens. Hoc enim iudei antiochie qui de-
gebant videntes observare, eius mentem qua
hoc gerebat ignorantes, et ipsi ducti ceperunt
iudaice obstinationis sollempnitate iugum sperata
custodire. Hoc est quod paulus accusat et ut
manifestius quod dicit declaret, ipsa vox apostoli
illa narrabat. Cum autem venisset petrus an-
tiochiam in faciem ei restiti quia reprehensi-
bilis erat. Prius enim quam venirent quidam
ab Jacobo cum gentibus edebat. Cum autem
venissent quidam ex iherosolimis legisperiti
roborati subtrahebat et segregabat se petrus
timens eos qui ex circumcisione erant, quod scilicet
qui ab Jacobo descenderant, et consenserunt ei et
ceteri iudei, illi qui antequam hii qui ex iherosolimis
erant in antiochia conversabantur qui nullam ob-
stinationem reservabant, ita ut barnabas duceretur
ab eis in illam simulationem. Hoc est quod crimen
videtur, et quorundam excogitata defensionum ar-
gumenta prius edicam et tunc rationem temp-
tabo meam exponere, ut vestro iudicio probationum
veritas elimetur. Quidam igitur ita solutionis huius
vincula solverunt et aiunt hunc petrum non
illum fuisse qui apostolorum tenuit principatum,
cuius sunt greges omnes commendati, sed alium quen-
dam vilem et unum e turba. Et hoc unde
monstraret aiens paulus quia consenserunt
ei et ceteri iudei, sequitur et dicit: ita ut barna-
bas duceretur ab eis in illam simulationem. Osten-
dens est quia hoc multo admirabilius erat
quam cum petrus duceretur. Nam maiorem enim
demonstrans hoc ait: Non solum petrus
sed et barnabas. Illo autem petro barnabas ma-
ior non fuit. Sed non ita est. Nam non quia
maior est barnabas, et ideo magis barnabas
quam petrus duceretur admiratur. Cur igitur de
barnaba quam de petro miratur dicendum est
quod ille quidem ad circumcisionem fuerat missus,
Barnabas autem cum paulo gentibus pre-
dicabat et utique pauli magisterio regebatur.
Nam ideo et alibi ait: Aut solus ego et barna-
bas non habemus potestatem non operandi. Et iterum
ait: Ascendi iherosolima cum barnaba. Et ubi-
que videbis enim cum paulo sociatum. Non igitur
quia maior fuit petro ideo admiratur quod et ipse
ad illam simulationem fuerat ductus, sed quia cum
paulo semper predicante coniunctus et nulla conversa-
tione iudaica pronotatus, sed magister gentium ipse quo-
que videtur esse seductus. Et quia petrus ille est
de quo ista dicuntur et superior et qui sequitur textus
ostendit. Nam dicendo in faciem ei restiti pro
magno hoc volens est demittere qui petri vul-
tus non erubuit dignitatem propter evangelii
veritatem, de alio autem dicendo non diceret
ei in faciem restiti. Iterum si alter petrus erat
non tam eiusdem magisterio placuit prevaleret
ut ceteros ad se se traheret. Nam nec exhor-
tatus est nec consilio pronotavit sed solum sub-

Solutio alia questionis

trahebat et segregabat se et illa subtractio et segregatio omnibus dedit simulationis exemplum tantique prerogatiua et dignitatis fuerat magnitudo. Igitur quod Petrus ille fuat (?) ista demonstrauimus. Et si uultis aliam solutionem declarabimus. Et que est ista solutio? Bene inquit Paulus accusat Petrum, quia ultra modum condescensione usus est. Nam eo modo quo ipse Ierosolimis iudeis condescendit, et ille inquit debuit cum Antiochiam uenisset non iudeos magis sed gentes considerare. Et enim sicut ibi ubi omnes iudei erant et Paulus iudaico ritu uiuebat, ita ubi plures erant ex gentibus et circumcisionis nullam condescensionis necessitatem prebebat, non debuerat propter paucos iudeos tantos scandalizare gentiles. Sed hec mitigatio est non solutio questionis. Nam in ipsis dicendi exordiis mee orationis edixi non Paulum iuste accusasse. Nam si hoc est moderanda quod prinaluit (?) et Petrus indebitum accusationis reatum succumbens. Sed hoc querentur ut utriusque eius nexus alie in monstrentur. Et hoc facile declarabitur, si mens sunt utriusque prospecta qua ille increpauit, iste sustinuit, et eorum sensus secreta pandantur. Que igitur mens est? Valde Petrus cupiebat et nimio desiderio tenebatur etiam eos qui ex Ierosolimis uenerant ab Iacobo ab illa iudaica obseruatione liberare. Et si quidem ipse auctor huius sue et consilii esse noluisset et illius dicerent obseruationis sollempnia contempnenda tamquam sibi contraria dicens et ea que ante gesserat repugnans magno discipulos scandalo deprimaret. Paulus item si ad eos tempore persuasionis uoluisset habere sermonem, penitus enim nullus audiret, nemo dicta perciperet. Nam qui enim etiam hac ammonitione cessante propter famam nimio odio declinabat, et amplius si hoc audissent predicantem penitus nec stetissent. Quid igitur fit? Quia iudeos qui ab Iacobo erant nemo increpabat, increpationem Pauli suscipit Petrus ut eo apostolo accusato instam contra discipulos increpationis fiducia fiat, ut cum increpatur Petrus discipuli corriguntur et illa accusatio multorum liberatio reperiatur. Hos et seculares sunt hic contractos. Nam cum publicorum tributorum pensio flagitatur et reliquorum debita postulantur, non numquam hi qui solutionem innuet (?) pudore constricti ut a tuore (?) occione recepta suam exoreant (?) potestatem alios collegas comparantes suo contubernio sociatos immittunt ut ipse spoliare diuersis in uiciis abnoxios nexare ut ipsis uidentibus coram omnibus non ipsi sed ceteri seueritate extorsisse uideantur

et aliorum omnia ipsis satisfacto circa suos obnoxios demonstratur. Hoc circa Petrum et Paulum factum est aliquam reliqua iudei debebant, id est circumcisionem iudaice obseruationis penitus declinare. Hec Petrus animus uolebat exigere et eorum primum fidem robusta cupiebat firmitate fundare. Volens itaque maioris oportunitatis potestatem nancisci Paulum comparauit ultra modum obiurgationis uerba proferre, ut falsa hec et ficta increpatio iuste contra illos increpationis fiduciam largiretur. Nam ideo insipiens infaciem ei inquit restiti, et alibi dixi Petro coram omnibus. Et si corrigere condiscipulum uoluisset hoc secretum hoc absconse fecisset. Sed quia non hoc fieri festinabat, nam mentem qua hec gerebant, nullatenus ignorabat, sed illos diu claudicantes robore stabili firmare properabant. Hac de causa coram omnibus increpat. Et Petrus tacet ac patitur et contradicit minime increpanti, sed quietus se totum suo silentio corrigit, cuius taciturnitate iudeis magistrum imparatur (?) eius patria legis obseruationis abdicatio disponitur. Nam magister inquit non taceret nisi conscientia confutaretur. Pauli iustam obiurgationem indicaret. Sed placet etiam ut ipsius increpationis uerba perspiciamus. Dixi Petro inquit coram omnibus: si tu cum iudeus sis gentiliter uiuis. Vide prudentiam. Non ei dixit: quia male facis iudaice uiuens, sed eum pristine et paulo ante habite conuersationis arguit nec a Pauli mente illud consilium illaque exhortatio sed Petri iudicio quod iam ueneat prouenisse uideatur. Nam si dixisset quod non recte facis legem obseruans increpasset enim Petri discipuli. Cum autem audirent quod ex mente Pauli non sunt hec correpcio nec hoc profebat (?) consilium sed quia taliter ipse Petrus uiuebat et in animo tali sectam iudaicam retinebat ulterius et inuiti quiescebant. Hac de causa nec Petrus hoc profert consilium sed Pauli obiurgationem tolerat et tacet ut ingenium facili perceptione firmatur. Et non hinc tantum Pauli prudentia declaratur, sed et sequentia demonstrabat. Nonne idem dixit: si tu iudeus cum sis gentiliter uiuas et non iudaice? Sed quid? Viuis ergo et nunc eandem mente habes. Et quod sequitur totius prudentie est. Nam postquam dixit gentiliter uiuis cum sis iudeus in consequentibus non ait quid iudeos cogis iudaice conuersari, sed quid gentes cogis iudaice conuersari, ut cum proprius discipulis interuenire putatur et prudenti uelamine gentiles defensionis curam gerere uidetur. Iudeos ueterem consuetudinem et suam conuersationem faceret abdicare. Nam quod falsa accusatio quod ficta increpatio

est ipsa que dicta sunt verba testantur. Nam si
prius dixit simulationem eius secuti sunt et ce
teri iudei hic ait quid gentes cogis [illegible] iudaice
conuersari. Nam qui simulationi con[illegible]senserant
non ex gentibus sed ex iudeis erant. Sed si hoc di
xisset sermo uidebatur asperior et ad eius curam
non pertinens nam magister gentium erat. Nunc
autem sub suorum cure uelamine sub discipulorum
defensione obtentum inculpabilem facit et libe
rum obiurgationis. Et ut discatis quia non increpa
tionem sed exhortationis et ingerunt iudeis sub y
magine abiurgationis illa uerba portabant per
cipe que sequenti sermone dicta sunt Nos natura
iudei et non ex gentibus peccatores. Hec autem
iam docendi sunt nec impetu totum corripi
re uoluit sed sermone conuincit. Et enim si sicut
incepit ab initio hoc uoluisset dicere non enim iu
dei tolerassent nunc autem ab increpatione
exorditur sunt et cum impetum cum eos qui
ex gentibus erant ad legis obseruationem prouocan
tem commotus nunc putatur ad exhortationem et
consilium licite progreditur tamquam rectum or
dinem seruans ut hoc faceret communis utilitate con
pulsus. Et enim ne forsitan quis audiens quid
gentes cogis iudaice conuersari iudeis autem con
cedi arbitretur quod ipsis solis non licet
iudaice conuersari in ipsos ingerens culpa conuertens
quod concludit. Quid dico inquit de gentibus uel
ceteris iudeis. Nos inquit nos apostoli. Et non hanc
solam reddidi rationem quia inquit et aposto
li sed et de parentibus. Nos iudei renunciauimus
legi. Quam igitur excusationem habere potuimus. Vides
quod celatum iudeos simulabat et magiste
rium conponit impletum. Nam dicens natura
iudei et non ex gentibus peccatores culpa conua
lescens ritus iudaice renunciationis dicit Scien
tes autem quia non iustificatur homo ex operibus
legis nisi ex fide ihesu christi et nos in christo ihesu
credimus ut iustificemur ex fide christi non ex
operibus legis propter quod non iustificabitur ho
mo ex operibus legis nisi ex fide christi. Vides quia im
becillitatis legis et fidei iusticie facit apud me
mentionem et crebre recepit nomina quia non in
crepantis sed docentis consilium est. Sed sicut
dixi si ad iudeos hec diceret totum adulta
mentum uocaretur et omnis dispositio deperiret illis
eius magisterium repudiantibus. Sed quia sermo
nem conuertit ad petrum illi celatum fructum
utilitatis colligunt et tacente petro obiur
gationibus quasi subiecto et eius mente non per
se sed per paulum patefacta et in medio pristina co
gitatione prolata ipsam commoditatem predicationis

agnoscunt. Et ne forsitan dicet quid ergo si
et petrus et paulus non bene fecerunt tam
sanctis iustas dicat et nulla dubietate confusas
quibus ostendit consuetudinis iudaice non
esse custodienda sollempnia. Et sic hoc protestatur
dicendo non per legem sed per fidem solam sa
lutare. Et hic quidem mansueto et leni ser
mone procedens autem uehementiori ratione
utitur. Quod si querentes iustificari in christo inue
nti sumus peccatores nempe christus peccati minister est.
Quod dicit hoc est fides que iustificat et que
cepit iudaicam consuetudinem repudiari que
iam uidetur amputata. Quod si adhuc preualet
lex et donatur et si quis eam relinquit preue
ricationis accusator profecto christi inuenitur
qui nos eam dimittere iussit preuaricationis cau
sa et non solum nos non indebitum a peccatis
liberasse sed incidisse peccatis. Et enim si propter fidem
legem dimisimus legem autem dimittere pec
catum est fides cuius gratia legem dimisimus
ipsa nobis sunt causa peccati. Et quia iam ab illi
cita oratione renouerunt nec argumentatione usus
est ad impugnationem sed absit uerbo contentus est
iam hinc eo quod illicitum fuerat demonstrabo. Si
enim hec inquit que destruxi hec iterum reedifico
preuaricatorem me constituo. Ad contrarium ora
tionem deduxit et ostendit quia non preuaricari
legem sed delinquere legem hoc preuaricatorem
facit. Et hoc ex sua persona iterum petrum
pulsat. Quid enim destruxit petrus ciborum
sub obseruationes uiuendo gentili dispositione.
Iterum igitur ad iudeos uersus et illorum co
minia ea que destruxit inuenitur edificare.
Vides quod ubique petri iudicium tenet et pris
tinam eius conuersationem reuelat ut non pauli
linguam sed petri mente sermone potius quam ip
sius uelius ostendat. Inde preuaricationis consilium
sentire monstratur. et ideo ait timens eos qui
ex circumcisione erant et quia reprehensibilis erat
et quia non recte ambulabat pede ad euange
lii ueritatem. Absit hoc paulum sensisse et longe
a uera conscientia pellatur. Si quid hoc multo
uariis quasi sic rationibus declaratum. Sed sicut tunc
obiurgabat paulus et petrus tacebat tam
quam non recte gessisset et ne pauli dispositionem
destrueret nimia patiens increpationi succubuit
ut illi hoc remedium excusationis apud disci
pulos faciat ita et iste nunc eadem mente
qua petrum increpauit scripsit ad galatas.
Nam si tunc increpatus petrus sua taciturni
tate remedium tante utilitatis ostendit
multo nunc amplius cum hoc deo dicitur

prodesse potuit hijs qui apud galathas
animi sunt desperatione corrupti. Nam si
cut illi qui tunc in anthiochia degebant
cum viderunt petrum tanta obiurgacionem
nimio silencio tolerante corrigunt ita et
nunc galathe iudaice langore detenti au
diente paulum de petro dicente qui repre
hensibilis erat et quia non recte ambulabat
in ewangelij veritatem et quia cont hanc
obseruacionem protulit nullu omo respon
sum, hac comparacione magna utilitatem ma
gisterij abdicacionem iudaice mansuetudis
sentiebat. Ideo paulus et tunc obiurgauit
et illius increpationis memoriam facit. Et
no minoris petrus meriti est sed cum admi
racione laudandus qui ea que dicta sunt
tolerauit. Nam iste est qui illius prudencie
compleuit effectum hoc lucrum dispensationis iste
fructus magisterij est. Sic uterque apostolus et
laqueis accusacionis alienus et ingenti lau
de dignus ostenditur omnibus qui ad salutem
pertinet. Sed nos iam pauli et petri merita
attendentes dominum deprecemur qui illos caritatis
laqueis illigauit ut et nos nodis carita
tis instringat et vere dilectionis ut inuice
secundum dominum concordiam retinentes illos sanctos inde
et inuenire possimus et meritis eorum ad supe
rna tabernacula peruenire. Gracia et via domini nostri
ihesu vobiscum per quem et patri gloria sit cum
spiritu sancto in secula seculorum. Amen. Incipit
omelia sancti iohannis os aurei Constantinopolitane
urbis Episcopi de libero arbitrio ac de a

Decipiente dam et xpo sequente
domino iubetur adam ut deinde
dicte arboris fructu que erat in
medio paradisi omnino non tangeret
iubetur unius ligni nascentis abstinere. Vn
a tantum arbor excipitur et uniuerse ad eden
dum dimitus tribuuntur. Pars exigua subtra
hitur, sed totum quod fecerat famulatur. Idem pro
hibuit qui cuncta concessit, ideo imperat
qui uniuersa donauit. Cum dedit adimit et
qui plantauit subtrahit qui condidit inter
dicit. Sed dicit aliquis. Cur inquit plantauit
qui interdixit. Non enim debuit interdicere qui pla
tauit, cum posset non plantare que inter
dicturus fuisset ne frustra interdiceret quod planta
tasset. Quia bonum enim plantauit et quia
non bonum interdicit, cum posset non plantatum
nec interdicta, nec plantacio et interdicto quoniam
aliquam habuisset. Sed qui monet querat et ubi
erat oret ut inueniet et qui inuenit cum
dei pietate quod inuenit temptat et extrahat
ne arrogancia turbet quod dei pietas reuelauit
Igitur inter hoc et plantauit et interdicit ut
possit esse per quod uoluntas hominis monstretur
Dat mandatum ut probet obsequium imponit
legem ut exploret hominis uoluntatem confirmat
preceptum ut illius nosceat arbitrium. Stabat na
que arbor in medio hominis uoluntatem explorat.
Explorabat enim utrum audiret homo deum
comminante aut dyabolum persuadente. Non enim
in arboris fructu sed in hominis contemptu mors
ipsa pendebat. Stabat adam inter deum et hoste
inter vitam et mortem inter interitum et salu
tem. Hinc deus comminatur ut saluet. hinc ser
pens persuadet ut perdat. Hinc per deum seueritas
vitam promittit hinc per dyabolum blandicia mor
tem intentat. Et utique pronephas comminatur
deus et contemptum persuadet dyabolus et an
ditur. Apud deum enim est seueritas sed benigna a
pud dyabolum autem sunt blandicie sed nocive
ideoque dyabolus aut blandimento persuadet ut
noceat aut crudelitate deterret ut perdat.
Sic utique deus adam certare cum dyabolo vo
luit sit ut victoriam optime optauit ut
maiora premia victorie acciperet, quam cum adam
formaretur acceperat ut qui sine certamine im
do poteretur potire post certamen etiam regna
celestia possideret. Fuerat enim condignum ut
talis circa creatorem homo esset qualem ita
se eius creaturam esse cognosceret. Et ut ipse pa
reret deo qui ei parere cuncta preparat ut seruiret
deo qui illum dominum mundi fecerat certaret cum
hoste inuictum deuinceret diuina premia dona
te domino possideret. Torpescit enim virtus ubi
certamine defuerit et facile hostis malicia con
ualescit, si pigrescat animus repugnantis.
Sine labore enim vinci potest inimicus, si sit
qui dimicat vigilans et intentus. Adeo ro
borant vires exercitacione frequente, ceterum
laboris desidia molescit hostis seuicia. Ini
micus enim cito deuincitur si is qui dimica
turus est prelia meditetur. Nemo enim umquam
hostem non solliciatus uincit nemo sine cer
tamine victoriam comparauit. Adam enim pro
thoplastus nec timuit ut dei iussa seruaret
nec uigilauit ut serpentis maliciam astucia
preueniret simplex nimio fuit astutus contra
dyabolum non fuit. Dum enim consentit dyabolo
persuadenti magis quam domino comminanti, sit
et gloriam immortalitatis et vitam quam ac
ceperat perdidit et mortem quam ignorabat in
uenit. Digne siquidem digne adam inmor

tem lapsus est / qui et deum mortifera prohibente contempsit / et decipienti dyabolo libentius acquievit. Nemo igitur nemo prothoplasti culpam in deum blasphemo sensu et ore committat nemo contemptum hominis factori deo tam inane facinus imprudenter ascribat. Dyabolus enim persuadere homini potuit assenciendo voluptatem dare non potuit. Unde patet manifestum esse dominum nunquam adam voluisse peccare qui eum ante delictum voluit racione, quia et adam potuit sponte devota mente contempnere si deo noluisset obedire. Potuit adam et deo parere quod noluit et dyabolo consentire quod voluit. Unde et vite gloriam perdidit et mortis initium imprudenter incurrit. Sed deceptum adam et dyaboli fraudibus circumventum clementissimus liberat deus ut per christum credendo reciperet quod per dyaboli blandimenta contempnendo deum se amisisse cognoscet / ex quibus modis mors in seculum venerat / eisdem modis vita seculi plurimam victoriam pervenit quo et mortis vincula rumpentur et mortis inventor dyabolus eternis vinculis necteretur. Lignum enim per adam operatum est mortem / lignum enim per adam operatum / per passionem christi ihesu domini nostri attulit vitam / sic quem dyabolus persuadendo decepat eum christus dominus noster liberando salvavit. Sed dicas diversis temporibus hec omnia gesta sunt in principio et fine in initio et ultimo in primo et novissimo in exordio et postremo. Servitus in initio libertas in ultimo luctus in principio gaudium in postremo. In primo mors in novissimo vita in exordio luctus gloria in postremo. Per adam et christum evam et mariam serpentem et angelum mors per adam vita per christum. Evam serpens seduxit maria gabrieli consensit et credidit. Seductio eve attulit mortem / consensus marie peperit seculi salvatorem. Quod perierat per evam reparatur credendo per mariam. Per christum redimitur quod per adam fuerat captivatum. Per gabrielem remittitur quod per dyabolum fuerat deceptum. Denique per christi gratiam abolet peccatum quod per adam fuerat ante contractum. Redditur per mariam vita que in eva triumpho mortis per dyabolum fuerat interempta. Adeo nunc effectus est homo ex reo iudex / ex alieno filius ex hoste amicus / ex alieno proximus ex perdito intimus / ex captivo redemptus ut angelos iudicet qui ab angelis fuerat iudicatus. Sentiat iudicem que fecerat reum puniat ab eo sue pontificem. Undecia celestia et terrena letantur post dominicam passionem quia redemit christus quem captivaverat dyabolus / vivificavit deus quem occiderat inimicus. Rediit ad paradisum victor quem victum de paradiso serpens eiecerat. Victor ascendit in celum unde manifestum est hostem qui nocebat fuisse deiectum. Per virtutem sacramenta dominice passionis dyabolus qui hominem iam dudum preverat prevaricatoris infidelitate prostratum. Recepit adam gloriam quam per hostis terrebat amisisse invidiam. Gaudeant sancti letentur redempti / quod et hostis perit dyabolus et adam qui perierat divina sit indulgencia vite pristine restitutus.

Incipit eiusdem de confitendis peccatis de cayn et abel ac de noe et de diluvio atque de minutis

Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Clementissimus deus instruit hortatur et monet ut dum in seculo sumus admissa facinora fateamur. Vult enim deus peccata ignoscere dum nos confiteri persuadet vult quod que in mundo delinquimus prompta confessione purgemus. Timeat igitur peccator celare qui peccata non timuit perpetrare. Non erubescat fateri qui ut fateatur adeo se conspicit in vitam / ne contraria bonis actibus et confessione delicta purgare. Is enim peccata confitetur et deflet quem penitet aliquando peccasse. Ceterum qui peccata non deflet ut enim delinquendo monita divina despexit sic delictorum medela non confitendo contempnit. Par enim causa est in confessione neglecta ut est in admittendo peccata / quia ut fuit incautus ut delinqueret ita est imprudens ne delicta confitendo repurget. Audi et nunc consulente tibi post facinora deum que ut non peccares audire noluisti. Cum te monuit ut non delinqueres / idem monet quemadmodum delicta detergas. Nimis enim celeste contempnit qui quod deus promittit negligit. Volo inquit deus peccata donare / volo que fecisti penitus abolere. Si te peccasse peniteat erroris et delinquencia pudeat. Si prius tuum aliquod facinus admissum occultat / confessio salutaris aperiat. Ceterum si celare nis quod me teste fecisti imprudens non eris qui confitendo esse poteris absolutus. Bonus est deus o homo qui te vult confiteri quod novit. Nec enim scire aliter quod admiseris non potest nisi tua confessione didicerit. No

nit ille mentis archana et secreta visceru
cernit Nichil illi celatum nichil incognitum
est quia etiam illa que nec dum homo cogi
tat novit Sed vult a te proferri quod feceris et
quod homini novimus celatum confessione tua
depandat aperiri Vult admodum expiatum ve
nire quem veniniet non delictis obnoxi
um quem condempnet Denique post delic
tum adam interrogatur adeo Ubi es nichil
adam Ademum loquitur quem coram intue
et tamen ubi sit perscrutatur Non enim ubi
erat adam dominus ignorabat sed confessionis
illi aditus demonstrabat Ceterum ita sciebat
ubi esset ut noverat quid admisisset Adeo
serpens dyabolus interrogari non meruit quia
salvari non potuit Adam enim interrogatur
ut vivat serpens sine interrogacione dampnatur
ut pereat Ut enim homini per confessionem
consulitur ita serpenti confessionis via
ut intreat denegatur Ade confitenti cele
sti consilio providetur decipienti dyabolo
pena divina occurrit Homo confitendo
salutari medela curatur dyabolus nocendo ig
ni perpetuo reservatur Adam per confessione
reparatur ad vitam dyabolus pro malicia preci
pitatur in penam Quanto enim homo mi
serabilis causa efficitur tanto serpentis dig
na supplicia invenitur Cayn namque quia
fratricidii facinus confiteri interrogante domino
noluit divina sentencia interiit quem quidem for
sitan salvaret si admissum facinus fateretur
Aut enim ad hoc confiteri noluit quia salva
ri non meruit aut si salvari meruit quia
confessus non est salvari non potuit Fu
ge contumaciam christiane exempla et provi
dorum imitare consilia Declina opera malig
norum et facta extorque viciorum exequere
bonorum Ita enim sunt exempla que horreas
ut sunt alia que secteris ut vivas Abel
enim a principio ante ullius exemplum
prior dedicavit martirium qui dum optaret
in seculo innocens vivere qui a fratre occisus
in occidentis principium martirum dedicavit
Cayn enim nec innocenciam nature servavit
nec pietatis iura insiatus cede peremit
Perpetrat scelus quod nec ipse sciebat admittere
nec fratrem noverat perimere Sevit dyabolus
totum volente eo qui fecit Cum iam pare
tes fecerat peccatores consentit et cayn hos
ti que dispositus cayn deliberat execrari Ut
terque reatus crimen incurrit et dyabolus
qui fratricidium persuasit et cayn qui consensu

persuadenti dyabolo comodavit Solus autem
abel inter fratrem et dyabolum inter fratricidam
et hostem inter suadentem et facientem purus
atque innocens perseverat Fit enim abel sanctissimus
sacerdos et victima immolator et hostia an
tistes et holocaustum Ita enim sancte deo ipse
meruit immolari dum se non refugit occidi
Sic enim noe diluvio deus eripuit Sic eu
cum suis cathaclismo inundante salvavit
Pronephas Centum annos archa construitur Nota
et nullus admissa facinora confitetur Ea
dem vindicta defertur et nemo a peccatis arce
tur Celestis intentatur ultio et nulla adhi
betur satisfaccio Dei proximat ira et nulla
agitur penitencia futurus interitus in archa iam cer
nitur Venturo noe protestatur supplicium et
dei nemo implorat auxilium Unde effectum est
ut divina pena abolet quos terror emendare
non potuit Ninivitarum etiam commoda re
censere quam similiter etiam ipsi perirent nisi
fideliter iram dei primam deplorarent Utile
est quorum quanta sit mesticia tanta sit
et venia Et quanto se humiliter afflixerunt
tanto clementer liberari per virtutem meru
erunt O profunda benignitas dei Tandiu
ira dei flexa est que per series temporum pro
vocata fuerat Fit velocior venia quam of
fensa citius ingeritur quam irascitur instan
cius flectitur quam minatur Celerem enim
pietatem exhibuit qui diu distulit quod averter
tit Adeo vivunt confitendo qui peccando
perierant pena salvant quos facinora addi
xerant Afflictacio liberat quos abolerat
scelus absolvit metus quos reos securi
tas fecerat Docent Ninivite quid sit
peccatoribus faciendum periclitantes ostendunt
queadmodum pericula declinentur Confessu
ri veniam remedia venie demonstraverunt
Distant similes sequantur equales Volentes
evadere imitentur ne quod providentibus fuit
beneficio contumacibus fiat exicio Nemo pro
spera providens aliquid contempsit nemo
nisi demens contraria appetivit Utere anti
doto quo quorum venena frustrantur medica
mentum adhibe quo pericula vulnerum curentur
remedium a Ninivitis inventum cum sa
luti proficiat assiduo fletu delictorum flam
mas extingue frequenti ieiunio peccatorum
vires exclude Elemosina tergat quod facino
ris venenum inferebat Penitencia mundet
quod dyaboli persuasio sordidavit Cum erubes
cis confiteri quod sub deo teste commiti

Tu merces et dominus gaudet. Tu contristaris et Christus exultat. Tali enim tristitia et diabolus vincitur et dominus gratulatur. O hominum voluntas incauta. Erubescit confessione mundari qui peccatis non erubuit inquinari. Aut enim aliquis. Non peccabimus si confiteri peccata contempnamus. Non debemus et peccatores esse et confiteri non posse quia qui peccata committimus domino confiteri debemus ne si que commisimus non confitemur iudicii sententia plectamur. Ab imperatoribus mundi nemo indulgentiam sumit nisi duplex scelus quod admisit exposuerit. Nemo curari a medico potest nisi in natum vulnus ante monstraverit. Nullus a potente beneficium potest impetrare nisi humiliter eum obsecrare contenderit, quia nec servus offense veniam impetrabit, nisi dominum suppliciter exoraverit. Sic nec abdicatus filius potest patri restitui nisi talem sese ostenderit qui dignus sit reparari. Ut ipse prestare dignetur qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Incipit sermo sancti Johannis de suprascriptione psalmi quinquagesimi

Pictores imitantur arte naturam et colores coloribus permiscentes visibiles corporum depingunt ymagines et faciunt homines et animalia et arbores et reges et rusticos et barbaros et pugnas et rivos torrentes sanguinum et lanceas et loricas et scuta et sedem regalem et imperatorem sedentem et barbarum subditum et gladium acutum et fluvios decurrentes et campos variis coloribus adornatos et omnia que vident pariter imitantes mirabilem hystoriam videntibus pingunt. Sic et prophete velud quidam pictores sunt virtutis ac militie. Describunt enim et illi peccatorem iustum penitentem stantem cadentem surgentem titubantem. Et sicut faciunt pictores occidentes et occisos, et sic et prophete faciunt aliqui quidem insurgentia peccata aliqui et allisa. Eodemque et demones impugnantes sic et diabolum impediantem et victum. Cum ergo talis est eorum descriptio, ut enim ceteris hec eadem addiscamus et stantes quidem deforis ymagines considerantes nichil acquirimus lucri. Quid enim michi prodest regis et consulis ymagines intueri, cum neque rex fieri possim nec quidem cupio. Si enim pauper fuero livore tabesco et si dives fuero similiter in aliis invidia ero. Dimitte illas ymagines et considera hanc hystoriam. Si non consulem quid ad me quod si videro peccatorem cecidisse et surrexisse, erit michi ipso ad doctrinam. Si videro iustum stantem ipso me ad sollertiam et prudentiam deducit. Ex hac namque inspicione ad discendo certamine et cautior ad victoriam. Ut si video iustum supplantatum contristor quidem sed cautior de facto in meliore. Hec autem omnia a me non ex historie neque sine causa sunt dicta sed psalmi qui hodie lectus est ymago ad hanc nos discipline doctrinam adducit. Sic enim ait propheta Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Hec est ymago psalmi, eiusmodi ymaginem video. Video enim diversas in psalmo personas, peccatum insurgens et orationem debitam, peccatorem astantem et contrahentem. Peccatorem magnum desuper adiacentem et prophetam precantem peccatorem, multos lacrimarum et confessionis fontes emittentem. Iste peccatorem ymagines. Sed priusquam ad psalmum veniam, iustum est eius suprascriptionem vobis enarrare. Sicut enim sunt ymagines suprascriptione deorum figuras invei coloris in quibus scriptum est quis rex et quis plus eminent, in psalmis non desuper titulus positus est que causa sit que ve doctrina et qua propter psalmus sit dictus. Prebete itaque vestras attentius aures, non enim de parvo minuet narratio nobis psalmus. David cum venisset ad eum nathan propheta quando intravit ad Bersabee uxorem Urie. Hec est suprascriptio. Discamus igitur quis est natan, discamus et que sit Bersabee uxor Urie et quando intravit ad eum propheta et qua propter psalmum istum scripserit. Non enim omnes psalmi in david scripti sunt nec ab omnes ab ipso conscripti sunt. Neque enim tantummodo proprias passiones dixit sed et aliorum recitavit casus. Quando dicit super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur syon, manifestum est quia non de ipso dicit psalmus. Nec enim pervenit in Babilone neque vidit barbaram regionem neque sedit in aliena terra et flevit, sed que in diebus ventura erant narravit. Quando item dicit Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, non utique passiones agnitat suas sed crucem domini pacificantem orbis terre, salutem humano generi predixit. Ymago enim est psalmus variam misericordie continens disciplinam. Aliquando quidem sua, aliquando aliena demonstrans. Iam ergo psalmus iste non alienas passiones enuntiat sed proprias indicat dicens, Cum venit ad eum nathan

prophete superscriptio psalmi constringit nos
et non sinit nos longius evagari / et ad
alias transferre mentem sed statim ea demo
strans et ducens que textus continet psal
mi Considerate igitur diligencius iusti
sive peccatores / utrique enim parti utilis est
psalmus Iusto quidem ne per negligenciam vel
desidiam obtorpescat peccatori autem ne se
met ipsum desperat Utrique enim periculosa co
gitacio est cum et iustus per negligenciam cadit
et peccator cum de se desperavit perit Ut ergo
neque iste in ruina permaneat neque ille in lapsi
bus cadat utrique parti est utilis decanta
cio psalmi Principio enim dicit propheta peccatum
grande et pessimum sed nemo derogat de nob
Dei enim nostra humano generi providencia fa
ciens et bene gesta sanctorum et peccatorum ne
gligencias in melius commutavit / ut aliorum
vulnera aliis provideant sanitate et iusti
naufragium fiat peccatori salubrior portus Quan
do enim iustum peccasse legero et petrum pe
nituisse iam non desperabo de mea salute
Et cum audio dyabolum de celo cadentem illius
ruina michi fit occasio resurgendi Propterea enim
et gratia sanctus / non solum bene gesta sanctorum
sed et negligencias memorat Non autem propter
illos tantummodo scripsit vobis sed propter illos qui for
te simili passioni obnoxii erunt Volo ergo
ostendere hunc virum fortissimum vulneratum lap
sum victum surgentem pugnantem vincentem
et coronatum Et enim quando enim lapsum
solummodo et iacentem sed et surgentem ut ex
utraque tibi lucrum sit Et si forte peccaveris no
desperes sed curras illico ad surgendum Nec
dicas ad temet ipsum ve mihi perii mechatus su
fornicatus sum homicidium perpetravi / ne de
speres habes enim salutare positum re
medium delictorum Cum ergo videro istum
talia vulnera suscepisse et sanum factum
et iterum pristinam ad sanitatem redisse confes
tim ad exomologesim curro et audacter fon
tes lacrimarum profundo Et ergo per illius con
fessionem tuam melius salutem cognoscas
audi que dicam Multi sepius viri et mulieres
infirmitatem pessimam contraxerunt / et ge
mitus et lacrimas profuderunt et multa me
dicamenta expensa sunt / et nichil prevaluit
medicina sed pulcritudo emarcuit et corpus
distabuit Inopia fit post hec mulier hesitans
et dicens Ubi vadam quid faciam pecuni
as largita sum / medicos vocavi medicamenta
expendi / manet infirmitas non sanatur vul

nus In hiis ergo cogitacionibus constituta ve
nit quedam mulier de hiis que ad visitandum
venerat dicens Et ego aliquando similem sustinui
infirmitatem / sed illa et illa propie in medica
menta et liberata sum a dolore Hec cum
audisset infirma rogat sibi mulierem demon
strare que illi contulerit sanitatem Et illa dicet
Vade ad angustum locum qui est iuxta illa
et illam domum etiam ibi invenies Sic et
nunc qui mechatus es et homicidium perpetrasti
Hoc autem est pessimum vulnus Ostendam tibi
quomodo est ille curatus et qualem inposuit
medicinam Et non dico vade ad angustum
locum et interroga illum et illum non est
opus ut labores et circuitus queras / et huc
illucque discurras sed hic te stantem facio sus
cipere medicinam / tu diligencius que dicimus
attende Recte est enim accepta vulnerum reducere
et tempus edicere quo peccavit / et quomodo obtinuerit
et personam et primam et correctionem et medici
nam / ut omnia diligentius addiscentes instruc
ti recedatis Iste ergo david adolescens et pas
tor civitates quidem ac turbas aufugiens
preterea non philozophatur nichil de se
cularibus Non negociaciones non fenera
ciones non aliquid difficile mundi istius sed ex pri
ma etate in deserta silencio habitabat et si
cut in portu tranquillo in heremo sedens et o
mnium curam habens regnum celeste meditabatur
Iste ergo adolescens erat valde simplex quod
etate senior aut mente et parva etas nichil im
pediebat tante virtuti et cum esset adolescens
adversantes sibi fortiter superabat Non robore
corporis sed virtute fidei attende diligencius que
dicimus Contigit aliquando displicere deo regem
iudeorum mittit samuelem illico deus ad huius
simili patrem et cum venisset Samuel ad ies
se patrem david adolescens in heremo oves pas
cebat Non cessabo sepius adolescentulum no
minare ut nullus neque iuvenem culpet neque
collaudet senem Non enim canicies laudabilis
neque iuventus culpabilis Multi quippe et in
iuventute prudentiam demonstraverunt / et in senec
tute lapsi sunt Nam tres pueri in igne sunt
regis imperio missi / et quia virtute celesti pro
diti erant / quam sibi bene vivendo acquisierat
flammas in rorem converterunt Sed et daniel cum
esset xii annorum leonum rabiem in omnem man
suetudinem commutavit et ferocia illorum fide
fregit Neque ergo iuvenem culpes nec collau
des senem Non enim in differencia etatis / virtus
ac malicia cognoscitur sed in differencia mentis Ecce

si fueris sobrius nichil te in matura nocebit etas Et si fueris negligens senectus tibi nichil prodesse potest Canicies autem sapiencie non capilli candidi requiruntur Iste ergo puerulus tamen erat maturus virtutis possidebat annos Venit ergo propheta samuel ad iesse constituere regem non multitudine vallatus militum nec ambicione superba adveniens et cornu in quo erat sanctum oleum in manu habens et dixit ei Misit me deus ad te ut ex filiis tuis constituam regem Estimas ille primogenito aptum filio dignitatem adduxit enim in medio tunc dixit samuel Non erat non enim complacerat deo Venit et secundus nec ipse placuit primus et tercius et quartus et quintus et reliqui Iam iamque complebat numerus filiorum et qui querebat non inveniebatur in numero filiorum Dixit ei samuel Numquid defecerunt filii Erubuit pater Habeo inquit unum parvulum et contemptibilem et pascit oves tu autem regem inquiris Despicit parvulum et pastorem david dicis homo despicit sed deus eligit Non enim sicut videt homo videt deus homo in facie deus autem in corde Nunquam magnitudine corporis querimus ingenuitate anime desideramus Considerate diligencius Non dixit ei deus vade et unge michi david sed vade et unge michi unum de filiis yesse Et cur dubie non specificavit david nominatim ne faceret patrem david quod passus est ioseph Sicut enim illi addiscentes futurum sibi regem invidiati sunt et post multas iniurias vendiderunt sic formidandum erat ne et isti hec eadem perpetrarent Una ignorancie cautele effecta est mater Stabat igitur propheta hesitans et querebat unum de filiis eius Cui ille Non habeo inquit nisi infantem parvulum pascentem oves Ubi sunt qui semetipsos adornant exterius et depingunt Nolo pulcritudine corporis honestate mentis requiro Quid enim est speciosa mulier Sepulcrum dealbatum nisi sint sobria casta et pudica Pulcritudo enim est que in virtutibus perspicua patens venenum mis prevenibus compositum Decus enim corporis infirmitate marcescit et pulcritudo egritudine tabescit Anime autem pulcritudo inmortalis est et eterna et tunc maxime ostendit proprium decus cum tespuerunt passiones tunc enim mens tranquillitate potitur Si ergo inveneris virum aut mulierem speciosam ne mireris nam et robore arbores condense sunt foliis et altitudine excelse Attamen non habent

fructum hominibus aptum sed porcis affert cibum Vinea autem per terram repens maturarum uvarum affert fructum Quid ergo vis habere vineam an robor Puto te vineam eligere magis que letanda est ab hominum usus quam roborem animalium escam Quid ape vilius Quid pavore pavone pulcrius Quid formica sapiencius Et apis quidem dulcedinem in se habet et aculeum Pavo vero solum modo inpenus est non in fructu decoris Formica non contemptibilis hominibus sed magistra virtutum est Venit ergo david de pascuis et ungitur in psone domini oleo benedictionis Cognoscite quidem homines sed nutu dei quod supposuit capiti eius cornu carismatis omni dyadema et purpura pociore Et prexit huius regnum non lorica indutus non protectus clipeo non telis munitus sed habens benedictionem dei omnipotentorem Post hoc ergo peccatis facientibus insurrexerunt allophili et vastaverunt regionem iudeam et cum hec gererentur missus a patre prexit in castra Hebreorum inde eventum rei Venit ergo david ubi erat uterque exercitus et vidit castra barbarorum valde munita et arma splendencia et desuis vulneratos plurimos et nutu dei processit pastor ad pugnam Et qui bello fuerat assueti pavore timebant et ille qui arboribus et umbra et fontibus delectabatur cum vidisset alienigena provocante ad singulare certamen irruit in eum spiritus domini et dixit ad barbarum Quis est iste incircumcisus qui blasphemat castra domini Audit alienigena unde tibi superbia ista et audacia ut audeas congredi mecum Et male dixit philisteus david et dixit Veni ad me et dabo carnes tuas volatilibus celi et bestiis terre Dixit autem david ad philisteum Tu venis ad me cum gladio et hasta et clipeo ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israel quibus exprobrasti hodie Et dabit te dominus in manu mea et percuciam te et auferam caput tuum a te Nec pertimescam corporis proceritate tuam iuste insipiente tuam non enim mentem nec pavebo magnitudinem sed contempnam quia gubernatorem non habes intus Quippe quem sciam te esse adversarium dei Dic michi quibus armis confidis david Non carnalibus inquit sed spiritualibus Arma enim mea non carnalia

nō q̄
pt mu
lier

ß spiritalia sunt Ex vno homo ex hijs cum
sis exiguus confidis Confido quia mag
nus est dominus Contemptibilia quid' arma
ß qui misit me fortis est Ipius enim maies
tas mare commutit in aridam petram dis
rupit et flumina inundauit Et qui elem
ta mutauit multomagis vnum superbissimum
prosterne potit Et hec quidem preueniens ser
mo narrauit ß ueniamus ordine hystorie
Interea uenit ad fratres dauid Et dicit eis quid
dabit viro qui abstulit caput eius De mer
cedibus disputat non ut mercedem accipi
at ß illos firmiores reddat Dauid ergo fa
ciunt fratres Itum inuidia itum liuor Dicit
ad eum maior frater suus Quare uenisti
et quare dereliquisti paucas oues in deser
to Ego noui superbiam tuam et nequiciaz
cordis tui Quod autem non possis pugnare
manifestum est O zelus o inuidia omnium
malicia cumulata Inuidia ignis extingu
wibilis est Et enim sicut tinea comedit ue
stimentum sic et inuidia eum quidem qui
zelatur consumit Eum autem cui inui
det clariorem reddet Nam et Jozeph hoc
est a fratribus passus Et illi quidem qui
inuidie facibus urebant deliberate in summ
tutem adducti sunt cui autem in inuisum est
rex constitutus est Itum emuli itum fres
Nos scimus inquiunt superbiam et maliciam
cordis tui Quare enim eicit ueritas aut quid
de perderim tum misi ut uides plum adueni
sti Sed quid iste sapientissimus uniens ui
dendi inquit tui plus causa et uos apte
sunt missus sum Et cum hec dixisset ad a
lium transiuit locum et similiter interrogat di
cens Quid dabit viro qui hunc interficiet
gigante fres zelantur et extranei intro
ducunt ad regem Qui sedebat mestus et
formidine plenus et dicit ad eum Non con
cidat cor cuiusquam in eo Ego seruus tuus
vadam et pugnabo aduersus philisteum hunc
non metuat dominus meus rex Videte ho
nestam et ingeminaz mente in diem leticie
seruitutem confitetur Dauid ergo rex Non
uales inquit resistere philisteo isti nec pug
nare aduersus eum quia puer es hic autem
vir bellator ab adolescencia sua Noli consi
derare inquit o rex visibilia ß inuisibilia
Ne dixeris quia puerulus sum in etate sed
considera quia quia grandis sum in sensu
Quid ergo sto opus est Non ei credebat
rex cogitur iam virtutes suas exponere Di

xit quod dauid ad regem Pascebat seruus tuus
patris sui gregem et ueniebat leo uel vr
sus tollebat quod arietem de medio gregis et
sequebar eos et percuciebam eruebamque de ore
eorum Et illi consurgebant aduersum me et
apprehendebam mentum eorum et suffocabaz
et interficiebam quod eos Erit igitur et philisteus
hic incircumcisus quasi vnus ex eis Credidit
rex magnitudinez et dixit ad dauid Indue
armatura mea et sic egredere Quod cum fecisset
iuxta morem progredi non ualebat quia
non permittebat hoc fieri deus saluz ut in
dus vinceret et non arma saulis virtute vic
torie preuenitur ne diceret rex quod arma vicerit
mea Proicit arma et induit fiducia egredit
indutus et loricatus fide Egreditur pastor
et miles iactat lapidem non natura corporis
sensus ß virtute fidei Ex vno iactatu funde
in fronte percussit blasphemum Quo corruen
te cucurrit et accepto gladio eius amputa
uit caput illius ut compleretur illud quod scrip
tum est In operibus manuum suarum corruit
impius sonitu sempiternio Et in nomine
domini reportauit ex hoste uictoriam Et abstu
lit in tempore illo obprobrium a filijs israhel Itum
post hanc uictoriam zelus itum inuidia
Persugula quippe effodio fontem inuidie
ut ipsa possit oculis apparere Iste ergo ta
lis ac tantus vir etate doctior vsu castior
processu temporis sapiencior De quo dixit deus
Inueni dauid filium yesse virum secundum cor meum
O preclara preconia o laudes excelse o virtutum
magnitudo Quator ei dicit Inueni dauid
filium yesse virum secundum cor meum Iste inquam
qui bestias superauit qui goliam interfecit
qui leonem suffocauit qui vrsum strangu
lauit qui in iuuentute senior adolescens cor
pore mente grandeuus qui in regali cul
mine uitam monachi imitabatur Dicebat
enim non margaritis ornabo lectum meum
ß lacrimis meis persingulas noctes lauabo
stratum meum Nunc autem homines non so
lum in nocte ß in die dormiunt Ille autem
die procurabat palacium et nocte deo va
cabat ut si forte aliquid contraxisset pecti
per noctes lacrimis expiaret Et tamquam in
portu quieto degens familiaris colloquebatur
deo Iste ergo tantus ac talis vir spiritus gra
cius in iuuenili etate senior qui usque ad
ethera celi peruenit ut despiciens meretur lauda
ri qui deuicit bella qui mille aduersum se
machinas superauit Post sobrietatem pro

molestiam post captivitatem cum obtinuisset
regnum et gentes subiugasset / et pax universa
teneret / tunc negligentior et segnior factus
est ut addiscatis quantum boni sit tribulacio
que tamquam virtutum omnium mater est. Interea
dum hec securitas esset / contigit ut meridie
deambularet in solario domus regie qui
curioso oculo / eminus vidit mulierem lava
tem se ex adverso super solarium suum erat autem
mulier pulchra valde. Sed pulcritudo non
est in culpa quia pulcritudo dei est donum. Vi
dit inquam mulierem lavantem se uxorem
militis. Aperuit itaque in vano oculos et
suscepit sagitte ictum. Audiant curiosi
qui pulcritudines conspiciunt alienas audi
ant qui expectaculis insistunt theatralibus
qui ad excusandas excusaciones in peccatis di
cunt / expectamus quidem sed nichil nocemus.
David talis ac tantus lesus est et tu te pu
tas non posse ledi. Ille victus est qui tan
tam habebat spiritus graciam et quomodo credis te po
tero sine vulnere evasisse. Et ille quidem non
vidit meretricem sed in solario domus sue / tu
autem in theatro ubi et totus condempnat ani
mam sapientis. Ibi enim non solum vides
res infaustas / sed etiam turpiloquia et ex
ipso incessu meretricis habituque mollitis ubi
et auditu et cantu dyabolico leduntur aures
et undique percutitur mens tua. Visus ideo quod
vides / auditus ideo quod audis et reliqui ledun
tur sensus. Dicente propheta mors intravit per
fenestras vestras. Quia oculi nostri tamquam fene
stre sunt anime et cum tante sint corrup
tele / tanta suspicia quomodo possum tibi cre
dere quod a talibus bestiis non violatus sis. Num
quid lapideus es aut ferreus homo comis
nature subditus infirmitati. Igni colloqueris
et non ardebis. Pone lucernam in feno si
potes dicere quod non uritur fenum. Quid ergo fe
num est hoc est nostra natura. Vidit inquit eam
lavantem se et pulchra nimis. Suscepit sagit
te ictum diffusum est venenum. Misit rex
ad eam / cui illa resistere non valebat. At ubi
venit ad eum operatus est iniquitatem imple
vit concupiscenciam malam iubet eam redire ad
propriam domum. Hec dico et in medio profe
ram vulneratum / ut omnes astantes vide
atis quomodo curatur. Nam et medicus cum
putrefacta vulnera secat / hec astantes sibi
deatis quomodo curatur / ut videant quomodo
sanat egritudines arte. Multo magis cum
rex secatur cunctos oportet astare ut vide

ant quomodo putredinem malam evadere
possimus et a brutis intollerabilibus vulneribus libe
rari. Pessima et iniqua completa est con
cupiscencia. Peccatum consumatum est et non erat
qui curaret. Concepit itaque mulier et rex
putabat crimen eius posse latere. Nam et
si propheta erat tamen concupiscencia obcecaverat
eum. Pregnans autem facta est mulier va
dit ad regem et dicit ei. Domine rex perii et ille
ait illi quid habes. Pregnans inquit sum
peccati mei pullulat fructus. Accusatorem in
susceptus habeo in ventre profero proditorem.
Si venerit et viderit vir meus quid dicam
inquid loquar quam excusacionem pretendam.
Videte et admiramini fratres quantum mali sit
delictis et peccatis obnoxium fieri. Rex militem
timet et formidat fortem subditum. Imperator
coronam capite gestabat et confusionis
obprobria metuebat. Romane imperator ydone
gladii potestatem habes. Habeo inquit. Sed co
sciencia peccati mei timeo formidinis matrem
et ignorancie accusatricem peccatum quod putabam
latere manifestum est. Timeo formido qui
confudisti me et reum fecisti. Si vene
rit inquit vir meus quid dicam quid lo
quar. Inveniet enim me gravidam et occidet
me accusatore clamante. Naufragium patie
tur peccatis iam tunc quale sit et quantum
mali peccatum. David ergo rex pudoris exco
gitato consilio peccatis adicit peccatum et iniqui
tatem scelere vult celare. Oportet enim dila
tare sermonem. In tempore namque illo Ioab
dux exercitus David in prosinctu plures adversus
populum ammonitarum a rege fuerat directus
cum quo etiam urias processerat. Scribit igitur
rex ut ad se veniret urias et diceret ordina
cionem belli ut sub occasione huius celaret
admissum. Venit urias de castris et intra
vit ad regem. Interrogatur quasi de apparicione
belli. Audit omnia prospera et victoriam esse
paratam. Audivit rex quod miles vicerit et do
let quod ipse sit victus. Miles adversarios sub
didit et rex a libidinis concupiscencia superatur.
Miles inimicum prostravit et rex a peccato su
peratur. Miles victoriam annunciat et rex
pro confusione sua peccatum timet confiteri. Vi
cimus inquit et superavimus. Stupebat rex
et pro confusione peccati pugne victoriam non
senciebat eo quod ipse sit victus. Vide itaque cle
menciam dei quomodo immutat consilia hominum
qui in malis suis celare cupiunt quod committunt.
Dicit militi. Vade in domum tuam et lava

pedes et resume paulisper vires, quia de via
venisti. Propter quam occasionem o david sol
licitus es dic michi. Ille enim nesciebat a ddo
mum suam perge aut lavare de itinere pedes non
conveniat. Ob hoc inquit plenus pietatis do
consilium si potero quo pacto obumbrare sce
lens magnitudinem et vulnus superducere cicatri
cem ut illius oc dicatur quod meum est. Sed
in extinguibilis oculus non recepit partes
ei qui fuerat vulneratus. Quid ergo miles ad
ista. Quomodo inquit possum cum archa tes
tamenti et universus exercitus sub sacie (?) terre
maneat ut ego ingrediar domum meam et
comedam et bibam et dormiam cum uxore mea
Per salutem tuam quod non faciam rem hanc
ut ego in deliciis et alii in pugna. Hec nesci
ens dicebat miles obprobrium afferens regi
qui voluerat eum sub dole illuc ut possit sum
obtegere vulnus. Cum igitur non potuit celare
adulterium copulat homicidium. Et excogitato
consilio facit epistolam et remittit eum ad du
cem exercitus continente hunc sensum. Po
ne inquit viriam ex adverso belli ubi fortissi
mum prelium est. Dic michi ob quam causam si
licet ut mortificatur. Et signata epistolam tradi
dit militi. O infelicitas. Portat gladium adversus
se nesciens portabat qui in mortem fuerat
passus et epistolam ferebat sanguine plenam
sic quod prevexit. Oportet enim succedere ea que sunt
prava. Statim igitur in pugna occisus est. Occi
dit servus vir urias. Ecce duo peccata homicidium
et adulterium. Homicidium adulterii fructus effi
citur et mala cogitatio sceleris semen est. Hec
dico propter peccatores qui sibi multum sunt malorum
conscii ut audientes de pena non desperent sa
lute. Scriptum est enim Non mechaberis non
homicidium facies. Duo igitur hec prima man
data transgressus est homicidium adulterio co
pulavit. Grande vulnus pessima plaga. Cum
ergo urias in bello occubuit statim exaltavit
peccatum. Tunc iam provexit ad eum nathan pro
pheta postquam consummatum est peccatum completa
pleta est iniquitas ablatus est e medio qui
in mortem fuerat passus. Venit igitur ad eum
nathan propheta propheta ad prophetam venit
Quam ob causam venit. Certe et david propheta
erat. Quomodo ergo semetipsum curare non
potuit. Sicut enim medici qui egrotant a
liorum medicorum auxilio indigent et infir
mitas oblivionem dat artem sic et in hoc prophe
ta ille propheta et iste. Sed ille sanus iste autem
gravi vulnere sauciatus. Dicit ei. Adest nathan

propheta iubet ut ingrediar. Ingreditur ergo
propheta conspicit regem sedentem in solio pro
amictu purpura et capud lapide precioso or
natum. Hunc inde vallatum presidio militum
cum magna gloria exultante. Dicit ad re
gem sermo michi ad te o rex. Precipua medi
ci industria (?) portans gladium ut secaret vul
nus sed infirmanti non ostendit ne abhor
reret medicinam. Abscondit denique ferrum
non sub vestimento sed sub velamine narratio
nis. Statim enim ut introiit non dixit o
inique o immunde o adulter o homicida non
opus est inquid coargutione non tamen iac
tavit fiduciam sed erat ferrum absconditum.
Quid igitur dicit. Causam tibi fero. Cum rex ait. E
dicito causam tuam. Duo inquit viri erant
in civitate una unus dives et alter pauper.
Dives habebat oves et boves plurimos valde.
Pauper autem nichil habebat omnino preter unam
ovem parvulam quam emerat et nutrierat
et que creverat apud eum filiis eius simul
de pane illius comedens et de calice bibens
et in sinu illius dormiens erat quod illi sicut fi
lia. Cum autem peregrinus quidam venisset pa
terus illud sumere de ovibus et de bobus suis
ut exhiberet convivium pauperis ovem tulit et
preparavit cibos illi peregrino. Duo homines urias
et david addiscere personas in civitate pauperi
li. Ovem mulierem dicit hoc est uxorem
eius que adulterata est que de mensa eius
vescebatur et de calice eius potabat et in
gremio eius cubabat. Conspice pauperem
incentiva pietatis habere. Sulcimina in divitibus
autem multa superbia. Apud pauperes uxor
et ancilla et ministra est et procreat filios
et ipsa mater et nutrix est. Apud divites
autem non est ita. Sed cum generavit filium sta
tim eum tradit foris et pietatis insignia
abscindet superbia. Erubescit fieri nutrix que
facta est mater. Pauperis autem non ita. Ipse
nutritor est in ideo et pabo propria non carne
pascit et pro potu sum nobis sanguinem propi
navit. Cuius ergo in gremio eius cubabat.
Incipit parabolam narratione pietatis. Venit
igitur peregrinus homo ad regem illum. Quis
itaque est peregrinus. Concupiscentia videlicet. Ut ipso
illius ostenderet castitatem peregrinum contem
pserat nominavit. Nunquam enim alienas nup
tias dissipavit, neque iniquus conspexit o
culis. Sed prius in illa muliere perdidit
castitate quia paulo ante tempore se reddide
rat servitute patris. Venit igitur iniqua et

agrestis convivia ad illum divitem venit Et ille non accepit de gregibus aut armentis suis ut peregrino pareret epulas sed misit et rapuit ovem pauperis que in sinu eius cubitabat et de mensa eius edebat

¶ Cum hec igitur audisset rex david iratus est valde adversus hominem illum et dixit ad nathan Vivit dominus quoniam filius mortis est vir qui fecit hec Ovem reddet in quadruplum et ipse gladio punietur Audias super effluentem iusticiam Non enim erat illa actionis et umbre et suspicionis ut mysterio diceret Iubet quidem in quadruplum reddi secundum legem Lex enim sancxit furem in quadrupli restitucione vinciri Iste autem et legem est pretergressus Iubet quippe et ipsum interimi et in quadruplum obnoxium detineri Prompsit itaque sententiam et iudicium elimatum Cum autem audisset propheta iactat omnem umbram ymaginis et in medio profert gladium et cum fiducia dicit Tu es rex qui hoc fecisti opus Compunctio non gladio secans sensum doloris sed in compendio accusationis Cum enim oportuit occultavit narracionem tamen ubi tempus invenit statim prorupit et abscidit sine grandi plagam vulneris hoc solummodo dicens tu es rex At ille velociter rediens ad conscienciam tamquam fidelis et ydoneus servus culpam simpliciter confitetur et dicit Peccavi domino Vides et in dolore ingenuitatem animi Nec dixit ad eum quis ille tu tu non consideras fragilitatem humanam Cur te memetipsum carnalem intelligis Aut nescis me maxime constitutum esse regali Cur michi audacter impegisti crimen Sed quid dicit Peccavi domino Scilicet propheta Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris O arguta sententia o velocior indulgencia Dic tu inquit prior iniquitates tuas ut iustificeris Nec ipsa quidem exacerbasti sed fideli confessione penituisti Hec dico ut audiant peccatores et qui in multis delictis non desperent medicinam dei tantum fideliter et non sub dole peniteant Peccavi inquit domino et ille ait Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris Vidisti quomodo deus prophete causam exsolvit Dic tu prior iniquitates tuas inquit ut iustificeris Psalmus ergo david cum venit ad eum nathan propheta Hic ostenditur confessio fidelissimi famuli eius bonitas et indulgencia clementissimi dei Vidimus igitur quomodo sit cura et qualem susceperit medicina Quando autem dominus iustificat quis est qui condempnet Non enim dixit nathan quia ego concedo sed dominus inquit transtulit peccatum tuum Recentis vulneris sanies egressa est curata est plaga Et post hec verba abiit propheta in domum suam Hec autem omnia egit Nathan ut ostenderet huius viri benignitatem et mentis eius correptionem qualem acceperit indulgenciam peccatorum quale consecutus sit veniam delictorum et dei erga fidelem famulum largam clemenciam Non solum autem post penitenciam palam edidit colloquia sed et in posterum communicacioni eadem manifestat Et psalmum scripsit ut non remissores post penitenciam efficiantur homines et ut sciant quantam fabulam contumacie habeat tragedia Submittente enim penitencia venit et fiducia Quia ego salvatus sum inquit quare non et alii me narrante salventur Deus michi concessit propterea scribo ut et vulnus et medicamenta omnes cognoscant Non timeo confusionem quia meam salutem desidero Sic et paulus fecit confessa sibi peccata publicat dicens Gratias ago qui me confortavit christo quia fidelem me existimavit Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus sed nunc fidelem me fecit propterea inquit invenietur publico ut si quis est blasphemus et criminosus et multis obnoxius malis non desperet salutem Tantum est ut recedat a malis et faciat bona et habebit spem salutis quia nolo mortem peccatoris dicit dominus sed ut convertatur et vivat Et tu o david qui mechatus es et homicidium perpetrasti ideo penituisti et remissionem adeo meruisti propterea temetipsum publicas ut si quis mechus est et homicida discat quoniam si conversus penituerit potest ad salutem venire Ideo utraque ante oculos posuit et peccatum et penitenciam et salutem ut eligamus salutem Hoc ergo putas solummodo quod queritur et omnibus notum facit peccatum et curacionem suam Non sed quid aliud Ego dicam Sicut enim audistis quoniam penitencia multam et magnam habet remissionem et grandem nobis providet apud deum fiduciam sic et illud necesse est vos audire Anima non solum penitenciam putat sibi sufficere sed formidat et tremit ne in talia deinceps incidat mala Volo ergo ostendere quia psalmus non tantum peccatorem demonstrat sed et penitentem Et hoc caritati vestre dico ut nemo plus post penitenciam applaudat et quia securus re

incessus vincat sed magis cautius agat ut
salutem suam in portu tranquillitatis consti
tuat. Volo igitur ostendere eum qui sanatus
est et melior sui factus et potencior et fortior
Sed forsitan dicas quomodo demum desiderium
vincerit. Et cum pugna et cum periculi sed
quemadmodum emendavit et desiderium suum dolo
abstulerit exponam. Contigit quodam tempore
ab alophilis obsideri bethleem cum castra po
suissent in valle gigantum. Rex cum audisset
david contraxit exercitum suum et veniebat
contra eos in diebus messis. Desideravit autem
david et ait. Quis michi daret potum aque
de cisterna que est in bethleem iuxta portam. Ir
ruperunt ergo tres viri fortes de comitibus
eius contra philisteos qui vallaverant urbem
et hauserunt aquam de cisterna bethleem
que erat iuxta portam et attulerunt ad da
uid. Et ille noluit bibere sed libavit illam domino
dicens. Propicius michi sit dominus ne faciam
hoc. Non sanguinem istorum qui profecti sunt
hominum et animarum periculum bibam. Noluit ergo
bibere. Iterum pugna cogitacionum cum disceptacio
Sed illa quidem concupiscencia lege prohibebatur. hec
non tempore estus sicienti vincta et debita erat
Et cum fortissimi viri contra prevaluissent et
in periculo animarum suarum exhibuissent aquam
cupitam quomodo vicerunt adversariorum multi
tudinem. Allata igitur aqua intellexit rex quid
fecerit quia in pugna validissima sitim sua
non valuit continere. Ideoque vicit desiderium suum
quod fuerat cum alieno periculo adimpletum
Allatam accipiens aquam bibere noluit sed semet
ipsum reprehendit et domino eam libavit. Non
enim aqua erat sed sanguinis non natura sed
criminis intrinseca erat sed desiderium et voluntas
sua. Vides iam quomodo castigatur desiderio nocivo
concupiscencia postmodum cautior est factus. Et
qui corpus adamavit et uxorem aquam deside
ravit et vincam et siciens noluit bibere sed me
lior sui factus est. Hec loquor propter eos qui for
nicati sunt. Concupisti forsitan meretricem et
putasti facere quod non debueras. Sed si cupis
agere penitenciam quod maxime debes quia et damp
num senciis senciis et anime detrimentum ne ad
dicias peccatum super peccatum. Et forsitan dicis quo
modo me abstinere possum. Dabo tibi consilium
Uxorem habes licitam utere voluptate. Si
non habes expedit nubere quam fornicari. Sed non
possum inquit me continere. Hoc pusillanimitatis
est et negligencie tue qui dei precepta contemp
nere malles quam facere. Quod si ostendero tibi
aliud uxorem non habentem nec fornicantem

sed sobrium et pudicum quam habebis excusa
cionem. Et ille quidem in pelago huius seculi
nullo cessatur naufragio et tu in portu
constitutus ad naufragium divergens. Ha
bens uxorem fornicatus magis aut mecha
ris. Et quomodo inquit possum incentivas
vincere passiones sine uxore quia preci
pit beatissimus paulus dicens. Propter fornica
cionem autem unusquisque uxorem suam habeat
et unaqueque virum suum habeat. Mulier sui cor
poris potestatem non habet sed vir. Similiter
et vir sui corporis potestatem non habet sed mu
lier. Si ergo illicent te meretricis aspectus
vel sermo venoso intra temetipsum huius
precepti memoriam et dicito. Cum vir sui corporis
potestatem non habet. Ullum hoc scribe in fa
cie tua et dicito meretrici. Quid me vocas
Non est meum corpus sed uxoris mee non
audeo prodere alienum dotis eius. Non possum
minuere neque facultates ei impendere et quo
audebis corpus eius feda polluere macula
Dicito ei debitum hoc uxoris non tantum dicito
ei timeo Christum qui membra hec de corpore
Christi sunt. Audiant igitur et mulieres et time
ant et intelligant ubi hoc elevavit Christus
et dicant. Cum mulier sui corporis potestatem
non habet sed maritus. Scio multas mulieres per
bonam conversacionem lucrasse viros suos et casti
tatis exemplo provocasse ad pudiciciam et pru
denti consensu non reliquisse viros suos. Sed
si tu abstines sine illius voluntate tribues
ei fornicandi licenciam et peccatum illius tue im
putabitur abstinencie. Quid melius est ut tu
illi debitum reddas aut ille quod tibi debet alibi
perdat. Concessio tua non est inhibita illius non
prohibita. Si te cognovit non est crimen tu
aliena autem si dormierit perdit membra tua
Considerate fratres beatissimi pauli providenciam qui
tamquam clementissimus medicus ingressus cu
biculum et quasi respondens dat sanum consilium
sciens fragilitatem humanam dicit. Nolite frauda
ri invicem nisi forte ad ex consensu ad tempus
Propterea inquit accepisti uxorem et tu ac
cepisti maritum ut invicem conservatis et
pari consilio quod est melius eligatis. Vis ab
stinere sanum est quod cogitas. Noli invidere viro
tuo persuade illi ut habeas duas coronas. Ut
non incontinencia et castitatis virginem habeant so
brietas et luxuria contencionem. Si enim tu
abstines ille non inflammatur ardore corporis
recordare pauli sentenciam dicentis ne fornica
mini statim turbatur. Et tamquam inter duos
scopulos positus naufragium patitur. namque

tui portus clauditur Nolite ergo fran
dari inuicem nisi forte ex consensu ad tempus
Et enim ubi pax est ibi omnia prosperabun
tur Ubi sobrietas lucet ibi unanimitatis
abstinencia coronatur Ubi autem intem
perancia dominatur ibi pugne et contenciones
non desunt Nolite ergo frandari inuicem
nisi ex consensu Beatissimus paulus tam
quam bonus dispensator quippe qui uni
uersum orbem cupit desponderе xpo casti
tatis insignia preferens pretea non erubescit
dicere honorabiles nupcias et cubile inma
culatum Omnibus etiam ipse domus inter
fuit et pietatis sue largitus est munera
Aquam conuiuiis in uinum figuraliter ostende
bat ut in successu uirginitatis nupcie que
quasi equales et licite sunt nutu dei palma
abstinencie merentur Curre ergo quantum
potes si lassaueris ad portum uenora
pedem Dicente paulo et iterum ad ad ipsum
reuertimini ne temptet uos sathanas propter
incontinenciam uestram Castitas enim sine
comitibus suis ieiunio uidelicet et tempera
tia lacessit Ex si ex hiis quasi amiculis
roborata fuit perfacile coronabitur Tria enim
sunt hec uirginitas nuptie fornicacio Nup
tie medie fornicacio deorsum uirginitas
sursum Uirginitas namque coronam habet
nuptie laudem mediocrem fornicacio pe
nam atque iudicium Uide ergo si abstinere nos
tium consilio facito et sic arripe iter con
siderans corpus tuum quia summam rem de
sideras Tamquam boni pedagogum adhibe
tibi ieiunium et temperanciam et perges fidu
cialiter quo desiderasti Nam et cum quis
natare disponit primus considerat et de
liberat ut explere possit natando quod
cepit Sic et tu bonum est quod habes sed si me
liorem hic cupis sapienter et consulte
arripe consiliatorem huius paulum dicen
tem Et qui habent uxores sic sint tamquam
non habentes ut per abstinenciam et bona conuer
sacionem in hoc seculo conscienciam puram ha
bentes coronam in futuro mereamini per xpm do
minum nostrum cum quo est deo patri cum spiritu
sancto honor gloria et potestas per inmortalia
secula seculorum Amen Explicat de super
scripcione psalmi quinquagesimi quarti In
cipit in psalmum quinquagesimum

Reliquias eterne mense hodie vobis
reddere volo Sed reliquias et men
sam tuam audis karissime mihi

palpabile arbitreris aut grossum non
enim carne concedimus sed uerbum dei in pri
mam uite menti Ex mensa enim corpali
si una uel secunda die manserit caro depe
rit et corrumpitur In proloquenda autem
sapientia si integrum permanserit animi
suauitate suam longe lateque diffundit
Remansit caro et post paululum putre
scit Remansit sapientia et suauior reddit
Comedit quis carne sentiat corrupte
lam Comedit sapientiam eructat uerbum
bonum et proximum suum replet dulcedine
Ideo propheta quia tales escas edebat spi
ritualiter dicebat Eructauit cor meum uerbum
bonum Commouentur uiscera unde sed mens
constancior fit Agitantur corpora sed animus du
ra et intrepida et cum omni intencione
audiamus que dicimus Uidisti hester
na die cum propheta loquente et dauid
regem cadente surgente uincente coro
natum et publicatum Uidisti peccatum nisi
vexisse et primam corruisse et tamquam fe
ra quedam peccatum insiliens et alliderens sed
ingressa penitentia releuans et exaltans
medicamentum colunen spe salutis Uidisti pro
phetam arguente audistis et regem phi
losophice penitente Uidistis secante me
dicum saniem colunen defluentem Uidis
tis penitente et mortuum uiuificante Au
distis dicente regem peccaui domino et
prophetam dicentem dominus transtulit peccatum tuum
Uelox confessio uelocior medicina effec
to peccaui solus peniteat Amouit de
us deus et correccio facta est uulnus appa
ruit et sanitas redit sed non sunt hiis prophe
ta contentus Nam post correccionem post
primam post emendacionem post peccatorum
ablucionem psalmum obtimum conscripsit
ita ut etiam posteris generacionem fiat illius
passio medicina et illius naufragium sit
aliis portus Et quibus ille uulneratus est
et emendauit alii in eadem incedentes
ipsa possunt uti medicina et emendacione
sanari Sed nunc uideamus quid dicit psal
mista et cum sincero affectu audiamus
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam
tuam Et secundum multitudinem miseracionum
tuarum dele iniquitatem meam Quid amplius
queris O dauid presencia graciarum agens in
clemencie gloriam quia ablatum est peccatum
tuum sed uolo inquit et cicatricem extermi
nare ablatum est uulnus uolo et pulcri

tudine temporis. Ideo dicit Miserere mei deus
Ad misericordiam inquit confugio ad communem
peccatorum portum. Nec enim confido operi
bus meis si quid boni forte feci. Miserere
mei deus quia misericordia tua inestimabilis
est omnem excedens sermonem interpretantis.
non quies peccatorum consolacio iustorum
cautela. Non enim solummodo peccatores salua
tur si et iusti misericordia custodiant. Audi denique
quid petro dixerit christus columpne et fun
damento fidei qui ob robur confessionis
vocatus petrus dicente domino Tu es pe
trus et super hanc petram edificabo eccle
siam meam. Et iterum Simon inquit symo
quociens voluit sathanas cribrare sicut
triticum et ego rogaui pro te ne deficeret
tua. Vides qui iusti misericordia indigent ut
ex peccatoribus misericordiam et beatus paulus
primam talis est factus. Gracias inquit a
go qui me confortauit christus quia fide
lem me habuit constituens in ministerio
Qui prius fui blasphemus et persecutor et
contumeliosus. Quomodo ergo saluatus
es o beatissime paule. Sed propter hoc inquit
misericordiam consecutus sum. Vides et
iustum primam saluatum. prius quippe
ecclesiam dei persequebatur et alios incarcerare
detinebat et detrudebat ac tamquam sin
gularis ferus vineam domini deuastabat
prophetas legerat et prophetarum ignorabat
Patria lege doctus doctorem legis nescie
bat. Quomodo ergo misericordiam consecutus est
Saule saule quid me persequeris. O ineffa
bilis misericordia dei quo usque descendit. Quid me
persequeris. Patrem inquit suum imitatur
Nam et ille populo hebreorum dicebat Po
pule meus quid feci tibi aut quid mole
stus fui aut quid contristaui te respon
de michi. Et filius eius saulo dicit Sau
le saule quid me persequeris. Quid ergo
ille Quis es domine. Ilico donacionem con
fitetur. Vidisti a deo quo pietate. Vidisti
humilitatem famuli dicentis quis es domine
Ego sum inquit ihesus quem tu perseque
ris. O ineffabilis sapiencia domini. Quare non
dixit ego sum filius dei ego sum in princi
pio verbum ego sum qui in dextra dei pa
tris ego sum qui in forma dei consisto
ego sum qui celum extendi ego sum qui
terram super aquas fundaui ego sum qui
mare diffudi. Ego sum qui ubique presens su
et omnia repleo ego sum qui semper sum

et natus sum. Quare non dixit magna
illa et admiranda preconia. Sed quid ait pia
benigna pietas et ineffabilis clemencia. Ego
sum nazarenus de infimiori loco de parua ciui
tatula. Cur autem semetipsum de humiliori
loco nominat. Nesciebat enim persecutor. Si
enim sciuisset non utique persequeretur. Igno
rabat qui de spiritu sancto natus est. Nam
quod de nazareth erat non ignorabat. Si
ergo dixisset ei qui filius dei sum ego et in
principio verbum qui celum feci et astra or
naui habuit dicere alter est ille et alter ego
persequor. Intellexistis karissimi que dixi
Si dixisset illi magna illa et excelsa mis
teria habuit dicere non iste qui crucifixus est
Et ideo dixit ut sciret quia ipse esset qui per
sequatur qui carnem induit qui figuram
serui suscepit qui cum eodem conuersatus
est Cum passus est qui mortuus et sepul
tus. De inferiori loco semetipsum nominat
dicens Ego sum nazarenus quem tu per
sequeris quem tu nosti quem scis qui te
cum est conuersatus. Postea statim dominum
est confessus quia de celis vocantem audi
uit. Tantum quippe descendit dominus quantum
sursum ascendere poterat. Propter hoc et mise
ricordiam inquit consecutus sum. Ideo et
dauid Miserere mei deus secundum magnam misericordiam
tuam. Et secundum multitudinem miseracionum
tuarum dele iniquitatem meam. Nam et cha
nanea ad istum confugit portum Mise
rere mei ait filia mea male a demonio
vexatur. Ubi misericordia flagitatur interrogacio ces
sat. Ubi misericordia postulatur iudicium non se
dit. Ubi misericordia petitur pene locus non est
Ubi misericordia questio nulla ubi misericordia condona
ta responsio est. Miserere michi solummodo volo
Et quid a me expetis quoniam dixit semel quod
misericordiam inestimabilem quero. Miserere mei
deus secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti
magnam edicito quantam. Quanta sit nescio
quod grandis est noui. Quantum autem non
valeo apprehendere nescio magnitudinis quan
titatem non enim comprehendit verbo. Video
namque fructum eius grandem. Nisi enim
in inmensum extenderetur admodum pauca
saluarentur. Hanc nimirum filius eius osten
dit Veniens enim misericordia sua saluauit cunc
tos. Miserere mei deus. O portus omni tem
pestate carens o portus omni tranquillitate
plenus. Gurgite barathri peccatorum meorum
sed multa domini mei humanitatis cautela. Fac

tus est homo ecce mira magna In utero vir
ginali conceptus est qui eras tu ut tu quod
non eras esse posses Hoc ime inestimabilis
magnitudo et ineffabilis Dum esset paruulus
ab oriente nimbus vocauit magos Post
illos publicanum post hunc meretricem post
illam latronem post istum vocauit blasphe
mum O noua vocationis principia Dominabant
demones male orbis gubernabant negocia p
naluerunt peccata impietas omnia possidebat
alij demonibus libabant alij creaturas pro
deo venerabantur Alij in mundicie et omni spurcitie
fruebant Et ipsi qui legem acceperunt per pre
uaricationem legis dominum contempnebant O gau
dij mira dominum cum omnis mundus impietatis con
clusus esset venit creator vniuersitatis et prin
cipia vocationis enotauit ut nullus postmo
dum desperata desperaret salute Si impius es co
gita publicanum si immundus es attende me
tricem si homicida es perspice latronem Si in
iquus es cogita blasphemum Considera paulum
apostolum prius persecutorem postea annunciatorem
prius predatorem postea dispensatorem ante
zizania post hunc frumentum Antea lupum
post pastorem Ante plubium postmodum
dux Ante piratam postea gubernatore ante
dispersorem omnium postea dispensatorem ecce
primo euellente vineam postea plantantem
prius dissipante et postea edificantem Vidi
sti mulierem quondam maliciam sed perspice ineffabile
misericordiam Vidisti superbiam famuli considera be
niuolentiam domini Nolo michi dicas blasphemus
sum nolo dicas persecutor sum immundus sum
Habes omnium confessiones in quem volueris por
tum confugito Vis in nouum vis in veterem
In veteri dauid in nouo paulus Nolo mi
chi accusationes afferas nolo michi ignaui
am tuam pretendas Peccasti penitere milies
peccasti milies penitere Hec assidue animo
do meditamini et timorem incutio Ro
emim multum consue cruciatu pro quanta de
speratio Stat dyabolus gladium acuens et di
cens in hec uerba Omnem iuuentutem tuam co
fudisti omnem uitam tuam perdidisti Anthea
eras in theatro cum amicis in circo cum
sodalibus in lupanari cum meretricibus De
inde rapuisti auaricie studuisti periurasti p
blasphemasti Que tibi iam salutis spes est
Periisti periisti Viue ergo iam potius mire vo
luptatibus dirato in leticia cor tuum Hec dya
uerba sunt ista inimici consilia sed mea contra
ria sunt uerba Si lapsus es potius surge Pe

risti sed potius saluari Fornicatus es sed pote
ris continere Mechatus es sed potius liberari Ad
spectacula proruebas sed potius venatore pede
Cum malis hominibus versabaris potius rece
de et cum bonis esse In utraque parte liberum
habes arbitrium tantum vel parna incipiat
esse compunctio paululum penitere effundant oculi
lacrimam redi ad consciam tuam Considera
temet ipsum propone ante oculos tuos iudicij
diem et paradisi delicias que preparantur Peccasti
sed penitere Mechatus es sed confitere Cecidisti sed
resurge vulneratus es adhibe tibi curam
dum viuis Dum spiras etiam in ipso lectulo
positus etiam si dici potest exanimatus ut
iam de hoc mundo exeas de hac compede
liberis penitere non impeditur temporis angustia
mia dei Quomodo inquis et qualiter Sceleribus
plenus sum viciis refectus Mille crimi
nibus obnoxius non possum in nouissimo
penitere die Potes et valde potes certissime
In exitu tuo cogita deum in testamento relin
que pauperibus Tu illuc vadis et opera tua
manent Nolo michi dicas unde nosse pote
ro si qualemcumque veniam habebo ubi misericordia
dei imploratur questio non expetitur Quando
ille curat nolo diffidas tamen nos vel paululum
comitamur Stat medicus peritus et in vulneras
adhibens curationes et non interrogas quo
modo curans Sed concedis arti suo concedis
et misericordie domini non concedis Noli dicere quo
modo sed magis admirare et glorifica Nam et
ego te condempnabo interrogabo quomodo latro
saluatus est quippe qui omnem uitam suam
cruenta habuit homicidijs professionibus
deceptionibus mille obrutus malis et non
penituit dum adhuc esset in terra Ab hominibus
quidem propter scelera suo condempnatus a deo autem
per bonam confessionem coronatur Filius dei
iuxta non erat dum in crucis clauis affixus
pendebat iam iamque moriturus non desperat
uit salutem suam et certe satio eius venien
tente Sed hic confessus est dominum penitens
factis suis et paradisi ianuam meruit aperire
O latronis admiranda fides et mirifice conuer
sum fecit et intrauit regna celorum Sed
quemadmodum inquit saluatus est dixere tu
bus Audi uerba latronis memento mei inquit
domine cum veneris in regnum tuum Et tantum
preualuit primo preualuit confessio adiuuante
misericordia dei Et quia ex animo penituit
et confessus est dominum esse christum paradisi incolam meru
it esse colonus Si me interrogas quomodo

nescio quomodo ne ante expertus qualitate
Saluari tamen modo cupio non requiro curatio
nis fimbriam libari cupio de egritudine nec
interrogo medicine racionem Si potes dicere
quomodo deus est nosse potes quemadmodum
deus miseretur Interrogabo te et ergo dicito
michi Quomodo adulteri quomodo molles quo
modo masculorum concubitores quomodo fures
claustra carceris habitantes Ille accusaciones
inimici amarissimi peccatis iudiciaria immi
nens parata carnifices et ad nutu regis di
mittuntur Rex homo est mei similis et meus
conseruus Quid enim si purpura circumdatur
sed nichil mea substancia amplius habet Una natura
par condicio Sic ingrediuntur mundum pariter
egrediuntur e mundo Ipso spiritu sustentatur et adim
timentis et prius a periculis premendi soluuntur
Si hoc facit homo mortuus quanto magis
deus angelorum et archangelorum dominus si so
lummodo annuerit saluare potest Et rex quidem
qui dimiserit e carcere penam donat non pec
cata Deus autem peccata dimittit Si dixerit ad
ultero iam nolo ut adulter sis verba statim
vertuntur in opera Si dixerit fornicatori cessa
ab inmundicia tua illico meus eius in melius
mutatur Et ut scias quia ita est dixit fiat
celum et factum est celum Precepit sic terram
et verbum eius in opere cessit Volo fieri lumina
ria statim facta sunt et astris completum
est celum Sol et luna precepto eius conspirat
cursum suum Volo fieri angelos et in puncto
temporis tanta milia facta sunt Et qui ex nichilo
hec omnia fecit si vult sermone suo tua peccata
non valet solvere et post ruinam in angelicum
constituere gradum Quid enim est peccatum ad domini
misericordiam Tela aranee vento flante impetum com
paret Si deus voluit nullus impediet Hec
dico non ut negligenciores vos faciam carissi
mi sed ut ad fidem vos salutaris exspectacionis
adducam Nunquam desperes de vobis sed de di
confidite misericordia Desperate potius de illo qui dese
sperauit qui reuocare pedem non vult qui
dei precepta contempnit et despicit et non se co
gitat esse moriturum Considera ergo mi ca
rissime prophetam istum post grauia peccata sanc
ti post tantam ad dominum fiduciam post multi
tudinem virtutum post tantos triumphos publi
cantem semet ipsum et dicentem Miserere mei de
us secundum magnam misericordiam tuam In immensi
tatis pelagus memet ipsum extendi ad domini mi
sericordiam Quis amplius queris O david au
di prophetam nathan dicentem Dominus dimi
sit peccatum tuum Non quero solum peccata dimitti
michi sed et decorem meum pristinum quero Et
secundum multitudinem miseracionum tuarum dele
iniquitatem meam Vide quid querat dele in
quit et amplius laua me plus aliquid quero
maiorem honorem maiorem graciam Ampli
us laua me ab iniquitate mea et a delicto meo
munda Quid enim dignum fecisti ut hoc tibi fi
at Attende diligencius verbo et temet ipsum ap
pende misericordia dei Inestimabilis est sine fine e
que comprehendi non potest Superans omnem sen
sum vincens omnem cogitacionem ¶ Sed quia
talis est misericordia domini tamen non ut homines
manus conferunt remissionis fient Unde
Vult quidem a nobis deus misereri quidem
sed non passim miseretur prouocat nos et dicit
Da et tu aliquid ut peccata nulle scelera spe
cifisti Habes onera delictorum volo allevi
are pondus tuum Da et tu manum tuam Non
quia ego tui egeo sed quia volo tibi aliquid co
ferre ad tuam utilitatem Quomodo ergo latro
saluatus est et tanta soluit peccata Solo eu
ius prouocatum et fide sua tamquam adminiculo
usum in eo quod dixit Memento mei domine in
regno tuo Quid contulit deus saluti istius
remissionis vides peccatorum Quid vero intu
lit latro Iudicium salutis sue confessionis fi
dem qualem grande excelsam nimis ce
lum tangentem Quomodo ergo dicam in dei
viderunt mortuos suscitatos leprosos mun
datos demones fugatos mare imperatum
piscem staterem portantem stellam rutilantem
magos concurrentes herodem turbatum
hec omnia videntes crucifixerunt xpm Latro
vero nichil horum videns sed considerabat
spinis repletum crucifixum aceto potatum
et felle Et cum omnia videt non est scandali
zatus sed regem celorum confessus est Vides
qui non sine causa magnam confessus est
qui et ipse fidem intulit ad salutem suam
Matheus et publicanus aliena auferens
iniuste quomodo saluatus est Cui ihesus nam
ipsis dixit ad eum Veni sequere me Qui
statim exurgens secutus est eum Et sic
latro confessionem intulit sic publicanus
obedienciam suam et meruit in apostolatus ordi
ne collocari Sicut enim cum quidam grauiter
egritudine vexatur et multis modis indi
get medicaminibus et attenuatus est pro p
tibus si intrauerit ad eum medicus et dixe
rit ad eum qui egrotat plures species
ad confectionem medicaminis esse necessarias res

pondeat nō egrotans non habeo unde ta
tas species emam paupertate detineor dicit
ad eum medicus Illam et illam da michi
precium tu certa de meo prestabo Sic et de
us dicit da michi confessionem tuam et la
crimas penitencie cetera autem pro hoc mi
sericordia mea et benignitate prestabo Ideo
que rogat dauid ut multum ab iniquitate sua
lauetur ¶ Quid ergo pro hoc munus intulit
Dixit Miserere mei et cetera usque Laua me ab
iniusticia mea et a delicto meo munda me Quod
obtulit Quoniam inquit iniquitatem meam ego cog
nosco Uicissitudo est Deus dat et si qui
salvificatur reus Dedit dominus ymaginem suam
dedit et qui peciuit confessionem peccatorum
suorum Paruum quidem sed quod habuit Quid
dabis o dauid ut saluari possis ut mise
atur meditacionum Quoniam inquit iniquita
tem meam cognosco Et esse pot homo
qui non agnoscit peccatum suum Quanti sunt
peccatores et sceleri degent quanti rapiunt et
nolunt intelligere qui iniqua agunt Quanti
deuastant viduas et pupillorum diripiunt
facultates Quanti concupierunt aliena mat
rimonia Quanti tribulant orphanos et agnos
ce nolunt super uentura sibi calamitatem
Quisque et fiducialiter que mala sunt agunt
et ne ingemiscunt nec lacrimam proferunt
neque confitentur Quomodo ergo possunt
hii tales saluari nescientes nec agnoscen
tes facinora sua nec dei iudicium pro oculis
habentes Vidisti regem exomologesim
facientem et dicentem Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco et peccatum meum contra me e
semper O ingenuitas anime o mentis in
tegritas Non est oblitus peccati sui et iniqui
tatis Dominus concessum sibi sit Ille in
conscientia sua sicut tamquam in ymagine ad
ulterium et homicidium depictum habebat
et per singulos dies videbat putredinem et ideo
dicebat Et peccatum meum contra me est sem
per Ego illud video tu id ne consideres E
go illud scribo tu queso domine dele Vide
enim quid sit Sed tu memor sis deus non
erit memor Si tu eius oblitus fueris deus eius
memorabitur Ego sum inquit dominus qui deleo
iniquitates tuas Tu vero memor eorum es
to Ut quid ergo vis ut memor sim Ut gra
cior sit inquit misericordia mea ut sencias
quid tibi concesserim Si enim semper memor
fueris cumuli peccatorum tuorum eris memor
et magnitudinis beneficiorum dei Concessit

tibi sed tu ne obliviscaris Et non ero memor
tu autem semper recordare Tales erant sancti
virtutes suas non meminerat sed peccatorum su
orum memoriam renouabat Non sicut mali
homines peccata sua obliviscuntur et celare cu
piunt Si quid paruum aut boni fecerint in me
dio ferunt et omnibus probare festinant
¶ Fecisti aliquid boni cela illud ut dominus tuus
videat et ipse laudet Vel si iactanter aliquid
boni feceris gloriam ab hominibus recepisti Fe
cisti malum memor esto ut dominus tuus id
obliviscatur Concede domino tuo Si dixe
ris vidisti ea dominus tuus si dixerit auge
bit ea Quomodo ergo dicitur tuum dederis in
opere rogatus Quid dicis Vidi pauperem esu
rientem et paui eum Et ipse dicit Esurientem
vidisti me et pauisti Permitte illi qui potens
est dicere granditer concede illi dicere et exalta
re Peccata autem tua dicito ut deleas illa Si con
fundens alium dicere quia peccasti dicito ea co
tidie in anima tua Non dico ut confitearis
suo ut tibi exprobret dicito deo qui curat
ea Nec enim si non dixeris ignorat ea deus
Quid a te vult ea confiteri tunc faciebas
ea Iusto erat tunc admittens non erat Pec
care non erubuisti et confiteri erubescis Dici
to in hac vita ut in illa requiem habeas Di
cito ingemiscens et lacrimans in codice scrip
ta sunt peccata tua Spongia peccatorum tuorum
lacrime sunt grandis eorum virtus Dicam
tibi quid valeant lacrime Attende dilige
tius Quid martiribus maius qui animam
suam posuit pro domino suo Grandis gloria
martirum Martires effundunt sanguinem pec
catores effundunt lacrimas Meretrix illa
non fudit sanguinem sed fontes lacrimarum
profudit et deleuit peccata sua Et quid di
cam de meretrice et immunda muliere Columpna
ecclesie et fundamentum fidei princeps apostolorum
petrus ad ancille vilissime muliercule in
terrogacionem tercio negauit dominum Neque sanguinem
fudit Nonne amare fleuit fundendo lac
rimas et abstersit peccatum suum et recepit pris
tinam dignitatem Ecce habes codicem ubi scri
bis cotidianum expensum habeto codicem
conscienciam tuam et scribe peccata cotidiana
Quando accubueris super stratum tuum et
neminem infestum pateris antequam veniat
tibi sompnus profer in medio codicem con
scienciam tuam et reuisite peccata tua si quid in
verbo seu in facto vel incogitacione peccasti
Hec enim dicit propheta Irascimini et nolite peccare

que dictis in cordibus viris et mirabilibus
viris conprimigium. Per diem non habuisti tempus
quod obseruasti iudicio tuo et iniunctum negocium
tuum et confabulacio amicorum et domestica
necessitas et filiorum cura et uxoris sollicitudo
do et milicie timor et mille te circumdederunt
curas. Quando in lectulum tuum veneris et pro
pono membra concedas ad tranquillum portum
tibi remoto nemo molestus est nemo pul
sat dictis in corde tuo et anime tue expendi
nunc diem. O anima quid boni fecimus et
quid mali operati sumus. Et si quid boni fe
cistis gracias age deo si quid mali deteco ne fa
cias. Et reminiscens peccatorum tuorum effunde
lacrimas et potens in lectulo tuo poterus ea
delere. Roga deum tuum et sic permitte animam
tuam soporari. Confessus peccata tua facito te
metipsum racionem et ora miam dei et inne
mes requiem. Quid graue aut quid moles
tum positum in lecto cottidiano deflere pec
cata. Cum reputare tibi tempus tamquam in
eculeo suspende cogitaciones tuas et vngu
la timoris dei radito eas propone tibi timore
gehenne superducito ei sectilire ictum non
hutem dolorem. Iudicium facito tibi metipsi
terribile remora. Para confessionem cogita
cionum tuarum ut non in futuro die ignaviori sis
ad persoluenda peccata. Quoniam iniquitatem meam
ego agnosco et peccatum meum contra me est
semper. Tibi soli peccaui et malum coram
te feci. Quid est quod dicit. Non timebam enim
qui in nullum passus est miles erat meus
iudicare me non poterat sed sollicitus sum
propter te ne tu a me exigas penas. Ut iusti
ficeris in sermonibus tuis et vincas tu
iudicaris. Quid est quod dicit peccaui tibi confitear
iudicium et iudicet qui vincat. Quomodo quia
uidet dominus sine intermissione voluntate semper
iudicari cum hominibus propheta dicit. Audite
namque conualles fundamenta terre quoniam
iudicium est deo ad populum suum. Et iterum alibi.
Popule meus quid feci tibi aut quid contri
stavi te responde michi. Et iterum alibi. Audi
celum et auribus percipe terra quia dominus lo
cutus est filios genui et exaltaui ipsi autem
spreuerunt me. Et vbique unde deum iudicare
cum hominibus dicit ei. Apud te victorie ut
iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum
iudicaris. Hominem agricolam regem feci
sti prophetam constituisti. Victoriam michi in
pugna dedisti gigantem superare fecisti non
virtute corporis sed virtute fidei. Purpuram

induisti diuicias michi dedisti plurimas. Ut
iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum
iudicaris. Si dixeris peccata mea et non dixe
ro ego condempnabor. Propterea misericordia opus
habeo. Et enim incerta et occulta sapiencie
tue manifestasti michi. Quia dicit regem
dicit et prophetam. Sic me honorasti ut et fili
um tuum reuelares michi et notum faceres.
Dicit quia filium habes et si thronus tuus
sit dicit quia futurus est homo. Annuncia
in vniuerso mundo gaudia aduentus eius. Et
quia pati haberet pro salute humani generis et quia
crucifigendus esset et sepeliendus resu
rrecturus a mortuis sine corrupcione et
quia ascensurus in celis. Dixi descensio
nem eius dixi resurreccionem eius. Dixi as
censionem dixi sedem eius in dextera pa
tris. Dixi vocacionem gencium dixi congre
gacionem ecclesie dixi iudeorum expulsionem infidelium
dixi apostolorum eleccionem. Incerta et occul
ta sapiencie tue manifestasti michi. Et
ubi hec manifestauit. Audi hunc ipsum pro
phetam quomodo descensionem eius de celo
dicit. Descendit sicut pluuia in vellus. Quoniam
adueniens filius dei non sit cum fulgore
aut cum tonitruo neque cum strepitu ne
que cum exercitu angelorum neque munda dei
tate. Si enim sic venisset vniuersa intus
creatura quod non montes conualles portu
erunt. Quippe qui respicit super terram et fa
cit eam tremere qui tangit montes et fu
migant. Nam si undam suam ostendis
set sol utique extingueretur luna non ap
paret mare exsiccaretur. Propterea silencio et
tacitus veniens nemine senciente neque ipso
dyabolo sed venit silencio in uterum virgi
nis. O noua et ineffabilia et miranda rerum
mysteria. Lapides comprimunt et mater nul
leditur. Montes thabescunt et virginis
uterus dominum in se gestat. Quid dicam
aut quid loquar quo digno sermone pro
nunciem. O anima hereticorum dicite michi quo
modo ancilla dominum portabat quomodo creatura
creatorem. Cum interrogas que sursum sunt
dicito que deorsum sunt. Cum ubique quo
in matris utero erat et in throno maiesta
tis sue sedebat si me interrogas nescio fi
de credo non comprehendo cogitacione. Et
quia silencio erat venturus non terrens
non conturbans descendit inquit sicut plu
uia in vellus. Iustum enim descendens plu
uia sonum reddet super lana aut et vellus

descendens nullu sonitu dabit Mollices i-
lane solent sonu pluuie descendentis Et ut
dictas qui silencio uenit non terrens non
conturbans non perdens non extimans de-
scendit inquit sicut pluuia in vellus Dixis-
ti descensionem silencio sciam dicito et prodi-
cionem eius Qui edebat inquit panes meos
multiplicauit adversum me supplantacionem
Dicito et pugnam iudeorum Inpugnabant
me gratis Dic et consilia iudeorum adversus
xpm mala Quare fremuerunt gentes et po-
puli meditati sunt inania Astiterunt reges
terre et principes conuenerunt in unum adversus
dominum et adversus xpm eius Dic et crucem
eius Foderunt manus meas et pedes me-
os dinumeraverunt omnia ossa mea Dic ci-
bum et potum Et dederunt in escam meam
fel et in siti mea potaverunt me aceto Dic
et insultaciones iudeorum Speravit in domino
eripiat eum salvum faciat eum quoniam vult eum
Dic et sepulturam eius Posuerunt me in lacu
inferiori Dic et resurreccionem eius Quoniam non
relinques animam meam in inferno nec dabis
sanctum tuum videre corrupcionem Dic et ascensi-
onem eius Ascendit deus in iubilo dominus
in uoce tube Dic et chorum virginum Addu-
centur regi virgines post eam Dic eleccionem
apostolorum Pro patribus tuis nati sunt tibi
filii Dic et baptismum Super aquam refeccionis
educauit me Dic et misteria Parasti in con-
spectu meo mensam adversus eos qui tribu-
lant me Dic et unccionem Inpinguasti in oleo
caput meum et poculum tuum inebrians quam
preclarum est Dic et peticionem Postula a me
et dabo tibi gentes hereditatem tuam Ecce
enim incerta et occulta sapiencie tue manife-
stasti michi et iniquitates meas dele Quid
uis o propheta quid desideras soluta sunt pacta
tua intempta est pena tua Non inquit suf-
ficio hiis auarus sum ad petendam miam
dei Non dominum meum esse clemente propheta
eram prius volo et nunc esse propheta et illam
prophetie fiduciam illam scilicet spiritus graciam Auola-
uit quippe a me sicut columba fetorem pec-
catorum meorum senciens volo pristina recupera-
re graciam Ante faciem tuam apertis meis
et omnes iniquitates meas dele Dicito manife-
ste quid velis Cor mundum crea in me deus
O ingeminatas prophete o desiderium ardens ut
loquaris michi iterum quero ut et ego
tibi loquar amiciciam illam et familiare col-
loquium quero Quid enim quia liberatus a

pena sum securus esse non possum Michi
maior pena est frandari colloquio tuo Dum-
inus enim substanciam tuam videre non possum
in visibilibus namque perdesidero tuo opa tua
vidi et exultavi Non vidi te sed vidi celos et
exultavi et dixi Celi enarrant gloriam dei
Conspexi terram et dixi Domini est terra et
plenitudo eius Vidi mare et dixi Tu con-
firmasti in virtute tua mare Vidi diem
et noctem et clamavi Tuus est dies et
tua est nox solem et lunam tu fecisti Vidi
montes et dixi et altitudines moncium ipsius
sunt Sicut qui amat eciam si non vide-
at quem amat tamen et si talamum
eius videat inde videtur quem desiderat
sic et ego curiose universam creaturam tam-
quam catulus sciens ut odorem sciencia-
tis tandem aliquid domini sui presenciam inveniatur
inde Et dico sicut cervus desiderat ad fontes
aquarum ita desiderat anima mea ad deum fontem
vivum quando veniam et apparebo ante
faciem Rex inquies es purpura indutus
es dyademate ornatus Non quero inquis
ista decorem meum quero et splendore
prius contempno umbram per tuseb(?) scenosa
quesque folia sunt ista et nox et sompnium
et fenum et tamquam tela aranee Gloriam me-
am quero non possum ferre castigacionem
non suffero dilacionem qui fiduciam perdidi
turbatus peto Cor mundum crea in me
Et non solum hoc quero sed inhabitantem in
eo Et spiritum rectum innova in visceribus meis
Bene dixit innova Denno namque fabri-
canda est domus quam nunc inveterauerat
peccatum rogo ut innovet gracia Et proh^e mu-
nere quid michi dabis o dauid Docebo i-
niquos vias tuas et impii ad te co-
nuertentur Si accepero spiritum disputabo orbi terrarum
et dicam omnes gentes plaudite manibus
iubilate deo in voce exultacionis Quoniam dominus
excelsus et terribilis rex magnus super omnem
terram Si accepero spiritum dicam Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuo-
rum Doceam iniquos vias tuas et impii
ad te convertentur Et videte crimine ubi
erunt Non in molas in oves non offeras
vitulos et arietes Sacrificia hiis non de-
lectaris sed que filii tui sunt Vis conversionem
gentium abolicionem peccatorum Quoniam si voluis-
ses sacrificium dedissem utique holocaustis
non delectaberis Cuma ergo nolo ista quid

michi dabis Habeo et aliud sacrificium quo
delectaris Sacrificium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non spernit
Imo sacrificium maximum humilitas est Sol
ue peccatum et da michi spiritum sanctum Hoc sacri
ficium humilitatis multo melius est quam inde
orum Nam et tres pueri illi etate iuuenes
senibus prudentiores pauci sed superantes mul
tos captiui sed fortiores rege qui amiserunt
quidem patriam et non perdiderunt fidem
Nudi sed vestiti pauperes sed habundantes servi
sed liberos precellentes Qui flammas ardentes
conuerterunt in rorem Qui elementa na
tura demutauerunt qui ignis obtuderunt
virtutem Quos alligauit tyrannus et sol
uit ignis lamentabant et dicebant Pecca
uimus iniuste egimus iniquitatem fecimus
et non princeps neque propheta neque locus
primiciarum ad sacrificandum ut inuenire
possimus misericordiam Sed in anima contribulata
et spiritu humilitatis fiat sacrificium nostrum Et hec
non sua scelera deflebant que nec dum
admiserant Sed quasi boni aduocati pueri
conscia pro populo qui in captiuitate erat con
stitutus rogabant dominum Cor igitur contritum
et humiliatum deus non spernit Hic sollicitius
intendite pro salute enim vestra sunt que
dicuntur Omnes quippe vos doctores fieri
No volo omnes perfectos omnes monachos non
ut coniuges non habeatis sed ut ceteras virtutes
habeatis et possideatis que vos deo commen
dare possunt Monachus enim non solum
propterea dicitur quia vxorem non habet sed quia
religione dei et seruicio ipsius mancipatus
est et cura illi est quemadmodum deo non
seculo placeat Et qui magis elegit castitatem
que dei cura est et spiritus sancti habitatio Vo
lo ergo vos in religione dei feruere Quid ergo
est quod quinquies confessus est rogauit obsecra
tus est deprecatus est lacrimas fudit cor mun
dum petiit fidem dedit Videndum si quod que
siuit inuenit Multam ergo in vos alacrita
tem multum gaudium Delectatur namque guber
nator cum videt prosperiores flare ventos Vn
darum quidem eleuationem non video sed in
deo multitudine conuenientes se et non rece
dentes Et aures patulas et attentos oculos
vos constringi quidem corporaliter sed mente sta
bili dilatari sensum ad audiendum verbum dei
Nam quod queritur hoc est orauit rogauit obse
cratus est deprecatus est Deposuit penam li
beratus a peccato Quid ergo queritur si ad priore

redditur fiduciam si prius emeruit graciam si quod
petit accepit Cor mundum crea in me deus et
spiritum rectum innoua in visceribus meis Videte
carissimi quantum potuit penitencia ut priori eum
redderet dignitati qua pollebat antequam caderet
Attendite que dicuntur de confessione de repe
ticione spiritus de propheta gracia Quinquagesimum
scripsit psalmum Post hunc vero sexagesimum
septuagesimum et octogesimum et nonagesimum
Hic ergo quidam dixerit quid enim si scripsit psal
mos sed non spiritu sancto non enim recepit spiritum sanctum Inter
rogemus eos quomodo scripserit humana magis
sapientia deseruerat enim eum spiritus sanctus Primum
quidem ei concessum est sed spiritus reditus
non est Ipse quidem petiit sed ubi accepit no
uimus ubi illi rursum dederit deus eo
quod ecce reddidi tibi quod amiseras Attendite
diligenter Scripsit quinquagesimum psalmum de
inde sexagesimum et ceteros per ordinem Scrip
sit autem et alium psalmum qui est post C
ix Dixit dominus domino meo sede a dextris
meis donec ponam inimicos tuos scabel
lum pedum tuorum Hunc psalmum post
passionem domini competit aptari cum consummatis
omnibus ascendit ad patrem Quinquagesimus
vero est in quo se dicit recepisse spiritum sanctum Ille
autem centesimus nonus vel in quo se di
cit recepisse spiritum sanctum Dixit dominus domino
meo sede a dextris meis Videndum est sicut
ceperam dicere si post peccatum et penitenciam recepit
spiritum sanctum Vbi ergo ostenditur quod recepit
Audi quam omnia operatus est Christus Mare frena
uit leprosos mundauit demones effugauit
malicia exterminauit paraliticum solidauit Vox
desuper intonuit Hic est filius meus dilec
tus in quo michi complacui Iohannes baptista te
stimonium perhibet Ecce agnus dei ecce qui tol
lit peccata mundi Res ipse clamabat spiritus venit
super eum in specie columbe Iam ergo incipi
ebat ascendere crucem vocauit eos et dicit
eis Quid vobis videtur de Christo cuius filius
est Ante hoc vos non interrogaui quia nec
dum vobis probamenta deitatis mee osten
deram Cum autem elementa omnia deitatem
meam ostenderint et pater desuper intonuit
et dixit me carissimum suum esse filium Post
quam doctrinam meam omnibus manifestaui et
viam veritatis ostendi signis et prodigiis
et virtutibus nunc vobis dico quando ne vin
dicam quidem contradictionis habeatis Quid vo
bis videtur de Christo cuius filius est Dicunt
ei ingrati et vecordes Dauid filius est Re

gantes salz deitatem eius et volentes dicere quod dei filius esset Dicit ad eos dominus Et quomodo david in spiritu sancto vocat eum dominum dicens Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum Videtis ergo carissimi solutam esse questionem Quam non per sapientiam mundanam neque per secularem prudentiam locutus est david sed per spiritum sanctum futura predixit ipso domino testimonium perhibente eo quod recepit post primam spiritum sanctum Inter quinquagesimum enim psalmum et centesimum primum nonum grande intervallum est et temporis et ordinis Si autem spiritum sanctum recepit primo quia recepit solutum est pactum suscepta est prima restituta est gratia Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innova in visceribus meis Vides quod iterum ad pristinam redit dignitatem Iterum propheta virtutis et gratie iterum de christo annunciat et dispensationis eius predicat mysteria Videtis carissimi quanta est penitentie virtus et compunctionis ad eum ab operibus malis Hic enim sanctus david non solum cum in corpore esset placuit deo sed et post mortem suam vivis invenitur prestitisse grande solacium Contigit namque temporibus Ezechie regis allophilos civitatis iudeorum gentes circumvallasse civitatem Jerusalem Et cum esset Ezechias vir iustus rogavit dominum et prostratus lacrimis deprecabatur ultionem de adversariis postulans Venit ad eum ysaias propheta et dicit Ne putaret ille quia iustitia sua exauditus est et certe iam defecerat david et habebat multos annos requiescens Quid ergo dicit ei Protegam civitatem propter hanc me et propter david servum meum David mortuus est et merita eius vigent Mirum ad mirandam o ineffabilis clementia dei homo mortuus vivo procuratur Dixistis et per consummationem inexpugnabilis pugna vivorum Propheta omnibus gratias agamus deo et tales nos exhibeamus in hac vita quo possimus invenire requiem sempiternam cum sanctis eius per dominum nostrum ihesum christum cum quo est deo patri una cum sancto spiritu honor gloria potestas et imperium per immortalia secula seculorum Amen

Explicit de psalmo quinquagesimo Et incipit de psalmo centesimo vicesimo secundo

Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis Propterea nos inimici supplicia et tribulationem patimur anime sepius coguntur Ecce enim iudei qui semper habebant oculos suos intra qui temporalia cogitabant qui egiptiorum et assiriorum confidebant auxilio qui murorum propugnaculis tegebantur qui cumulo fulgentis auri tumebat post captivitatem suam post ruinam patrie omnibus privati delitiis ad divinam dexteram confugerunt et tremens cogitationibus sperantes excelsa postulant Et everso templo ad celos oculos elevaverunt et de celo dei misericordiam flagitabat et de deo presidium sue captivitatis implorabat Et nemo miretur quod deus dicitur in celis habitare non enim tamquam conclusus aliquo loco vel aliquibus limitibus occupatus sed celestibus potestatibus requiescens Nam in hominibus dicitur sicut ait Inhabitabo in vobis et inambulabo in vobis Igitur isti apud barbaros multorum peccatorum merito ratione valuerunt scire quod ubique deus subvenit invocatus Et cum propheta nonam comparationem id est etiam iam radiare et locorum abstractionem sensum et figuratum mutanda esse testatur Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum et sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri Perpetuam stabilem reverentiam immotam fidem Non parvo tempore se se rogaturos pollicentur sed perhennem deprecationem se facturos ostendunt Et ideo se famulis comparavit quibus omnis spes in dominorum cura consistit nec aliunde presidium est Quippe cum dominorum sollicitudine alimonia salus pax vestimenta suppeditantur omnemque conditionis curam non de se confidant et hec ad dominum donec receperint non recedunt et cum acceperint gratias confitentur et hoc perpetuo gerunt David igitur demonstrare festinans quod ab eo solo solacium postulant et quod perpetuo deprecantur et quod nulla spe nisi dei misericordiam consolantur et quod sua bona tamquam servorum peculia ipsi possunt sumi et ancille personam Et qui antea mutabantur ad eum et nimis elati fastidio non obtemperare curabat sola calamitate coguntur et captivitate mutantur et se ab eo numquam recessuros pollicentur donec eius misericordiam inveniantur Donec inquit misereatur nobis Non dixit donec mercedem reddat aut donec mitem restituat sed donec misereatur nobis Et nos igitur continua deprecatione deum instigare et si accepimus et si non accepimus ne recedamus Nam cum hoc sanis inconstans accipies Nam si in imperii iudicas agrestem mitem vivus

vidue assidue verba fluxerunt tu quam potis veniam premeri si ad fundendas preces aliquo fueris fastidio superatus inspice famulos dominorum vestigiis inherentes et in perpetuum mutu solliata observatione pendentes Hos imitare hos sequere Obsequium domino quod debes exolve et servicio tuo eum placare festina et omnia pretermittens illius precepta confirma et facile potis sentire que postis Miserere nobis domine miserere nobis quia multum repleti sumus despectione multum repleta est anima nostra Vidi mente dolore contritam salutari vina deprecantem et urgentissimi supplicii labore proclamantem Sicut et daniel ait Tam diminuti sumus ultra omnes gentes super terram Hoc et iudei clamabant omnes terminos calamitatis excessimus amisimus patriam perdidimus libertatem Captivitatis vincula sentimus barbarorum tenemur obsequio Contempti vivimus suspecti anhelamus fame conterimur sitis urbe laceramur omne tempus tormentis exemptum est ideo subvenii miserere multum repleta est anima nostra Et ipsa inquit anima iam deficit calamitatis continuatione tantarum Et multa quidem tollerabiliter patimur adversa nos autem etiam solatium sufficiente amplius lugemus lacrimamus lamentatione conterimur Et qui datis sibi honoribus non sunt usi competenter sed largitis beneficiis abusi invenerunt contrariis corrigimur Et hoc deus ubique facit sic et adam cum paradiso utiliter habitare noluisset pulsus e paradiso erudivit Et coniuge pari honore gloria tamen proprietate servitute deterioratum utilem melioremque constituit Sic et iudeos libertate superbos deliciis fastidiosos iugo reddidit servitutis ut captivitate dediti et ministris traditi corrigantur Oblivium exprobrando et desperato superbis Hoc frequenter admittitur hoc assidue comprobatur Semper superba cogitantes repentina humilitate obviant Nichil enim superbia detestabilius nichil arrogantia crudelius reperitur Propter hanc temptationes propter hanc dolores propter hanc gemitus propter hanc mortale corpus est propter hanc cordibus sollicitudines ingeruntur ut anima undique tormentis obsessa et turbelis effrenata suppliciis superbie tacitum delinquat Non igitur fratres adveniente forsitan aliqua temptatione terreamur cum sumus hanc esse probis sed prophete verba teneamus qui dicit Bonum mihi domine quod humiliasti me ut discam iustificationes tuas Calamitate pro remedio et voluptate pro medela sentiamus Et temptationi prodesse nos sentiamus ut sed refecti quieti possimus Per dominum nostrum Ihesum Christum viventem et regnantem cum patre et spiritu sancto in secula seculorum Amen

Incipit de psalmo Centesimo quinquagesimo

Laudate dominum in sanctis eius Alius inquit in sanctos eius Alius in firmamento eius aut de prophetis aut hic aut inter viros sanctos et vitam sanctitatem aut inter sacerdotum Vide liber quo fine concluditur et qua iustitia terminatur agnosce Habuit de gratiarum acceptione principium et finem de gratiarum actione sortitur Ita enim decet sic venit Debemus laudatione semper et opibus et orationibus principia finesque munire Et ideo paulus ait Omne quod facitis in verbo et in opere gratias agentes deo patri Ideo et orationis nostre profertur idem prefatio Nam dicentes pater noster decantemus beneficiis gratias confitemur et divinas largitates hymnis vocabuli invocatione monstramus Nam qui dicit patrem etiam filium confitetur Designat iustitiam sanctitatem redemptionem peccatorum remissionem confessionem spiritus largitatem Nam hec debent omnia preceri ut filium possimus et nato patrem invocare valeamus Aquila autem aliud etiam significative interpretatur dicens in sanctis eius id est inter sanctos suos Divina talem humanam conversationem patefecit ut homines angelos demonstraret Et ideo postquam dixit in sanctis suis addidit in firmamento virtutis eius Et aliud enim sentire arbitror sicut in priore psalmo Ita et sicut ibi ait Laudate eum omnes angeli eius hoc et hic facit dicens Laudate eum in firmamento virtutis eius Nec cessabat laudationis sue principes celestes accipere potestates Laudate eum in virtutibus Alius ait inter potentiam eius inter virtute eius inter mirabilia eius inter fortitudine eius que terrestres et celestes potestates que conter que singulatim que pretio demonstratur Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius Sed dicis Quemadmodum laus potest eius magnitudinem coequari Non hoc ait sed ut eius magnitudinem cogitans inquantum possis ad eius laudem amplius attendas Et licet digna tante amplitudini laudatio professioni conveniat ac tamen tante considerationi virtutis orationem laudis demus atque Audisti et religiosum desiderium audisti inflamatum

mente pia contemplacione humanam velle fra
gilitatem in superare et terram quodammodo de
lictam usque celi altitudinem affectari et
sese deo affectacione nimia coniungere festi
nare. Laudate eum in sono tube. Alius
ait psalterium corum. Laudate eum in psalterio
et cythara. Alius ait in nabla et lira. Lau
date eum in tympano et choro. Laudate
eum in cymbalis et organo, in cordis et
organo. Et alius ait et cythara. Laudate
eum in cymbalis benesonantibus. Lauda
te eum in cymbalis iubilacionis.
Alius ait de designacionibus. Omnis spiritus
laudet dominum. Alius ait respiracio cuncta
monet organa sonis commemorat om
nes. Et ex omni parte mens humana laudis
ardore succensa et diversis sonorum mise
riis immutata benediccionibus vibracione cuncta
rei festinet. Et sicut iudei videbant ob
organum sono laudare dominum sic nos omni
corpore laudare debemus. Oculis lingua
auribus manibus hoc debemus efficere.
Et sic homo cythara corde membra et
sonos canticos conspice imitetur affectu
et animus interior attendat et pulset pec
tora et sonus reddatur ad celum. Ideo
et paulus dicebat prestare corpora vestra
sacrificium vivum venerabilem culturam deo.
Oculus deo prestat obsequium si turpia de
clinet aspicere. Et lingua iubebit premium
suum quando benediccionibus occupatur. Et au
ditus placebit deo si se detraccionibus non
coniunxerit. Et mens elevatur ad celum si
malis concupiscenciis non polluatur. Et pe
des laudare deum poterunt si cursum
suum ab omni malicia revocare festinent.
Et manus benedicunt si rapinis venire
caverint si ad iniquitatem properaverint. Et sic
homo cythara omni parte perfecta sono spiri
tali decoratus celestis placitur ut auditum.
Nam iudeos ideo diversos sonos fecerant
hic principi propter infirmitatem cordis sui et
organo saltem invitati ad caritatem inspe
rentur. Et divina permissione fiunt ut qui
deliciosis mentibus tepida cogitabant
et dissimulacionis negocia pertimebant volup
tatis et conversacionibus inherentes sic sal
tem aliquid perciperent vanitatis. Et quid est
in cymbalis designacione psalmi. Non
enim tanto sono utebantur cymbalorum non
tum cytharis delectabantur sed cum cymbal
cum tuba cum cythara psalmos quoque

cum sua significacione cantabat. Et labor
ille ac voluntatis instancia lucri comodum
quod portabat. Omnis spiritus laudet dominum. Et quia
celestes potestates nominavit et quia pro plurimum ex
citavit universum quia organa cuncta co
monuit omnem quoque ad laudem naturam citavit
viros et feminas senes et iuvenes pue
ros et infantes et omnes undique mundum
habitantes ad canticum benediccionis hortatur
et hinc semina novi testamenti dispergens.
Laudemus igitur dominum et agentes gracias
de illis momentis devincam non horarum
sed vilibus et rebus sacrificium benediccionis
offeramus. Hoc misterium congruum est
hoc angelorum summe conversacionis imitatur
obsequium. Et si laudando eum in vigilamus
etiam futuris bonis perfrui poterimus. Gracia
et nunc domini nostri ihesu christi et dilectio patris
et sanctificacio spiritus sit cum omnibus nobis.
Amen. Incipit sermo sancti Iohannis Episcopi super

Temptacione fratres karissimi in Iob
tendat caritas vestra quod dico. Quan
do audivimus librum sancti Iob qui
perditis rebus perditis filiis nec
ipsam carnem que illi sola remanserat sal
vam potuit obtinere sed percussus gravi vulnere
a capite usque ad pedes sedebat Iob in sterco
re putrescens ulcere sanie fluens vermibus
scatens tormentis acerrimis dolorum cruciatus
tus si nobis sic inutilare universa civitas
nullo ibi sano in gravissimo vulnere tum
sic putrescente vermibus vivos quomodo mor
tui putruerunt. Quid erat gravius hoc
in ea. Illud bellum puto quod miceris in
carne humana ferrum sentiret quam vivus tol
lerabilius de vulneribus sanguis erumperet
quam de putredine sanies distillaret. Cada
ver corrumpi vermes et horrescis sed ideo mi
nor pena immo ideo nulla pena quia absens a
nima. At vero in Iob prius anima que senti
ret ligata ne fugeret subiecta ut doleret co
pulata ut blasphemaret. Sustinuit tamen
tribulacionem Iob et deputatum est ei ad mag
nam iusticiam. Non ergo quisquam attendat
quid paciatur sed quid faciat. Homo meo quod
pateris potestatis tua non est, meo quod facis vo
luntatis tua vel nocens vel innocens est. Pa
tiebatur Iob stabat mulier velut sola non
ad consolacionem non que afferret medicinam
sed que moveret blasphemiam. Dic aliquid in
deum et morere. Videte fratres karissimi quemadmodum
dominus illi mors beneficium fuit et tale beneficium

nemo illi dabat sed in hijs omnibus que sancta
anima sustinebat pacientia exercebatur fides
probabatur mulier confundebatur Specta
culum magnum et nulla feditate putredinis
sperata pulcritudo virtutis Vastat lauten
inimicus aperte malum suadet inimica
adiutorium dyaboli non mariti Eua noua
sed ille non vetus adam Dic aliquid in deum et
morere Blasphemando extorque quod predicando
non potes impetrare Locuta es inquit
tamquam vna ex insipientibus mulieribus
Attendite verba foris putrescentis intus in
tegri Locuta es inquit tamquam vna ex insi
pientibus mulieribus Si bona percepimus
de manu domini quare et mala non sustinemus
Pater est inquid amandus est blandiens
et respiciendus corripiens Nonne ipse pater
est et impones disciplina Cogita quo filius
cruciatus extende animum inquantum in hac
uita penas temporanas compara gehenas
et leue est omne quod cogitas Hic tempal'
hic eternus Et qui torquetur inquid adhuc
patitur qui illo tempore passi sunt Diues a
ille adhuc aput inferos patitur arsit ardet
ardebit innet usque ad iudicium Recipiet car
nem non ad refrigerium sed ad supplicium Illas pe
nas timeamus si deum timemus Quid quod hic
passus fuit homo si corrigatur emendacio
est si non corrigitur duplex dampnacio est
Et hic enim luit penas temporales ibi experie
tur eternas Dico caritati vestre fratres nos ter
re sanctos laudamus glorificamus admiramur
dies eorum pia sollempnitate celebramus
Merita eorum veneramur et si possumus
imitamur Et perfecto magnum est martirum
gloria sed nescio utrum maior gloria fuit sancti
Job Nec tamen ei dicebatur thus pone ydolis
sacrifica dijs alienis nega Christum Dicebatur
tamen Si blasphemans putredo omnis abscis
sura sanitas que reddita est Sed si blasphe
mans dicebat inepta et insulsa mulier
moriens et moriendo tormentis carebis Dum
non morerer blasphemo non eternus dolor suc
cedet Mulier fatua putris putredinis horre
bat molestiam eternam flammam timere cogita
bat Perferebat ille prius ne incurreret in futuro
tenebat cor a mala cogitacione linguam
a maledicto frenabat Anime integritate in
putredine corporis videbat quam futuro ema
debat preciante Christo domino nostro cui est gloria
et imperium in secula seculorum Amen Explicit
de Job paciente Incipit in helyam prophetam

Aput quosdam veteres reges moris
erat ut si quis fortis pro rege fecis
set in bello et corpus et anima
imperialis oliue non timuisset cur
ru atque alijs regie dignitatis insignibus do
naretur Igitur reges terre atque mortales ita
sibi deuotissimos remunerare consueuerunt Quan
to magis omnipotens deus qui rex regum et
dominus dominancium Helyam suum tota se corpo
ris et anime deuocione zelante post multorum
laborum sudores post duras infestasque per
secucionum grauissimas fatigaciones post tan
torum bellorum magnas illustresque victorias
optima de mundo et dyabolo spolia referente
igneo curru atque equis flamantibus impo
situm triumphali gloria perfulgente ad superna reg
na voluit peruenire Oportebat namque erran
tis populi rectorem gubernatorem sacrum
moderatore discrepancium voluptatum insolis
aurigam qui ad iugum timoris dei qui las
ciuos et vagos animos reuocauit frenis
longeque astrinxit et aciter discipline recto
tenore currendum concordi quadam copula
cone composuit ad regna celestia curru
atque equis transuolaret euectus Hinc poe
tas atque pictores insigniranda solis ymagi
gine exempla credo sumpsisse quia curru
atque equis fulgentibus ipse rutilans atque
fluctu oceani subleuatus inter preruptos
moncium scopulos euadens quasi ad celestia
videtur ascendere ad similitudinem nominis eius
inductus Sol enim greco sermone helios vo
catur Unde helyas quasi helios vere curru
atque equis igne fulgentibus de oceani fluc
tu i. de mundi commocione prominencium scopulos
i. permagnorum laborum difficultates progre
diens ad celestia deuectus ascendit Hunc
celestis ignis non modo currum quadriga
sublimauit ad superna verum eciam inspis eius
obsecutus sepe monstratur Armatum denique
militem qui ad accipiendum eum ab impro
bissimo rege fuerat destinatus eius pro
tessione celo lapsus ignis assumpsit Reprehen
dendos ydolorum quoque sacerdotes vere di
uinitatis iudex de celo ignis hoc orante de
prendit Certe iste ergo gehenne ignibus
illusisse qui sic celestibus assueuerat tempore
Igitur postremo currus ignei simul et e
quis perfectorum de seculo prophetam prestolantur in
terra Cum artifex hunc currum que ma
nus illas rotas in orbe volubile conuertit cur
sionem protendit iugum insuper aptauit certa

que composuit Cum maties omnis unus
ignis arderet Que regio illos equos qua
ve stirpe progenitos quorum natura ignis
destinavit Si animalia dixeris ignis occur-
rit Si ignem credideris forma se animalis
opponit Aliud tibi forma alia natura demon-
strat Si animalia contrectare velis ignis urit
Si ignem refugis animalia non credis Ridi-
cula satis mentium semper opinio diversas ani-
malium formas atque alias res incheatris fer-
ventissima semper natura singulari quadam
predita soliditate constituit Ergo nos vere tam
currum et equos fuisse qui vere fuerint
et ignis credentes ac profitentes nequaquam
gentilium vanos confirmare videmur errores
Que autem nos istius ignee forme ratio
fuerit vel origo paulo post dicemus In-
terim ex improviso currus et equi apparuere
flammantes Quis hos ad helyam perduxerit
equos qui illis currum subito currum sta-
tuit Quibus iter suum in aera currentibus demon-
stravit Quo currum dirigent ubi aer ille o-
nus exponet Nullus omnino solicitat subito
advenerunt helyam viderunt subsistunt Et
ut ascensuro currum prebent terga sponte con-
verterunt Statim non pro onere suscepto in
auras ventosque prosiliunt et rapidis per inane
spatia passibus corripiunt Hoc illis aer
quod campus erat hoc inane quod terram Quid
dicis an aliter dicas Ubi rogo alternos figunt
pedes dum citis saltibus glomerant cur-
sus quod est in aere solum quod duro cornu cal-
cibus feriunt Ubi rotarum instabilis illa suc-
currit inversio ut impetu globoso conti-
nuo ipse semel volubilitate recedente ra-
diorum tibi distinctione velox [illegible] confusa luce
surripiat ut omnino dubitare possis an si cur-
rant Mirum prorsus et incredibile pene ex
spectaculum equis et curre suspensis Utique ad
regna celestis tendentibus sedit senis auriga
nec funditur sed omnia ignis erat qui levi-
tate nature et propinque discurrit et adspi-
ra semper impingit Hoc ipsum magis mirum
est tenue ac liquidum corpus ignis solidum
auferre potuisse aut ambulare non potuis-
se Statim trepidus super ignem accubitum
nec innalescunt omnino vestigia Totum cor-
pus ignis ambit nec leditur procella per
latera flamma discurrit innoxia Qua ratione cor-
pus tanto hominem incognita et illicita in-
tinera petente ignis evehit et munit Sed
quid insistorum itinera celestis nature semper

obsidere nostrum contra quos apostolus nos
paulus instruit Non est nobis inquit luc-
tatio adversus carnem et sanguinem sed ad-
versus principes harum tenebrarum adversus spi-
ritualia nequitie in celestibus Quis itaque per
hos omnes spiritus vagos inquietos ac semper
exsomnes cum tanto et tam perfulgente
triumpho helyam patrem transeuntem ignora-
re potuisse Accurrunt omnes novum mirantur
spectaculum hominem vident dubitant co-
minus accedere cupiunt Ignem metuunt et si-
quis improbior fuit plus in eum custos
et vector ignis exarsit Quia cum deinde
currus impetu tulerat prius nunc metu de-
fatur in agmina nunc dispersi venienti loco
turpi fuga cuncti delinquunt Ignis est ipsa
natura an aliqua illa censura usitatur ut
unus atque idem ignis prophete voluntate tri-
buit hostibus inimicitur incendia
Hoc quo magis credas babilonis incen-
dia te dominus edoceat Cum uno eodemque
momento iustis refrigeria in iniustis nero mo-
nebat incendia Cum etiam ille ipse latro
ipse princeps in summa aeris arce residens
velud pessima sua miratur stupet ac si de-
inde secum ipse volutat et querit Ven-
ne est istud quod video an aliquid erit quod
meos fallere possit obtutus Equos atque cur-
rum video choruscantis ignis rutilo luce
fulgentes et quod magis mirandum sit hominem
desuper insistere equos agitare nec ledi Quid
tamen istud est quod michi mens confusa tur-
batur vires torpent conatus omnis infrin-
guntur obviam procurrere cupio non possum
solita tela torquere conor non valeo Non sine
causa est quod sine congressione afficior quod solo
vincor aspectu Quis tamen iste sit cum iam
appropinquante cognosco ipse enim fulgor qui cela-
bat ostendit Helyam video Helias est iste
agnosco fortissimum bellatorem sed dolens sepe
fateor victorem Quoties ergo illi et quam
fortiter congressus in bellum Quoties in eum
milites quosque meos incitus armavi Quoci-
ens armis pressi pepuli fugam Fame siti
solitudine sit gravem vincere tamen non potui
Cum ipso acrior redit ad pugnam et in ceptis
inermesque legiones meas crudelius deiecit
Utrique mei misera ac semper deflenda con-
dicio o virtus ipsa prius armis se frequenter
expugnans Proh dolor hostes meos ipsa que
dederam vulnera faciunt sepe victores Sed si in
eum vincere perdere est non tibi satis helya est

totiens interfecis regem famosum vicisse
Vngind et hec regna me iam expugna
turus inuadis me iterum petis me ter
ribilis ac metuendis machinis Tibi cedes
tue qz volun(tate) virtutis effugiens ad hanc
aeris arcem tamquam presidium ubi nullus
unquam mortalis accessit confugi Nec h(ic)
michi iam tuta sedis est nec hic licet
iam sine timore consistere Sed si quod tre
de magis libet quia hac iter ad celum est
summum regem visurus ascendis Non im
deo nec tibi iam totiens victus obsisto Felix
d(omi)ne premio triumphaturus in regno Venit
iam dilectissimi currus equorumque igneorum
ut supremus propositionis racionem breuiter ex
ponamus Scriptum deo est Qui facit angelos
suos spiritus et ministros suos ignem urentem
Horum natura cum sit conmutabilis in
eas se formas vertunt que sunt causis ob
quas diriguntur necessarie Proximus iam quibus
ex causis oportuit helyam sic ad superna trans
ferri Et ideo hic ignis est qui et ministri dei
et ipsius missione helyam leuaturus ad celum
currus et equorum forma expecturus mis
sa suscepit Igitur si helyas curru atque e
quis igneis ad celestia conscensum si gloriatur
quanto magis maior hec nostra quam credimus
gloria est Ipsum salvatorem dominum deum ferens de dya
bolo deuicto omnibus mundanis virtutibus
tam gloriosum tropheum ferente nullam
angelorum operam nullo minimo ministro
vivum non ad celum sed ultra omnes celos sola
sua ascendisse maiestatis potencia Sed et
nos quidem qui ad consequendum dei munus
accedimus tota fidei deuocione credentes per
cipietis ea que deus pater daturum se crede
tibus promisit Per ipsum dominum nostrum cuius
gloria in secula seculorum amen Incipit
de iuda traditore et de tradicione domini nostri

Daturus hodie nostri ihu xpi
est fres tractare vobiscum et ideo
paucis non quia vobis latus sed
mo sacerdotis horrescit nec
enim aliam urbem tam auidam spiritalium
reperies lectionem sed quia administeriorum
sacrorum ac venerabilem celebracionem festiua
re multos inspicio Ut igitur et celestis me
se sanctitate perfruamur et meo sermone non
careant tractatus congrue tempetur ut
mea verba vestris cordibus sonantes cum debi
ta reuerencia misterium ad eatis archanum au
diatis Hodie dilectissimi fres dominus noster
ihesus xpistus traditus est Nam proximante ves
pera iudei eum acceperunt sed non te verbi
tradicionis contristet auditum Nec cum
percipis quod ihesus traditus est dolore mo
ueatis Immo ut doleas suadeo Prodito ut
lacrimes et ut nimia te lamentacione cons
tes exhortor Sed ne proditum lugeas ne
traditum fleas sed proditoris sui ingemis
te et futura eius lamentare supplicia Nam
proditus xpistus orbem liberauit uniuersum
proditor gehennam meruit possidere Tradi
tus in celis patris sedet in dextera traditor
apud inferos collocatus tormenta debita sce
leratus expectat et ideo lugendus est Nam
et dominus in illius delictum lacrimauit ut
ait euangelista Et cum dixisset eum tur
batus est et dixit Unus ex vobis me
tradet Simul et sue iusticie ondit pieta
tem et nos docet non eos qui mala pati
untur sed eos qui mala committunt debere mi
seros et dignos fletibus estimari Hoc
enim peius est immo illud penitus malum
non est Nam malum pati non malum non
est Malum facere malum est Et ideo malorum
sustentacio celorum nobis regna pollicetur
Malorum autem commissio gehennam minatur
et tormenta promittit Beati namque ait qui
persecucionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum
est regnum celorum Vides quod malorum
perpessio mercedem parat et sufferencie sue pre
mium celorum meruit regnum Audi malum
committere quanta supplicia iudeis Cum quod
dominum occiderunt et prophetas persecuti sunt In
sequentibus ait Quorum finis erit secundum opera
illorum Vides quod regnum perpessi persecucionem
sortiuntur Et hec non sine racione processit
oracio nec inaniter verba sunt prolata sed
ut contra aduersarios nostros iracundia tempe
remus et patienter eos toleremus et magis
eorum gesta doleamus Illi enim vera mala
patiuntur qui nobis mente insidiantur aduersa
Sed et pro illis diuinam clemenciam exorare
poterimus si tamen talis anima nostra reperiatur ut
possit conuersacionis sue merito aliis quoque pro
desse Et ut proximiores vestris oculis quadri
duana commocione deposita ut assidua predicaci
one verba mea cordibus vestris inhereant ut co
gitacione sermonis pectoribus vestris ira pul
lata furoris tumore sedato benignitatis
remedio temperetur Nam xpistus non tantum
inimicis nostris consuluit sed et nobis voluit
esse consultum cum aduersariis nostris pieta

laxamus / manus eius beneficium cum tamen
dis agnoscas Et cum de minima culpa dissi
mulas / de tuis delictis solita benignitate
domini exoratur et minima peccata solacium
venie inveniuntur Et audi hely dicentem ad
filios suos Si peccaverit peccavit homo in
hominem orabunt pro eo dominum Si autem in de
um peccavit homo quis orabit pro eo Vides
quod illud ultimus facile nec oracione sanatur
et quod oracione non solvitur cum peccatum confesse
ris inimico tibi quoque donatur Unde decem
milia talentorum in domini peccata de dicta sunt et
centum denarii ita non capiantur Dimitte michi
centum denarii ita non capiantur Dimitte michi
centum denarios ut decem milia talenta di
mittantur tibi Sed de oracione inimicorum habun
danter usque huc processit oracio Sed si placet
ad tractatum prodicionis videamus Tunc a
biit unus de duodecim iudas scariothis ad
principes sacerdotum et ait illis Quid vul
tis michi dare et ego vobis tradam eum /
Hec verba precepta simpliciter apta monstrantur
et auribus nimis curiosis ingesta plana
putantur Sed si quis ea diligencia sollicitudine
scrutari temptaverit in singulis multa repe
rit et racionem et per eum tempus inspiciendum
est Nec enim illud inaniter ewangelista mo
stravit Non enim simpliciter abiit sed addidit et
tunc Tunc inquit abiit Tunc quidem audiam
tunc quando cognoscam Et cur tempus
diligenter ostendis / quid me docere disponis
Non enim tunc verbum inaniter addidisti
Spiritus admonicione loqueris divino provoca
ris instinctu / nec arte passim verba funditur
tur Quid ergo tunc est ante prodicionis
tempus ante tradicionis horam Accessit mu
lier vas alabastrum manibus portans
et unguentum domini super capud effudit Quan
dam fidem multam reverenciam innuendam
correctionem ostendit Paulo ante meretrix
subito pudica processit Et profundis obru
ta peccatis portum serenitatis agnovit Et qui
prostituta lupanar exivit tunc discipulus gehen
nam intravit Cum illa mercedem sui corporis
abdicabat tunc iste precium sanguinis magistri
postulabat Cum illa osculabatur pedes ut servi
retur / tunc iste domini labia osculabatur ut
proderet Ideo dixit tunc ut non ingrum infe
licitatis accuses / qui discipulum reperis prodi
torem Magis et enim virtute doctoris os
tendit / qui et meretricem ad obediendum sub
iugavit preceptis quod laicus perfecit Quid igitur qui

meretricum mores valuit commutare discipuli
non potuit retinere Valde inquam et mutavit et
valuit retinere sed invite noluit bonum efficere
nec in tractum ad se trahebat Tunc abiit Et
hoc habuit nimia difficultatis racionem
ut ignarus profunda dissimulacione contur
bat Abiit inquit ut imitatores a principibus
sacerdotum nulla necessitate constrictus sponte
processit et propria malignitate consilium ge
nuit scelerate mentis nullo precipiente quo
tavit Tunc abiit unus ex discipulis xii
Et hoc auget detestabile proditoris Nam
et alii discipuli erant qui fuerunt numero
septuaginta Sed illi non in tanta confidencia
sociati nec illis interiora decreta commissa sunt
Isti autem xii sunt coniuncti Hec erat cater
na vexillis de hoc choro iudas egressus
est et de hac comparacione proditor malig
nus exivit Et ideo ne quelibet discipuli
arbitreris duo uno gradu discipulatus
ostendit Et non pudet matheum ista scri
bere ut discas eum in omnibus sinceri
tatem nec celare ea que iniuriam fore
videntur vel putantur Ea enim que vel
iniuriosa demonstrant ipsam domini magis
clemenciam quia declarat qui proditorem pro
lacionem sceleratum tamen beneficiis ampli
avit et usque ad ipsum prodicionis tempus
pluribus admonicionibus toleravit Nam a
monebat suadebat et omni studio eum sa
nare curabat Sed si ille sermone respuit
qui tanti magistri verba contempsit xpo
cancacio et meretrix testis est que de sua
sunt liberacione sollicita Non igitur vi
dendo meretricem de sua liberacione despe
res sed et iudam cogitando non debes
esse securus utrumque enim periculosum est
et confidencia et desperacio Nam confiden
tia et desperacio virum stante cecidit et post
lapsum non admittit exurgere Et ideo
paulus exhortatur dicens Qui se putat
stare videat ne cadat huius exemplum
nempe propone Discipulus enim cum se
stare putaret cecidit meretrix cum se
cecidisse arbitraretur exsurrexit Mens
humana facile labitur et omnibus muta
bilis sensus est et ideo nos undique cauta
re reperiremus Tunc abiit unus ex duo
decim iudas qui dicitur scariothis Quid
michi eius patriam dicis / utinam eum
quoque nescire licuisset Iudas qui dicitur
scariothis Alter erat discipulus qui in

das Jacobi zelotis dicebatur / ut ne appel
latione dicebatur cognominis fiat con
fusio personarum nec eiusdem nominis proditor
protegatur. Postea tamen ab illo separavit et
illum quidem de animi sui virtute nuncupa
vit / istius malitie nomen abscondit. Et ideo
non dixit iudas proditor / ut edoceat detrac
tiones nescire et accusationes declinare. Tunc
abiit unus ex duodecim ad principes sacer
dotum et dixit eis. Quid michi vultis da
re et ego vobis trado eum. O primende vo
cis temeritatem o supplicium voluntatis pro
ditionis verba fundunt / et de questu pacta
tractantur. Quid vultis michi dare et ego
vobis tradam eum. Dic iudas omnium scelera
tissime / hec te magister edocuit hoc tibi tantus
doctor ostendit. Ideo divitias debere contemp
ni predicabat ideo amonebat dicens. Ne pos
sideatis aurum aut argentum aut es in zo
nis vestris. Ubique tibi avaritiam cupiditatem per
tinacem excludens non hoc tibi persuadebat
dicens. Si quis te percusserit in dextram ma
xillam prebe illi et alteram. Quid vultis mi
chi dare. O crudelitatem et ego vobis tra
dam eum. Dic michi que causa proditionis
est. Tradis magistrum salutis lateribus audiam
lesionem tuam forsitan quia tibi demonum
tradidit potestatem. Sed fecit languentibus
subvenire quia mortuos suscitare didicisti has
beneficiorum vices exsolvis. Quid vultis michi
dare et ego vobis eum tradam. O dementiam
nimio cupiditate proditoris / cuncta enim ma
la cupiditas procreavit. Hac affectata ma
gistrum tradidit iudas. Nam cupiditas huius
modi sortita est naturam. Captivitas animas
retinet / et omnibus nodis alligatas astrin
git et rerum oblivionem imponit et alie
nationem mentis ostendit. Et inde iudas
captus cupiditatis infamia / quanta beneficia
respuit. Comixationis mense discipulatus
admonitionis suasionis oblitus est. Firmis
cupiditatis impeditus. Et ideo paulus radicem
omnium malorum cupiditatem nominat. Quid vul
tis michi dare et ego vobis trado eum. O
vilium totius superbie quia non hesit in finalibus.
Tradis eum qui cuncta conservat qui
demonibus imperat / cui obtemperant maria
cui omnes subiacent potestates. Ut igitur ultro tra
ditum se fuisse demonstret / audi quid fecit.
Eodem tempore cum ad investigandum eum ve
nerunt / cum facibus et lampadibus / ab ipso
interrogarentur / ut quem quererent demostra

rent et eum sive non potuerunt. Et iudas qui
ad demirandum venerat etiam tanta flamma
lucente prodendum videre non valuit. Et ideo
evangelista ait lampades et lumine quesierunt et
non videbant eum. Christo. Et Christus eis diebus
singulis predicabat quod eum late non poterat
proditurus. Sed nec aperte eum omnibus
publicabat ne impudenciorem faceret / nec penitus
silencio pretermittebat nec celare arbitratus au
dacter ad proditionem properabat. Et ideo frequenti
admonitione. Unus ex vobis tradet me. Nec
tamen eum magister proprius publicabat. Et de
gehenna sint sepissime locutus et de celorum
regno tractabat assidue utriusque meritum fre
quenter edocuit. Et quid peccatoribus constitutum
et quid non peccantibus paratum ostendit. Sed
hec omnia crudelis ille contempsit et deus illum
non traxit invitum. Et qui bona atque mala in
una deus potestate electionis liberum donavit arbi
trium et invitos non retinet / et volentes am
plectitur. Nam non sponte si bonus maliciam
non amittit. Et ideo iudas nimie cupiditatis
precipitatus ardore ceca quadam improvisione
deceptus suam vendidit animam et sue salutis
mercator extitit et ait. Quid vultis michi da
re et ego vobis trado eum. Et ut virtutem
Christi etiam in hac parte cognoscas cum ad capi
endum eum advenissent vocem eius minime
tolerare potuerunt sed omnes territi ceciderunt.
Et quem inchoatum in sua impudentia perdura
bant ipse se ultro cognovit ipse se tradidit. Et
hec diximus ut Christum nullus accuset. Cur
inde cogitationem non mutavit adversam sed
si quis hoc dixerit audiet iudas quemadmo
dum corrigi potuit sponte an invitus. Si invi
tus nulla correctio est. Nam mentis malicia
necessitate non tollitur. Si sponte omnia que melio
rare potuerunt animam audisse cognoscit. Et
si remedium respuit non medicine vitium est sed
languentis. Et ut scias eius crimen esse quod
prodidit non magistri / sepius deus de proditore
predixit / et totius eum philosophie precepto
et sermone docuit et rebus ostendit. Dederat
ei demonum potestatem gehenne tormenta mo
stravit celorum regna monstravit. Prompsit
secreta mentis eius et predicebat et publica
bat. Pedes eius cum aliis lavit mense fe
cit participem nichil penitus pretermisit sed in ma
licia sponte data durat et omnibus amo
nitionibus sceleris proditor malignus emer
sit. Et ut eum posse mutari sed corrigi no
luisse cognoscas. Postquam enim tradidit iac

tunit triginta denarios et ait Peccaui tra
dens sanguinem innocentis Quid est quando
ab eo mirabilia gerebantur non dixisti pec
caui tradens sanguinem innocentis Sed quid
vultis michi dare et ego vobis trado eum
et post factum scelus post commissum delictum
post completam prodicionem post perfectum
peccatum cognouisti peccatum Ex hac re discamus fra
tres edocemur quod negligentibus et desidiosis
facile ammonicio prodesse non potuit Studiosis
autem etiam ammonicione cessante multum
comoditatis accedit Nam et iste qui iugiter a
monebat non flectebat et quando nullus
admonuit excitata consciencia scelus cognouit
admissum et proiecit triginta argenteos Re
deruit precium sanguinis qui precium non habebat
Quid accepisti iudas triginta denarios Xpus
gratis aduenit sanguinem suum precium salutis
fusurus et tu de sanguine crudelia peccata co
ponit Quid enim crudelius isto contractu
Tunc aduenerunt discipuli tunc quando hec
gerebantur quando iudas de prodicione tracta
bat proximant discipuli eius et dicunt Vbi
vis paremus tibi comedere pascha vide disci
pulos vide discipulum Isti sunt de preparacione
solliciti ille diuini corporis et sanguinis merca
tor existit Illi cogitabat obsequium seruitutis
iste scelestus sponsionem exposuit Vide perditam
discipuli mentem Qua tunc illis iugiter ad mo
nicionis precepta didicit pane beneficia percepe
runt simul eius miracula cognouerunt et iste
solus crimen sua sponte concepit Vbi vis
paremus tibi comedere pascha Hodierna ves
pera tunc fuit et quia domus habitaculum non
habebat ideo ad eum dicunt Vbi vis pare
mus tibi comedere pascha Hodierna vespera
tunc fuit et quia domus habitaculum non habe
bat Non habemus domicilium non habemus taber
naculum Paruum susceptaculum non est Audi
ant quibus edificandarum domorum cura est et
ambiciosarum porticuum cogitatur instructio quos
preciosorum marmorum pompa delectat et la
quearium fulgentis auri conflicto Cognos
cant xpm omnium dominum quod locum in quo pa
scha celebraret non habuit et ideo discipu
li eum interrogabant et dicunt Vbi vis pa
remus tibi comedere pascha Non illud quod in
est sed interim iudeorum Et illud quidem disci
puli parabant istud autem quod nouum est consti
tuit sed et ipse factus est pascha Vbi vis pa
remus tibi comedere pascha Illud iudaicum
fuit pascha illud in egipto sumpsit exordium

Et cur illud xpus manducauit scilicet quia
omnia que sunt legis adimpleuit Nam qui
baptizatur dicebat Sic enim decebat nos im
plere omnem iusticiam Veni inquit de legis
maledictione eximere homines Nam deus fi
lium suum misit natum ex muliere factum sub
lege ut eos qui sub lege erant redimeret et
ipsi legi requiem daret Et ut nemo diceret
quod ideo eam euacuauit quia eam complere
non molestam et arduam non valuit ipse prius
eam compleuit et sic fecit requiescere Ideo et
pascha fecit et ipsius enim perceptione causa fu
it ¶ Et cuius causa lex precepit manducari
pascha audiamus Iudei tam deum bonorum
sibi omnium largitorem fuerunt effrenata dif
fidencia contumaces et eius beneficia obliuione
preteribant Nam post egipti perfectionem viderunt
conscindi maria et denuo querimonie et alia
multa mirabilia et dicunt Faciamus nobis
deos qui nos antecedant Adhuc insignis
quod miraris et oblitus es largitoris Quia igitur
ingratores et contumaces erant festiuita
tis celebracione beneficiorum memoriam robora
uit Et ideo pascha sacrificare precepit ut
si te filius tuus ipsius pasche interrogauerit
racionem videas quod aliqui in egipto tu mor
tis portitor parauerat maiores nostri ne exter
minacionem sustinerent Postes huius sanguinis
linierunt et vastator angelus adueniens
cum videret illaturus plagam non aude
bat intrare et illa festiuitas sic perpetuam
beneficii memoriam tribuebat Sed in hoc et
aliud maius beneficium monstrabatur quod ille ag
nus futuri fuit agni typus et ille sanguis
diuini sanguinis monstrabat aduentum Et
omnia illa fuit omnis spiritalis exemplum
Ille agnus umbra fuit hic veritas Sed post
quam sol iusticie radiauit umbra soluitur
luce Et ideo in ipsa mensa utrumque pascha et
typi et veritatis celebratum est Nam sicut pic
tores pingendam tabulam vestigiis qui
busdam adumbrare consueuerunt et sic co
lorum varietate perficere ita et xpus fecit in
mensa et typi pascha descripsit et pascha
veritatis condit Vbi vis paremus tibi ma
ducare pascha Iudaicum pascha erat sed umb
lium cedat aduenta ymago veritate superetur
tur Hec ad iudeos dico qui se pascha cele
brare arbitrantur qui insipienti mente
proponunt azima tamquam qui corda non circum
cisa Unde michi iudee qua fronte
celebres pascha Templum eius est ara co

fracta conculcata sunt sancta sanctorum. Omne sublatum sacrificium est / et tu in nimia temeritate conuictis uiciata. Ingressus fuisti aliquando babilonem et captiuantes te dicentes audisti. Cantate nobis canticum domini et non obtemperabas. Hec ostendens dauid dicebat. Super flumina babilonis ibi sedimus et fleuimus in salicibus in medio eius ibi suspendimus organa nostra. Id est cytharam psalterium liram et. Hys enim iudei utebantur et psalmos istorum sono iuncto cantabant. Sed hec sua in captiuitate portabant non ad suum consuetum / sed in consolationis patrie monimenta retinent. Nam ait. Illi interrogauerunt qui captiuauerunt nos uerba cantionum. Dixerunt quemadmodum cantabimus canticum domini in terra aliena. Cuis agis canticum domini celebras in terra aliena. Vidisti contumaciam / uidisti dementiam / uidisti melius insaniam qui preceptis hostium cogebantur nec psalmum dicere ausi sunt in terra aliena. Et nunc nullo cogente suo arbitrio propria voluntate contra preceptum domini parant bellum. Vides quod in iudea sunt eorum azima quod illicita festiuitas quod non pascha iudaicum. Et sunt quod aliqui pascha iudaicum sed exemplum et euacuatum est / pasche spiritualis aduentu quod christus tradidit. Nam cum manducarent et biberent inquit accepit panem fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Agnoscunt quod loquor qui sunt diuinis consecrati misteriis. Et item accepit calicem et dixit. Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et prius iudas erat. Christo dicente / iste est sanguis. Dic iudas quem triginta denariis vendidisti id est sanguis / de quo ante cum phariseis pactum fecisti. O christi misericordia o iude dementia. Ille enim triginta denariis paciscebat ut venderet et christus ei et sanguinem quem vendidit offerebat ut haberet remissionem peccatorum si tamen impius esse noluisset. Nam affuit iudas et illius sacrificii communicationem meruit / et pedes eius cum aliorum discipulorum lauit / ut excusationem sue malicie non haberet / sed ille detestandus sue mentis insidias cogitabat. Sed iam uos ad tribulem mensam / cum delicta reuerentia congruaque vigilantia oportunum tempus inuitat. Nullus ibi iudas repperiatur / nullus malignus accedat / nullus veneno inquinet fucata verba lingua proferantur nec insidie mente condantur sed quod uoluntas

possidet sermo declaret. Et nunc ille presto est christus qui illam ornauit mensam istam ipse quoque consecrat. Non enim homo est qui proposita corpus christi facit et sanguinem sed ille qui pro nobis crucifixus est christus. Sacerdotis ore uerba proferuntur et dei virtute consecrantur et gratia. Hoc est ait corpus meum. Hec uerba proposita consecrant. Et sicut illa uox que dicit crescite et multiplicamini et replete terram semel quidem dictum est sed omni tempore sentit effectum ad generationem operantem natura ita et uox illa semel quidem dicta est sed per omnes mensas ecclesie usque ad hodiernum et usque ad eius aduentum prestat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat nullus fucato animo cunctis audeat propinquare misteriis ne condempnetur et sententiam meatur et quod iudas sustinuit patiatur. Nam si illum post communicationem mense dyabolus intrauit / non quia contempserat dominicum corpus sed quia impudentia iude et malignitas mentis et aduersarius in eum hec intraret fecit ut discas quod iudicium ius et fucata mente misteriorum secreta celebrantibus adversario preparantur insidie et magis ac magis ad te inuitantur / quo uos ergo animo communicare festinant. Et hoc dico non ut uos terream sed ut cautiores efficiam. Nemo sit iudas in mensa hoc sacrificium cibus spiritualis est. Nam sicut corporalis cibus corpus uentrem inueniens aduersis humoribus occupatum amplius ledet magis nocet et nullum prestat auxilium / ita ut iste spiritualis cibus si aliquem reperit malignitate pollutum magis eum perdet non sua natura sed accipientis uicio. Pura mens in omnibus pura cogitatio quia et sacrificium purum est. Tantum animam preparemus et hoc multo tempore sed una corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est solue iram inimicitias laxa ut remedium de mensa percipias ad sanctum ac terribile sacrificium preveniens erubesce oblationes arcanus occisus propositus christus est et cum occisus est. Videamus ut celestia pacificet ut in terra reconciliet uniuersa ut amicum te constituat angelorum ut deo faciet habenti omnem potestatem. Animam suam pro te domino dedit et tu inimicus tuum sermo perduras et tum hoc animo ad mensam pacis accedis. Ille ne moriretur in tua ualitate recusauit / et tu nec iram tuam cum

seruo tuo penuria liberatione concedis Sed
forsitan dicas ab inimico fraudatus sum
multis me ledit dispendiis magis me
detrimentis onerauit Quid quod dixeris
peccatum eorum non tuum causa Non te crucifixit
sicut iudei tamen xpistum et tamen ille effu
sum sanguinem ad salutem eorum qui effu
derunt larga pietate concessit Inimi
cum deo est tumidum pectus Et quid ait
Cum offers munus tuum ante altare et
ibi memor fueris astans in altari quia
habet frater tuus aliquid aduersum te di
mitte donum tuum super altare et vade re
conciliari fratri tuo Merito reconcilia
tionis causa hoc sacrificium constitutum
est ut si sacrificii precepta contempseris
sacrificii remedium sentire non patens
Comple illud tuus causa sacrificium suum
est ut sacrificiis perfruaris Ideo dei filius
aduenit ut humanam naturam diuine recon
ciliet pietati Ideo et nos cum hec feci
mus suo fecit vocabulo nuncupari Be
ati inquit pacifici quia filii dei vocabu
ntur hoc enim facis quod dei unicus filius
fecit si et tibi et aliis pacis uolueris auc
tor existere Ideo te vocat filium dei ideo
in sacrificii celebratione incipit aliud
nisi de fratris reconciliatione commonuit
Adhuc vellem dilectissimi fratres plura
tractare et extenso sermone orationis mee
verba protrahere sed hec dicta sufficiunt piis
cordibus uolentibus intimare Hec ignis
in mentibus uestris hereant et in cordibus uestris
conglutinare poterunt sicut osculum tene
amus quod animas sociat reconciliat men
tes et unum corpus ostendit quia unum cor
pus omnes uidemur esse sociati Et ideo nis
teamus nos in uno corpore non corporis
compositione sed animarum caritate deuincti et
sic diuine mense possimus fructibus
sociari Nam et si multis bonis conscien
tiis habundemus reconciliatione contempta
nullum possumus solacium inuenire His
animaduersis cum omni simplicitate myste
ria celebremus et accedamus ad mensam
xpisti cum quo patri omnis gloria honor
et virtus sit una cum sancto spiritu
in secula seculorum Amen Incipit sermo de
cruce dominica et latrone

Hodierna die dominus in pependit in cruce
et nos festiuitatem nimia leticia
cam celebremus ut discamus
crucem totius spiritualis gratulationis ce
lebrem Et enim ante ipsum vocabulum crucis
pena fuit sed nunc ad gloriam nuncupatur
ante condempnationis ferebat horrorem
nunc salutis indicium est Crux enim nobis to
tius beatitudinis causa est hec nos a capti
uitate liberauit erroris hec et de tenebris
reddidit luci Hec rebellatos quieti sociauit
hec alienatos deo coniunxit longe constitu
tos proximos fecit Hec repugnantes ci
ues ostendit hec discordie amputatio est
hec pacis firmamentum hec bonorum omnium
habunda largitio Istius cause nullis angus
tiis deserti eramus quia iam nobis tam
pie monstrati sunt vitalis Nec aulis rega
libus habitare prohibemur quia aditus iam
uidetur Trementes nec ardentes sagittas
dyaboli formidamus quia fontes inuenimus
quibus earum flamma facile possit extingui
Ideo viduitate caruimus quia sponsus
expectatus aduenit Lupum non possumus
formidare bono et diligenti muniti pasto
re Ego inquit sum pastor bonus Tyranni
impii crudelitate non tremimus mansueti
regis vestigiis inherentes Hac de causa ho
die gratulemur quia crucis beneficia memo
ramus Sic et paulus precepit inter crucis
festiuitatem celebrari Pascha nostrum immo
latus est xpistus Diem itaque festum celebre
mus non in fermento veteri neque in fermento
malicie et nequicie sed in azimis sinceri
tatis et veritatis Et sic adiungit causam
quia pascha nostrum ymolatus est xpistus Vi
des crucis intuitu preceptam leticiam In
cruce enim ymolatus est xpistus Et ubi y
molatio amputatio peccatorum Ubi ampu
tatio peccatorum reconciliatio dei Ubi re
conciliatio dei ibi festiuitas et omnis gra
tulatio Pascha nostrum pro nobis ymolatus
est xpistus Et immolatus in excelsa cruce
nouum altare constitutum est quia sacrifi
cium nouum atque omnibus inopinatum Ca
et ipse et sacrificium fuerat et sacerdos
Sacrificium secundum carnem sacerdos secundum
spiritum sanctitatis Idem ipse et offerebat
et offerebatur Offerebat secundum spiritum
offerebatur secundum carnem Et audi que
admodum plus sunt utroque monstrauit Omnis
inquit pontifex qui de hominibus statuitur
unde necessarium est istum habere aliquod quod
offerat sacrificium Ecce ipse se offert Et
alibi ait Xpistus semel oblatus est mul

torum abstulit pecta Ecce hic oblatus est ubi
se obtulit Vides quemadmodum fuit et sacri
ficium et sacerdos altare crux fuit Et quare
inquies non in templo sacrificium illud offe
rebatur sed foras civitatem ut illud impleretur
quia inter iniquos deputatus est Et ob quam
causam in excelso ligno et non sub tecto y
molatur Ut etiam ipsius aeris natura mun
detur Hac de causa in excelso crucifixus
est et non sub tecto sed sub celo ut uniusquisque
aer in excelso immolante omnis a tetro odore
mundetur Sed et terra pre busticum senciebat
de turpi de latere sanguinis inundata Ideo non
sub tecto non in templo iudaico ne iudei sub
traherent sacrificium et plurimet vendicarent
Et ne putares pro illa tantum plebe obla
tum ideo foras muros ut scias sacrificium
esse tale quod tocius terre oblatio quod communis
est de plorato non partis sicut iudeis consue
tudinis fuit Iudeis etenim ideo iussit deus
omnem terram dimittere et in unum locum sacri
ficium atque oblationem celebrari quia tunc
omnis terra immunda fuit fumo et odore
et alia contaminatione polluta que ex sacrificiis
gentium super ipsam celebrabant Nobis autem
quia xpus adveniens omnem terram emunda
vit omnis locus orationis vacat Ideo paulus
cum omni confidencia exhortatur dicens
Volo ergo orare viros in omni loco levan
tes sanctas manus Ecce totus mundus
emundatus est clemencia purgata sunt ut
ubique nobis deum liceat predicare Et omnis
terra sanctior illo loco est quo illo tempore
predicabatur sancta sanctorum Nam ibi pecus
irracionabile oblatum hic spirituale ymolatum
est Et tanto maius est sacrificium quanto
et sanctitas despectus profertur Hac de causa le
ticia nostra crux est Vis cognitum nobis persiste
re et aliunde condiste paradisum quinque et eo
amplius annorum milibus preclusum hodie
nobis patefecit Hac enim die hac hora la
tronem xpus in paradisum introduxit et
eius amenitates ostendit Et uno tempore
duo beneficia videmus esse concessa Unum
quod paradisum patefecit deus Aliud quod latro
in eum meruit introduci Hodie nobis
dies antiquam patriam reddidit patriam
civitatem ostendit domum pristinam redo
navit Hodie namque ait mecum eris in pa
radiso Quid ais Crucifixus es clavis reti
nens et paradisum tam facile pollicens
Valde inquit ut mirari possunt omnes me

am invenire virtutem ut in ligno mea lar
gitas demonstretur Et quia crux indecens
fuerat signum et apud omnes ignominia puta
batur Crucis infamiam mirandis benefi
ciis decoravit et ex hoc magis magisque vir
tus eius ostenditur Non enim illo tempore mor
tuos reddidit vivos nec mare flatus necnon com
pescuit nec minavit expulit nec demonia
sed cruce suspensus clavis affixus omnibus
subiugatus iniuriis totus dedecori sputibus
infamiam insultacioni derisione delusus
latronis ad ipsam mentem valuit quanta
re ut ex omni parte eius divinitas senciatur Et
enim universum terruit creaturam et petras
saxaque disrupit et omni lapidum insensi
bilitate animam duriorem ad se traxit
et ad meliorem ad meliora convertit et honore
primo decoravit Hodie namque ait me
cum eris in paradiso Et cherubin custodien
tibus paradisum inducitur latro ad eum Sed
non immeritis ad omnes invitat Et dices sed
ibi framea totus igneus ardore pretenta ver
satur Sed ipse qui et ignis et ipsius gehe
ne et vite mortis quoque imperium tenet ingre
dienti potestatem concessit Et imperatorum qui
dem vel cuius sui potestatem in curiis pun
putantur si personam vilissimam participem
sui actus accipiat Xpo autem non non i
nune fuit sacram ingredienti patriam sacre
ingressus sui latronem participem Nam
secum enim perduxit non confundens cal
cantibus latronis pedibus paradisum sed
honorem prestans paradiso Honor etenim lo
ci est talem dominum possidere qui et latronem
dignum reddiderit paradiso Nam et pu
blicanos et fornicarias ad celorum reg
num introduxit non celorum regnum infa
mavit sed etiam magis honoribus ampli
avit Videns talem dominum esse celorum
qui et dignas inter fecit meliorari pro
nas ut etiam illius dignitatis gloriam
mererentur Nam sicut homines quibus
corpori medendi cura est amplius admi
rantur cum egrotos omni spe desolatos ar
te propria curaverint et sanitate reddiderint sa
nitati sic et xpum nunc iustum est admi
rari donantem infirmitatibus sanitatem Publi
no et meretricibus remedium pollicentem et eis
salutem perpetuam largientem ut et dig
nos eos celorum amenitate donaret Sed
dicis Unde tanta beatitudo latroni Quid
egit tale ut post crucem paradisum me

atur Vis eius tacitus audire virtutem Quan
do petrus eum negavit interim latro eum
confitebatur moriens Et hec non ne adaccu
sationem beati petri aliquis dixisse suspicetur
quam longe a mea consciencia sit sed latronis
ad miranda volo animam declarare Primus
discipulus puelle vilissime minas tollera
re non valuit et latro suspensus tormen
ta spernens undique populum inspiciens circu
stantem clamantem ingentem ardentem ra
bie omnium iniquitate furente blasphemiis
inflammatum non timuit nec carnis christi in
utilitatem que videbatur inspexit sed ipsius
fidei oculis hec cuncta transivit et humilibus
spretis cogitacionibus celorum dominum exal
tatum pura mente cognovit et ipsius mi
sericordiam in cruce flagitavit dicens
Memor esto mei domine in regno tuo Nec
transitorie istum preteramus latronem neque
erubescamus accipere magistrum quem non
erubuit ipse dominus primum introducere in para
disum Nec pudeat eius magistri qui celeste
cunctis prior meruit ante omnes Sed dilige
ter singula requiramus ut crucis eius
magnam virtutem Non dixit ad eum sicut
ad petrum veni sequere me et faciam te pis
catorem hominum nec dixit ad eum sicut ad
duodecim quia sedebitis super duodecim se
des iudicantes xii tribus israhel Immo
nec honore dignum estimavit nichil admi
racionis ostendit non mortuos resuscita
vit demones non fugavit non mare pro
stravit nullum ei fecit de celorum regno
sermonem nichil de gehenna locutus est et
ante omnes eius imperium confitetur et hoc
dicebat alio latroni adversum eum plura
dicenti et sepius insultanti nam et ex al
tera parte latro cum eo fuerat crucifixus
ut illud impleatur et cum iniquis reputa
tus est Nam iudei eius famam quamque in
famare cupientes ex omni parte tempta
bant ac universa pervertere sed veritas undique
prefulgebat et ipsis adversantibus augeba
tur Insultabat igitur ei alter latro Vidis
ti latronem et latronem uterque pendet in
te neque ante fuerunt similes utrique co
nversacio sed non in utroque mens una Nec
eadem semper utraque perduravit nec reis simi
lis donat eventus iste promeruit alter
ad gehennam mittebatur et penam fecit hes
terno die discipuli et discipulus iudas et
undecim Sed illi quidem dicebant Ubi vis

paremus tibi comedere pascha Iste autem pro
dicionis stimulatus ardore dicebat Quid
michi vultis dare et ego vobis tradam eum
Illi ad divinorum misteriorum sese officia prepara
bant iste tradicionis meditabatur officium Sic
et hic latro unus insultat atque adorat atque
veneratur Unus blasphemat alter benedicit
et blasphemantem prohibuit dicens Nec tu ti
mes deum Vidisti libertatem in cruce vidis
ti philozophiam in tormentis et in pena pro
delictam Sed enim sui memor fuit quod me
te silva iugulabat clavorum confixione constric
tus Quis est qui potest non mirari Sed
iste non solum intra se fuit sed et suas ne
cessitates pretermittens aliorum utilitatem
cogitabat Et magister pendebat in cruce et
suis persuasionibus alium invitabat ad vitam
dicens Nec tu times deum Non igitur quod de
orsum est adiudicatus iustitias sed sursum
alia sunt iudicia constituta In terreno ha
que iudicio et iusti pro iniquis condempnantur
illicite et iniusti declinant penas et rei li
berantur et innoxii puniuntur Aut enim spon
te aut inviti iudices errare consueverunt
aut ignoratione iustitie vel pecunie corrup
tione aut iniqua gratia sententiam protulerunt
In celesti autem iudicio nichil tale esse con
venit Nam deus iudex iustus et iudicium
eius ut lux procedit non habens tenebras
aut ignoranciam Et ne dicat quis adiudica
tus deorsum est et condempnatus celeste
ei iudicium memorat Tribunal illud terri
bile nominat et tamquam interrupit dicens
Illuc oculos tende et condempnacionis sue
minime sustinebis nec stabis deorsum in
corruptis iudicibus sed expectes sursum
veri iudicium Vidisti philozophiam latro
nis vidisti prudenciam vidisti magistrum de cru
ce subito evolavit ad celum et in pena
positus celestis iudicis secreta narrabat
et habundanti eum persuasione nos pectes
Non times inquit quia in eodem iudicio
sumus in eadem pena in pari districtione
Inquit et tu in cruce non es et cum illo
lacessitus iniuriis tibi supplicium preparas Et
sicut hys qui peccatorum ceteris pergravatur
si alios peccati accusaverit semet ipsum prius
accusat sic et qui in calamitate est pal
ternis calamitatibus insurgit sibi prius
insultat qui in eodem qui in eodem iudi
cio sumus Apostolica illi verba monstrabat eu
vangelicos sermones qui dicunt Nolite

iudicare et nō iudicabunt quia in eode
iudicio sumus Quid frater latro defende eu
volens pticipem fecisti latronem Non inquit
Extimpore abiciat suspicione sequuti simone
Et ne eos pticipem eum etiam pti fecisse
arbitreris sequentibus declarauit dicens Et nos
quidem iuste digna hijs que fecimus passi
sumus Audisti plenam confessionem vidisti la
tronem in cruce suis venditasse pctis Dic
namque ait tu iniquitates tuas prior ut iusti
ficeris Nullus impulit Nullus necessitate
constrinxit sed ipse sponte sua pcta publica
bat dicens Nos quidem iuste digna enim
hijs que fecimus passi sumus iste autem
nichil tale fecit et postea ait Memento
mei in regno tuo Non ausus dicere ante me
mento mei nisi confessione pcti sarcina
remisisset Inspice quantum pstat confessio
confessus est et tantam fiduciam meruit
ut regnum post latrocinium postularet Vides
quantorum bonorum nobis materia crux est
Dic michi regnum commemoras Quid enim
regni vides Clauus et crux est quod inspi
cis sed ipsa crux inquit regni est et ideo
enim regem nomino quia crucifixum inspicio
Imperatoris est pro omnibus mori et regis opi
nio pro cōi utilitate nunquam recusare sup
plicium Ipse dixit quia bonus pastor animam
suam ponit pro ouibus suis et ideo impera
tor bonus animam suam pro hijs quos re
git offerre festinat Cum igitur animam suam
pro nobis posuit idō enim Imperatorem vo
co Memento mei in regno Vidisti quod crux
regnum est volo et alia racione cognoscas
Crucem solam non reliquit in terra sed secu
eam leuauit ad celum Sed ais Hoc unde
demonstratur et ideo audi quod cum ipsa venit
et cum ipsa secundum gloriam suam pnciam faciat
et idō gloriosam crucem nuncupauit Sed
videamus si cum cruce veniet et hoc firma
biliciam probacione monstrandum est Si dixe
rit ecce in penitiori est xpus ecce in deserto e
nolite ire Desertudo autem eius gloriosa di
cens aduentum propter pseudo prophetas propter
antixpm ut nullus errore confusus enim
xpm esse arbitretur quia xpm ille preueniet
et ne pastorem querens lupum incurras
et idō tibi pastoris aduentus clam et la
tenter ostensus est ne et futurum talem ar
bitreris signum tibi futurum monstrauit Et
idō ille fuit latens aduentus quia venit
quod periret quesiturus Secundus autem non

ita est Nam queadmodum ex choruscacio
aboriente exit et uidetur usque ad occiden
tem sic erit aduentus filij hominis et subi
to omnibus videbitur ut nullus interroget
utrum hic aut illic xpus est Et sicut cho
ruscacione flammante superfluum est de cho
ruscacione requirere sic post presenciam requirere
non necessarium est si venit xpus sed iuxz tu
cruce veniet requiramus Non enim hanc gem
ob aliquam obliuionem ptereo Et audi Tunc
inquit tunc quando veniet sol obscurabit
et luna non dabit lumen suum Tanta enim
lux ipsius luminis pclarescit ut eius radijs
lumina clara vincantur Tunc et stelle ca
dent et tunc signum videbitur filij hominis
in celo Vidisti gloriam ac crucis solis lu
men reddetur obscurum lune nō dabitur
gracia sed illud lumen radiabit et lucet Et
sicut Imperatorem regalis pompa precedit
et militaris ordo pcedendo vexilla hume
ris portare consueuit et hijs eius decla
tur aduentus sic domino de celo veniente
angelorum cetus et archangelorum multitu
do illud signum humeris portant in excelsis
et regalem nobis aduentum nunciant Tunc
mouebuntur virtutes celestes et angelos tre
mor apprehendit et ubique multa formido Et
tunc angeli tremunt Quid et illi iudicio
tenebuntur Nonnunquam Sed sicut vehemente
iudice cognoscere non tantum rei nec solum
conscij sed et circumstantes maxime terrentur
consuetudine iudicantis sic et tunc natura
nostra excipiente summam celestis examine et
illi qui nulla mala conscia premuntur nimia
terrentur formidine ¶ Sed cur cum cruce
veniet Videamus scilicet ut qui hij eum
crucifixerunt sue sciant dampnacionis
cecitatem et idō impudencie eorum sig
num portatur Ideo propheta ait Tunc lame
tabuntur tribus terre videntes accusatore
et agnoscentes pctm Et quid mirum est
si crucem portans adueniet quando et vulnera
corporis ipsa demonstrauit Tunc enim inquit
videbunt quem ipuvx erunt Et sicut post re
surrectionem thome volens diffidenciam cura
re et illi clauorum loca monstrauit ma
nuum et lateris vulnera declarauit et dixit
mitte manum tuam et vide quia spiritus car
nem et ossa non habet Sic et tunc os
tendet vulnera crucemque demonstrabit
ut ipsum ostendat illum esse qui fue
rat crucifixus Nec tamen decrucem sed et

de nobis ipsius possimus agnoscere virtutem pietatem. Nam crucifixus cum ei insultarent, cum videretur, cum morti traderetur dicebat: Pater dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Et crucifixus pro eis qui crucifixerunt orabat. Et illi quidem dicebant: Si filius dei es descende de cruce. Sed ideo de cruce non descendit quia filius dei est. Nam ideo venit ut pro nobis crucifigeretur. Descende de cruce et credimus inquiunt. Verba sunt ista composita explorationis diffidentie. Nam maiora eis mirabilia demonstravit quando sepultus imposito lapide surrexit quando mortuum institis illigatum Lazarum post quatriduum suscitavit. Et illi quidem dicebant: Si filius dei es libera temet ipsum et nos. Ista autem omnia sustinebat ut illos liberaret qui crucifixerunt. Dimitte eis peccatum quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo dimisit illis peccatum dimiserat si illos penituisset. Nam si illis non concederet peccatum nec post eorum persecutionem apostolus extitisset nec tanta multitudo iudeorum credidisset. Et quia ingens numerus credidit iudeorum qui crediderunt penitentia igitur dominum et pro inimicis oremus. Et iterum de hac ammonitione tractabo. Nam et quibus diebus de hac causa mecum ad vos sermo prolatus est. Non quia respuistis que dicuntur sed quia spero vos assidua commonitione meliores effici. Et si quis tumidi pectoris invenitur, si quis ad sedandas inimicitias durus est, dierum saltem festivitate moneatur. Secunda tempus rubescat et veram pacem inimico concedat imitare dominum deum tuum. Clavis fixus in cruce pendebat et pro inimicis qui eum crucifixerunt sicut cum patre sermone. Sed dicis: Quemadmodum potero imitari magistrum? Crede hoc, implebis facile. Nam si non potuisses non diceret: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Si esset imitari impossibile nec Paulus diceret: Imitatores mei estote sicut ego Christi. Si non vis dominum imitari, saltem Stephanum apostolum imitare qui dominum imitatus est. Nam sicut Christus dissimulata cruce contemptis clavis suis quos despectis iniuriis patrem pro inimicis exorabat, sic et sanctus Stephanus lapidum iactationibus cruciatus undique contusus lapidibus confractis omnibus membris sauciatus corpore dolore contempto pro lapidantibus deprecabatur et pro inimicis orabat

dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Audisti verba domini, audisti verba filii, audisti verba apostoli. Ille ait: Pater dimitte eis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Iste ait: Domine ne statuas eis hoc peccatum. Et non illis tantum sed nimia enim affectione deprecabatur et ideo flexis genibus suis cum lapidabatur orabat. Vis et aliud sanctum qui maiora sustinuit demonstremus? Paulus a iudeis inquit ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, nocte et die in profundum maris fui. Et pro hec inquit orabat pro fratribus suis et cognatis secundum carnem. Vis et aliud non de novo sed de veteri testamento cognoscere? Nam hoc plus admirationis affert quod ubi inimicos amare non videbant sed oculum pro oculo dentem pro dente et ulcisci tali autem pro vindicte apostolica philozophia gerebatur. Et audi Moyses de lapidatus a iudeis sepius quam contemptus. Quid ait? Si dimittis ei peccatum dimitte, sin autem et me dele de libro quem scripsisti. Vides singulos alienam incommoditatem sue saluti preponere. Nichil peccasti et cur particeps desideras esse supplicii? Cur pene cupidus? Cur tribulationum socius? Cur effectus detrimenti consortium? Quid iocunditatis quid tristitie cum alii puniuntur? Sentire non possum nec fructum mee commoditatis agnosco cum teneat alios laceratione supplicii. Sufficeret quidem ad emendationem nostre mentis exempla prolata sed ut suum us corrigamus aliud quoque huius philozophie precepta suasse monstrabo. Beatus ille et mansuetus David cum exercitus suus in mortalitate quedam fuisset arreptus et filius eius Absalon contra patrem tyrannidem exercere voluisset, cum postea deus contra eos suos iratus et David vidisset angelum frameam inferentem et plaga universos decipere ait: Ego pastor peccavi et ego pastor malum feci. Fiat super me manus tua et super domum patris mei. Audisti ulcisci [illegible] philozophiam. Et aliud quid gesserit propheta Salomon dati corrigamus exemplo. Samuel propheta sustinuit iniuriam iudeorum remotus ab aliis est. Et cum dominus deus illi solatium voluisset afferre ait: Non te expulerunt sed me. Et ille qui exordinatus fuerat qui contemptus ait: Michi autem absit peccare ut omittendi orare pro vobis dominum. Peccatum arbitratur nimis nimis pro inimicis orare. Christus dicit: Pater dimitte

illis peccatum non enim sciunt quid faciunt Ste
phanus dicit Domine ne statuas illis hoc pec
catum Paulus ait Optabam anathema
esse ego ipse a xpo pro fratribus meis qui
sunt cognati mei secundum carnem Moyses dicit
Si dimittis illis peccatum dimitte si autem et me
dele de libro quem scripsisti David ait Fiat
manus tua super me et super domum patris mei
Samuel ait Michi absit peccare in te ut mitte
di orare pro vobis dominum Cunam igitur veniam
meri potius deo si tantorum sanctorum deueter
atque novo testamento non mittimus exempla
ut pueris inimicis oremus Si forsitan ali
ud facientes contra inimicos nolite fratres
nolite deprecor Nam quanto plura sunt exem
pla que diximus tanto minitacionis merces au
geatur Melius est pro inimicis qui panne
orare Nec enim tibi nobis prestat pannias
oratio quantum pro inimicis deprecatio Si di
ligitis inquit eos qui vos diligunt nichil
magnum facitis et enim publicani hoc faciunt
Ut sciatis quia si pro amicis oramus non
dum vicimus publicanos Sed qui diligimus
inimicos deo vigilantium possumus similes
sumus qui solem suum oriri facit super bonos
et malos Igitur dum imitatores sumus Es
tote namque ait similes patris vestri qui in
celis est ut et celorum regna mereamini Per
xpm dominum nostrum cui est gloria in secula se
culorum Amen Explicit de cruce et latrone

Hodie Incipit eiusdem secunda omelia

Hodie in apianimus tantum de crucis tro
pheo predicare et honoremus
hunc diem magis autem convenit
celebrare hunc diem Nec enim exilibus nos
honorificatur crux sed ex fideli vita confes
sione coronas mereberis crucis Hodie domi
nus in cruce fixus est et seculum sanctificatum est
Hodie crux fixa est et demones dispersi
sunt Hodie crux fixa est et mors subu
ersa est Hodie crux micat et mors victa est
Hodie dyabolus victus est et homo solutus
est et deus glorificatus est Hodie apud iu
deos terra contremuit et apud nos orbis
terre firmatus est Hodie apud iudeos ga
mentis audacia contra deum vadunt petre
scisse sunt Hodie amabilis deo pietas uni
versum consuit orbem Decebat enim que
pietatis erant coniungi ea autem que infide
litatis disiungi Sicut et david dicebat di
rupti sunt et non sunt compuncti Hodie
apud iudeos ab hora sexta usque ad horam
nonam sol obscuratus est non enim ferre po
terit creatura iniuriam creatoris Retraxit
radios suos ne videret impiorum facinora non
quod decitatem nimia tangeret sed quia que
audaci superbia fiebant in contumelia eius
reputabatur Hodie apud iudeos tenebre
facte sunt apud nos autem nox in diem co
nversa est Et enim pietati hoc proprium est ut
tenebris fulgeat Impietas autem et in
in lumine sunt tenebrescit Et de fidelibus
quidem scriptura dicit quia tenebre non
obscurabuntur et nox sicut dies illuminabitur
Infideli autem et dies in noctem mutatur
Dicente scriptura Palpabunt sicut ceci pa
rietem et ambulabunt in meridie sicut
in medio noctis Hodie adam eiectus est
de paradiso et hodie latro paradisum ingre
ditur Exiit fur et introivit fur Exiit
prevaricator et ingressus est latro Exiit
contemptor ubi et introivit confitens in
luminum Exiit contempnens salutem et intro
ivit dec… [illegible] ce mercans salutem Ecce et
antea [illegible] me dixisse de latrone sed habes
diversas [illegible] intelligentias sermo dei Iste la
tro de ligno mercatur salutem hic latro
furatur celeste imperium Non facit maies
tati non propria virtute sed fide vincens Ipsi
dum nox est regnum celorum vim patitur
et violenti diripiunt illud Invenire duo la
trones ymago iudeorum et gentilium Latro
qui penitet ymaginem obtinet populi ex gen
tibus congregati qui prius in errore ambu
lavit et post hoc veritatem agnovit Ymaginem
vero latro ille obtinet iudeorum
qui usque in finem perseverat latro et us
que ad finis quidem crucis viam maligni
tatis inierunt Crux autem dimisit utro
sque Viam namque civitatis et perditionis
qui non credidit ingressus est Viam
autem salutis qui credidit adeptus est
Invenire credidit latro differenciam viam
qui novit dominus viam iustorum via
autem impiorum peribit Et vide dei iu
stum iudicium ut dicas et tu cum propheta
Iustus es domine et rectum iudicium tuum Propter
unum peccatum dampnatur adam et propter unam
fidei vocem latro salvatur Unum per pecca
tum eiecit illum et una iusticia in tro
duxit istum et latro habitator factus
est paradisi O admiranda rerum materies
nec abrahe per vocem data est repromis
sio paradisi hereditavit quidem per fidem

Repromissionem aut padisi nemo ante la
trone accepit Hic autem diligencius p
scrutatus vetus testamentum et novum nul
lum ante latrone invenies repromissionem
padisi meruisse Non abraham non ysa
ac non Jacob nec moysen nec pphas n°
aplos sed ante omnes reperies latronem Audi
igitur dnicam vocem Amen dico tibi hodie
mecum eris in padiso Vocavit quippe ds
abraham dicens Exi de terra tua et de
cognatione tua Et non dixit illi heredita
tem capies padisi sed veni in terram quam
monstrabo tibi Et ysaac quidem typum
xpi portabat et Jacob colluctatus in fi
gura cum deo est et moyses legem ac
cepit et p repromissionem audivit bona tre
mandicaturos se esse si legem dni custo
dissent Et insignem repromissio padisi ante
latronem Vere mirum ergo est quere cur
hunc ante omnes tales viros fide dignis
simos potissimum repromisit padisum
Credidit abraham deo sed [illegible] credidit
illi de celis loquenti et per [illegible]di angelos
sermonem psentem et de ppria [illegible] aucte
legem dantem Credidit et ys[ai]as sed
in gloria consistenti Vidi enim inquit
dnm sedentem sup thronum excelsum et ele
vatum Credidit et ezechiel sed ipse dnm
sup cherubim contemplatus est Credide
runt reliqui pphete sed diviso modo dnm glo
rie intuentes sicut videre possibile erat
humane nature Credidit et moyses sed
de medio ignis loquenti et in nube clan
gore et tonitruo que infidelem poterant
pvocare Hoc aut dico non ut sanctis
derogem absit Sed pter enim qui solus
pvilegium meruit padisum Iste ergo vidit
salvatorem non sup trono regali non
adorari in templo non loquentem de celis
non p angelos disponente sed in pena so
ciatum latroni Vidit in tormentis et
tamquam in gloria adorat Videt in cruce
et rogat quasi in celis sedentem Videt
condempnatum et regem invocat dicens Dne
memento mei cum veneris in regnum tuum
Crucifixum vides et regem predicas In
ligno pendentem cernis et celorum regna me
ditaris O admiranda latronis conspicio
Nunquam scripturas legisti ab iniquitate
non cessans Nunquid non pphas audisti
homicidia exercens Nunquid non dnm au
disti sermonem quando ad cedem gladium a

cuebas Unde eruditus es talia philozo
phari de xpo Judei crucifixerunt qui eorum
legem et pphas legerunt et tu horum ig
narus denuo vocas condempnatum et ado
ras crucifixum Non me inquit lex do
cuit sed sol occultans lumen suum Cuius go
te erudivit o latro talia de xpo dicere Vidi
inquit crucifixum sed terre motum sensi et
pter pariadas iudeos elementa indig
nantia intellexi Et petre quidem scinde
bant et corda hominum non metuebant
Scisse sunt petre disruptum est velum tem
pli et iudeorum secreta patuerunt Et hoc
velum quidem erat sed preciosissimum qd in
diebus celebrioribus suspendebatur preciosis
simum valde de purpura et bisso et cocco et
auro et genes serico et iacincto contextum
In illo enim tempore crucis terra mota est
sol fugit petre scisse sunt velum disrup
tum est monumenta patuerunt Et sicut
gloria domus est ubi velum pendit ha
bitante interius domino domus sic ig
nominia templi est unde recessit spus scs
Postquam enim iniurias in filium dei intulerunt
manus iniuria deo facta est qui habitat
in templo Et ideo recedente domino deser
ta remansit domus domus sicut ipse di
xit Ecce relinquetur domus vestra deserta
Egresso rege ecclesie disrupta sunt symbo
la regni Aperta sunt monumenta et sur
rexerunt mortui et intraverunt in sanctam
civitatem ut in excusabilem relinquerent
causam et dni resurrectio firmaret Si fi
lius dei es descende de cruce et credimus
nõ tibi Considera nunc vocem filiorum dyaboli
quomodo imitantur vocem paternam Si dya
bolus dicebat Si filius dei es mitte te
deorsum Et iudei dicunt Si filius dei
es descende de cruce et credimus tibi Ba
riter crucifigunt latrones non tamquam
minima latronum participes erant scre
leris eorum sed ut infamaret dnm suum
quia non sue causa crucifixus sit sed
quia sicut facinorosus inventus sit Co
tatur ysaias ppheta tragedia huius
narrationis dicens Ab iniquitate ppli duc
tus est ad mortem et cum iniquis de
putatus est hoc est cum latronibus Ce
lus ideo sociavit xpm ut macularent
dni passionem Ut autem scias quia non
oderunt latrones audi pilatum dicentem
Quem vultis dimittam vobis Jhm an

Barrabam qui propter homicidium in vincu
lis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte no
bis barrabam. Latrones petierunt latrone
dum crucifixerunt. Non virtute sua iniqui
tas, sed dispensationis et prophetie implebatur
voluntas. Dixit illis pilatus: Regem vestrum
crucifigam? At illi dicebant: Non habemus
regem nisi cesarem. Abnuerunt dei reg
num et traditi sunt regno Romanorum. Ra
go quod querebant non intellexerunt, ideo quod pe
tierunt acceperunt. Coronaverunt spinis cru
cifixum, obtulerunt ei fel et acetum. Et
hoc ipsa futura dixerat olim moyses di
cens: Generatio prava et exasperans, hec
domino retribuistis. Et qui dederat manna
in deserto huic tu offers fel, et qui tibi deli
cias deserti produxit tu illi spineam im
ponis coronam. Ideo clamat ysaias dicens:
Expectavi ut faceret uvas, fecit autem spinas.
Dicunt iudei: Sanguis eius super nos et
super filios nostros. Illis ad condempnationem, no
bis autem ad iustificationem. Sanguis Christi
illis ad mortem, nobis vero ad vitam. Po
enim sanguis Christi deterius Babilonis
igni. Ille fuit succensor in camino hono
rare corpora et caldeos comburere. Quanto
magis sanguis ille preciosissimus fuit perde
re incredulos et salvare fideles. Decuit enim
splendorem crucis obtenebrare infideles et
illuminare credentes. Sola enim Christi crux
est que dissolvit tenebras et regnum de
monum dissipavit et omnem errorem ma
lignantium abstulit. Crux caritatem reddit.
Crux nobis sol iusticie facta est ut illuminati
luminaria eius glorificemus patrem et filium et spi
ritum sanctum in secula seculorum. Amen.

Explicit de cruce et latrone. Incipit ome
lia secunda de cruce.

Quid dicam vel quid loquar, quod vobis denomi
natione imponam? Oves, scilicet,
an pastores, nautas an gubrna
tores, discipulos an nigros? Quemadmodum
zelum vestrum igneum admirabor? Oves vo
cabo vos, et enim estis quieti et mansue
tudine pleni. Pastores vos dicam, et enim
vere estis domini imitantes. Nautas appel
labo, nam et estis ex parte multo tempe
stuosam hiemem sustinentes. Gubrnatores
vos dicam, et enim estis sicut peritissimus
gubrnator artificii argumento tempestuose as
peritatis assurgens molem et integrum ad
tranquillum portum deducens navem. Sed disci
pulos vos vos vocabo, et hoc quoque estis
parati ad obediam. Sed nigros vos dicam, et
enim estis. Christi autem non pigrum est
sepius totius mundi vos vocare nigros. Quid
ergo dicam aut quid loquar, qualiter vos
vocabo? Oves an pastores, nautas an gub
natores, discipulos an nigros? Quid ergo di
cam aut quid loquar, qualiter vos vocabo,
aut quomodo zeli vestri exaltabo preconia?
Quid ergo dicimus? Hodie volo vobis me
sam apponere spiritualem, non corpus refici
entem, sed animam incadantem. Talis est enim
mensa spiritualis, non sicut illa que ventrem
onerat et obtundit animam, sed sicut illa de
qua cum virorum aliquis comederit odore
suavitatis eructat. Sermo enim est spiritua
lis, et non solum semetipsum odore socia
bono sed et proximos suos replet suavita
tis dulcedine. Extendite vosmetipsos ubi
enim proferre volo, et in more nautarum
natantium qui se etiam pelagi profundo co
mittunt ut deorsum diluvidates concham
in qua margarita latet perquirunt, ita et
nos habentes pro nave etiam pro gubrna
culis crucem, pro gubrnatore Christum, pro veli
sericis pro vento spiritum sanctum. Pro velo Christum pro
nautas apostolos, pro remigantibus prophetas, pro
mari vetus testamentum et novum. Commit
tamus nos pelagi huius profundo ad per
quirendam nostrarum scripturarum divinus margaritam
latentem. Date igitur animos vestros et tota
intentione mentis que dicamus audite. Cu
pio enim in hoc scripturarum spiritualium profun
do descendere et inde vobis proferre pre
ciosissimam margaritam. Nolite queso ne
gligenter audire. Scriptum est enim: Ne mit
tatis margaritas meas ante porcos et
ne detis sancta mea canibus. Cum autem
porcos audis et canes, time ne de brutis
animalibus estimes dici. Porci enim sunt
qui vitam suam scenose libidini et vo
luptatibus seculi mancipaverunt. Canes no
minis heretici qui vitam suam blasphemiarum
extenderunt eloquia. Facite ergo vos
dignos ad suscipienda preciosissima marga
ritam quam vobis hodie apponere volo et cu
pio. Sicut enim agricola peritissimus non i
cassum seminat, sed prius iungit boves ad a
ratrum, durat et scindit terram et spinas e
radicat et sic demum committit semina sua
ut cum descenderit de celo pluvia queque
data terre confoveat et semina. Que non

statim producat spicam sed yeme inicia ma
neat et verni temporis suscepta pluvia et
solis calore confota erumpit in spicam et
sic apta sit ad metendum et triturata horreis
commendatur et reconditur. Ego autem non hye
mem non vernum non solis radios non ym
bres neque boves iugum nec aratrum tra
ham neque profundam nec spinas euella
sed hodie seminabo et hodie metam. Non
operabor incurabilem terram sed racionabilem
non insensibilem sed sensibilem non exani
mem sed animam viventem. Et vocis huius terre
agricola deputabor. Unde enim vocis sum quando
do in aures audiencium loquor. Scriptum est
enim Beatus qui loquitur in aures audi
encium quia scriptura mortem comminatur ino
bedienti. Beatus ergo ego beati et vos.
Veram et dominus ihesus in ewangelio discipulis
suis dicit Beati estis si verbum meum ser
vaveritis. Ostendite ergo vos met ipsos et
intenta aure que dicuntur audite. Volo enim
quasi per quandam comparacionem ostendere singula
ris deum quasi hominem sedentem in excel
so montis vertice et exinde prospicientem
universum mare naves que discurrentes ali
am quidem velificantem et tempestatem
violencia pacientem ventorum sed gubernatore
peritissimo regente undarum moles hinc illinc
que dividente illesam in portum deducere navem.
Aliis autem prospero cursu rectam viam
peragentibus aliis vero naufragium sustinenti
bus et paucos exinde homines ad minimo
axis alicuius aditus evadentibus aliis vero
naufragium sustinentibus et paucos exinde
homines ad monentibus ita est et dominus
omnia prospiciens. Quando autem dixero
deum sedentem in excelsis ubique enim credi
te esse presentem. Nec enim locorum distancia re
tardatur cum ipse sibi sit locus et ipse om
nia capiat capiat autem enim nichil. Que
enim capacitas habet incorporalem sed inmo
bilem naturam et que sine et investigabi
lem et inconvertibilem et incomprehensibi
lem que omnia deus est. Sic oportet nos
credere deo. Hec enim vera salus est. Hec e
autem vita eterna ut agnoscant te solum
verum deum et quem misisti ihesum christum. Sin
hac namque capitulo reprehendere nos ingra
ti heretici voluerunt qui legentes non intelli
gunt que leguntur. Christum autem cum audie
ris tunc non solummodo deum putes sed de
um et hominem crede. Credo namque eum
se christum et scio christum de quinque panibus et
duobus piscibus saciasse quinque milia homi
num exceptis mulieribus et parvulis. Credo christum
sitisse scio christum super aquas pedibus am
bulasse. Credo christum mortuum fuisse et mor
tuos suscitasse. Credo christum pilato astitisse
et scio christum patris ad dexteram consedisse.
Credo christum lapidatum et scio christum ab ange
lis adorari. Et queda quidem refero de cetera
ti quedam autem aspicio humanitatis quia christum
non de maria virgine natum. Et scio christum
ante omnia secula genitum et apud deum semper
deum esse verbum. Confitemur ergo christum ihesum
firmum immo inexpugnabilem fundamentum
quod super se petram fundatum est. Ipse enim dicit
petro Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte inferi
non prevalebunt adversus eam. Sicut bea
tissimus paulus ait Fundamentum enim a
liud nemo potest ponere preter quam positum est
quod est christus ihesus. Rogo ergo dileccionem ves
tram ut in hac vita positi exhibeamus
nos irreprehensibiles invicem sufferentes
et invicem instruentes. Non est enim reg
num dei esca et potus et divicie et iactan
cie sed pax et gaudium in spiritu sancto. Time
amus ergo namque diem iudicii et pe
nam gehenne. Non ergo demus locum dya
bolo sed resistamus ei. Non enim est no
bis pugna adversus carnem et sanguinem
sed adversus principatus et potestates adversus
rectores mundi huius spiritus prauos. Festinemus
ergo effugere eternam penam. Nec enim propter
nos pena facta est ut in ipsam mittamur
sed ut liberemur ex ipsa. Talem enim habemus
deum amatorem humani generis misericor
dem atque clementem qui nos a dyabolo et tormentis
de gehenna liberavit. Testificatur namque david
dicens Deus iudex iustus fortis et paci
ens numquid irascetur per singulos dies. Ni
si conversi fueritis gladium suum vibrabit et
arcum suum tetendit et paravit illum. Et in
eo paravit vasa mortis sagittas suas ar
dentibus effecit. Hec autem deus non ut in
ducet nos sed ut solliciti simus et precepta ip
sius observemus. Quod si contempserimus in
excusabiles sumus. Nam si voluisset
nos perdere non utique proprium fudisset sangui
nem. Mortuus est ergo ut tibi immor
talitatem donaret. Esuriit ut te eterne pia sa
ciaret. Sitivit ut te spiritus potaret fonte.
Super asinum sedit ut te super cherubin sede

facet Baptizatus est ut te illuminaret
a lapis tersus est ut te sermo liberaret
Viator factus est ut te sine labore faceret
Esurivit ut te sine timore redderet
Ex muliere natus est ut paritatem
ene delet Homo appellatus est ut te
deum vocaret Filius hominis dictus est ut
te in dei filium adoptaret Accepit que e
rant mea et dedit nobis que erant sua
Oravit ut te fidelem faceret sicut dicit su-
per lazaro pater glorifica filium tuum ut filius
tuus glorificet Et venit vox de celis di
cens Glorificavi et iterum glorificabo Ego
quam semper me audis sed propter astantem ex
bam dixi ut omnes credant quia tu me
misisti Si quid igitur sustinuit non prop-
ter semetipsum neque propter patrem suum sed ut
salvaret prolem generis humani Et si
nosse desideras carissime virtute crucis
magnitudinem possum ad eius laude dicere an
di Crux spes Xanorum crux resurrectio
mortuorum crux celorum dux Crux despera
torum via Crux claudorum baculus Crux
consolatio pauperum Crux refrenacio di
vitum Crux destructio superborum Crux
male viventium pena Crux adversus demo
nes triumphus Crux devictio dyaboli Crux
adolescentium pedagogus Crux sustentatio
in opum Crux spes desperatorum Crux
navigantium portus Crux obsessorum mu
rus Crux pater orphanorum Crux defen
sor viduarum Crux iustorum consiliarius
Crux tribulatorum requies Crux parvulorum
custos Crux virorum caput Crux senum
finis Crux lumen in tenebris sedentium
Crux regum magnificencia Crux statutum
perpetuum Crux libertas servorum Crux im
peratorum philozophia Crux lex impiorum
Crux prophetarum preconizacio Crux annunci
acio apostolorum Crux martirum gloriacio
Crux monachorum abstinencia Crux vir
ginum castitas Crux gaudium sacerdotum
Crux ecclesie fundamentum Crux orbis ter
re cautela Crux templorum destructio Crux
ydolorum repulsio Crux scandalum iudeorum
Crux perdicio impiorum Crux invalidorum
virtus Crux egrotancium medicus Crux e
mundacio leprosorum Crux paraliticorum requi
es Crux esurientium panis Crux sicientium
fons Crux nudorum protectio Nuditatem
autem tuum dixero non corpeam estimes
sed infidelitatis penam Cum aut in xpo

crediderit vestitus invenietur dicente a
postolo Quicumque in xpo baptizati estis xpm
induistis Xpm aut cum audieris deum
et hominem intellige Hec eadem sepius
dico et dicens non cessabo Michi autem
dicere non pigrum vobis autem tutum est
Volo enim omnes vos doctores fieri Xpus dic
tus est ab unccione nomen dignitatis Ihesus
deus est homo divinus Verbum dicitur quia de
deo et dei verbum Filius qui de patre uni
genitus qui solus de solo deus qui creator
Audi namque Iohem dicentem In principio erat
verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum Hoc erat in principio apud deum
omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum
est nichil quod factum Vides quia hic est qui
verbo celum ostendit et variis stellarum orna
vit decore et extendit celum sicut vesti
mentum hic est qui tanta lumina gratiam
dedit Hic est qui lune decorem imposuit
hic est qui terram super aquas fundavit hic
est qui diversos eam iussit producere flores
et arborum diversa genera fontesque ebulli
re precepit flumina fluere Congregavit lacus
marisque imponens terminum Aquas quoque
producere animancia ventos spirare pre
cepit diversi generis animalia procreavit Quid
aut de angelis dicam de archangelis de
sedibus de dominacionibus de cherubim et se
raphim principatus et potestates et tempora
et annos et menses et dies et horas et
lumen et tenebras et quid quid illud est quod
subsistit Novissime autem et hominem
fecit ad ymaginem et similitudinem suam et pa
radiso posuit tamquam cultorem preceptum Vi
dens aut humani generis adyaboli malicia
voluit creaturam suam assumere et quasi
unum hominem videm et affligere illum cu
pit ut per legem crucis vivisco qui salus
orietur Zelatus ergo dyabolus quia ipse
quidem de celo corruerat Videbat autem
adam paradisi esse colonum inflatus invidia
induit se serpentis ymagine Incorporalis enim
cum est et corporalibus loqui non poterat
et dicit ad evam Quare preceptum est hoc lig
num ad edendum Et si ex eo gustaveritis eritis
quasi dii Seducta igitur eva decepit virum
suum Cum aut de ligno comedissent lig
no apparuerunt ambo nudi Tunc clem
entissimus deus dixit ad adam Adam ubi es
Non quod ignoraret deus sed per persuasione dya
boli qui illi promiserat deitatem invenit

nuditatem. Dicit ei ubi es / hoc est de qua
dignitate ad quale deductus es de decus. Quia
manducasti de ligno scientie boni et mali re
manifesti homo / de qua preceperam tibi ne
manducares. Manducasti ideo prevaricatus
es. Folijs autem ficus cooperuerant peccati
speciem obvelantes. Audit ergo adam. Audi
vi vocem tuam / de ambulantis in paradiso
et abscondi me. Et dixit. Quid fecisti. Et
ille dixit. Mulier quam dedisti michi ipsa me
seduxit. Culpam propriam confiteri non vult sed
ipse qui ipse mandatum acceperat audiente
compare et eva interrogata dixit. Serpens
michi suasit. O eva uno te subiectam esse
nolui non serpenti. Cur mea precepta contem
nens serpentis audisti. Hec autem caussabat
[pre]varicantes subtrahere sese a supplicio posse.
Et deus inquit ad adam. Maledicta terra
in operibus tuis spinas et tribulos germi
nabit tibi. In sudore vultus tui manducabis
panem tuum. Et ad mulierem dixit deus. In
meroribus paries filios / et ad virum tuum
erit conversio tua et ipse tui dominabitur.
Precepit namque ad serpentem suam dicens.
Super pectus tuum repetans terram mandu
cabis cunctis diebus vite tue. Tu enim ob
servabis calcaneum / et ille tuum observabit ca
put. Cur autem serpentem maledixit in pec
tore et ventre gradietur / et terram mandu
caret omnibus diebus vite sue. Pectus ma
ledixit quia in ipso concepit cor quod conce
perat malum. Ventrem non nominavit quo
niam peccatum seduxit. Terram autem man
ducare omnibus diebus vite sue terrenos ho
mines habebit subiectos qui sue obedie
runt voluntati magis quam preceptis dei. Ac
cepimus ergo tres spinas qui et tres sunt o
perationes seu prevaricationes operati. Sicut ergo
prevaricatio per lignum / ita et salus per lignum. Pro
quibus autem gemibus gratias agimus deo patri
domino nostro cui est gloria in secula seculorum
amen. **Explicit de cruce domini. Incipit o
melia sancti johannis de sancto Penthecostes die.**

Hodie nobis terra facta est celum
non stellis de celo in terra descen
dentibus sed apostolis ad celos ascen
dentibus quia effusa est copiosa
gratia spiritus sancti et universum orbem ope
ruit. Est celum non immutans naturam
sed voluntate emendans. Invenit namque
publicanum et evangelistam effecit. Invenit
persecutorem et apostolum fecit reddidit. Invenit
latronem et in paradisum induxit. Invenit
meretricem et virginibus coequavit. Inve
nit magos et evangelistas ostendit. Fu
gavit maliciam et induxit benignitatem. Ex
terminavit servitutem et induxit libertatem.
Concessit debitum et intulit gratiam dei. Ideo
celum facta est. Sancta est terra. Et hoc sepi
us dicens non cessabo. Quid enim tales stel
le sicut apostoli. Stelle in celo apostoli super celos.
Que sursum sunt inquit apostolus sapite u
bi christus est in dextra dei patris sedens. Stel
le de igne sensibili apostoli de igne intelligi
bili. Stelle in nocte lucent in die obscura
tur apostoli in die et in nocte suis radijs hoc
est virtutibus effulgent. Stelle orto sole
obscurantur apostoli sole iustitie resplendente sua
claritate lucescunt. Stelle in resurrectione
cadent sicut folia apostoli in resurrectione ra
pientur in nubibus. Et illis quidem syde
ribus alius antifer alius lucifer appellatur
in apostolis autem antifer nullus omnis lucife
r. Et ideo stellis maiores apostoli. Et quicumque
eos lumina mundi vocavit non peccavit. Non
solum dum erant in corpore sed etiam magis
nunc quando de hac vita migraverunt. Gratia domini
et merita sanctorum non minuuntur morte non
retardatur die non dissolvuntur in terra nec
nocte obscuratur nec tenebris obumbratur.
Et hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe
erant et illis dormientibus retia ope
rabantur. Et tunc quidem pisces capiebant
ad mortem / nunc autem homines capiunt ad
salutem claudos facientes currere cecos illu
minantes leprosos mundantes demones ef
fugantes. Testatur multitudo omnia cre
dentium. Vinitores erant et illis absentibus
corpore vinea florescit et botros affert.
Et enim vinitores erant et piscatores et
turres et columpne et medici et duces et doc
tores et portus et gubernatores et pastores
et athlete et pugnatores et coronas gesta
tes. Columpne quidem qui virtute sua ecclesie
robur sunt. Fundamentum autem quia in con
fessione ipsorum fundata est ecclesia dicente
domino. Tu es petrus et super hanc petram
fundabo ecclesiam meam. Portus autem qui
tempestates insanas represserunt. Gubernato
res qui orbem terrarum in viam recta docue
runt. Pastores qui lupos abegerunt et o
ves conservaverunt. Aratores qui spinas era
dicaverunt. Vinitores qui labruscas amputa
verunt et semina pietatis plantaverunt. Et ut

dixtis me non intrassem hoc dixisse Ad
dictam pauli in medium hec omnia facien
tem Vis enim plantatorem vide Audi Ego
plantaui appollo rigauit sed deus incremen
tum dedit Vis autem structore vide Sic
sapiens inquit Architectus fundamentum
posui Vis aut dimicatore videre Sic pug
no non ut aerem verberans Vis enim videre
cursorem Ab iherosolima et in circuitu usque
ad yllircum mare et inde ad yspanias et in
ultimas partes repletum est euangelium xpi
Vis enim adlet athletam vide Non est col
luctacio aduersus carnem et sanguinem Vis enim
vide ducem Assumite arma dei et induite
loricam fidei et galeam salutis et gladium
spiritus sancti Vis enim videre certante Bonum
certamen certaui fidem seruaui Vis videre coro
natum Et cum eet vnus omnia faciebat
dominum suum imitatus Et enim cum sit diuitas
vnius substancie et inmutabilis sua salu
te omnibus omnia facit Tu palmes factus
es et ipse tibi vinea sicut ipse dicit Ego sum
vinea vos autem palmites Sermone thes
sum voluisti factus est tibi via dicens Ego
sum via per me si quis intrauit exiet et pa
scua inueniet Ouis factus es ille tibi pastor
Ego sum pastor bonus Pastor namque bonus
ponet animam suam pro ouibus Peccator effus
es factus est tibi agnus Ecce agnus dei qui
tollit peccata mundi Manducare voluisti factus
est tibi mensa Bibe voluisti factus est tibi po
culum Qui manducat carnem meam et
bibit meum sanguinem in me manet et ego
in eo Vestiri voluisti factus est tibi indume
tu Quotquot aut in xpo baptizati estis xpm
induistis Sponsa fieri voluisti factus est tibi
sponsus Qui habet sponsam sponsus est si
cut Johannes baptista ait Nubere voluisti factus
est tibi vir Despondi enim vos uni viro vir
ginem castam exhibere xpo Meretrix eras
et facta es virgo O noua et admiranda rerum
commutacio Apud seculi homines nuptie vir
ginitatem dissoluunt apud spirituales aut nup
tias meretrice coniungibus accepit etiam
et virginibus castiore efficit Inspice re in
o hetite quomodo meretrix effecta sit virgo
Hoc te nescire dicis et disputare de deo au
dacter temptate conans Continere no queo
fide mea suspicio Hec autem omnia operatur
sancti spiritus gracia que large effusa est super
apostolos dei Et factus est repente de celo sonus
tamquam aduenientis spiritus vehementis et reple

uit totam domum ubi erant sedentes et ap
paruerunt illis dispertite lingue tamquam ignis
Non ignis tamquam ignis Si ignis inquit
quomodo non ardebant Interrogat iudeus inter
rogabo et ego iudeum Si ignis erat quomodo
non comburebat rubum facile lignum Sed
igne vehementius / quid rubo vilius Et neque
lignum comburebatur neque ignis extinguebatur
Et iterum quomodo corpora trium puerorum ignis
non exussit Sed caminus in rorem versus est
et carbones tamquam rosas arbitrabantur
Certamine ignis et corporis et tamen corporum
fiebat victoria Et quod cera solubilius / ferro
factum est firmius Inspice re in veteri et ia
presserunt ut traderent vitam Quare spiritus
sanctus in igne apparuit Propter velocitatem mentis
susceptorum Non autem propter hoc solum sed
et sicut ignis spinas combussit sic et spiritus
sanctus peccata dissoluit Sic ingressus est daniel in
lacum leonum et inmanem rabiem illorum diuina
virtus repressit Peragrauit piscatores or
bem terrarum et uniuersum enim inuenien
tes ad sanctitatem enim reduxerunt et in
ruina positum ad stabilitatem reuocauerunt
Non scuta mouentes non arcus tendentes
non sagittas mittentes no pecuniaz largi
entes non in loquencia confidentes sed erant
mundi quidem seculo sed induti xpo Pauperes
sed diuites Sancta indigentes sed regnum celorum
possidentes Non habentes humana solacia habe
tes aute dominum suum Ego enim inquit vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consummacionem
seculi Peragrauit vniuersum orbem terrarum
oues simul cum lupis Quis vidit quis au
diuit Dicit Mitto vos sicut oues in medio
luporum Quis umquam pastor oues mittit
in medio luporum Sed magis si viderit lupos
congregat oues At vero xpus contrarium
facit Oues ad lupos duxit et voluntate a be
stys non sunt sed magis lupi ad ouium ma
suetudine sunt conuersi Et ut non dicerent
illis oues sumus et mittis nos in escam
luporum / timorem illorum vno sermone abs
tulit Non dixit ite / nec enim virtute eorum
mittebat eos sed ecce inquit ego mitto vos
Ipsum quidem vos sed qui mittit potens
est Quis es tu Ego sum qui celum exten
di qui terram fundaui / qui mare infrenaui
qui mortem dissolui / qui cyrographum quod
contra vos erat cruci affixi qui veterem
legem inmutaui qui vos ad pristina patria
reuocaui Qui fortia dissoluo et dissoluta

conforto. Quid mari fortius? Sed pro are
na intollerabilem illius impetum retundit
et continet. Ecce inquit ego mitto vos qui
mortis et vite habeo potestatem qui de celo de
scendi. Ecce ego mitto vos ut oves in me
dio luporum. Tanquam muros quidam bestie fie
bant omnibus ut nec fuga committerent salute
circumvallati undique. O virtus mittentis in me
dio luporum. Oves incurrunt lupis et muta
ti sunt lupi et facti sunt oves. Nec enim na
tura sed voluntate lupi erant. Ecce ego mit
to vos. Quid ergo nobis precipis? Estote pru
dentes sicut serpentes. Serpens et si milies
inciditur caput autem suum salvet totus est
sanus. Sic et tu. Si petimus adversarius
tollere vult libens cede, et si omnes faculta
tes auferre conatur dimitte. Et si ipsam tem
poralem vitam tuam extorquere cupit, ne re
sistas tantummodo fidem tuam custodi. Illa illesa
manente universa ingruentia mala facili
ter evincit. Nudus exivisti de ventre matris
tue nudus et ibis. Sed forsitan in exilium mit
teris tu dicito. Domini est terra et plenitudo
eius. Sed forsitan mors occupaverit non est
timenda quia transitus est tantummodo fidem ser
va thezaurum indeficientem divicias sempiter
nas. Horum que dico tibi martires testes sunt
isti qui fidem non perdiderunt et post ex
cessum de corpore fortiores sunt vivis. Propter
ea inquit homo factus sum propterea carne indu
tus orbem universum salvarem. Multum enim
deo ecclesia cara est non muris circumdata sed
fide circumsepta. Propter ecclesiam namque extensum
est celum, diffusum est mare, extensus
aer terra fundata est paradisus plantatus
est mirabilia multa sunt. Pelagus scinde
batur et iterum siccabatur. Petra frangebatur
et iterum iungebatur. Manna pluebat de celo
et tamquam primicias ponebatur mensa. Propter
ecclesiam prophete, propter ecclesiam apostoli. Et quid plu
ra dicam? Propter ecclesiam unigenitus filius
dei homo factus est. Sicut dicit Paulus: qui
proprio filio non pepercit ut ecclesiam redimeret,
sanguinem filii effudit. Propter ecclesiam hic sac
ris irrigat ecclesiam. Et ideo plantaria eius
marcescere non possunt, nec amittunt fo
lia arbusta eius non subiacet mutationi
temporis nec est conditioni obnoxia ut per
estatem coma foliorum tegatur, hyeme ca
reat. Non tenet temporis qualitatem sed
eam spiritus sancti gubernat gratia. Et ideo
non senescit nec contrahitur et multis op

pugnantibus non opprimitur. Quanti ab initio
impugnaverunt ecclesiam, ecclesie fidei semina
iaciuntur et arma contra eos commota sunt.
Sed quantum impugnabatur tanto clarior red
debatur. Sed nunc quidem propter dei gratiam et
reges et duces et milites et universus
orbis fide repletus est. Nam in principio
et ut dicam in cunabulis ecclesie reges fu
ere impii, duces iniqui, populus seditioni
deditus et dicta iudicum ubique dabantur.
Are incendebant demonibus fumus et o
dor pessimus ipsum maculabat aerem. Ter
ra coinquinabatur sanguine, demones de
bacchabantur. Dyabolus dominabatur, pater abdica
bat filium, filius inhonorabat patrem. Natura
quidem scindebatur sed pietas non divide
batur. Ubi sunt nunc qui audebant ecclesie
esse contrarii? Quando novella erat in nul
lo potuit ledi, et nunc quando usque ad ce
lum pervenit estimas eam posse superari?
Et nunc quidem cum undecim erant apostoli
nullus eos superare potuit sed pauci homi
nes totum ceperunt mundum, et nunc quando
terra et mare et orbis terrarum et inhabitabi
les regiones et civitates et omnes fines
terre pietate replete sunt putas eam te
posse tenere? Sed non poteris. Christus enim
propterea passus est, porte inferi non prevale
bunt adversus eam. Facilius celum extermi
nari potest et terra perire, quam aliquid ma
li pati ecclesia. Quis est qui hec dicat? Ipse
Christus loquitur: Celum et terra transibunt ver
ba autem mea non transibunt. Bene enim
verbum dei ipso celo validius est, quia celum
opus verbi est. Dixit quippe deus fiat celum
et verbum in opus apparuit. Currebat
natura et nemo impediebat, quia nature
dominus imperabat qui et facere et immutare
potest. Ego eam edificavi quam celum sta
tui sed propter celum non fudi sanguinem
propter celum carnem non sumpsi nec prop
ter celum celeste corpus accepi. Et quid di
cam celi? Angelorum corpus non accepi
ut dicas quam celo et angelis et omni cre
ature honorabilior ecclesia est. Ideo celum
et terra transibunt verba autem mea non transibunt.
Audiat gentilis, audiat iudeus si hec mania
sunt verba redarguant, si autem veritas est
que dicta sunt adorent virtutem dei. Dixit
Christus: Celum et terra preteribunt verba autem
mea non preteribunt. Facilius est celum
perire et terram devorari quam verba mea

excidē Que aut sunt v̄ba eius addu
camus in medium videamus ne forte in
ciderint Non dubitans dico s; h̄eticos
obtundo Que autem sunt v̄ba celum et
tra trāsibunt v̄ba autem mea nō p̄teri
bunt Vnū s̄mones Que v̄ba Tu es petrus
et sup hanc petram edificabo ecctiam me
am et porte inferi non p̄ualebunt aduer
sus eam Sup hanc petram non dicit sup
petrum nec enim sup hominem s; super
fidem edificauit ecctiam suam Quid
autem erat fides Tu es xp̄us filius dei
viui Petram vocauit ecctiam suscipie
tem fluctus et non titubantem Et eni
ecctia suscepit quot temptationes et ta
non vincit Quid est sup petram hoc e
sup confessionem super s̄mones pietatis
S; forsitan edificabili interrogabis vtrum
hec edificacio suscipiat lapides aut ligna
aut ferrum Non inquit Nec em est sen
sibilis edificacio Quod si talis esset dissol
ueretur tempe Confessionem aut pietatis
neq; demones neq; vlla creatura vincere
pot Testant martires quorum latera ra
debant s; fides non frangebat O noua
rerum maties Carnes effoditur et the
zaurus non aufertur Caro scinditur et
fides non rumpit Talis quippe martirum
v̄tus et em supra hanc petram / edificabo
ecctiam meam et porte inferi non p̄uale
bunt aduersus eam Attendite diligencius
v̄bo Portas inferi pericula vocat que mor
tem pariunt Quid ergo in infim intrauit
quisq; etiam quos p̄icitat Sicut em por
te introitus ciuitatum sunt sic pericula intro
itus mortis sunt Et cur inquit non pro
hibet temptationes Vt ostendat v̄tutem
eius Si nemo eam impugnare posset di
cere poterant quoniam si impugnaret vin
ceretur Propterea p̄mitto impugnari
ut non bellicans repugnacium fides vic
torie imputetur Et porte inferi non di
xit nō oppugnabunt ei s; non p̄ualebunt
aduersus eam Quid ergo impugnabitur
quidem non tamen vincitur potius Tempesta
tes suscipit ecclesia s; non demergitur Ia
cula in eam mittunt s; non p̄foratur Ma
chinamenta p̄parant s; turris nō eliditur
Et quid dico ecctiam Vnū s̄mone locutus
est piscator et sicut turris immobilis per
seuerat Quanti tyranni v̄bum hoc delere
conati sunt s; non potuerunt Sup petrū

enim fundatum erat Considera tyrannos re
gis dyademata gladios acutos bestiarum
dentes mortem minantes / caminos fartha
gines / manus ferreas et vncos et omnia
machinamenta parata Et pharetram quidem
suam euacuauit dyabolus s; nichil lesit ec
clesiam Porte em inferi non p̄ualebunt
aduersus eam Testatur res ipsa / testat̄ horū
que sunt astipulatio Quanti impugnauerunt
et nemo p̄ualuit Et impugnatores quide
taciturnitati et obliuioni sunt dati ectia aut
cottidie v̄tutibus augmentat Vbi nunc Clau
dius vbi augustus vbi Nero vbi Tyberi
us Roma sunt nuda horū aut nemo nc
vlla horum mencio Et ectia etiam impug
nauit / idō et memoriam p̄diderunt ectia at
clarior resplendet Vbicumq; ieris ad yndos
ad mauros ad Britanos ad Ispanos us
q; ad ultimum terrarum fines inuenies Princi
pio erat v̄bum et v̄bum erat apud deum
et deus erat v̄bum et vniuersa religione
plena Ante hoc enim vniuersa erant impie
tate repleta / nunc aut non solum ciuitates
religione florent s; et fide xp̄i sed etiam
heremus i nomine dni gloriat Antea na
q; et regine in conuiuiis virorum saltabant
sicut filiam herodiadis fuisse legimus nunc
uero nec famula dignat hoc facere An
tiquitus gentes p̄sarum filii parentibus
sociabant connubio / et soror fratri iunge
batur / impune nunc uō virginitate appe
tunt Ante hoc autem aliquotiens in brita
nia humanis vescebant carnibus nunc ie
iuniis reficiunt animam suam Massagete
et derbices miseros putant qui egrotatione
moriant et parentes cognatos p̄pinquos
q; cum ad senectutem venerint iugulatos
deuorant / rectius esse dicentes ut a se poci
us quam a vermibus consumant Nunc vero p̄
passionem xp̄i et resurrectionem eius / ab
stinencia et castitate deuote militant xp̄o et
ipse omnes gentes parate sunt p̄ nomine dni
fundere sanguinem suum Ante hoc impii et p̄
secutores erant reges / nunc uō ad celum p̄re
ferunt pietatem Et ingredientes hinc eccle
deponunt coronam et cruce xp̄i in suis depin
gunt frontibus Foris arma / hic misteria
Foris scuta hic sacramentorum celebracio The
odosius filius et pater Theodosius religione
ac pietate insignes Ideo q; pro hiis omnib;
gratias agimus domino p̄ xp̄m dnm nrm
cui est gloria et ptas cum spū sco p̄ in

mortalia secula seculorum Amen Explici
unt omelie de sancto penthecoste Incipit de Con
ceptione et Nativitate domini nostri ihesu xpisti et

De solsticio et beati Johannis baptiste
equinoctio conceptionis et na
tivitatis domini nostri ihesu xpisti et Jo
hannis baptiste Questio an quibus
cupis sit archanum fratres ante xpisti nativi
tatem intelligere vel invenire cursum dierum
horarum ac noctium per quos solsticia et equinoc
tia cognosci possit cum Job gloriosus cum suis
passionibus dictum sit et hoc michi dic
inquit an scias cursum solis et lune Que
duo utique luminaria ad constitutionem diei et
noctis instituta esse videmus Quod si ergo
tantus vir perseverans in suo martirio quo
damodo in hiis redargutus fuisset quis ille
mortalium esset qui adversum gloriam tam
eminentis viri hec impudens audet cog
noscere nisi primum ipse dominus lucis ac noctis
conditor ac dispensator quia propheta sol iustitie
cognominatus est mundum illustraret Cum
pro carnalibus carnalis factus est et morta
lis pro mortalibus Quia mortalis ipsius est
ut possit per suam inmortalitatem mortem de
vincere propter quod clamat superne potestates Ubi
est mors aculeus tuus Ubi est contentio
tua Hec dicentes contestantur xpistum morte
devicisse ut et nos qui mortem iam dudum
tenebamur exemplo ipsius dignationis inmor
talitatem capiamus si tamen contra tenebrarum
opera viam lucis sequamur Ipse enim lux vera
et vera lux qui veniens in hunc mundum
illuminavit corda nostra Cuius adventum sue
passionis non tantum moyses vel prophete auc
tanerunt quantum nos conceptionis et nativitatis
tempus ostenderunt Propter quod ipse dominus
iudeis dicebat Scrutamini scripturas in quibus
vos putatis vitam eternam possidere ipse sunt
que testimonium perhibent de me Quibus rur
sum dicebat ypocrite faciem celi et terre
nostis probare quare tempus hoc non probastis
Erat ergo et tempus probacio si enim vel
lent cognoscere Quod non tantum ut diximus ad
ventum ostenderet quantum conceptionis et na
tivitatis tempora demonstraret Si fidem cer
tam moysi et prophetarum habuissent quo vero
tempore ipsius domini et salvatoris conceptio
vel nativitas carnalis ostenderetur quantum
et Johannis baptiste precursoris eius de quo scrip
tum est Ecce mitto angelum meum qui prepa
rabit viam tuam ante te Cui veniens

docebat Parate viam domini rectas facite
semitas dei nostri Cui et ipse annunciabit no
bis dicens Qui post me venit maior me
est cuius non sum dignus solvere corrigiam
calciamentorum eius Hic est enim Johannes
qui venit ut testimonium diceret veritati Sicut
et xpistus dominus dicit Vos misistis ad Joha
nem et testimonium dicit veritati Cuius nativita
tem magnificans deus ipse dicit Nemo
est inter natos mulierum maior Johanne
Baptista Cum videamus abraham ysaac et Ja
cob Deinde patriarchas non minimos ab
eius dignatione fuisse Quod si dignatio pre
fecit non tamen conceptio vel nativitatis
annunciacio Que tum xpisti temporibus predicata
a moyse et zacharia propheta cuius cruore
sanguinis templi marmora infecta semper
nus vivit quem sibi dominus in testimonium
vocat per ysaiam prophetam dicens Fac michi
testes fideles homines uriam et zachariam
filium Barachie Et accessit inquit ad prophetis
sam et concepit et peperit filium Hic est igitur
zacharias filius barachie qui occisus est a
iudeis inter edem et altarem Iuxta certa prophe
tie sue indicat ieiunium quartum et septimum et
decimum erunt domui iuda in leticiam et
gaudium et sollempnitates bonas et dies
festos multos Et iocundi estis iocundita
tem et pacem amabitis Que tria ieiunia
nunquam a iudeis servata fuisse invenimus
Non enim aliquam quarta feria ieiunavit aut
septima quod dicitur sabbatum vel decima feria que
nec dici potest Cuius et si in sabbato ieiuna
verit non legi parendum sed oportune nostri
Quenda igitur erunt sedes tamen que erunt in
ta quarta et septima et decima quorum mencio
propheta non nominavit a quo quartum et sep
timum vel decimum numerarem Et hunc quidem
propheta pro altitudine sensus sui initium ieiuniorum
non posuit cum demonstratio ipsorum ieiuni
orum quererem simul et virtutem ipsorum
invenirem et moysi mandata recensem
Statis et enim dominus ad moysen de mense mar
cio testabatur dicens Hic vobis mensis me
sium primus erit vobis in mensibus anni Quod
si ergo initium anni iam utique ab ipso quartum
tum mensem Junium invenimus et sep
timum septembrem et decimum decembrem de
quibus dominus ad Moysen dicit Tribus
temporibus diem festum agetis in quibus
et quartum adiunxit dicendo et diem festum
azimorum custodietis Septem diebus

manducabitis azima sicut precepi tibi in
tempore mensis novorum. Hii sunt menses
in quibus dominus noster et Johannes baptista
et concepti et nati sunt istis iiii^or temporibus
.i. verno et estate autumpno et hyeme per que
annus vertens cognoscitur. Et ideo propheta dicit
annum acceptabilem domino. Nam cum ipsis
dominus ostendens per moysen quartum et septi
mum et decimum ieiunium menses eosdem
esse dicens eadem exodi scriptura primum
mensis frumentarie sicut diximus est men
se marcio unde annus vertens incipit ipse
sis quarti id est Idest Junius qui est mi
cii mensis frumentarie de quo et dominus
discipulis suis dixit Nonne quadrimestris
est et dicitis quia iam messis adest. Nam
vindemie mensis est September qui septi
mus est a marcio. Decimus vero mensis est
december quo mense olee mature fiunt.
Sed quomodo probamus ipsis quatuor tempori
bus xpm et Johem conceptos et natos
fuisse. Sicut et ipse dominus dicit Omnis scri
ba eruditus similis est patrifamilias qui
profert de thezauris suis nova et vetera.
Ergo que typice a prophetis dicta sunt et a moy
sen declarata manifesta sunt in ewangelio.
Nam temporibus cum zacharias pater Joha
nis sacerdotium iudeorum administraret secundum
legis mandatum et prophetie Jone qua Nyni
vitis annunciavit post triduo subversionem
futuram civitati eorum qui penitencia acti do
mini misericordiam meruerunt. Juxta hunc memo
riam iudei quotquot annis ieiunium men
se septembrio observant que metellitu sue
scenophegiam inchoabant propter quod sacerdotes
in tempore illo pro peccatis populi diebus illis secundum pre
ceptum legis in mense septembri sacrificia
deo offerebant. Ideo cum altari zacharias ob
tulisset non statim sacerdotem tunc pater
dixerat Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem
melchisedech. Cum hostiam placabilem pro
peccatis omnium solus deo offert et eius adventu
sub zacharias preciatus est qui quam nec te
mere hoc dicimus quod ex responsis gabrielis
angeli invenimus eum et deprecatum fuisse.
Ait enim ei gabriel angelus zacharia ex
audite sunt preces tue. Cuius utique preces
exaudiuntur utique exauditur quod precatur
aut desiderat. Tribuit enim deus petenti
bus se quod quis desiderat aut postulat ab eo
dicente ipso salvatore xpo Quis est enim ex
vobis inquit que si petierit filius suus pa
nem numquid lapidem porriget ei. Aut si
piscem numquid serpentem dabit illi et addi
dit dicens Vos cum sitis nequam scitis bona
data dare filiis vestris quanto magis inquit da
bit bona petentibus se pater vester qui in celis
est. Dabit eis qui enim petunt facientibus
tamen voluntatem eius sicut Johannes xpi
amantissimus in epistola sua complexus est. Sci
mus inquit quia habemus impetraciones
quascumque ab eo postulaverimus cum precepta
observavimus et ea que illi placita sunt in con
spectu eius fecerimus. Tunc ergo zacharias
cum hoc precaretur vidit ei gabriel angelus
zacharia exaudite sunt preces tue. Ecce eliza
beth uxor tua pariet tibi filium et voca
bis nomen eius Johem. Et erit tibi gau
dium et hylaritas et multi in nativitate
eius gaudebunt. Et erit magnus coram do
mino vinum et siceram non bibet et spiritu
sancto replebitur mox ut exierit de utero
matris sue. Et multos ex filiis israhel con
vertet ad dominum deum ipsorum et ipse precedet an
te faciem eius. Gesta sunt autem hec anno pri
mo anni Imperii Tiberii Cesaris mense
Septembri octavo kalendas octobris in
cipiente luna undecima quando oportebat
iudeos ieiunium scenophegie celebrare. Tunc
ergo post nonum annum Tiberius Cesar tem
pus cursum quoque lune collegit et invenit est
ipsa die octavo kalendarum octobrium esse equi
noctium in qua est inchoacio noctis maior
quam lucis. Illum enim inquit oportet crescere
me autem minui. Demorata enim fuerat lux a
tenebris cum iudei secundum legem et prophetiam
sacrificia deo offerebant in qua et Johannes
conceptus est in qua etiam incipiebant a do
mino dicente Ysaia propheta Quo mihi multi
tudinem sacrificiorum vestrorum dicit dominus
plenus sum holocaustomatis arietum et
pinguedine thaurorum et hircorum nolo. Hec
sunt enim que ante propter peccata populi offerebantur
que iam cessare oportebat cum Johannes
idem baptista conciperetur. Et ideo zacharias pa
ter eius sacerdos iudeorum obmutuit quia
iam cessare et obmutescere oportebat sacrificia
eorum que pro peccatis populi offerebant. Veni
ebat enim solus sacerdos qui in agno solo pro
in maculato sacrificium deo pro peccatis omnium of
ferret. Et ideo demonstravit eum Johannes
iudeis dicens Ecce agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi. Nam plenissime constat ideo
obmutuisse zachariam sacerdotem iudeorum

quia sacrificia secundum legem et propheticam of
ferebat Significabat enim quod sacrificia eorum
iam ad veniente xpo lex et prophete usque ad Jo
hannem est cumque ad conceptionem eius
tempus terminaverunt Celavit ergo se elizabeth
v menses quinque conceptionis stupens quod na
ei dominus voluisset in suprema etate ut pareret
sterilis Tunc deinde post alterum mensem
i. sexto a conceptione elizabeth missus rur
sus gabriel angelus in galileam ad vir
ginem que desponsata erat viro cui no
men erat Jozeph i. viro iusto Jam enim desti
nata erat etiam sua sponso viro iusto de quo
Johannes dixit Qui habet sponsam sponsus
est Quod et david similiter dicit Et ipse ve
lut sponsus egrediens de thalamo suo Per
sextum autem mensem conceptionis Johannis
qui est octavo kalendas octobris sextus
mensis marcius principium anni quia prin
ceps et primarius omnium ipso mense concep
tus et princeps passus est De quo et pau
lus testatur Omnis est inquit nova toti
creature quia in ipso condita sunt omnia in
celis et in terra Quem mensem iudeis moyses
sollempnem et pasche futurorum salutare et cre
bre communicabat dicens Hic mensis vobis
mensis primus erit vobis in mensibus an
ni Initium enim filiorum dei qui de integratione hominis
hoc mense gaudebant Hodie igitur con
ceptionis Johannis viii kalendas octobris usque
octo kalendas aprilis quando gabriel ingressus
est ad mariam et salutavit eam dicens Pax
tecum que invenisti gratiam apud dominum Que
audito hoc verbo conturbata est et cogitabat
intra semetipsam que esset hec salutatio Cui di
xit angelus Ne timeas maria quia inve
nisti gratiam apud dominum Ecce concipies in utero
et paries filium et vocabis nomen eius Jhesum
Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur
Et dabit illi dominus sedem david patris eius
et regnabit in domo Jacob in secula et reg
ni eius non erit finis Cui dixit maria Et
quomodo hec cognoscam cum virum non noverim
Et dixit illi angelus Spiritus sanctus superveniet
in te et virtus altissimi obumbrabit tibi
ideo quod et qui nascetur sanctus vocabitur filius
dei Tunc maria fida promissis sic dixit Ecce
ancilla domini contingat michi secundum verbum tuum
Fuit ergo ut diximus quando angelus ad
mariam nunciavit octavo kalendas aprilis
qui et ipse est dies equinoctialis ad inchoacionem

lucis Jam enim de tetra caligine a mundo lux
in mundum adveniebat sicut Johannes in epistola prima
ait Quia transierunt tenebre et lumen verum la
cet De quo lumine vero in ewangelio dicit Erat
lumen verum quod illuminat omnem hominem venien
tem in hunc mundum Conceptus est ergo dominus
noster viii kalendas aprilis mense marcio qui est
dies pasce passionis domini et conceptionis
eius In qua enim die conceptus est in ea
dem et passus est Et ideo dominus ad moysen
in exodo preceptum sacramenti tradens dicit Non
occidas super azima sanguinem immolationum
meorum Et immolationis dies sollempnitatis pas
ce initia creature tue inferes in domum dei
tui Non occides inquit agnum in lacte ma
tris sue Hec significancia sunt agni imma
culati qui sacrificium deo offerri habebat quod
in prima pascha conceptionis sue in utero matris
non enim oportuisset occidi Et ideo Jozeph
sciens pregnantem esse mariam ne tamquam
stuprata aut adultera lapidibus interficeretur
clam eam dimittere voluit Ut non occideretur
agnus immaculatus in lacte matris sue Sed ut
hec attendit inquit maria ad elizabeth mini
strare eam post mensem sextum conceptio
nis eius Tunc et Johannes inspiritatus est et
fecit ibi maria cum Elizabeth menses alios
tres et sic expletis mensibus in mense de
cimo peperit Johannem viii kalendas Julii qui est
nonus mensis a septembre et quartus a mar
cio inchoacionis anni De quo propheta zacha
rias dixerat Jeiunium quarti erit domui Ju
da in leticiam et laudem gaudium Denique et ita
nisi sunt qui fuerant inter partum huic Sed
quare propheta de ieiunio quarto dixit et non
mensem Quia ieiunium erat a malis rebus
i. quod nasci habebat Nam moyses manifes
te declarat menses sic cum dicit initium men
sis frumentarie Tunc ergo repertum est esse pri
mum solsticium mundi quando Johannes na
tus est quem diem lampadem appellant
Lampada enim erat luminis xpi a quo lumen
accepit cum esset adhuc in utero matris Quan
do salutat elizabeth maria exultavit in utero
matris infans Ex ipso igitur die lux mi
noratur et nox crescit Johannes enim in die pe
nitentie conceptus est Cumque ab adam secundum
legem carnalia generentur que enim carnaliter
generantur non talibus quia caro concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus carnem Et ideo
lux minoratur in illis Nam xpus vero

qui in nativitate Johannis iam trium
mensium incorrupte volue fuat conceptus
supabant ei ut ipse statim humanam nati
vitatem suppleret menses novem Alii
menses vi qui sunt ex octavo kal. Julii
in octavo kalend. Januarii sunt menses
sex Quibus suppletis novem mensi
bus inchoante decimo xpus mundo natus
est Quando prima census capitalis huma
ni generis facta est proconsulatu Cyri
no agente tyrino id est domino Venie
bat enim dominus orbis tirannum qui decapi
te suo censeret Et ideo sancti viri reges
et patres sabbatum verum ipsa ymago
tivitate stella fulgoris memores scripture
que dicit Orietur stella de Jacob et sur
get princeps de ysrahel Venientes in ter
ra ysrahel id est in iudea deducti a stel
la lucis incarnationem verbi requirentes re
gem suum Quem invenerunt in hospitio une
ris i. in stabulo presepio collocatum et pannis
obvolutum que fuerunt pietatis circumstantie
Cui pro tributo capitis sui in sacramento
mysterio obtulerunt aurum thus et mirra
Mirram et enim significat corpus inmacu
latum quod igne probatum nichil depe
rit hii sunt de quibus in Apok. dictum est
Qui vestem suam non inquinaverunt i. qui
carnem suam inviolatam custodierunt
et ideo cum agno ambulabant Ita thus
significat orationes sanctorum Mirram mirra
corporis est conditura que sunt opera bo
norum operum gesta que in postremo corpus
et animam hominis custodiunt Dicit enim in
Apokalypsi Nam opera eorum comitabuntur
eos Hec hoc fiet dilapsum nisi hec intu
ende sunt temporum qualitates et gesta
morum ut primum a presidia iudeorum qui sem
per in deum et moysen contumaces extite
runt Qui cum adeo secundum moysen ini
tium anni mense martii acceperunt illi dic
tum sinitatis sine superbie exercentes me
se septembrio ipsum novum annum inchoa
ret quado et mense ingratus sibi desig
nant quos arcontas vocant In illam sol
lempnitatem stenophegie sive metellica
dem in quo zh Johannes conceptus est et
quando lucinas quidem multas accen
dunt Hoc et ipsum alnahe sequitur enim eius
fuisse conceptionis diem de quo dominus
dixit Ille erat lucerna ardens et lucens
et vos voluistis ad prius in luce eius ex

hylarari Hoc et nox preciorum singulis an
dituum dicentium esse lucrum et gaudium Quod
quidem maximum lucrum est et inter mineros
de qua consulentes ipsum Johannem milites et
publicani querebant quid agentes possent
vitam consequi Quibus ille insinuans via
nitatis militibus quidem dicebat Neminem
concussientis neque calumpniam faciatis sed contenti
estote stipendiis vestris Similiter et publi
canos hortabatur ne quicquam amplius exi
gerent quam quod eis preceptum erat exigere Erat
autem et gaudium his ipse Johannes
qui nasci habebat qui nobis xpum in spiritu
turus esset De quo angelus Zacharie patri
eius dixerat Erit tibi gaudium et hylari
tas et multi in nativitate eius gaudebunt
Hoc et tempus est autumpni quo Johannes con
cipitur Quo tempore ager sulcis iam pro
scinditur et semini venturo iam preparatur
In quo mense veteres colonos novus cultori
bus cedunt cessantibus scilicet pristinis tabu
lis conscriptionis que veteris legis confrac
te tabule nova lex novis cultoribus tra
ditur De qua per Jeremiam dicit dominus Da
bo eis illam legem spiritualem qualem
non dedi patribus eorum cum eos dedu
cerem de terra egipti Illi enim quibus ante
vinee cultura tradita fuerat qui pensi
ones debitas suis temporibus non exsol
verunt Qui insuper missos ad se suos na
vie vexaverunt quosdam cedentes quosdam
vero lapidantes Insuper missum a patre
filium et ipsum agnitum esse heredem patris
existimantes se hereditatem patrisfamilias
terrene apprehensuros filium eius minus tur
pissimis actum occiderunt Quare ne
cesse habuit pater familias malos male
perdere et in locum eorum alios cultores sub
stituere qui pensiones debitas suis tempori
bus persolvant Et ideo ex syon inquit ex
iet lex et verbum dei abierlm et ipse conui
tit populum multum Et concidet gladios suos
in aratra et lanceas suas in falces ut om
nis iam bellice virtutis usus nuntiare conui
tetur Hoc et sine dubio manifestatur sa
cramenta misterium quod dicit propheta Concidat
gladios suos in aratrum cum gladys ma
teries ferri sit et aratrum lignum Quo sit
ferrum in lignum conmuta Quare non po
tius dixit et concidet gladios suos in vo
meres Hoc quia per lignum nobis vita data
est ideo iam cessantes pristina bella nob'

lignum mencio fit paratur per quos spine et tribuli amissi sunt de cordibus nostris. Terra est ipse homo semen sermonem dei percipe quidem fructum tricesimum alii sexagesimum alii centesimum. Nunc post hec equinoctium quod est autumpni temporis in quo est et tardius equinoctium iocundius omnibus qui pigris et somnipiculosis suum oculis somnum depellit dicente scriptura

Quousque piger dormis quidem manibus pectus amplectens. Surge et accingere christum dum in quo iam nautica vox serena maria sileat patefacto rubro mare quem clauserat pharao cum magno mugito doloris submersus cum suo exercitu exque liberatus moyses cum suis suaviter exivit terris egiptiis unde ipse et devoto populo monebat dicens In mente habeto te hunc diem quo liberati estis de domo servitutis qui nec dum liberati sunt quia demo eos in nascerunt opera sua ac servitutis egipti. Et ideo dominus dicebat eis. Et cum vos filius liberaverit tunc vere liberi eritis. Jam spe rustice gaudes jam arborum opaca amissa folia que dempserat adam ad tegimentum pudoris reparans alia. Prima prodiet inquit virga de radice yesse et flos ex illa virga apparebit. Jam consummatio est operum vinculorum. Spiritualis lex servitutis carnis cessat. Unde dicit dominus in Exodo. Ex die sollempnem mensis primitivorum consummabis omnium operum tuorum que cunque severis tuo. Posita enim servitutorum legis carnis operata est usque ad christum. Sed misteria dyaboli thetris et horribilibus indumentis pena suam lugentes ostentantes vincti tacebunt. Ex ipsis fuit unus ille qui in monumentis dormiebat quia iam nascebatur qui eos vinceret. Est iocundus aer primus estu improba calore lassatur sed et glacie frigida cutis horrescat. Jam et quorum vox auditur dicentium exite pueri in campum mense marcio octo dies pastores continget sicut scriptum est. Exivit sermo et stetit in campo. Tunc enim exivit sermo in campum id est in hoc seculo quem susceptum maria prius corde cepit christum dominum meum. Sed et alios audivi dicentes Marcius in campo et aliquando post foenum Marcius et quidem in campo factus est quando gabriel angelus in hoc mundo marie sermone intulit christum in se-

culo nasciturum. Rursus et marcius fuit post foenum quando dominus ipse mense marcio ad mediam ductus est et petrus stans focum calefaciebat. Una enim die conceptus est dominus eadem die et passus est. Eadem ipsa dies cena prima fuit in qua et luna quarta decima occurrit. Conceptus est enim mense Marcio viii kalendas aprilis die luna quinta decima fuit nocte tristissime christi horarum passionis sue sustinebat. Unde diem scenophegiorum festum dixerat. Vos ascendite ad diem festum. Hunc ego non ascendam quia meum tempus nondum advenit. Noverat enim mensis sollempnitatem in quo Johannes conceptus erat. Nam sui tempus conceptionis et passionis sustinebat quod recognoscens dixit. Venit hora ut clarificetur filius hominis. Sed internuntiationem post duo equinoctia que sunt due conceptiones intendenda sunt et duo solsticia in quibus due nativitates continentur. Unam quidem diximus Johannis esse mense Junio id est viii kalendas Julii ad quem lampadem appellant quo tempore messis tritica ceditur ordeum que et Johannes qui eo tempore natus est et ipse velut messis decollatus est qui dicebat de domino. Palam ferens in manibus suis ventilabit aream suam frumentum recondet in horreis paleas autem comburet igni inextinguibili. Conceptus est igitur Johannes kalendas Julias id est viii die quando inspiratio fit ut ostenderetur quia hic qui secundum legem et iusticiam conceptus erat de quo dictum est. Lex et prophete a iudeis inchoabant. Sed et dominus nascitur mense decembri hyemis tempore viii kalendas Januarii quando olive mature premuntur ut unctio id est crisma nascatur quo seges ab herbis eruenda servitur. Cum agni balantes nascantur vinee falcibus sarmenta amputantur ut mustum suavitudinis afferant ex quo inebriati sunt apostoli sancto spiritu. Dicimus ergo ego sum inquit vitis et pater meus agricola est. Omne igitur sarmentum in me non afferens fructum excidetur et in igne mittetur. Sed inventi natalem appellant. Cuius utique tam invictus nisi dominus noster qui mortem subactam devicit. Vel quod dicat solis esse natale ipse est sol iusticie. De quo Malachias propheta dixit. Orietur vobis

timentibus nomen ipsius sol iustitie et
sanitas est in pennis eius. Cum et ipse cir
cumcisus est secundum testamentum dei quod disposue
rat ad abraham viii° die .i. kalendas Ianua
rii in quo et est ipsa circumcisio sit significa
vit enim gratia et veritas a iudeis quia
lex per moysen data est gratia et veritas per
ihesum christum facta in christo ihesu domino nostro. Qui
vivit et regnat cum patre et spiritu sancto
per immortalia secula seculorum. Amen. Expli
cit de nativitate domini et sancti Johannis
baptiste. Incipit omelia sancti Johannis de lazaro

Gaudi fratres superato
stupore grandi miraculo tempus
unde fletibus tollor lazarus
mortuus est et ut tremens ar
tubus vel membris fetoribus debebat se
pultus et humatus. Contractis igitur me
bris inter ieiunias et inanabiles costas
pellis distenditur et humoris vivus qui
de gurgite interiorum laxabat fetenti iam
sentina per pollium cadaveris tecter cerulus
labebatur. Sed quia istum iuvene lazarum
quem loquor dominus in seculo dilexisset
presaga voce presentis futurorum apostolis suis
dormire lazarum dixit et quem promisit
per illam civitatem accedens protinus exci
tandum. Huic ergo lazaro cum per ceruleas
venas membra tabuerunt quem locutus
specula spelunca incisa crurpis in imam ab
iectus expende lapis perhenni valua de
truserat. Bona maiestatis numeri sepe
nu auguste virtutis eternitas salvator flec
titur pietate. Et ad sorores pueri quas
lazaro tunes (?) suspos pergenas tristes ca
pillos obduxerant resurgere post lazarum
per iste ardent sanctissima vere pietas in
tonabat. Hoc sorores constipante tur
ba miraculi eiulatu estu ieiuniis lacrima
rum ubertatibus ebrietate de hinc gemi
stratu totius corporis miseriude iactant.
Heu luctus prius presunt pulsus terminan
te defectus turme palpitanti sorores
lacrimas pro germano fundebat et he
breas generis suo (?) voces fractis in unum
singultientibus salvatoris in laudibus
expiabant. Cuius illic rogo vos populi
festinatus quam praesentium turba. Qualis ta
ti miraculi potuit esse quentus ubi es
sent plangentes puelle mortuum fratrem
et christus permittet mortuum fratrem excitandum.
Convenerunt credo ad hoc spectaculum fere

nande memorie in sempiternum milites in
dei gentiles parvi proseliti ?nante nobiles
simi senatores et iudices an resurgere possit
cuius fetor longius de sepulchro populos
feriebat tota civitas mirabatur. Qualis
hic eras ihesu christe. Qui candens quam decorus
fonte purior nive candidior lana clari
or sepies sole candenior. Ecce mihi christe
ihesu domine deus flevisse narratur. Age
age simus dei viri si aliquid qualescumque de lac
rimis domini vel pauca narrato. Flebat deus
mortalibus lacrimis excitatus et cum la
zarum pietate sui fletus mortis devincat
renovaret prestabat pietatis officium sola
cio lamentorum. Flebat deus non quod ante
se mortuum perisse cognosceret sed quod sororum
fletibus temperaret. Flebat deus quod homines
pro hominibus facerent deus lacrimis et pieta
te monstraret. Flebat deus cur usque adhuc
mortalitas deliquisset et ut dispersa de per
hennitatibus inferos adamasset. Flebat deus
quod eas qui immortales esse potuerunt dya
bolus fecisset esse mortales. Heu tenuis
arida cura de celo corpus quod reperit
putredinis artubus defebas sed non te pater
non filius aliquis desperavit pro tua morte
factus est et christus ipse mortalis. Flebat
maria et fratre mortuo soror martha pla
gebat. Harum ad lacrimas salvator pie
tate quiotus fletus fletibus cumulabat
ut quia ipse sororum lacrimis filii sui etiam
inter ipsos celos pernitas flecteretur. Revel
luntur saxa penetrarum pateret horroris
curiosi ad saltum gentium exploratum oculi
mittebantur in antrum. Ecce vox domini sal
vatoris lazare inquit veni. Et ut christus
docet et previderet exeunte mortuo qui tunc
opus oculos in antrum sollicitans pre
tendebant venientes foras expavescunt
formidine longius recurrebat. Visus
est tecta facie manibus pedibus quam con
strictus et ad documentum virtutis ipse se mor
tuus adhuc vinculatus ut christus inseruerit
prius manibus resolvebat. Que rogo vo
tes illic qualis purpura iudeorum qui in
vos procul mirarentur summa. Qualis in miraculis
convenientium multitudo pendebat. Cum
fletus que gaudia quale munus qui no
vum celeste miraculum quam vinciat homo
redditur. Inferorum cathene franguntur et
post quatriduum lazari lingua monet ma
nus officio parantur oculis visus reddit

in orbibus currunt / vestigia gressibus
explicantur / auribus renouat audi-
tates diriguntur impuntes coaguato veti
dinis obtutibus renouat Nox perspicie
currit in auribus vestigia saluatoris
unde adversis motibus oscula recognos
cunt frigida possitur et panis nec non
et domus petitur xpi miracula resurgit
Cui gloria in secula seculorum Amen Expli
cit de lazaro resuscitato Et incipit de
muliere chananea sub figura presentis

Multe tempestates et inquie
tudo aeris sed desiderium concor
sus iuri non potuit impedi
re Multe temptationes sed la
borem viri non dissoluerunt Non cessat
impugnari ecclesia / non cessat insidias pati
sed in nomine xpi semper superat Et quantum alii
impediant tantum ista dilatatur Et fluc
tus quidem illidunt sed fundamentum quod super
petram est non quassatur Per diem doc
trina in nocte vigiliis labor et non que
rit requiem sed coronam Nox tantum diez
certat ubi congregatio et hic collectio Nox
plateas etiam operatura est Desiderium enim
igne vehementius est / non indigens ex
hortatione non quaerit monitorem Sponte
pereuntis voluntarie contentis Cuius non
stupeat quis non miretur Non solum
qui erant perseuerauerunt sed et qui iuncti sunt /
non erant adiuncti sunt Tales quippe temp
tationes lucra ecclesie consueuerunt Scuti enim
pluuia initia descendens eleuat semina
sic et tribulatio animam melius erigit
desiderium Sermo enim dei est inmobilis
quia porte inferi non preualebunt aduersus
eam Cum impugnat seipsum dissoluit et
fatigat etiam autem fortiorem ostendit Et
aduersatur virtutem suam destruit nobis
nos preparans coronas operabitur Iob et ante
temptationes preparatus erat sed postea me
lior apparuit Nec tantum bonus erat
cum illesum haberet corpus sed multo meli
or ostensus est cum ex corpore eius vermes
et sanies defluebant Nunquam formides
temptationem si animam preparatam habes Non
nocebit tribulatio / quia tolerantia opera
bitur Si aurum in camino non leditur sic
nec stabilem animam tribulatio nocebit
Quid operatur caminus Aurum mundat Quid
operatur tribulatio Tolerantiam ampliorem
quod preparatam Abscindit enim desidiam et coad

unat animam et sobriorem reddit Ubi sunt
nunc qui tribulant Nunquam comparet pla
teas circuiens et neminem illorum video Folia
erant et vento flante dispersa sunt Paleae
erant et aspirante aura rapte sunt et pur
gamentum plumbum erat et liquefactum est
et aurum remansit purissimum Cuius eo pe
pulit quos perturbant Nullus homo sed propria
conscientia persecuta Post peccatum quippe se
serunt quod fecerunt Nam et cayn quando
cogitabat interficere fratrem suum ardebat ani
mo Cum autem consummauit fratricidium gemens
et tremens erat super terram Dd et contra-
riorum effectum habuit Aeterne volun
tatis in crimine sunt Et quantum ad malignita
tem illorum homicidia perpetrauerunt sed
nolens propter dei clementiam uita concessa
est Hec dico voluntatis uiae desiderium
arguens ut nunquam paueatis temptationes
Petra es ne timeatis fluctus Super hanc
petram inquit edificabo ecclesiam meam
et porte inferi non preualebunt aduersus
eam Quamuis desertis moueant bella
et demum timorem incutiant nauem ihu
non possunt subuertere Sed ut non omni
tempore in illorum turba expendam tra
dentes eos tortori conscientie propriorum tamquam
carnificum gula liuoris / pulsante ut tor
meant in desideriis suis et fugiant nemine
persequente / redeamus ad consuetum sta
dium et debitam apponamus mensam
Nec enim iustum est omne tempus ad
inimicorum crimina occupare et filios esuri
entes relinquere Hesterna igitur die citus
paulus nobis epulam parauit hodie fuit
matheus heri blasphemus hodie raptor
heri persecutor hodie fraudator Sed blas
phemus non permansit blasphemus sed
factus est apostolus Et fraudator non perma
sit raptor sed euangelista factus est Dico
et priorem conuersationem Dico et posteriore
in imitationis virtutem / ut addiscas quan
ta sit conuersionis utilitas / ut et tu no
desperes de tua salute Doctores enim et
tunc tunc erant predones manifesti erant
et nunc Blasphemus precipuum est malig
nitatum Quid enim aliud est thelonea
nisi legitima rapacitas violenta fidu
cia in iniusta legem huius patrocinante
rapina latro deprehensus uel confunditur
iste rapiens fiducialiter agit Sed hic talis
et tantus publicanus / ac subito euangelista

accipit. Sed forsitan addisces cupis quem
admodum et qua arte. Cupiens inquit
dominus vidit matheum sedentem in thelone
o et dixit ei sequere me. O virtus sermonis
sed quam quidam tyrannus et captivum mili
tem fecit et soluto auro est operatus. Ve
nit citius et statim exurgens secutus
est enim. In profundo malignitatis erat et
usque ad verticem virtutis conscendit ut nobis
ostenderet neminem debere desperare de salute
quia nullis malignitas non est. Liberi quip
pe nos arbitrii creavit deus ut voluntate
nostra cum adiutorio dei quod volumus faciamus.
Si publicanus es potes fieri ewangelista.
Si blasphemus potes fieri apostolus. Si latro
es poteris fieri paradisi colonus. Si magus
es poteris dominum adorare. Nec est ulla malicia
a qua penitencia non salvatur. Et ideo tamquam prin
cipia malignitatum elegit christus ut nemo
usque in finem semetipsum desperiat. Noli
michi dicere perii qui iam dudum medicum
habes satis fortiorem te et potenciorem
quam infirmitas tua est. Creditum habes vo
luntate tua si volueris emendantem et po
tentem et cupientem. Cum enim non subsisteres
fecit te et quia prius effectus es multo ma
gis emendare te poterit. Accepit enim limum
terre et plasmavit hominem. Dicito michi
si nosti quomodo de terra carnem fecerit quo
modo nervos quomodo ossa quomodo cutem quo
modo venas quomodo oculos quomodo palpe
bras quomodo odoratum quomodo linguam
quomodo pectus quomodo manus quomodo pe
des quomodo viscera quomodo singula membra.
Nonne terra erat quod adiacebat. Nonne
nostra substancia. Et invenit artificias virtutis
et variam operatus est creaturam. Nunquid non
poteris dicere quo genere curantur vulnera tua.
Ut enim ignis cum per vepres aut spinas i
missus fuerit et combusserit fragilem ma
teriam sic multo magis voluntas dei nostra
delet et expendit peccata et radicitus a culpa
corrumpit. Sed forsitan dicas. Quomodo poterit
peccator similis esse sanctis. Noli requirere qua
arte noli scrutari racionem sed crede clemencie
et benignitati divine. Sed dicis. Grandia sunt
peccata mea et immensa scelera. Et quis est
sine peccato. Sed ego inquit pessime et super omnes
homines. Sufficiat tibi ad placandum ~~homines~~
deum peccare desinere et lucrare [?]. Dic tu inquit
prior iniquitates tuas ut iustificeris. Recog
nosce quia peccasti et si agnoveris minui cor

peccatoris factum tibi. Suspira [?] mestus esse esto
effunde lacrimas nec enim aliud quid effu
dit meretrix illa sed lacrimis primam [?] sociavit et
si ipsa convicte [?] pervenit ad fontem. Et egressus
inde ihesus venit in partes tyri et sydonis et
ecce mulier chananea a finibus illis egressa
clamavit dicens ei. Miserere mei domine fili da
vid. Filia mea male a demonio vexatur. Qui
non respondit ei verbum aliquid [?]. Et accedentes
discipuli eius rogabant eum dicentes. Di
mitte eam quia clamat post nos. Miratum [?]
eventa [?]. Ecce mulier vetus peccati arma dya[boli]
que hominem de paradiso expulit mater pecca
minum iniquitatis prevaricationis materia ipsa
illa mulier venit ipsa natura. Nova res sed
admiranda. Iudei fugiunt et mulier sequitur.
Ecce mulier a finibus illis egressa rogabat
eum dicens. Miserere mei domine fili david. O
preclara confessio. Ewangelista fit mulier dei
tatem eius et dispensacionem annuncians. Con
fitetur enim et creacionem et incarnacionem eius.
Miserere mei. Vide peccatricem mulierem animam [?] di
centis. Miserere mei. Non inquit habeo con
scienciam bonorum operum nec recte vite fidu
ciam. Ad misericordiam confugio ubi ineffabilis sa
lus est. Dic michi mulier quemadmodum ausa
es cum sis peccatrix et iniqua accedere ad eum.
Ego inquit novi quid agam. Vide prudenciam
mulieris. Non rogat Iacobum non obsecrat
petrum non pergit ad iohannem sed recedit [?] a
postolorum choro. Non quesivit mediatorem
sed pro omnibus illis penitenciam [?] accepit comitem
que advocati locum implevit et sic ad sum
mum fontem pervenit. Ipse inquit descendit
ipse carnem accepit et homo factus est ut et
ego audeam loqui. Sursum in celis cherubin
enim tremunt et seraphin metuunt et deor
sum meretrix loquitur cum eo. Miserere mei. Nu
dus quidem sermo sed immensitate salutis co
ntinens. Miserere mei. Ipse inquit venisti ipse
ea carnem assumpsisti ipse factus es quod
ego sum. O admiranda res sursum tremor
et deorsum fiducia. Miserere mei. Non opus
habeo mediatore. Miserere mei. Quid habes o
pus misericordiam inquit quero. Quid pa
teris. Filia inquit mea male a demonio ve
xatur. Egressa est advocatrix filie non af
fert infirmam puellam sed defert fidem de
votam. Hec intra se conferens et dicens
Deus est ad quem vado absencia videt oc
culta inspicit omnia novit. Miserere mei filia
mea a demonio vexatur. Fletus pessimus

No[ta]

stimulus nature viscera mea disrumpit
Quid faciam misera Vide prudenciam
Non dixit misere filie mee sed miserere mi
Illa enim insensibili passione tenetur nescit
quid habet non sentit dolorem Velamen
cor habens nequissimo spiritu obducente Miserere
mei spectaculis diuturnorum malorum cottidie
cruciatus meos video Ubi vadam quo
pergam In heremum ire non audeo nec illam
solam relinquere In domo sedere non possum
quia intrinsecus est inimicus Fluctus
in portu sunt in tranquillitate tempestas
Et quo nomine eam vocabo invenire
non possum Mortuam dicam sed movetur
Vivam appellam sed nescit quid faciat
Invenire non possum quo eam sub appel
lem nomine Miserere mei Si mortua esset
filia mea non talia paterer Tradidissem
namque corpus in sinum terre et tempore cito
in oblivione malorum ipsorum Et dolor
conquiesset Nunc autem mortuam habeo
spirantem corpus sine sensu Vivum spec
tabile lamentabile intuens presentia pro momen
ta vulnera passionum multiplicata dolo
ribus Cerno enim oculos eius tunc versos
aspectum sanguineum manus intortas cri
nem dissolutum contortum collum ora
spumancia inimicum incedentem et non
apparentem Tortorem clausum et flagel
la resonancia Verberem invigilantem
et illam cum clamore loquentem Assum
simulatrix malorum meorum presto sine
simulatione natura Miserere mei Pessima
tempestas passio et timor Passio nature
timor demonis Accedere non possum ne
que contingere Abigit me passio explodit
me timor Miserere mei Considera mu
lieris philosophiam inspice animam
generosam Non perrexit ad divinos non
vocavit magos non alligaturas que
sunt non impostrices mulieres adduxit
illas que solent demones provocare et
incantacionibus suis vulnus augere Reli
quit illi omnia dimisit dyaboli falsitates om
nia phylacteria contempsit et venit ad
salutarem animarum nostrarum portum Misere
re mei domine fili david Filia mea ma
le a demonio vexatur Vos tis passionum
quicumque fuistis patres admirate sermonem
meum quecumque matres vocate estis non
possumus mensurare tempestates quas sus
tinuit mulier illa Miserere mei Filia me

a male a demonio vexatur Vidisti in
stanciam mulieris vidisti vilitatem in
disti longanimitatem Vidisti fidem Ipse autem
ei non respondit verbum O nova rerum
materies Rogat mulier obsecrat deprecatur
Deflet casum suum auget tragediam su
am enarrat passionem et amator hominum
non respondit Verbum tacet fons clausus
est medicus medicamenta retinuit Quid
novum Quid admirabile Alios provocas
ad sequendum et hanc miserabilem inse
quentem abigis Sed considera medici sapienciam
Cum non vidit ei verbum Cur non vidit
Quia fidem illius amplius provocabat
et animam et cum penitencia cernebat et
discipulorum miseraciones excitabat Dicunt
quippe ad eum discipuli eius Dimitte ea
quia clamat post nos Vos inquit de
foris clamare auditis ego autem intrinse
cus video Grandis quidem vox ex ore pro
cedit sed maior est mentis Dimitte eam
quia clamat post nos alius evangelista
dicit ante nos Duo quidem sermones
sed una sententia est mendacium in utrisque non
est Utrumque enim faciebat in causa doloris
prius post tergum clamabat sed cum vidis
set quia non vidit in ante cucurrit quasi
canis domini vestigia lambens Dimitte in
quiunt eam Tedium nobis clamoribus excita
vit omne convocavit vulgus Et illi qui
dem quasi homines ad clamorem illius eru
bescebant sed dominus temperamentum misericordie
sue noverat Dimitte eam quia clamat
post nos Ipse autem respondens ait Non
Non sum missus nisi ad oves que perierunt
domus israhel Et cum hoc dixisset pecto
rem eius vultus efferit Medicus autem erat
peritus non ut dividat sed ut conjungat Hic
parabolam carissimi accomodate mentem vestram
thezaurum enim investigare volo abscon
ditum Non sum missus nisi ad oves que
perierunt domus israhel O domine hoc est
totum ideo homo factus es ideo carnem assump
sisti gubernacias tantas operatus es ut unum
salvares angulum et huic penitus orbis
terrarum universus desertus est et syro
crates. Judei. mauri. cilices. capadoces.
syri. fenices quicumque sol respicit Terram
tu sprevisti et propter iudeos solos venisti gen
tes autem in desolatione constitutas de
spicias Et illos quidem contempnentes pa
trem tuum et ydola adorantes et intersa

demonibus

illis offerentes insuper filios suos consecrantes. Hec omnia dissimulas et nos miseros expectantes te despicias. Et certe omnes prophete et ipse parens tuus david secundum carnem dicit Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Et ysaias qui te in sede maiestatis tue contemplatus est dicit. Et erit radix yesse et qui exurget regnare gentibus in ipsum gentes sperabunt. Et iacob patriarcha dicit. Non deficiet princeps ex iuda neque dux de femoribus eius donec veniat cui repositum est et ipse erit expectatio gentium. Malachias quoque propheta dicit. Ab ortu solis ad occasum glorificatur nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificium mundum offertur deo. Et ipse david ita dicit. Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis Quoniam deus excelsus terribilis rex magnus super omnem terram. Ascendit deus in iubilo dominus in voce tube. Et alter propheta dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et reliqui qui adventum tuum salutare gentibus annunciaverunt. Nam et ipse in adventu tuo magos ab oriente vocasti et principia gentilitatis per illos cessare fecisti et evangelistas eos ad sua remisisti. Et tu quidem stellam magos vocasti prophete autem gentibus annunciaverunt. Exurgens autem ascensurus dicis discipulis tuis. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Et nunc cum venisset hec miseranda et infelix mulier pro filie sue infirmitate obsecrans et casus suos deplorans dicis. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israhel. Nam et cum accessisset centurio rogans pro famulo suo dicis. Ego veniam et curabo eum. Et latroni obsecranti respondes. Hodie mecum eris in paradiso. Et paralitico dicis. Surge tolle grabatum tuum et vade in domum tuam. Et lazaro quadriduano mortuo et iam fetenti dicis lazare veni foras. Et qui leprosos mundas mortuos suscitas paraliticos stringis cecos illuminas latrones salvas meretricem castificas et huic misere nichil respondes. O nova res et admiranda. Considerate huius constantiam et humilitatem mulieris et domini benignam sapientiam pariter et clementiam quomodo dilatio et excusatio eius divicias contulit obsecranti ut et tu si oraveris et statim non acceperis quod rogasti non desperes desperando. Considera enim diligentius carissime legis divine secretum quando iudei de egiptiorum dominatione et tyrannide sunt liberati effugientes manus pharaonis ad heremum pervenerunt intra terminum terram chananeorum repletam ydolorum cultibus adorantium ligna et lapides legem acceperunt ut cum fuissent ingressi non acciperent filias eorum in matrimonio neque quibus nuptias iungerent neque convivia sociarent ne per societatem mutuam averterent illos a mandatis domini et depravaret mores eorum. Nichil tibi inquit et chananeis sed esto in finibus tuis et in gente tua negotia exerce et connubia iunge quia linguam tuam habes et legem que tibi per moysen data est quam sicut maceriam et sepem quandam posui inter nos et illos. Sicut enim vinea et ortus maceria circumdatur sic iudeis lex data est ut transgredi non liceat. Prohibitum itaque erat a lege ut non miscerentur chananeis neque ullam communionem haberent cum illis ne amicicie causa impietatis occasio fieret. Cum ergo abhominabiles iudeis essent chananei tamquam ydolatre et immundi cum quibus nec fabulari fas est erat. Et quia ista mulier de finibus erat chananeorum egressa accessit autem ad christum et christus iudeis dicebat insidiantibus sibi. Quis ex vobis arguet me de peccato eo quod prevaricaverim legem. Cum ergo homo erat et omnia que legis sunt implebat. Et sicut iam dixi abhominabiles erant chananei iudeis qui sub lege mandati tamquam sepe erant vallati.

Veniens autem christus hoc est natus ex virgine octava circumcisus die postquam in templo oblatio celebrata est et omnia que rimonia impleta sunt legis. Et ideo implevit legem ne dicerent iudei non potuisti implere legem propterea dissolvit eam. Prius eam complet et postea solvit ut omnem illis querimonie auferat occasionem. Clamabat enim et dicebat Quis ex vobis arguet me de peccato. Ne ergo occasione accepta dicerent iudei non credimus tibi quia inique fecisti solvens legem quia perrexisti ad fines chananeorum et confabulatus es cum eis quod ne fieret lege prohibitum est. Ideo [non] initium nichil loquitur mulieri sed legem custodiens retardat salutem et iudeos refrenat et haut retrarat. Cum non respondit ei ubi Nolo michi occasiones querimoniarum invenias o iudee ecce non loquor ecce non respondeo adest occasio benefaciendi et pietatem meam in

terum differo Ecce naufragium iminet et
gubernator quiescit et crescente calamita
te differtur sanitas propter vos qui ingrati
extitistis ut omnis vobis auferatur occasio
detrahendi Ecce mulier multitudine michi
clamoribus suis congregavit et non dum
accepit responsum ne forte dicatis quia vobis
preposui chananeos et transgressus sum legem
et ideo michi non credatis Cui non respon
dit ei verbum Subaudit eo quod ad iudeos
sermonem faceret beneficiis eius erant ingrati
Hec autem omnia pro ineffabili clementia fa
ciebat deus ut illos paulatim ab infide
litate eriget et omnem cavillacionem dicen
tibus eorum tollet Nam et cum leprosum
curasset dicebat Vade et ostende te sacer
dotibus et offer munus quod precepit moyses
pro mundacione tua in testimonium illis Dus
mundat et mittit eum ad legem moysi Et
cur hoc facit considera ne videlicet iudei di
cerent quod eum tamquam prevaricatore legis
Nam quomodo curaverit leprosum eloqui
curacionis modum non inuenio Ecce inquit
leprosus accedens rogabat eum dicens Do
mine si vis potes me mundare Et extendens
ihesus manum suam tetigit eum dicens volo
mundare Imperativo modo legendum est non
interrogativo Quia dixerat ille si vis Audit dominus
volo potes inquit me mundare et ipse ait
volo mundare In lege non licebat tangi
leprosum quia quicumque tetigisset immundus
tota die fiebat Nam et beatus helizeus hoc
sciens cum ad eum naaman venisset lep
rosus alienigena missus a rege suo mandat
ei per discipulum suum dicens Vade ad iordanem
flumen et lavare septies et mundaberis a
lepra tua Ipse vero non fuit ausus ire et
videre lepram vel tangere illum Et helizeus
quidem mundavit leprosum et xpistus cura
vit leprosum Ne ergo dicerent iudei quid ma
gnum fecit xpistus hoc fecit quod fecerat helize
us Sed ille quidem tangere non fuit lepro
sum ne contaminaretur iste autem tetigit et mun
davit Et ideo tetigit ut ostenderet quod qui s
ub lege est subditus est legi Dominus autem est
qui imperat legi Volo mundare Et statim mun
datus est Non inuenit ewangelista verbis
edicere velocitatem curacionis statim eam di
cendo aliquid quod dicit non inuenit Tanta
enim fuit operantis auctoritas ut in expressionibus
monis sufficeretur infirmitas Et ideo dicit
vade ostende te sacerdoti et offer munus

tum quod precepit moyses in testimonium illis
Omnibus iudeis ne dicant prevaricasse me le
gem Nam et occulte divinitate suam manife
stat illis ut ex operibus crederent quia filius
sit dei Et in illa die veniens leprosus roga
vit eos cum preceptum fuerat secundum legem of
ferre Et ideo multa propter iudeos faciebat sic
et nunc responsionem suam ad preces mulieris
tempat et retardavit Miserere inquit mei quia
filia mea male a demonio vexatur Qui non
rendit ei verbum Accedentes autem discipuli eius
dicunt ei Dimitte eam quia clamat post nos
Respondit dominus non sum missus nisi ad
oves que perierant domus israhel Ne forte
dicerent iudei Dimisisti nos et ad extraneos
perrexisti et ideo non credimus tibi Ecce dege
tibus venit et non suscipis nos fugien
tes commoto dicens Venite ad me omnes qui
laboratis et onerati estis et venire non
voltis hanc repello et recedere non vult Vere
impletur illud quod scriptum est Populus
quem non cognovi servivit michi in au
ditu auris obedivit michi Et alibi Apparui
hiis qui me non querebant inuentus sum
ab hiis qui me non interrogabant ex quibus
et chananea erat Dimitte inquiunt eam quia
clamat post nos Videamus ergo quid
dicit dominus non sum inquit missus nisi
ad oves que perierant domus israhel Con
siderate clemenciam domini Non dixit recede a me
sed non sum ad vos missus Non veni prop
ter sed propter iudeos oves perditas domus
israhel Que cum audisset accessit et ado
ravit eum dicens Domine adiuva me Cui
videns ait Non est bonum sumere panem
filiorum et mittere canibus Considera paren
tis instanciam et domini temperanciam In cleme
ncia medici indessacionem adducebat eam
ut amplius rogaret et augmentum fidei
faceret Non est bonum inquit sumere panem
filiorum et mittere canibus Quorum filiorum
iudeorum videlicet Et mittere canibus Quibus
Sine dubio nisi hec ad obprobrium dicebantur
iudeorum qui filii vocati canes effecti sunt
dicente paulo Videte canes videte malos
operarios videte concisionem Nos vero su
mus circumcisio gentes vero canes appel
lati facti sunt filii Filioli mei quos iterum
parturio donec formetur xpistus in vobis Nam
iudeorum accusacio illis erat Non est bo
num sumere panem filiorum et mittere cani
bus At illa dixit etiam domine O violenta

mulieris o intentio animi o profectus
fidei Medicus dicit non Hec dicit etiam
Dominus dicit non dicit etiam non quasi pro
tax aut impudens reputanda est sed lau
danda est magis quia expostulat salutem Non
est inquit bonum sumere panem filiorum
et mittere canibus Etiam domine Tu canem
me vocas ego dominum te voco Tu me mini
nas Ego te glorifico Etiam domine nam et
catelli edunt de micis que cadunt de men
sa dominorum suorum Non respuo opprobrium
tantum accipio vel escam canis Dicas rem
que mea consuetudine est tu fac quod debetur
cani quia canem me vocas da michi mi
cas O domine advocatus mee factus es pos
tulacionis allegando premissis Etiam domine
Nam et catelli edunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suorum Quid ergo Cum
allegabat qui repellebat qui non respon
debat qui dicebat Non est bonum sumere
panem filiorum et mittere canibus qui
dicebat Non sum missus nisi ad oves
que perierunt domus israhel In laudes
mulieris subito erumpit dicens O mulier
Ipsa inquit laudo constanciam eius lau
do fidem quia inviolata permansit et donum
extorsit Si enim ab inicio dimisissem
illam nec illa paulatim erudita fuisset
nec scisses virtutem animi eius nec laten
tem fidei thezaurum Et ideo suspendi dona
cionem ut tu agnosceres fidem O mulier
deus dicit o mulier Audiant hanc qui
iactant orant sed fastidiose permittunt Quan
do dico tibi Roga deum obsecra eum si
mulate illi Dicit rogavi semel secundo
et tercio et decies et vicesies Et quid Non
accepi inquit Ne recedas quousque accipias
Finis postulacionis acceptio deprecacionis est Tunc
cessa cum acceperis Immo magis nec tunc ces
ses sed et tunc persevera gracias agens pro
hoc quod accepisti ut perseveret tibi quod accepisti Non
nulli introeuntes etiam in mille versus
extendunt oracionem suam quasi apud deum
multitudo sermonum opus sit tamquam igno
ranti Quid postules quid amplius cogites
novit Nam et illi quidem quid dicunt ne
sciunt labia moventur solummodo mens autem
sine fructu est et aures eius surdes sunt
Tu non audis oracionem tuam et deum vis
audire precem tuam Flexi inquit genua
Curvasti quidem genua intus sed mens
tua foris vagatur Corpus tuum intus sed

sed sensus foras Os quidem loquebatur sed
mens usuras cogitabat possessionum red
ditus supputabat descripciones domorum
videbat amicorum verba volvebat negocia
intuebatur famulorum pastorum urbanita
tes videbat mulierum speciem considerabat
Dyabolus enim cum sit astutus scit quoniam
cum in tempore oracionis grandia postulemus
et sepius impetremus impedire festinat
improvidas mentes Nam aliquociens cum
resupini iacemus in lectulo nichil tale cogi
tamus sed cum venimus ad oracionem cogita
cionum nos opprimunt nubes ut nos adnocet
et sine fructu efficiant Hec igitur sciens in
oracionibus fieri imitare chananeam virum mu
lierem Quam vigilanter et cum summa sapi
encia rogabat dominum et ideo meruit im
petrare Sed forsitan dices non habeo filiam
meam que demone plena sit Sed habes ani
mam peccatis refectam Et quid dixit chana
nea Miserere mei domine quia filia mea male
a demonio vexatur dicito et tu miserere
mei domine quia anima mea male a demonio
vexatur Grandis enim demon peccatum est
et ille quidem in peccatulo suis velocius cu
rari potest autem occultat peccata sua hominibus
et peniteri non vult si frequencius peccaturus
delinquit et odibilis est et ille quidem pro
vexacione veniam habebit Iste vero respo
sione privabitur Miserere mei Modicus quidem
sermo sed immensum benignitatis continet
pelagus Ubi enim misericordia postulatur ibi univer
sa comprehensa sunt bona Ideo si foris etiam
es dic tu miserere mei domine Non solum labia
movens sed mente ingemiscens quia et ta
centes audit deus Non queritur locus sed
devocio mentis Ieremias in lacu ceni dimer
sus erat et fideliter orans deum prevenit
Daniel in lacu leonum missus ad se dei miseri
cordiam inclinavit Tres pueri in camino ardenti
erant et deo placuerunt Latro in cruce erat
et exauditus est fideliter postulando Et nichil
obfuit crux sed confessio fidei aperuit pa
radisum Iob in sterquilinio erat et graciam
suam deus reconciliabatur Ideo et si in balneis
es ora ubicumque fueris ora Templum dei es tu
et spiritus sanctus habitat in vobis Voluntas solum
modo devote mentis opus est Et si in iudi
cio assistis ora Et cum irascitur rex ora U
bique deus presens est non clauditur loco i
nocenti dicit apostolus Nam cum eduxisset
moyses populum de egipto et per desertum ad mare

rubro venisset egipcij post tergum erant
insequentes populum Ante mare fremebat fluc
tibus moyses in angustia erat Tacebat
quidem sed mente grandia cogitabat In me
dio tribulationis erat inde egipcij insequen
tes hinc mare intumescens Ad dominum igitur
mente clamabat et vox penitus non
audiebatur Ideo dominus dicit ad eum Quid cla
mas ad me Cum ore quidem non clamaret
sed corde Et tu igitur qui astitens furenti
indici ac rabido tyranno ora dominum tuum
et orante te fluctus mitigabuntur Iudex
adte tu ad dominum confugito Iudex ipse te
tu domini innocta qui iuxte est Numquid longe
a te est ut vadas ad locum aliquem Deus
non includitur loco sed semper in proximo est
Et qui loco non clauditur fide tenetur
Nam si hominem rogare volueris interrogabis
quid facit Et audiens dormit aut non
vacat aut certe non dignabitur miserere
inde tibi Ad deum autem nil horum opus
est Sed ubicumque fueris et invocaveris audit
te Non hostiarius non mediator non minister
opus est sed dicito miserere mei et deus illico
aderit adhuc loquente te dicit ecce assum
O summo mansuetudine et benignitate ple
nus non expectat consummari orationem sed
statim tribuit peticionem Miserere mei domine
filia mea male a demonio vexatur O mu
lier magna est fides tua fiat tibi sicut vis
Ubi sunt heretici Numquid dixit rogabo pa
trem meum obsecrabo genitorem meum
Numquid oratione eguit non utique quia auc
tor salutis est et universitatis creator et v
bum Deus ideo dixit o mulier magna est
fides tua quoniam et pro dispensatione carnis
oravit quia magna est fides copiosa effu
sa est gracia Ubi autem oracio vera est ibi
ministrum est vas O mulier magna est fides
tua Non vidisti mortuum suscitatum nec
leprosum mundatum nec prophetas audisti nec
legem meditata es neque mare in diviisionibus
bus studi audisti nichil horum contemplata
es nisi et despecta et contempta es et no
vercessisti sed prevenisti petendo O mulier gran
dis est fides Mortua es mulier et Sermonem
eius inget Ubicumque enim audies Christum di
centem O mulier magna est fides tua In
storia in yudia in mauritania quantumcumque
sol respiciat terram clamat Christus et non ta
cet nullum O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut vis Non dixit sanetur filia

tua sed sicut vis Tu inquit eam cura es
to medicus tibi committo medicamentum ut
imponas ei fiat tibi sicut vis Voluntas
tua curet eam Chananea voluntate cu
ravit et filius dei sicut dicunt hic ascens
ipso non curat fiat tibi sicut vis Neque
iussit mulieri neque imperavit demoni sed
sola mulieris voluntas curavit filiam
demonemque fugavit Ubi sunt qui audet
dicere Christum per orationem virtutes fecisse Vide
quid dicat Fiat tibi sicut vis Considera
sermonis consimilitatem creationis imitatur
Quando enim faciebat deus deus celum di
xit Fiat celum et factum est celum Fiat
terra et facta est terra Fiat sol fiant astra
celi et facta sunt universa Iussio adduxit
subiectum presentie sermo conditionem ostendit
nature Et sanata est inquit filia eius
ex illa hora Ex qua hora Non ex qua venit
mater eius domi sed ex qua dominus sermo pro
cessit Et cum redisset domum invenit ea
sane mentis et voluntatis Unio vera fi
de eius curatam Pro hys autem omnibus gra
tias agamus deo per Christum dominum nostrum cum
quo est deo patri una cum sancto spiritu ho
nor et gloria in secula seculorum Amen Ve

Ve mundo mundo a scandalis
a scandalis necesse est enim ut
veniant scandala verumptamen
ve homini illi per quem scandalum
venit Videtur quidem specialiter designare
iudam qui necesse ut paratur dominus ihesus
Nisi enim ille passus fuisset genus huma
num salvare non poterat Quod autem passio
domini scandalum sit et apostolus dicit quia crux
domini scandalum iudeis et stulticia gentibus
Videtis igitur quia necesse est venire passione
domini id est scandalum crucis Verumptamen ve homini
illi per quem scandalum venit Nunc necesse
fuit et utile quod pateretur ihesus sed ve inde per
quem venit nobis utilitas Ve mundo a
scandalis Mundum istum terrenum locum dicit
~~Tomite piecion tonon becti~~
Neque vero de celo de celo et terra intelligere
debemus mundum sed mundum hic intelligimus
terrenum Ideo quod dicit regnum meum non
est de mundo isto si essem de mundo amaret
me mundus Et dicit ad apostolos vos non estis
de mundo et in multis locis terrenus mundus
interpretatur Ve igitur mundo hoc est terreno
loco a scandalis Necesse enim est ut veniant
scandala ergo absque culpa est ille per quem

Non quia nec̃e ẜ quia et mundo nec̃e est
ut veniant Videte ꝙ dicimꝰ subtile est Si
nec̃e est ut veniant scandala ergo absꝗ cul
pa est ille pquem scandalu venit nisi m̃
terreno mundo ẜ nos dicimꝰ scandalu nõ ve
nit nisi in terreno mundo Vis non tibi veni
re scandalu noli esse terrenus Propt̃ea dico mun
dus iste terrenus scandalu habz et tria ista ne
cesse est ut habeat scandala Noli portare ter
renum porta celestem et scandalu non habe
bis Vnipty ve homi pquem scandalu ve
nit Scđalit disputatu ~~te aik ata kep h atiz e japto~~ Si autem manus tua
ul' pes tuus scandalizat te abscide et proi
ce abs te Bonu est enim tibi ĩ vitam intrare
claudum in regnu dei qm̃ duas manus et
duos pedes habentem mitti in gehenna et̃naz
Si autem manus tua ul' pes tuus scanda
lizat te Cum ad apl̃os loquit̃ ecc̃e Nam ec
clesia corpus vnu tm̃ habet ẜ multa mebra
habet Hoc loquit̃ aplus ad Corinth quia
sunt prophete sunt doctores sunt sacerdotes
sunt signa facientes et alie v'tutes Vbi de
spiritualibus gratiis disputauit et ibi dicit
Nunquit potest dic̃e oculus manui non
necessariam te habeo aut rursus manus di
cere pedi nõ necariu te habeo Et hoc dicit
ad exemplu longu est enim vniũsa replica
re et hoc dicit quia multis mebris vnu ec
clesie corpus efficit̃ Ecc̃a habz veros oculos
videlz sacerdotes atꝗ doctores qui vident in qui
busqꝫ scripturis misteria dei De quibus
dicit̃ videntes Isti igitur qui vident recte
appellant̃ oculi ecc̃e Rursum habz et manꝰ
facit ~~t p a te tik o jje~~ videlz viros ꝙ
oculi non sunt ẜ manus Nuqꝫ nouerunt
misteria scripturarum Tamẽ sunt potentes
in opibus Habet et pedes qui nec vident
nec opant̃ ẜ huc diu'sos discursus Sed propt̃
ea currit pes ut inueniat manus ꝙ operet̃
Nec oculus contempnat manu nec manus
contempnat pedem nec rursum ista tria con
tempnant quasi ociosum ventrem Sepiꝰ
eueniunt ut membra que vident̃ esse verecun
diora ipa magis utiliora sunt Propt̃ea dicit
et aplus Verecundiora aut̃ ñra maiore ha
bent honorem Hoc totum quare dico qm̃
ecc̃a hoc est corpus dm̃ ex multis mebris
ornatur atꝗ completur Si itaqꝫ venit ut
etiam scandalizet oculus scandalizet manꝰ
scandalizet pes melius est te vnam nõ h̃re
v'tutem et ire cum ceteris v'tutibus ad reg

na celorum aut h̃re oculum caligmantem
et pedem claudicantem ire in ignem eter
num Eiciunt epi̇s pecantes p̃sbr̃os deiciunt
dyaconus Noli dic̃e quia maior est sed rece
dat oculus recedat manus recedat pes ut
cetera membra saluent̃ Hoc scđm alciorem
interpretacionem dan est sciendum qm̃ et a
liter possit interptari Si te scandalizet ocu
lus si te scandalizet manus si te scandalizet
pes si te carorum nomina pater mater frater
filius et cet̃e ppinquitates scandalizent ab
scide a te Melius est te regnare sine mat̃e
qm̃ p̃ire cum matre Et hoc propt̃e loquit̃
ad monachos hoc propt̃e loquit̃ ad apl̃os Mo
nachus enim aplicam vitam dep̃dat imi
tari Vis o monache esse discipulus imo
immo vis discipulorum meorum esse discipulus
Fac ꝙ fecit petrus ꝙ fecit Jacobus et Jo
hannes Habebat oculum scandalizantem
patrem et nauem et rethe Dicit eis Jhũs
Venite sequimini me Scandalizabat ptãs pr
na oculus videlz malus Absciditur oculus
et hi secuntur ihm̃ Nemo ergo dicat habeo
matrem habeo patrem fr̃em filiu vxorem
heo cetera pietatis carorum nomina Mona
chi imitatores aplorum sunt non ergo pos
sumꝰ eos imitari nisi fecimus que fecerunt
et apli Nemo igit̃ monachorum dicat habeo
patrem habeo matrem Respondebo tibi ha
bes ihm̃ quid queris ista que mortua sunt
Qui habz ihm̃ habet patrem et matrem
habet filios habz ppinquitate Quid queris
mortuos Seque vivum Dimitte mortuos
sepelire mortuos Dicit ad dm̃ vnus disci
pulus Dimitte me ut vadam et sepeliam
patrem meu Non dixit dimitte me ut si
cum patre meo ẜ dimitte me vnius hore
spacio Quid ei respondit domiꝰ Et in vna no
hora p̃ire potes Vide ne dum vis sepelire
patrem mortuu ipe moriaris Mortuus p̃r
non exigit pietate filii Dico tibi monache
Quid queris patrem quid queris matrem
Aut xp̃iana est mater aut non est xp̃iana
aut sancta est aut pctrix E duobus vnu
est aliter esse non potest Si sancta est gau
det quia cum deo Si pctrix dimitte illaz
quia mortua est Intrrogo te o mater xp̃i
ana filius tuus sunt in monasterio xp̃o hoc
est imperatori suo Signatus est caractere re
gis sui habet scutum ieiunium habz galea
fidem hz gladiu sermone dei habz loricam
vestimentu ihm̃ in baptismate sic est arma


tus paratus ad pugnam Debet incunctanter exire et pugnare adversus hostes Tu ei dices Dimitte arma et veni in cubiculum Propositum tibi est o monache sicut et ad adam et dicit tibi Ecce vita ecce mors elige quod vis Habes duos patres spiritualem et carnalem Utrumque amare non potes Si spiritualis amatur carnalis contempnitur Non potestis duobus dominis servire Qui amat inquit patrem aut matrem super me non est me dignus Sive secundum carnalem patrem relinque spiritualem Quare tamen tergiversaris monache et dicis Quid ergo si amavero patrem meum aut matrem meam non idcirco servio duo domine scriptum est in lege et in evangelio honora patrem et matrem Et qui maledixerit patri aut matri morte moriatur Utique propterea servire deo debemus ut non honoremus parentes Video tibi et ego Intantum honora parentes inquantum non impediant ad servitute domini hoc est imperatori tuo Cui est gloria in secula seculorum Amen De sancto

Animal Johanne baptista

illud quod in johannis apocalipsi et ezechielis videtur principio ~~tetra~~ ~~chorro~~ quod gerat faciem hominis et vituli et leonis et aquile proprio loco quoque significat In matheo facies hominis predicta est In luca vituli demonstrata est In johanne aquile In marco leonis qui in heremo personat Initium evangelii ihesu xpisti filii dei Sicut scriptum est in ysaia propheta Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius Cum in heremo personat utique leo est et ad cuius vocem cuncta animalia pertimescunt et concurrunt et fugere non audent Simul quoque considerate quod johannes baptista vox dicitur et dominus noster ihesus sermo Semper precedit domini Initium evangelii ihesu xpisti filii dei ihesu xpisti filii dei Ergo non filii Ioseph Initium evangelii finis legis est Finitur lex et incipitur evangelium Sicut scriptum est in ysaia propheta Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam Sicut scriptum est in ysaia quantum in memoria est et in mente mea pertracto tam septuaginta interpretes quam hebreorum volumina diligentissime ventilans nusquam in ysaia propheta hoc esse scriptum reperi potius quod ponit Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam sed in Malachie prophete fine scriptum est Si aut in Malachie fine scribitur quomodo nunc marcus evangelista ponit Sicut scriptum est in ysaia propheta evangeliste de spiritu sancto locuti sunt marcus iste qui scribit non primus est Denique petrus apostolus in epistola sua Salutat vos illa que est in Babilone electa et marcus filius meus O apostole petre marcus filius tuus filius non carnis sed spiritus structus spiritualibus hoc ignorat Et quod alibi scriptum est alibi memorat sicut scriptum est in ysaia propheta Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam Locum istum impius ille porphirius qui adversum nos conscripsit et multis voluminibus rabiem suam evomuit in quarto decimo volumine disputat et dicit Evangeliste tam imperiti fuerunt homines non solum in secularibus sed etiam in scripturis divinis ut testimonium quod alibi scriptum est de alio ponerent propheta Hoc ille obicit Nos ergo quid ei respondebimus Orationibus vestris ista michi videtur solutio Sicut scriptum est in ysaia propheta Quid scriptum est in ysaia propheta Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius Hoc in ysaia scriptum est expositio autem ipsius capituli in alio propheta melius dicitur et ipse dicat evangelista Iste est inquit Johannes baptista de quo etiam Malachias dixit Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam Ergo quod dicit scriptum est ad hoc capitulum refertur Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius Ut aut probaretis eum esse angelum qui missus est voluit ex proprio probare sermone sed ex prophetia prophete Fuit Johannes in deserto baptizans et predicans Johannes fuit deus non erat Qui fuit esse desinit quod fuit ante quam esset non fuit Ceterum qui erat an erat et semper erat et erit non habet aliquod principium Ergo de Johanne baptista dicitur fuit ~~i etc' vetm~~ de domino aut salvatore erat ubi dicitur erat nullum habet initium Ipse est qui dixit qui est misit me non enim esse habuit aliquod principium Fuit Johannes in deserto baptizans et predicans In deserto fuit vox domini predicatura aliud ante personare non debuit nisi salvatoris adventum Fuit Johannes in deserto Felix ista commutatio despicit homines angelos querere urbes deserere et in solitudine invenire xpistum Fuit Johannes in deserto baptizans et predicans et predicat Baptizare

cetiam que est in Babilone electa

byłaby mi udzielenie dla
tou numerów od 1. Styczny



iciam dote simone Baptismus Johannis
precessit baptismum salvatoris Sicut Johannes
baptista precursor fuit domini salvatoris Sic et
Johannis baptismus baptismi precursor domini sal
vatoris fuit Illud dictum est in prima hoc in
circa Illi prima tribuntur illi vetusta ac victo
ria Et ingrediebatur ad eum omnis iudea ad
Johannem iudea convenit Jerosolima conveniunt
Ad ihesum dominum salvatorem omnis convenit orbis
Notus in iudea deus in israhel magnum no
men eius Ad Johannem vero convenit iudea
et Jerosolima cetere ad salvatorem omnis
orbis Veniebant universi et baptizabantur ab
illo in Jordane flumine confitentes peccata sua
baptizabantur a Johanne Johannes baptista
legis umbram prefert Ergo ad legem tantum
iudei baptizantur Jerosolimam veniebant
et baptizabantur ab illo in Jordane flumine de
scendente Lex enim descendit licet baptizat
tamen deorsum est Jordanis hoc interpretatur
flumius descendens ceterum dominus noster et ver
itatis misterium desursum est Dicat aliquis
Si deorsum est ergo dominus deorsum est qui
baptizatur in iordane Et vere in iordane
baptizatus est legis enim precepta servavit
quia circumcisus lege est et baptizatus lege
est Et erat Johannes vestitus de pilis ca
melorum et zona pellicea et cibus eius lo
custe et mel silvestre Sicut sacerdotum prin
cipes sunt sacerdotum apostoli sic monachorum
princeps Johannes baptista est Et quidem tra
dit hebreorum scriptura et usque hodie in me
moria sunt nomina sacerdotum inter pontifi
ces et Johannes nominatur Ita mirum illum et
sanctum et sacerdotem fuisse propterea est sed
et nos legimus in ewangelio secundum lucam
de quo illum fuisse sacerdotali fuit inquit
zacharias sacerdos nomine et iste in vice sua
Hoc autem tempore non deferebat nisi prin
cipibus sacerdotum hoc est pontificibus Hoc
totum quare dixi ut sciamus istum ponti
ficem qui sciebat xpm esse venturum Et xpm
non querebat in templo sed in deserto separa
vit se a multitudine Oculis expectantibus
xpm nichil aliud dignum est aspicere nisi xpm
Et erat Johannes vestitus pilis camelorum
non lanam ne delicatas vestes putares De
nique et ipse dominus noster in ewangelio ~~A C K N C E~~
~~V O E~~ ipsius testis est Ecce inquit qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt Nunc ve
niamus orationibus vestris ad intelligentiam spiri
tualem Et erat Johannes vestitus pilis

cameli et zona pellicea circa lumbos eius
Ipse Johannes dicit illum oportet crescere me
autem minui Qui habet sponsam sponsus
est Amicus autem sponsi gaudio gaudet qui vi
deat sponsum Et vide ipse dicit Venit fortior
me post me cuius non sum dignus solvere
corrigiam calciamentorum Quid dicit Illum opor
tet crescere me autem minui Oportet ewangelium
crescere me autem minui legem Erat igitur Johannes
hoc est lex in Johanne Vestitus pilis cameli non
poterat habere tunicam de agno De quo dicitur Ecce
agnus dei ecce qui tollit peccata mundi De quo iterum
dicitur Sicut ovis ductus est in occisionem Dei
in lege tunicam habere non possumus et zonam
pelliceam habeat in legem quia iudei hoc solum
putant peccatum esse quod opere peccant Ceterum
dominus noster ihesus in Apocalipsi Johannis videtur
inter septem candelabra girare hic zona aure
am non in lumbis sed in pectore Lex in lumbis cingitur
Ceterum xpus hoc est ewangelium et monachorum
virtus non solum in libidine sed et in mente co
demprimatur Dicit ne cogitari quidem expedit illi
qui fornicatus fuit tenetur in crimine Amen amen
dico vobis qui viderit mulierem ad concupiscen
dum eam iam mechatus est in corde suo Scrip
tum est inquit in lege Non adulterabis Hec
est zona pellicea circa lumbos herens Ego
autem dico vobis Qui viderit mulierem ad con
cupiscendum eam iam mechatus est in corde
suo Hec est zona aurea que in pectore cingitur
Vestitus pilis cameli et locustas et mel silve
stre comedebat Locusta animal parvulum est et
inter volatile et reptile medium est neque enim
a terra satis tollitur quia si paululum elevatur
non tam volat quam salit Et cum a terra se pau
lulum elevavit iterum pennis deficientibus cadit
in terram Ita et lex videbatur quidem ab ydo
latria et errore paululum recedere sed ad celum
volare non poterat Regna enim celorum nusquam
legimus in lege vobis fore quia regna celorum
in ewangelio tunc predicantur primum inquit agite
penitentiam appropinquabit enim regnum celorum Ergo lex
tollebat homines paululum de terra et ad celum
perducere non poterat Ubicumque fuit corpus illuc
congregabuntur et aquile Locustas et mel quoque
ipse comedebat non domesticum sed silvestre
Inter feras inter bestias non in domo non in
ecclesia sed extra ecclesiam Silvestre enim mel non con
sumebat in lege unde et mel in sacrificiis in
quam oblatum legimus Requiritur aliquis et di
cat Quare tu oleum tunc simila tu aves
tu agnus tunc sanguis petendum tunc cera

offerunt in sacrificio dei mel tamen non offer-
tur. Deinde quid dicit. Et omne quod offertur
sale conditum offertur in sacrificio. Primo
ut sit sale conditus mel penitus non offer-
tur. Et quodcumque contigerit inquit in mundum
erit mel voluptatis indicium est et suavita-
tis. Semper enim voluptas mortificat semper
voluptas deo non placet. Utique dulcedinem
habet in dei sacrificiis non offertur mel quidem
videtur tamen inde confectum esse de floribus
et si respicias inter flores ipsos et cadavera
et putredines licet et cetera istius modi. Ergo
mel non solum de floribus sed de quocumque vo-
luptuosum est. Videtur quidem suave esse
sed si discutiens respicias mortiferum est. Hoc to-
tum quare dixi quia in lege initia sunt eorum
in evangelio perfecto. Venit fortior me post
me, cuius non sum dignus procumbens sol-
vere corrigiam calciamentorum eius. Videtur
quidem esse humilitatis indicium quasi dicat non
sum dignus famulus eius esse sed in istis verbis
simplicibus demonstrat aliud sacramentum. Legi-
mus in Exodo legimus quoque in Deutronomio
legimus in libro Ruth quia si quis cognatus
erat et eam que degeret eius veniebat acci-
pere nolebat uxorem. Veniebat alius qui
secundus erat in genere propinquus in viribus et ma-
ioribus natu et dicebat. Tibi competit ma-
trimonium, tu debes eam accipere. Si nolebat
veniebat illa quam nolebat accipere et tollebat
inquit calciamentum eius et percutiebat inquit
in faciem eius et conspuebat eum et sic al-
terum iubebat. Hoc fiebat propter ignominiam in-
terum secundum legem ut si forte parvipenderet con-
tempsisset hac ignominia teneretur. Ergo hic sacra-
mentum demonstrat. Dicit ipse Johannes. Qui
habet sponsam sponsus est et ille habet spon-
sam ecclesiam. Ego autem amicus sponsi sum non
possum solvere corrigiam calciamenti eius. In
lege quia ipse ecclesiam duxit uxorem. Ego bap-
tizo vos aqua ego minister sum ille auctor
et dominus est. Ego aquam prebeo ego qui cre-
atura sum creaturam prebeo ille qui increatus
est increaturam prestat. Ego baptizo vos aqua
ego prebeo quod videtur ille quod non videtur. E-
go qui visibilis sum do aquam visibilem, ille
invisibilis dat spiritum invisibilem. Et factum
est in diebus illis venit ihesus a nazareth
galilee. Videte in vocationes significationes
que verborum. Non dixit venit christus non di-
xit venit filius dei sed venit ihesus. Dicat
aliquis quare non dixit christus. Secundum car-

nem loquor ceterum deus semper sanctus est nec
sanctificatione indiget sed iam de carne christi loqui-
mur. Nondum fuerat baptizatus a spiritu sancto
unctus fuerat. Secundum carnem loquor secundum
formam servi loquor. Nemo scandalizetur quod de
eo loquor qui quasi peccator venit ad baptismum.
Non quod christum dividam non quod alius christus
et alius ihesus et alius filius dei sed quod unus at-
que idem pro varietate temporum nobis diversus
est. Ihesus a nazareth galilee. Videte misterium
ad iohannem baptistam primum venit iudea et ie-
rosolima. Quibus in initium evangelii baptismi
et legis sacramenta convertunt in evangelii sa-
cramenta. Non venit de iudea non venit de ie-
rosolima sed venit de galilea gentium. Ihesus a na-
zareth galilee. Nazara interpretatur flos. Flos
galilee venit ex flore et baptizatur est in
iordane a iohanne. Grandis misteria. Cum
peccata non fecerat baptizatur quasi peccator. In
baptismo domini omnia peccata dimittuntur. Sed quia
si peccatum adam et baptismum salvatoris. Ceterum
vera remissio peccatorum in christi sanguine est et
nativitatis misterio. Et statim ascendens
de aqua vidit celos apertos. Hoc totum quod
sequitur nobis scribitur. Ergo autem cum baptismum
accipiamus clausos oculos habemus celestia
non videmus. Et spiritum tamquam columbam descen-
dentem et manentem in ipso et vox facta est
de celo. Tu es filius meus dilectus in quo
complacui. Ihesus christus baptizatur a iohanne spiri-
tus descendit in columbe specie pater de celo
dat testimonium. Vide arriane videte heretici
et in baptismo ihesu misterium trinitatis. Ihesus
enim baptizatur spiritus sanctus descendit in spe-
cie columbe. Pater de celo dat testimonium loquitur.
Vidit apertos celos. Quando dicitur vidit osten-
ditur quod alii non viderunt. Neque enim omnes
vidit apertos celos. Denique et Ezechiel quid
dicit in principio suo. Et factum est inquit
cum sederem iuxta flumen chobar in medio
captivorum. Vidi inquit apertos celos ego vi-
di ceteri alii non videbant. Nequis putet
celos simpliciter et carnaliter apertos nos ipsi qui
hic sedemus secundum diversitatem meritorum sunt a-
pertos celos videmus aut clausos. Plena fi-
des apertos habet celos ceterum dubia clau-
sos. Et spiritum tamquam columbam descendentem.
Solent nobis manichei et marcionite et
cetere hereses obicere et dicere. Ergo si christus in
corpore est et ipsa caro quam assumpsit non est
deposita nec deposuit eam. Ergo et spiritus
sanctus qui descendit in columba est. Videtis

similitudine speciosis antiquum videtis illum colubrem qui de paradiso eiecit hominem, et nos velle de paradiso fidei eicere. Non dixit suscepit corpus columbe sed spiritum tamquam columbam ubi dicitur tamquam non veritas sed similitudo monstratur. In deum autem salvatorem non scriptum est natus est quasi homo sed natus est homo. Hic vero dicitur tamquam columba. Ergo quia in spiritu est similitudo monstrata est, ceterum veritas non fuit. Et statim spiritus expulit eum in desertum spiritus qui descenderat in specie columbe. Vidit inquit apertos celos, et spiritum tamquam columbam descendentem et manentem cum ipso. Vide te quid dicat manentem hoc est perseverantem hoc est numquam recedentem. Denique et ipse Iohannes dicit in alio ewangelio, et qui misit inquit me dixit michi super quem videris spiritum sanctum descendentem et manentem in ipso. Spiritus sanctus descendit et permansit, ceterum in hominibus descendit quidem sed non permansit. Denique in volumine ezechielis qui propheta ezechiel in typo salvatoris est. Denique ad nullum alium prophetarum loquor de maioribus dicitur fili hominis sed semper dicitur ad ezechiel. In ezechiel ergo non cessaverunt interim visus aut tingnitur. Et statim dicitur et factus est sermo dicitur ad Ezechiel prophetam. Dicat aliquis hoc quare tam crebro ponitur in propheta qui spiritus sanctus descendebat quoda in prophetas sed crebrum recedebat. Quando dicitur et factus est sermo ostenditur quia spiritus sanctus qui recesserat rursum veniebat. Quando enim irascimur quando detrahimus quando tristiciam habemus que ducit ad mortem quando cogitamus ea que carnis sunt putamus quia spiritus permanet sanctus in nobis. Speramus quia spiritu sancto manente in nobis fratrem odimus quia mala aliqua cogitamus. Si quando ergo boni aliquid cogitamus sciamus quia spiritus sanctus habitat in nobis. Si vero aliquid mali fugimus est quia spiritus sanctus recessit a nobis. In salvatore autem propterea dicitur super quem videris spiritum sanctum descendentem et manentem in eo ipse est et statim spiritus sanctus expulit eum in desertum. Quanti monachi cum habitant cum parentibus suis si descenderit spiritus sanctus et manserit super eos ipse spiritus sanctus expellit eos inde secretum. Spiritus expellit eos de domo et ducit eos in solitudine. Spiritus sanctus libenter non habitat ubi turbe et frequencia et dissensiones et iurgia sunt sed spiritus sanctus ipse

sedem habet in solitudine. Denique et dominus noster atque salvator quando orare volebat solus inquit recedebat in monte et ibi tota nocte orabat. Erat in die cum discipulis in nocte orationem suam pro nobis patri dedicabat. Hoc totum quare dico quia solet aliquando fratres dicere si in cenobio mansero solus orare non possum. Numquid dominus non dimittebat discipulos, utique erat cum discipulis sed qui volebat orare intencius solus recedebat. Et nos ergo si volumus orare plus quam in publico queramus cellulam queramus agros habeamus deserta possumus et virtutes habere et desertis et solitudine habere prestante ihesu christo domino nostro. Cum vivit et regnat in secula seculorum Amen.

Homo dedivite epulone

Homo quidam erat dives. Cum dixerit nemo servus potest duobus dominis servire non potestis deo servire et mamone. Et reprehensus fuerat a phariseis quia varietate erat parabole propterea ponit exemplum et parabole varietatem. Neque enim parabola dicenda ubi nomina sunt parabola illa sunt ubi exemplum ponitur et tacentur nomina. Ubi autem dicitur abraham et lazarus et prophete et moyses hic vero lazarus. Abraham qui fuerit legimus lazarum lazarum ante non legimus sed qui fecit lazarum ipse fecit et abraham. Si verum dicit Abraham verum intelligimus et lazarum. Neque enim umbra corporis et mendacium potest congruere veritati. Homo quidam erat dives. Vide misericordiam dei lazarus pauper qui sanctus erat nominatur. Iste vero dives et superbus nec nomine quidem dignus habitus est. Homo quidam erat dives propterea dico quidam quasi umbra preterit. Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso. Cinis et pulvis et terra purpuram et sericum portabat. Et induebatur purpura et bisso et epulabatur cottidie splendide. Scdm vestimenta ista ita et epule. Ergo et nos quales et epulas talia et vestimenta. Et erat mendicus quidam nomine et lazarus lazarus interpretatur ~~Botse torihoe~~ hoc est qui adiutus est. Non est adiutor sed adiutus, pauper enim erat et in paupertate illum dominus adiuvabat qui iacebat ad ianuas eius ulceribus plenus. Dives iste purpuratus et splendidus non accusatur quia avarus fuit, non quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, non quia

aliquid mali fecerit sola in illo condempna
tur superbia Infelicissime homo morte cor
poris tui indes iacere ante ianuam et
non miseris Si dei precepta non consideras
saltem miserere condicionis tue et time ne
et ipse talis efficiaris Quod si nas in deliciis
tuis quod superfluum est quod iactas tribue elemo
sinam Non dicas ut auferas de divitiis
tuis quod foras iactes micas mense tue pre
be elemosinam membro tuo quod iacet ad ia
nuam tuam Ideo iacebat ad ianuam ut crude
litate divitis in suo corpore demonstraret Ideo
iacebat ad ianuam ne dives diceret non vidi
in angulo fuit aspicere non potui nemo in
timabat Iacebat ante ianuam videbas illu
exiens et veniens Eo tempore quando te gre
ges suorum et clientum prosequebantur
ille iacebat in ulceribus Si oculi tui pu
tridas carnes aspicere non dignabantur saltem
aures vocem audiant Qui iacebat ad ia
nuam ulceribus plenus Non habebat unum
vultus totum corpus ulcera erant ut ma
gnitudo penarum faceret magnitudinem mercedis
Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus ple
nus cupiens saturari de micis que cadebat
de mensa divitis Egrotatio habet aliquod sola
tium si opes habet sed aut ad infirmitatis
magnitudinem et paupertas duplex infir
mitas Egrotatio semper delicata est et in
delicatas res accipere non potest atque fastidiet
Quanta vero in isto pena est et quia tanta vul
nera non meruit doloris plagarum sed famis
Cupiens saturari de micis que cadebat
de mensa divitis hominis Quodammodo dicebat
ad divitem sufficiunt michi mice mense tue
quod proicis de mensa prebe elemosinam
fac dampna tuorum Et et canes veniebant
et lingebant ulcera eius Quem nullus homi
num lavare dignabatur et obtrectare fere
mites lambunt Factum est autem ut moreretur
mendicus et portabatur ab angelis in sinum
abrahe Mortuus est autem et dives et se
pultus est in inferno Elevans oculos Audi
vimus quid uterque in terra passi sunt vide
amus quid uterque patiatur eorum apud inferos
Quod temporale fuit preterit quod sequitur eternum est
uterque mortui sunt illum angeli istum
pene susceperunt Ille portabatur in humeris
angelorum iste fertur ad penas Illum abra
ham leto sinu excepit Istum tartarus vo
rat Et portatur ab angelis Quem pene re
pente delicijs commutant ut portaretur ab an

gelis ut portaretur ab angelis et indu
ceretur ne saltem ambulans laboraret
Portatur ut tantos labores quia deserat
et portabatur ab angelis Non sufficeret ad
portandum pauperi unus angelus sed postea
plures venerunt ut chorum leticie faciant
Ut portaretur ab angelis Gaudet unusquisque
angelorum tantum onus tangere libenter tali
bus oneribus pregravantes ut adducant
homines ad regna celorum Et ductus est
et portatus in sinum abrahe non in tota a
braham sed in sinum abrahe Ut illum pal
paret ut illum refocillaret ut illum cle
mentissimus pater teneret in sinum suo et re
focillaret Mortuus est autem et dives et
sepultus est in inferno versa est terra in
terram suam Et in inferno elevans oculos
suos Videte significantia proprietatemque verborum
in inferno elevans oculos suos lazarus
enim sursum erat ille deorsum Eleva
vit oculos ut illum prospiceret non ut despi
ceret Elevans oculos suos cum esset in tormen
tis totus in tormentis erat cum oculos so
los liberos haberet ut altius leticiam posset
aspicere Propterea dimittebantur oculi liberi ut
magis torqueat quia non habet quod alius
habet Aliorum divitie eorum qui in paupertate
sunt tormenta sunt Elevans oculos su
os cum esset in tormentis Illum plures ange
li portant istum infinita tormenta possidet
Cum esset in tormentis non dixit in tormento
sed in tormentis Divitie et avaritia talia
tormenta susceperunt Videbat abraham a longe
respiciebat ut nimio torqueretur Et lazarum
in sinum eius Paradisus pauperis sinus abra
he erat Abraham a longe et lazarum in
sinum eius Dicat michi aliquis In inferno
est paradisus Ego hoc dico quia sinus abra
he paradisi civitatem sed sinum paradisum
fateor Et ipse clamans dixit Magne eni
pene magnam vocem reddebant Pater a
braham miserere mei Pater abraham licet
me tormenta possideant tamen patrem voco
te Quomodo ille filius qui perdiderat omni
am substantiam patrem vocat sic et ego licet in
penis sim te patrem voco Patrem te voco
natura licet meo vicio te patrem perdiderim
miserere mei In inferno autem quis confitebitur
tibi Frustra agis penitentiam in loco ubi non e
penitentie locus Tormenta te cogunt agere penitentiam
non mentis affectus miserere mei Bonus qui
dem est abraham sanctus est et bonus est et

omnes in illius sinu ne festinamus Dum quamque in inferno est et in regno celorum nescio an valeat miseri. Creator creatus misereatur sic Unus venit medicus qui sanaret mortuos nam alii sanare non potuerunt Mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam Mitte lazarum Erras miser Abraham mitte non potest sed pot suscipere Ut intingat extremum digiti sui in aquam Recordare dives mite tue lazarum unde non dignabaris et nunc digitum eius desiderias Mitte lazarum hoc tu ei debebas facere dum adhuc viveret Ut intinguat extremum digiti sui in aqua Vide concupiam pectoris non totum audet poscere digitum ut refrigeret linguam quia crucior in hac flamma Ut refrigeret linguam meam Multa enim superba locutus est Ubi peccatum ibi et pena Ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma Quanta mala lingua habet Jacobus in epistola sua loquitur Modicum quidem membrum est sed magna exaltat Quia plurimum peccavit amplius torquet Aquam deside ras qui delicatos cibos ante fastidiebas Et dixit illi Abraham Fili recordare quia recepisti bona in vita tua Vide quid dicat Bona tua cetero bona non sunt Tu ne putabas bona recepisti Non potest et in terra regnasse et hic regnare Divicie non possunt esse interra et in inferno Et lazarus similiter mala Si quando egrotamus si pau pes sumus si egrotatione cruciamur si frigore si hospicium non habemus letemur quia dicimus accipiamus mala in vita nostra Quando nos infirmitates et egrotacionis magnitudo premit lazarum cogitemus Et in hiis omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est Dissolui non pot non pot agitari et commoveri Vide possumus transire non possumus Et nos videmus quam qui fugerimus et vos videatis quod perdidistis Et mira gaudia cumulat gaudia Et ait illi Rogo te pater Adhuc miserabilis patrem patrem vocat Rogo ergo te pater Ante rogasses eum qui verus erat pater noster Noverans patrem qui despiciebas fratrem Ut mittas eum in domum patris mei Vide perspicatatem nec in ipsis penis continet iniquitatem Vides enim quid dicat Rogo te pater Ergo pater est abraham et quomodo dicis mitte eum in domum

patris mei Non oblitus es patris tui non es oblitus quia pater ille te perdidit Cum illum haberes patrem postea habes quinque fratres Quinque fratres habes visum odoratum saporem auditum tactum hiis fratribus tu ante serviebas istos habebas fratres Quando illos amabas fratres lazarum fratrem amare non poteras Recte non amasti lazarum fratrem quia illos amabas fratres Illi fratres non amant paupertatem Frater erat oculus frater tuus erat auris frater tuus erat odoratus frater tuus erat sapor frater tuus erat tactus Hii fratres tui amabant divicias non poterant videre paupertatem Habeo enim quinque fratres ut testetur illis Illi fratres in hec tormenta te miserunt illi fratres salvari non possunt nisi moriantur Illi fratres Ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum Quid salvare vis illos fratres qui non amant paupertatem Vere est ut fratres habitent cum fratre suo Et ait illi Habent prophetas et moysen audiant illos Quid queris ut vadat lazarus Habent moysen et prophetas Et moyses et prophete ambulaverunt in pellibus suis et mantuis et in caprinis pellibus et illi erant pauperes sicut lazarus et illi erant in calamitatibus et illi sustinebant famem Quid queris ut mittam lazarum Habent ibi moysen lazarum habent ibi prophetas lazarum Et moyses lazarus fuit pauper nudus fuit Helias maiores divicias esse arbitratus est paupertatem christi quam divicias pharaonis Habent et prophetas Habent Jeremiam qui in locum luti mittitur et pane tribulacionis vescebatur Habent omnes prophetas illos audiant illi cottidie hoc est moyses et prophete contra quinque fratres tuos predicant illi eos docent illi eos instruant illi docent oculum Et quid dicunt Ne videas carnaliter sed vide spiritualiter Quod videmus inquit quod audivimus quod manus nostre palpaverunt de sermone dei Ille docet etiam aures ille docet etiam odoratum ille docet etiam saporem Omnes prophete et omnes sancti istos fratres docent Et dixit illi Non pater Abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitenciam agent Cum nescimus hic dogma monstrat Aliud quidem dicit sed significat aliud Dicit fratres istos non posse salvari nisi aliquis ab inferis resurrexit

Demumqz iudei qui tm moysen audiunt
et prophetas et nemo eis resurrexit abinfe
ris propterea saluator noster fratres istos l3
Sz si quis abinferis ierit ad eos penitenciam
agent Si quis ierit abinferis nescio qui
iturus sit Non enim inferior impericis con
stitutus enim nosse qui surrectus est Sz
hoc ipso quia quatuorqz resurrexit a mortu
is et penitenciam egit ille posuit istos fratres sal
uos facere Ille sanauit aures ille dicit qui
habet aures audiendi audiat Ille salua
uit oculos ipse enim dicit Lucerna corpo
ris tui est oculus tuus Ex illius ore a
plus loquitur Xpi bonus odor sumus Ex
illius ore loquitur et psalmista dicens Gu
state et uidete quoniam suauis est dominus
Ille saluat et tactu Quodammodo de istis
omnibus fratribus Johannes loquitur Quod ui
dimus inquit quod audiuimus quod manus nostre
palpauerunt Illos fratres resurrectio salua
uit Denique isti fratres et in nobis erat
antequam nobis xpus resurgeret Oculus
uidebat male et ducebat me post ue
stigia meretricis Complicabat uidere non
poteram alterius pulcritudine crat
flamma mea incendium hauriens Antea pe
na erat Delectabat enim canticis et tur
pia uerba libenter audiebam Odoribus
quidem delectabar bonis sed malis quia
inficiebat animam meam Gule mee
non poterunt nec terre nec maria suf
ficere Gule mee omnium sensorum misteria
apprebant Tactus mei me ducebant
in captiuitate mulierum complexibus
delectabar Videtis quomodo isti fratres
antequam xpus resurgeret me ducebant
in morte Ille mortuus est et ego uixi
Ille mortuus est et isti fratres resur
rexerunt ymo propterea mortui sunt ut ui
uerent Mortui sunt carni ut uiuent spi
ritui Nunc oculus meus xpm uidet nunc
auris mea xpm solum audit Nunc
sapor illum gustat odoratus illum
odoratur tactus meus illum amplec
titur Ait aut ille Si moyses et prophetas
non audiunt Videte quomodo sermo diuinus et
anima erudit et dogmatizat nec ex eo quod
diceramus non posse saluari fratres istos
nisi aliquis a mortuis resurrexerit Mo
tum dederamus marchionem et manche
o qui destruunt uetus testamentum Illi ei
dicunt non posse saluari animam nisi ter

per euangelium uetus destruunt testamentum
Abraham non non tamen enim destruet
qui resurrecturus est Non enim dixit
audiant moysen et prophetas Quod sunt
tas enim qui resurrecturus est Si enim di
ceretis hoc dixisset destruxisset eum
Sed quid dicit Si moysen et prophetas non
audiunt neqz si quis ex mortuis resur
rexerit audiant seu credant Si enim crederetis
moysi crederetis et michi Ille enim de me scrip
sit Vide ergo quid dicit abraham Bene
quidem facis enim exspectare qui resurrectu
rus est Sz moyses et prophete ipsum predi
cant quod ille qui resurrecturus est sed in
illis xpus loquitur Si illos audies et illum
auditurus es Multa sunt que dicuntur
et psalmus misticus fuit qui lectus est
hoc est centesimus tertius et maxime illud
Draco iste quem formasti ad illudendum
ei Et istud quod scriptum est Herodii do
mus dux est eorum Omnia plena sunt
sacramentis et non dico una hora sed dies
mihi sufficiat ad interpretacionem Quia autem
iam ingreditur quadragesima et aliud tempus
fuit et domus dederit occasionem et illius
loci tonabat sacramenta differre Nunc
sufficiat nobis audire de lazaro Primo laza
rum fingere et diuitis nos tormenta deter
reant et pauperis exempla prouocent Ani
mma xpiana Anima monachi animas
eius qui inclinus indiu xpm sequitur quan
do aliquem diuitem uiderit qui plus applau
dent indiuitijs et in pompa illum di
uitem cogitet Consideret uocem et cla
morem diuitis et lazari dtm postulan
tem Simul et considerate quod pene obliti
fueramus dicere Dicat enim aliquis et dog
ma perpetuum inferat Hoc quod uidetur
ante iudicium uidetur an post iudicium Di
cat aliquis Post iudicium Nam ideo et
in pena est alius et alius in refrigerio
Et quomodo dicit habent prophetas et moysen
Si autem ipse xpus docet et qui loqui
tur ipse est et ante resurrectionem docet et se
cundum interpretationem uiam resurrectio xpi
postulat ergo ante resurrectionem est Et di
cat aliquis Ergo ante iudicium Do uobis
aliud exemplum ut exemplis possimus
cognoscere ueritatem Finge aliquem in latro
cinio esse deprehensum et hunc missum esse
in carcerem tenebrosum et hunc missum esse in
nerum et tormento exspectantem quidem

penam sed non esse ibi sine pena Ex ipso
loco intelligit quod passurus sit licet enim
nec dum sustinuiat penam capitalem licet
nec dum venerit dies iudicii tamen de
carcere de tenebris de squalore de fame de stri
doribus de cathenarum penis de gemitu co
peditorum de latratibus eorum qui cum eo sunt
intelligit in quali pena sit futurus Si enim
tanta penarum primicia fuit quid futurum sit
in ipsa supplicia / si nec dum venit ad iu
dicium / et nec dum pena perfecta est et desi
derat aquam frigidam Quid in iudicio
passurus sit est Simul quia considerandum
quod abraham apud inferos erat nec dum
enim christus resurrexerat qui illum in paradi
sum duceret Antequam christus moreretur nemo
in paradisum conscenderat nisi latro Rumphea
a illa flamea / et vertigo illa claudebat pa
radisum Non poterat aliquis intrare in para
disum quem christus clauserat latro primus
intravit cum christo Magnitudo enim fidei
meruit magnitudinem premiorum Non enim
credidit in regno videns christum non illum
vidit fulgentem / non illum vidit de celo re
splendentem non vidit ei ministrantes angelos
Certe ut libere dicam non vidit libere
ambulantem sed vidit eum in cruce Vidit il
lum bibentem acetum vidit eum spinis co
ronatum vidit eum confixum ad crucem / vi
dit enim petentem auxilium Deus deus meus
respice in me quare me dereliquisti Et sic cre
didit O condicio narrat casus hominum Apostoli
secuti fuerant et fugiunt iste in cruce dominum
confitetur / O petre o johannes qui dixe
ras et si necesse est mori tecum non te negabo Pro
missis et non factis Ecce alius dampnatus
in homicidium quod non permiserat facit Exclu
sus de loco tuo / exclusit te latro ipse primus
cum christo ingreditur in paradisum Ex latere
diximus de latrone neque enim obliti sumus
quorum proposueramus / de paradiso dicere quod
ante adventum christi nemo fuit in paradiso Re
ctum ergo ad positionem latronis corona
non vos cruasse faciat sed provocet ad co
nam Abraham nec dum erat in paradiso quia
nec dum christus intraverat cum latrone Ve
nit christus et passus est et multa corpora
sanctorum resurrexerunt et ipsa sunt in sancta
civitate Crux christi clavis paradisi est Crux
christi aperuit paradisum Nonne vobis di
xit quod regnum celorum vim patitur et
violenti diripiunt illud Cum in cruce est

de latrone sto

non vim facit nichil medium est crux
et statim paradisus Sed magnitudo penarum
fecit magnitudinem premiorum Hec interim
diximus de pena divitum ut latrone et istum
lazarum pauperem si persecucio venerit imite
mur latronem si pax fuerit imitemur lazarum
Si martirium fecerimus statim in paradisum
si paupertatis penam sustinuimus / statim in
sinum abrahe Habet et sanguis habet et
pax loca sua habet et paupertas martirium
suum Et egestas bene tollerata facit mar
tirium sed egestas propter christum non propter necessi
tatem Ceterum quanti pauperes sunt et divi
tes esse desiderant et scelera faciunt Non ergo
paupertas simplex beatum facit sed paupertas
propter christum Fides famem non timet Qui christum
timet non timet famem Qui christum habet
omnes secum divicias habet Negociator qui
dem sapientissimus vendidit universa substan
ciam et ceteras margaritas et emit sibi
unam preciosissimam margaritam Fuerant qui
dem margarite et pulcherrime erant et pre
ciose Moysen habebant ysaiam habebant
jeremiam habebant ceteros prophetas sed hec ad com
paracionem christi duxit pro stercore ut christum lucri
faceret hoc est ut margaritam unam eme
ret Unde dicitur et in alio propheta State
in viis et querite viam Quia dicit querite
margaritas et per margaritas unam emi
te margaritam State in viis et querite viam
Non dixit dimittite vias sed state in viis
illis et querite viam christum Cui est gloria in
secula seculorum Amen **De sepultura domini**

De johanne dicitur Fuit **Sequitur**
homo missus a deo Vide que
sit distancia inter deum et hominem
De deo dicitur In principio erat ver
bum et verbum erat apud deum et deus erat
verbum Videte quomodo piscator indoctus no
vi verbum et talis dixit sit de deo In prin
cipio erat verbum Que iam locuti sumus / ne
que enim possimus eadem replicare De homine
videte quid dicat fuit De filio dei erat de
homine fuit De deo dicitur In principio erat
verbum De filio dei verbum De homine vide
te quid dicat fuit homo Anima ergo homo
postea a deo missus est Cui nomen erat Jo
hannes Gracia in homine comprehendit
Johannes enim interpretatur domini gracia Jo
cui dicit dominus Anna dicit gracia Cui no
men erat Johannes vere ΦΕΡΩΝΗ
ΥΑΑΟC Quare ΡΕΡΩΝΗΑΑΟC

egestas bene tolerata
fit martirium

Quia maiore accepit graciam ppterea in here
mo philozophatur ut resuet se in adue
tu xpi quia nunciaturus erat xpm Sta
tim in heremo mittitur statim ibi crescit et
non wlt cum hominibus conuersari In here
mo cum angelis philozophatur Nouerat
xpm Johes semp esse venturo et non so
lum nouerat enim ab infancia sz in utro
matris xpm nouerat et iam enim salu
tauerat describitur itaqz Exultauit infans
in gaudio in utro matris sue Unde quomo
in utro matris constitutus sensit aduentu
dni Conpdate monachi dignitate vraz
Johes princeps uir est dogmatis ipe mona
chus Statim ut natus est in heremo mit
in heremo nutritur xpm expectat in solitudie
Videte differenciaz Eo tpe quo Johannes
natus est et erat in heremo (p.) Hoc tem
plum q uidemus ee destr uctu quia
tas habebat diuicias quid auri quid argenti
quid multitudinis uelis scire qualitam ha
buerit magnitudinem Jozephus iudaice scrip
tor historie describit Eo tempe quo capta
est ierlm clausa sunt hostia et intrat que
intrante non uidemus unde intrauit Om
nia clausa sunt locus non est per quem in
tret et tamen intus est qui intrauit Om
nia clausa sunt locus non est et no paret
quomo intrauit Nescis quomo factum sit et
das hoc potencie dei Da potencie dei quia
de virgine natus sit et tamen ipa virgo fu
erit virgo post partu Legimus in ezechiel
in templi edificationez porta inquit h ori
entalis que respicit ad oriente semp clau
sa erit et nemo inquit intrabit peam ni
si solus pontifex Clausa est porta et ne
mo intrat per ipam portam nisi solus po
tifex Sepulcro saluatoris in petra duris
sima fuerat magnum que nulla habebat
mollicIem et scriptu est quia in isto ipso
sepulchro nemo ante sit positus et no
uum sepulchru erat Manifestum quidem
est secdm literam quod factum est et ppterea
excisum est Demus enim primu secdm literaz
dicere et in durissimo lapide fuerat exci
sum et in nouo sepulchro positus est et
grandis lapis positus est ad hostium et
custodia militu inutilitu Ut quanto
forcius seruatur ne furari posset tanto
magis virtus dei appareat cum resur
rexit Si enim sepulcro fuisset in terra di
ce poterat suffoderunt terram et furati

sunt eum Si fuisset lapis paruulus po
situs dicere poterunt paruulus lapis fuit
et dormientibus nobis tulerunt eum
Denique in euangelio quid scriptu est Ve
nerunt inquit alia die scribe et pharizei
et sacerdotes ad pilatum et dixerunt ei
Due magnus ille dicebat quia surrecturus
erat Ne ergo veniant discipuli eius et
furentur eum et dicant surrexit et pei
or error fiat quomo fuit est Da nobis
qui eum custodiant ne eum furentur Et
dixit pilatus habetis custodiam ite faci
te quomodo uultis Diligencia scribarum et hos
tiu prodest fidei nre Beriate pharizei
seruate deus includi non pot deus in se
pulchro teneri non potest qui fecit celu
et terram manus pugillo terra et celum
qui appendit mundu in tribus digitis qd
dicitur hebraice ~~[illegible]~~
Qui ergo appendit mundu uno sepulc
non pot contineri Denique mulieres
maria magdalena et maria Jacobi et Jo
zeph mater pia quidem voluntate sz erran
tes dnm querebant in sepulchro Recepit qui
dem voluntatem sz arguit errorem ange
lus ille qui reuoluebat lapidem sedebat
sup lapidem Et qui ostendebat lapis iste
cui ergo sedeo qui firmus sum istius qui re
uis est et tertius non pot includere dnm
meum cum portatur asino Lapis ergo
ille non potuit includere ihm Et dixit mu
lieribus qui venerant ad querendum eum
Jhm queritis non est hic Ubi est In celo ul
tra celos est in terra ultra terram est ubi
cumqz voluerit est Ubicumqz est totus est ubi
cumqz est et ubicumqz fueris tu ipe qui illu
queris in ipo es quem queris Audi ergo
quid dicat angelus ad mulieres Quid q
ritis viuentem cum mortuis Quid queritis
dnm in sepulchro Jhm queritis dnm queritis
Quia tantu ihm queritis Certu si sciretis illum
esse viuentem audiretis medius uestrum nos
est quem vos ignoratis Regnum dei inter
vos est Angelus qui dicit hys mulieribus
ihm queritis in sepulchro credite eum resur
rexisse et putetis in uobis quem queritis Ma
ria magdal cum uidisset dnm et putasset
quia ortolanus Errabat quoqz in ipsum
sz ipe error habebat typum sui Vere enim
ortolanus erat paradisi sui ipius arborum
paradisi Putabat inquit q ortolanus eet
et noluit inquirere pedes eius Et quid ei

dixit dominus Noli me tangere non dum enim
ascendi ad patrem meum Noli me tangere no
uerus me tangere quem in sepulchro queris
Noli me tangere quem mortuum putas et
non credis resurrexisse Noli me tangere tibi
enim nec dum ascendi ad patrem meum
Cum tibi ascendero ad patrem tunc uerus
me tangere Prestante xpo domino nostro cui est
gloria in secula seculorum amen De patre xpi

Sicuti capiti que est caritas
corpus cohere necessarium est ita ec
clesiam sacerdoti et principi po
puli Et quemadmodum virgulta radicibus et fontibus
flumina ita et filii patri et magistro discipuli
Hec autem non superfluo ad caritatem uestram
prefati sumus sed quia dicenda michi sunt
quedam apud uos ut nemo turbetur ne
que sermoni meo aliqua oriatur interruptio sed
ut obediencia discipulorum clarescat in uobis
et quantum ad affectum patri defertis appa
reat Adornate me filii et imponite in obe
diencie uestre coronam facite me apud omnes
beatum iudicari et doctrinam meam magnifi
tate per obedienciam uestram secundum apostoli monita di
centis Obedite prepositis uestris et obtemperate
eis quia ipsi peruigilant pro uobis quasi pro ani
mabus uestris racionem reddituri Hec ergo premo
neo ne quis interstrepat commonicionem uestram
Pater enim sum et necesse est me filios consi
lio suadere Quod enim in carnalibus patribus
natura carnis hoc in nobis agit gracia
spiritus Pater sum et pater nimis super filios
tremens ita ut sanguinem meum fundere pro
uobis paratus sim Et in hoc non est michi
gracia ascita enim lex est et domini preceptum
dicentis Pastor bonus animam suam pro
ouibus ponit Sed et uos eadem facite
pro uobis similiter namque erga nos deuincti
estis affectu Nam et paulum audite quid di
cat Salutate inquit priscillam et aquilam
adiutores meos in xpo qui pro anima mea
suas ceruices posuerunt Sicut enim pulcrum
est pastorem pro ouibus ymmolari ita turpe
pulcrum est et oues a pastore nec morte
seiungi Cum enim inseparabiles fuerint ab
eo lupum dyaboli non timebunt Murus
enim caritatis firmior adamante et fortior
cum adunatur a fratre erit sicut ciuitas mu
nita et firma Hec autem premitto ut cum omni
affectu que dicimus audiatis Neque aliqui
uestrum incipiant perturbari loquimur rem quam
dignum esse in ecclesia loqui et quam dignum est

libenter audiri Propterea loquimur ad uos Et quod
ita conueniens quam sacerdotem dei pacem po
pulo persuadere Contradiccio nulla est ubi
et legacio sancta et legatus acceptus est
Propterea loquimur proquia filius dei descen
dit ad terras ut pacificaret per sanguinem no
solum que in terra sunt sed et que in celis et ter
rena celestibus sociaret Propterea loquimur pro
qua filius dei passus est propter quam crucifi
xus est et sepultus est Quam nobis pro
omni hereditatis censu reliquit et uelut mu
nus ecclesie dedit Quam scutum aduersus diabo
lum posuit quam gladium aduersus demones
dedit Quam portum tranquillissimum fideli
bus collocauit et deo repropiciatorem Vidi
sti denique utriusque testamenti structuram
unius uocee modulacionem directa indisti
totius edificii concordia quadratura Audis
ti a moyse quomodo facta sit uisibilis creatura
audisti et a dauid quomodo et intellectualis id est
celestis atque inuisibilis creata sit dicente
Quia ipse dixit et facta sunt ipse mandauit
et creata sunt similiter modo et in nouo testa
mento uerbum dei audis Expone uisibilium
et inuisibilium conditorem In principio fecit
deus celum et terram et omnem structuram
falsi eius doctrina subruit sed non credit ma
nicheus scripture tue Ergo et propter hoc ipsum
uitandus nobis est et alienus penitus ha
bendus Cum enim deo non credit et ueritatem
mendacem ponit non tam curare quam insa
nire iudicandus est Sed quomodo inquit ex
nichilo fieri aliquid potuit Dic michi et tu
quomodo inquit ex nichilo quod ex materia fieri ali
quid potuit Certum est enim quod de terra
factum hominem utraque uirum credat licet tu
ipsam etiam neges adeo factam Dic ergo m
quomodo de terra facta est caro De terra enim
lutum fieri uidemus aut lateritium aut tegu
lam uel aliquid tale figmentum Carnem uero de terra
nullus umquam fieri uidit Quomodo ergo fac
ta est natura carnis Quomodo ossa formata
sunt quomodo nerui et uene quomodo cutis
et membra interiorum secretorum Quomodo
ungues et capilli et singulorum uarietas
distinccio que membrorum Quomodo ista diuersi
tas ex una terre natura formata est Sed cer
tum est quod dare non potes racionem Quomodo
ergo cum ista que aperciora sunt et facili
ora explicare non possis de difficilioribus
et ineffabilibus pronunciare ausus es Nunc
adhuc et faciliora tibi proponam atque ea que

promonita herennis in manibus panem cottidie sumimus et exinde corporalis vite substanciam conservamus Dic ergo michi quid natura panis intra nos mutatur in sanguinem Quomodo corpori flegma et in ipso et fellis substantia fiat et diversi humores generentur Cum itaque natura panis de se quedam sit et compacta hec non inque mutatur versa sunt et fluida Dicit deinde color panis vel candidus est vel ad frumenti speciem redditus color non sanguis rubeus et fellis niger vel similis ceterorum humorum longe diversi et varii Quomodo ergo fiunt hec dic michi et horum redde rationem Sed certum est quod non solum hec talibus sed ceteris Rectum tibi videtur ut cum rationem eorum que cottidie in nobis sunt investigare non valeas Divini operis et conditiones dei audeas secreta discutere et contradictionem impossibilitatis ostendere Si uni similis est debui operis eius secundum communem sensum explebis rationem qui ymo ne sit quidem Multa enim sunt que arte quidem hominum fiunt quomodo tamen vel qua ratione fiunt explicare non possumus Ubi gratia quomodo cinereis terre aurum fiat hoc fieri quidem videmus rationem vero inmutate glebe reddere non valemus Sed et harena arte hominum fit vitrum liquidissimum Et multa alia hiis similia humana quidem experientia fiunt quia tamen ratione fiat sermo mortalis non explicat Dei vero opus quod utique humanas artes precellet in innumerabilibus etiam tu fateris tuis virtutem et potentiam absque ulla comparatione non solum inter homines esse sed inter celestes virtutes nemo umquam dubitavit Quomodo in singulis quibusque figmentis suis distinctum credidisset humane artis infirmitate pensandum Tu potius delinquens hec que abiecte et fragiles cogitant mentes recedamus ad illam stabilem robustamque sententiam que dicit In principio fecit deus celum et terram Sta super illud fundamentum non commovearis ne in cogitationum fluctus atque animorum turbines corruas Cogitationesque enim mortalium timide et incerte adinventiones eorum Noli ergo derelinquere que firma sunt et committere te ad infirma et incerta atque hiis salutem anime tue credere sed permanere in hiis que didicisti et credita sunt tibi et dic Quia in principio fecit deus celum et terram Etiam si tibi mathematicus occurrat etiam si valentini discipulus tu semper vere hoc sermone Etiam si illi irrideant tu eos ut insanientes defleto Sunt licet pallentes in vultu et tristes ac severi videantur atque obductis superciliis sint licet sermonum varietate subtiles sed tu noli applicare ad istam que exteriecus latet Et propterea maxime enim excavere debes quia ad consensum suum intere simulat et humilem Ad omnium aut omnium canis est rabidus in celum latrans et ipse quodammodo divinitati infert bellum Negat enim creatorem sed alium nescio quem contrarium predicat Fuge ergo ab hiis talibus et inter tendiculas inter hamos ubi tamquam venenum Custodi hereditatem quam a patribus suscepisti per fidem et doctrinam scripture divine que dicit In principio fecit deus celum et terram ¶ Cur autem primum celum fecit deinde terram ante tectum quam solum vides in hoc nichil esse simile humanis artibus nec hominum regulis voluntatem servari divinam Apud nos amminiculis et fulcimentis opus est ubi vero voluntas opus efficit et probet sermo virtutem Terra autem erat invisibilis et incomposita Quam obtinuisti celum quidem perfectum condidit terram non paulatim compositam esse refert moyses Ut audiens tu quia melioribus elementis perfectum extitit opus eius ceteris quia et terram perfectam poterat producere sicut celum sed propter te et propter salutem tuam non fecit Si requiris quomodo ausculta patriam tibi et nutricem et matrem et mensam et domum posuit terram sed et sepulturam tibi hanc eandem dedit Nam et corpora nostra ex ipsa sunt ex ipsa etiam corporum nutrimenta ex ipsa quoque et ipsa habitatio nostra est et post mortem ad ipsam rursum redimus Ne forte ergo ex hiis omnibus que circa videris consequenter vanitatis fragili et lubrica cogitatione a pietate delapsus ipsam esse vitam et nutricem auctorem putes Ideo imperfectam eam ac incompositam producit ut tu intelligeres quod indigent etiam ipsa ope et beneficio conditoris Cultum veneracionemque divinam creatori omnium referas deo et glorifices eum qui ad primum id misterium humani generis

tanta pacrauit ac talia Verus dei cultus
non solum fide recta sed in optima conu'
sacione consistit Ait enim dominus Luceat
lux vestra inter homines ut videntes opa
vestra bona glorificent patrem vestrum qui in
celis Et ideo velim adea que dicta sunt
adde aliqua de ope'e vite nisi superfluum vi
detur vos doce' qui alios opum vestrorum
docetis exemplis Maxime cum medi9
orum vestrum sedeat pi' comis et ingr' in
trans domus tamquam relicta etiam ma
ioribus suis pegnis et advenis patet
Omnis qui undique tribulatonis abiciende
vel vitatis dispende causa quenit hac
sibi hospitalem domum invenerit huiusmodi
iusticiam et ita in omnibus familiaritatem
Ut nescio utrum huius an pegnorum mag
dicenda sit domus suo vero postea ma
gis huius est quia pegnorum est Nam et
dme quod vivum est tunc magis vivum erit
si sit nobis comune et induamur arma lucis
sicut in die decenter et honeste ambulemus
Non in comessacionibus neque ebrietatibus
neque cubilibus et lasciviis non rixa non
zelo ¶ Si ante discesserit a pectore tuo te
ne et nox inde expulsa est Si illustrauit
sensus tuos splendor diei et homo lucis
esse cepisti que bona sunt ihu xpi age quia
lux et dies xpistus est Cum timet ipsum invi
die huius caligine rursus involuis Sed
addidit tu renunciasti reuertens Quid tam
similis efficeris homicidii enim crimine re
um teneri eum qui zelat et oderit fratrem
manifestat apostolus Johes in epistola sua dicens
Omnis qui odit fratrem suum homicida est Et
scitis quia omnis homicida non habet vi
tam eternam Et iterum Qui dicit se in lumine
ee et fratrem suum odit in tenebris ambulat
Ipse scelere cecatus vadit enim nesciens
in gehennam ignis et preceps fertur ad pe
nam separatus a lumine xpi docentis et di
centis Ego sum lux huius mundi qui se'
me non ambulat in tenebris sed habebit lu
men vite Sequitur autem xpistum qui insistit
mandatis eius qui per viam doctrine eius
ambulat qui vestigiis et viis eius currit
qui imitatur illa que xpistus docuit et fe
cit sicut et petrus apostolus suadet et precipit
dicens xpistus passus est pro nobis vobis
relinquens exemplum ut sequamini vestigia
eius ergo vestigiis eius ambulemus
Meminisse preterea et considerare debemus quo

nomine populum suum xpistus vocauit qua ap
pellacione gregem suum nuncupauit Oves
nominat ut xpiana mansuetudo ovibus
equetur Agnos vocat ut agnorum simpli
citatem castis innocentie sensibus emule
tur Quid ergo in vestitu ovium lupus latet
Quid xpianum se esse mentiens gregem xpi
infamat xpi enim nomine induisse et non
per viam xpi ambulare quid aliud est quam
quod ipse docet dicens illum ad salutem
venire qui servauit mandata eius et illum
esse sapiente edificatorem qui verba eius
audiat et faciat et illum magnum magistrum
in regno celorum appellandum qui faciat et
sic doceat Docet enim hic ordo doctrine
magistri ut summum in ipsum proficiat quod docet
esse faciendum Si enim videat in actu eius
quod probabile sit promptius recipitur
quod predicat Addicit enim doctrine auctorem bo
nita doctoris Unde frequenter discipulis suis
dans salutiferum et celestem doctrinam admo
nat ut que audiendo perceperunt agendo cus
todiant Imprimis ergo observandum et custo
diendum precepit ut ea caritate qua ipse dile
xit nos invicem diligamus Sic enim inquit a
plus firmum et incorruptum caritatis vincu
lum et custodiatis Adiecit et dicit Caritas
paciens est benigna est caritas non emu
latur non inflatur Docens utique et osten
dens illum posse caritatem tene' qui sit lo
ganimis et nudus abemulacione livoris
Et alio loco item cum predicaret et doce't
ut homo iam repletus ea gracia spiritus
sancti et regnacionis celestis filius dei fac
tus nichil nisi spiritalia et divina secte'
ita dicit Et ego fratres non potui vobis
loqui ut spiritalibus sed ut parvulis in xpo
lac vobis potum dedi non escam Non
dum enim poteratis sed neque adhuc potestis
adhuc enim carnales estis Quando enim
in vobis invidie et contenciones sunt no
ne carnales estis et secundum hominem ambu
latis Et rursus idem apostolus prouidenter
et salubriter docens dicit Itaque debitores su
mus non carni ut secundum carnem vivamus
Si enim secundum carnem vixeritis morieni
Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis
vivetis Quot quot enim spiritu dei aguntur
hii filii dei sunt Si ergo filii dei ee cepimus
accipientes spiritum suum sancte et spiritaliter viva
mus Si deterrea in celum oculos elevamus
sic ad excelsa et divina repleti deo et xpo

pectus cepimus digna deo et christo aga
mus. Sicut et apostolus exhortatur et dicit:
Si ergo cum christo resurrexistis que sursum
sunt querite ubi christus est in dextera dei que
sursum sunt sapite non que super terram. Mor
tui enim estis et vita vestra abscondita est
in terra. Cum christus apparuerit vita vestra
tunc et vos apparebitis in gloria. Deus autem
omnis det vobis spiritum compunctionis ut per
cipiatis que dicuntur a vobis secundum eum
ihesum christum dominum nostrum. Per quem deo patri cum
sancto spiritu gloria in secula seculorum
amen. De rufino prefecto civitatis qui ecclesie libertatem
et immunitatem quam prius ad vitam tulit adeam fugit ecclesiam

Semper quidem sed nunc precipue con
fitendum dicetur. Vanitas vanita
tum et omnia vanitas. Ubi nunc
est refulgens illa consulatus
ambitio, ubi resplendentes admirantium
sidereum toto orbe lampades. Ubi et quorum
certamina, ubi dulcorum munerum pompa.
Ubi corone et varius totius orbis orna
tus, ubi turbe et theatralis illa populi a
dulantis acclamatio. Repentini spiritus fla
tu tamquam folia cuncta decussa sunt et
arbor nuda sed et ab ipsis convulsa radicibus.
Tanta enim in ventus incubuit ut ipsius
arboris absolvet nervos. Ubi nunc sunt
alii amici, ubi nuper adulationum faci
es. Ubi cune et prandiorum cenarumque
assedule. Ubi parapside, ubi electa vina
et per totum diem tracta convivia. Ubi co
quorum certamina exquisite artes. Ubi de
nique omnis illa potencia et clientum gre
ges ad gratiam cuncta loquentium. Nox erat
omnia illa et somnium die exorto iam
quod conpruerit. Umbra erat et preteri
it. Fumus fuit et dissolutus est. Bulle
aquarum fuit et disrupte sunt. Aranee
erant et distrahi fuerunt. Propter quod iterum
spirituale istud carmen canimus dicentes
Vanitas vanitatum et omnia vanitas.
Hunc enim versiculum si saperent qui in po
tencia versantur in parietibus omnibus et
in vestibus suis scriberent in foro in domo
in ianuis in ingressibus suis et ante
omnia in conscienciis suis ut semper eum
oculis cernerent et corde sentirent. Cum qui
dem multe sunt rerum facies multe ymagi
nes falseque decipiunt incautos. Istud o
portet cottidie et salutare carmine et in pran
diis et in cena et in omni conventu unumquemque
sed proximo suo canere et a proximo suo liben
ter audire quia vanitas vanitatum et omnia
vanitas. Non tibi semper dicebam quia fu
gaces sunt divicie et stare nesciunt locis.
Sed tu me non libenter audiebas. Non tibi
dicebam quia incerta quedam in potentatum
est fides. Sed tu hec ergo accipiebas. Ecce iam
ipse te rerum exitus docet quia non solum
infideles et fugaces sed exitiabiles sunt
delicie et divicie. Unde deinde est quod per
timescis quod turpi concutis metu. Non ti
bi dicebam cum me frequenter corripes
et increpares vera prequirem quia ego te
magis diligerem quam illi qui adulantur. Ego
qui arguebam te plus tibi proficerem et si
audire voluisses quam illi qui absentabantur.
Non meministi cum dicerem tibi quia meli
ora sunt vulnera amici quam voluntaria os
cula inimicorum. Si mea libertas que tunc
vulnera videbantur audisses, numquam tibi oscu
la adulatorum istum exitum pepissent. Mea
enim verborum vulnera sanitatem ferebant, il
lorum autem oscula blandimenta tibi morborum
plagam insanabilem generabant. Ubi sunt
illi nunc qui te in foro cunctis ambagibus
constipabant, qui domi foris que laudabant.
Abiecerunt te omnes amici tui, dispersi sunt
unusquisque in viam suam et nudum te
atque inanem reliquerunt, nullus illorum vel
ipse accede auspicius. Nos vero non ita sed et
tunc cum difficilis esses ac durus admo
nita mea non prosequebaris et nunc cadentem
cum non prohibemus nec deserimus sed quantum
possimus sublevamus. Et ecclesia quidem
que a te impugnata est, aperto te gremio
suo suscepit. Turba vero illa theatralis pro
quibus aduersum nos sepe inflatus es ac
clamant ruinam tuam. Nos tamen numquam
cessavimus dicentes tibi: Quid agis? Cur fu
ris? Cur ad inflammandas priorum cervices in
cur prelos tanti urbis spectaculorum contra
ecclesie persecutiones. Sed tu nichil horum curabas.
Quando istud divicias tuas in hiis consumebas
agminibus nunc gladii acuuntur nunc. Ecclesia
vero que iram tuam et impetum furoris tui
sepe expressa est ubique discurrit et satagit
et ex isto laqueo te conatur eripere. Unde
hec dicens non insulto lapsis nec superbo
pede iacentes teneam calco sed eos qui stare
videntur solliciciores reddo. Non cicatricem vul
neris exaspero sed eorum quos non dum
adversa tenebat consumpta cupio sanitatem.

Non inquam submergere studeo fluctuantem
sed eos moneo qui secundis navigant velis
ne forte si non caveant submergantur.
Quod vero fieri potest si permutationes non
cogitent rerum ut non incedant in eas.
Nam qui in secundis adversa prospiciunt magis
natum nichil patiuntur in adversis. Sed qui
neque ex se ipso cogitare potuit neque ab aliis
admonitus corrigi voluit vos saltem qui
bus adhuc commissa est dispensatio divitiarum
et potentia temporalis discite verecundiam
moniti et correctione altius erudimini ni
chil superbum sapere nec sperare in incerto
divitiarum. Tamen nichil sunt enim hec
omnia que videtis. Et enim si ea fumum et
umbram et fenum et florem feni nominemus
si somnium dixerimus minus profecto quam
se habet veritas ipsa dicimus. Nam cum eo quod
incertarum stadio et brevius est atque infida
possessio multum tamen secum periculi gerunt
et plurimum undique et fide mortis adver
tat. Quis enim hoc celsior videbatur? Nonne
orbem supergressus est apice dignitatis? Non
ne ipsis etiam romani imperii infulis ter
ribilis fuit? Nonne summa rerum potestas hu
ic subiecta erat? Nonne ad ingressum eius
dyadema regum tremuit et imperii pur
pura in ultimata capta est? Et ecce nunc
infidelis infelix et prostratus iacet cap
tivo miserabilior servo vilior egenis ab
iectior omni reo despectior. Per horas enim
singulas imminere gladios cervicibus suis
et instare carnifices videt nec quia fue
rit unquam ei voluptas aliqua meminit in
vita aut deliciarum ulla recordatio in memo
riam eius venit. Sed quid dico voluptatis
ac deliciarum ulla recordatio in memoriam
eius venit. Sed quid dico voluptatis ac de
liciarum recordatio. Sol si in celo nunc resple
deat aut si sit in mundo lux ipsa non sentit
sed die medio atra nox oculis eius incu
bit et nichil nisi tenebras videt. Sed quam
diu hec? Non puto me posse ullo sermone
explicare que patitur. Hesternus enim dies
indicium fuit cum ad eum ventum fuisset
ex palacio et ad sacrarium confugisset. Tamen
vultus eius buxei coloris effectus et nich
il omnino a mortuo differens tremor dentium me
tusque dimissum interrupta vox lingua re
soluta. Et dicimus hec non exprobrantes ut
superius dixi neque insultantes ruine eius
sed vestram mentem mollire cupientes et ad
misericordiam provocare ut contenti iam sitis
cruciatibus eius et effugiat vobis pena
quam patitur. Multi enim sunt inter vos qui cru
delius agentes et in supplicia eius ardenti
us sevientes qui etiam nos culpant cur
eum suscepimus et cur indulsimus ut sac
rum altare contingeret. Propterea ergo exposui
supplicia eius que nullo inferente perpetitur. Sed
dic michi frater quid indignaris quid tam
pertinaciter sevis. Cur igitur ad ecclesiam confugi
at hiis qui semper expugnat ecclesiam? Propter
hoc maxime in hiis enim oportet glorificare
deum qui permisit eum in id necessitatis adduci
ut per ipsum et virtus que in est ecclesie et mise
ricordia nosceretur. Virtus quidem ex eo quod
impugnatorem suum supplicem videt. Mise
ricordia vero ex eo quod protegit supplicem
et sub alis suis contegit cuius dudum hosti
lia tela contempsit. Neque immemor priorum ma
lorum suorum sinum suum cum pietate pan
dit ei cuius vulneribus nunquam cessit. Quid
hac victoria clarius quid ista virtute pres
tancius hosti non cedere misero subvenire.
Hec pietas gentiles confundit iudeos ar
guit et letificat credentes. Nunc enim in ec
clesiam fugit cum omnes amici et familiares
eius reliquerunt eum cum adulatorum et sa
tellitum eius nunquam ullus est sola ecclesia ve
lud omnium mater et que memor sit se se ex ho
stibus ac persecutoribus dilatatum receptum
sub alas suas et pectus suum iracundie regis
opponit, furori plebis obsistit, odia omnium
perfert et impugnari se gaudet pro eo a quo
expugnabatur. Ista sunt ornamenta altaris
ecclesie istud est decus virtutum eius ista sunt
christiane pietatis insignia. Sed nephas est
inquit istum flagiciosum raptorem atque in
vasorem cunctorum dudum altare contingere.
Nolo hec dicas karissime quidem et me
trix illa peccatrix contigit pedes christi et non
ex hoc obprobrium contulit christo sed insignia
virtutis eius elicuit. Neque enim in inmundicia
eius polluit mundum sed puritas mundi purifi
cavit immundum. Nolite queso vos malorum
memores existere. Aut nescitis cuius domini
sumus famuli cuiusque magistri discipuli. Recor
damini illius nos esse servos qui pro hiis a qui
bus ad crucem ductus est dicebat Pater di
mitte illis quia nesciunt quid faciunt. Sed re
fugium inquit ecclesie ipse prohibuit et legem
dedit que velut muro quodam impasso confu
geret eos ad divinum altare prohibet. Sed ecce

ita dispensauit deus ut prior disceret
ipse quod fecit et vim legis sue prior ipse
sentiret Si vindictam queris quid esse
haut amplius putem quam ut ipse soluet
que ligauit destruet que edificauerat pateretur
ipse que pati ceteros iusserat Quid hoc spec
taculo queris amplius Hic positus et ta
cens orbi tirannum iniquitate sue legis dampn
nat monet omnes et dicit Nolite facere talia
ne talia patiamini Est ne quisquam qui talem
doctorem non audiat qui non acquiescat
huiusmodi monitori Cumque non sermonibus doce
at nec exemplis aliunde quesitis sed seip
sum Regem inquam et suum exitum omnibus
offerat ad exemplum Quid tu putas altare
nunc pollui Immo vero nunc effulget in vir
tute nunc terribile apud omnes efficitur
et metuendum Non aspicias quomodo quasi
leonem in vinculis tenet quos primitus sub
iectus prius Quantam superbiam deiecit at
fregit Aut ignoras quia et ymagines re
gum non ita magne nec terribiles videntur
cum reclinatis oleo et auro ac purpura
refulgentes pinguntur Quamque adhuc pedes
eorum iuncti post tergum barbari iacent intortum
capite demerso Sed quid pluribus opus est
Vos ipsi fidem date sermonibus meis Num
quid non clarior nobis et celebrior hodie
conuentus est Nichil minus esse video in mul
titudine quam si sanctus pasche dies ageretur Quis
istas hic hodie innumeras multitudines
congregauit Comes Conuenisse video non
plurimum virorum insolitos multos sed mu
lierum si que ille erant que clausis sed semper
damibus habebantur neglexerunt domesti
cam curam et ad ecclesiam esse noluerunt Vir
gines etiam video prorupisse de thalamis
nec verecundia detinuit quas dei gloria
munitauit Conuolauit enim undique omnis sex
us et omnis etas omnisque conditio ut illum
quem viderat altaris hostem nunc capti
uum videret altaris ut presentirent iudicia
dei quia respiciat superbiam et faciat eam
tremere et quia tangit montes et fumant
ut videat omnis oculus et sensus iniciat ipsis
aspectibus mortalium res quam sunt fragiles
quam caduce ut intueantur omnes et perspiciant
vultus istius qui hesterno die lete exultan
tes erecti et despicientes omne hominum genus
Ita enim se reuulsum potestatibus et prosperitas
habens Hodie rugis se anibus et aliis decrepi
te esse fediores Hec enim est [illegible]

commissionum virtus ut quanto plus cla
rior fuit tanto nunc deiectior fiat Ad hanc
rerum faciem etiam diues etiam si super
bus aspiciat emendatur intuens enim
qui in tanto culmine erat nunc usque ad yma
deiectum Et enim qui orbem terre expe
ta manu quatiebat nunc lepusculi alicuius
aut rane timiditate attractum latitare
absque vinculis ullis ad basim columpne
huius astrictum formidante omnia ac tre
mente Nonne intuens deponit contu
maciam superbiam et incipit nichil sperare
de dignitate et diuiciis suis Sed incipiet
continuo philozophari et ad memoriam
reuocare sermonem scripture qui dicit Omnis
caro fenum et omnis gloria hominis sicut flos
feni Aruit fenum et flos decidet et sicut
fenum arescit et sicut olera herbarum cito ca
dit Cum homo vanitati assimilabitur
et sicut fumus dies et queque huiusmodi sunt
in scriptura sunt recordabitur Si vero hec
aliquis pauper aspiciat continuo subleua
tur et incipiet consolari semetipsum et pe
nurie sue deponere dolorem Gratulabitur
enim in paupertate sua quod prestitit ei paup
tas sua sufficiet ne incurret diuiciarum rui
nas Et penuriam suam centuplum omnibus
diuiciis prefert gratias agens adeo quod sibi
sortem paupertatis indulserit ne prodi
mitus usque ad inter huius periculum perue
niret Vnde quomodo diuiti et diuitibus et
pauperibus contulit humilibus et claris ser
uis et liberis quod iste ad altare confugit
Vides quomodo vnusquisque eorum nunc
iniit ex ista commiseracione remedium et ex ipso
tantum edificatur intuitu Puto vos miti
gatos puto repressam iracundiam et im
petum furoris extinctum Puto quod iam ad mi
sericordiam magis quam ad persequendum sermo
conuiteris et quid dico puto immo iam cer
tus sum Video enim vultus vestros fundere
depulso lacrimas profluentes Induti enim
estis Christum et induti estis viscera mise
ricordie Et ideo didicistis dolere cum do
lentibus flere cum flentibus Cum vero
seminantem michi sermone misericordie
seges fecunda pietatis ascendit Et con
fido quod iam nunc mea manipulos congre
gabo Postulamus vos queso religiose prin
cipi immo potius obsecremus misericordiam
dei qui cor regis emolliat Cum furorem
principis mitiget ut integram ab eo gratiam

ciam meam. Et quidem comperi quod iam dudum ad aures eius delatum est quod hic ad altare dei et verum illud auxilium confugisset, et insistente exercitu exposcentes ut eum traderet obsceleratum pro dictis penas luendas longa oratione ipsum quasi sedaret exercitum. Audio enim prudentia quod in singulis quibusque delinquentibus non ea tantum consideranda erant que peccaverunt, sed ea que aliquando forte utiliter gesserunt. Cumque in his non solum tumentes animos non placaret, verum et acrius inflammaret dolorem pape et imperatoris iniuriam. Tunc ille serenissimo vultu profusis lacrimis admonuisse fertur exercitum quod ad dei altare confugerent et ita tanti illius furoris impetum restrinxit se. Sed et nos quod ex nobis est agamus. Si enim pro re minime acerbitatem non exequitur imperator quid sanctos facere deceret. Quid filiis ecclesie agere conveniet quibus paulo post accedendum est ad sancta quibus sunt contingenda misteria quibus oratio dominica offerenda est quibus dicendum est remitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Scimus enim debitorem esse multorum, scimus enim ingentis iniurie verberandum. Non est nunc iudicii tempus sed pietatis nec ultionis sed miserationis neque sententie sed indulgentie. Desinite queso vos ab indignatione animi cohibete iras timoremque depellite et ad preces nos nunc domino una mecum committite ut det ei veniam liberet eum de imminentibus gladiis et concedat ei tempus penitentie ut possit se exuere malis omnibus quibus infeliciter indutus est. Rogemus imperatorem ut honoret altare et hominem qui ex eo speravit salutem non patiatur mancipari ne dedisse. Addo et illud. Certa si nos rogemus pro eo ipsi quoque imperatori gratissimum erit et laudabit vos pro tanto pietatis opere ac salute hominis remunerabit opus vestrum. Iam vero apud deum quanta merces est qui utique misericordes diligit crudeles respuit. Ita vero misericordi si quidem iustus sit coronas glorie dabit. Si vero peccator sit maiorem conferet et veniam peccatorum. Misericordibus enim misertus deus qui dixit misericordiam volo et non sacrificium. Et in omnibus scripturis hinc invenies querere deum et in hoc opere remissionem fieri peccatorum. Si quis ergo vult suis peccatis veniam dari

Si quis sibi vult propitium fieri deum ipse faciat veniam peccatori et ad exorandum pro eo clementissimum principem veniat. In hoc et ei et sibi ut diximus veniam querit et ecclesie laudem conferet, sed ad omnes ad quoscumque plebis istius pervenit tante pietatis auditus mirabuntur et dabunt gloriam deo atque in omnem terram odor boni huius operis diffunderetur. Ut ergo tantorum bonorum participes existamus rogemus deprecemur, eripiamus hominem de periculo, liberemus captivum, manum supplici porrigamus ut et nos futurorum bonorum participes efficiamur, mereamur per gratiam et misericordiam domini nostri Ihesu Christi per quem et cum quo sit patri gloria et imperium una cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Ad Theodoricum qui deseruerat religionem

Si fletus possent et gemitus litteris mittari redundantia lacrimis atque suspiriis profecto ad te scripta misissem. Et quidem fleo non quod patriarum rerum solitudine geras sed quod ex fraterno te deleris numero, quod negligendo castamus quicquid ante deprecatore proponderis Christo. Ad hec in horrescens his langore tuorum propter ista scribendo non in mente. Ut enim non abiciatur desertio milicie non militanti ita is qui semel esse ceperit miles, tum deseruisse detegitur pena dignus ultima iudicatur. Non est igitur Theodore tunc tamen lucitantem sed iam deiectum. Non est principium in prelio volvi sed post vulnus acceptum desperatione curandi medelam ulceri denegare. Nullus crede mergatur. Nam e fluctibus semel demersa ac totum perditum omnis deserit navigare sed rursus ad maria undasque festinat. Rursus in mensa pervolat freta et iterato felici cursu casus prioris dampna compensat. Sepe etiam athletas videmus post frequentes lapsus et deiectiones plurimas coronatos. Militem etiam qui negaverat prius Christum post crudelitatem immanitatemque penarum simile rursus certamen aggressi gloriose coronam martirii receperunt. Sed si unusquisque eorum quos enumeravimus propter adversa principia desperando cessisset nunquam ad sequentem voluntatis ac fructum bonorum pervenire potuisset. Simile profecto res est frater carissime. Ideoque considera ne queso paulisper te totius animi tuis et ubi bene steteras loco moveri. Ad circo et ipse te totum ad preces quod videtur impellas. Persiste primo magnanimus esto et unde

extuleras pedem renovari nec ignominie obprobrii genus credas exiguam hanc primi temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles cum de prelio redit vulneratus sed reprehensibile magis semper ac turpe est arma deponere et [illegible] subire captivum. Quidam autem quos in conflictibus prevenerat sive pretempore cadat ille seu fugiat nullus usque adeo ingratus ac durus et bellice discipline expers erit qui imputet demum dignitatem. Non pugnante quippe non est vulnerari. Quicumque autem in certamine primi in hostes ferunt aut cadere non magnum videntur aut vincere. Quod quidem nunc tibi prevenisse non miror qui dum subito sperantem ociosius insequeris hominis morsum te credentis evadis. Verum si constantior videas et sobrio ingenio paululum corde confidas non solum et ipsa vestigia impressi vulneris repente delebis sed dignitatis auxilio etiam capud divinum scelerati anguis extingues. Neque te forte terruerit quod tam subito et in exordio sui refrenat tibi cursus videtur et impedit a principio videt sine dubio. Et velocius videt oculus hostilis non modicos in sensibus tuis signa virtutum et invictum debellatorem sub rebus increscere longe ante prius sit. Quam enim contra illum subito moliri tot et tanta cepisset eum in ipsis initiis occuparet expugnandum a se postea difficilius estimavit. Ob quod sollicitus vigilantiusque festinavit adversum se te totus exiluit. Immo adversum se magis si tamen ita ipse persistens ne tepeas repugnan. Quis enim non mite nunc miratus sit post repentinam illam mutationem et rapidum ad meliora transcursum celestis iam vere divine probos mores. Epularum quidem tibi oblectatio omnis et luxus contemptum erat. Despiciebatur suppellex varia atque preciosa omnis temporalium rerum iactura ignorabatur. Totum illud externe atque perfecte philozophie studium admirans lectoribus sufficiebant dies non preterite ordinibus noctes excederant prave fortibus tuis memoria dignitatis. Divicias oblivio profunda perdiderat. Fortuna aut fortuna complecti et sanctorum pedibus advolvi omni nobilitate sublimius iudicabas. Ista demone pru[...]lerunt ista illum ad certamen armavit. Inter

hec arma factum est ut intorqueret quidem tela violentius sed tamen certius non feriret. Et quidem si post multorum hoc tibi temporum spacio post diutina ieiunia post crebrorum diviciaz lectulorum post alios labores celestis philozophie contigisset. Nec siquidem desperandum putarem quamvis videtur esse non parva priorum iactura meritorum. Licet maximum dampnum plures putaverint post tot tantosque sudores tot luctas tot pericula tot palmas subito iacere in victis. Vere quia is nunc te imparatum certaminis tum quo eras certaturus elegit hoc tantum profuit ut fortiorem te sentiat resurgente. Quomodo enim tibi e portu solventi magis quam de commerciis redeunti ac repetit adiunctis expetitis navigia reportanti occurrit incassum pirata violentius. Ut si quispiam predatorum leonem conetur occidere sola tantum cadentis [...] fieri pellis agnoscat. Non solum illum profecto non lesit sed cautiorem fortioremque in sui magis perniciem provocavit. Lubrica genus est natura mortalis. Cito quidem labitur sed non serio reparatur. Et ut facile cadit ita et velocius surget. Beatus quoque ille vir David electus in ordine regum est electus in ordine regum electus in numero prophetarum postea quam implicitus deo dignus apparuit hominem se esse monstravit et in amore quodammodo aliene mulieris exarsit. Nec hoc solo contentus fuit sed homicidium perpetravit. Sed non ideo qui duplex vulnus accepit etiam tercio se ipse percussit. Verum mox ad medicum [...] et diversa medicamina plagis festinus apposuit. Ieiunia lacrimas luctus preces et indefessam peccatorum confessionem ac sic per ista placato veniam a deo meruit et ad priorem dignitatem rediit. Usque adeo ut post adulterii et homicidii crudelem impietatem ac sceleris filii prima memoria patuerit ob iniuriam. Filius enim eius cui Salomo vocabulum erat iisdem quibus pater viciis involutus ob mulierum gratiam a paterno recedere ausus est deo. Hinc adverte quam mala nobis sit non vincere voluntate cupiditatis sed perverse ordine nature et virium gemitum subiacere [...] feminarum. Hunc ipsum ergo Salomonem qui omni penitus spoliari impio dignissimus erat patrum contemplatione meritorum sextam regni dominus portione [...] Et sive fortuna et ille

cet eloquentia secularis et repente in extre
dis negligentior studiis fori voces ac tribu
nalium palmas et coronas illas atque mercato
res deseruisses renovatam profecto sensibus
tuis memoriam auditorum et petentem ne ti
bi pure pateris tot ac tantos inter illa iu
dicia desudatos labores. Nobis quia omnis no
bis sollicitudo est et celestium rerum nec ter
restribus proprie cogitationibus premimur
aliud magis queso contemplare iudicium ali
ud prospice quod pure sine veniendum est at
que intremiscendum tribunal. Omnes enim
nos inquit necesse est manifestari ante tribu
nal christi. Ille tunc iudex sedebit qui nunc
a te repudiatur. Quid ergo tunc dicemus
quo colore excusationis utemur si in eode
crimine permanearimus. Interrogo quid loquimur
negociorum forte atque causarum varias solli
citudines pretendimus sed ante nos con
monens ipse predixit. Quid prodest homi
ni si totum mundum lucretur anime autem sue detri
mentum patiatur. Sed seductos nos aliquorumque
causabimur. Sed non potuit adam uxoris
illecebras excusare dicentem mulier quam
dedisti michi ipsa me seduxit nec rursum
uxorem serpentis culpa defendit. Magni
horrendique timoris plenum illud theodore
iudicium est. Non accusatorem eget neque tes
tes requirit. Omnia enim nuda atque detecta
sunt oculis iudicantis nec factorum tantummodo
verum etiam cogitationum iudicium rei vaca
tioni subiacemus. Scrutator est enim atque di
scretor cogitationis et cordis ille qui iudi
cat. Sed forsitan naturali infirmitate tem
ptabimus tunc obtegere nec potuisse nos
susceptum iugum ferre dicemus. Et qua
lis hec excusatio erit iugum nos placidum
non voluisse sufferre. Onus non potuisse
se portare quod ipse vocavit leve. Imo gra
ve et onerosissimum pondus putatum quiete
laborum ad qua nos christus invitat dicens
Venite ad me omnes qui laboratis et one
rati estis et ego vos requiescere faciam.
Tollite iugum meum super vos quia suave
est et onus meum leve. Quid enim levius
esse dicens ac melius quam sollicitudine se
culari et laboribus ac metu exemi qua
abyssus mundi fluctibus segregari et
possidere placidi tranquillique portus se
curitatem. Age perscrutemur quid in hoc
seculo nobis beatum quod optabile esse
videatur. Sine dubio opes et dignitate

dites et ambitionis inane felicitatem. Sed
quid hiis miserabilius erit si ea libertati christi
anorum volueris comparare. Ille primum qui
dem beatum estimans iudex populari maturidie
subiaceret multitudinisque et vulgaris inrevo
cabilem impetum tremit maiorum aut potestatum
auctorem veretur. Et poena hiis quos regit
sollicitudine frangitur. Et qui paulo ante
iudex erat surrepente privatus. Non e
profecto theatralibus scenis prius vita dissi
milis. Nam ut illic ille imperatoris sit iudi
cis alter et militis implet officium. Ubi autem
consecuta nox fuerit nec imperator agnos
citur imperator nec iudex qui fuerit iudex
videtur nec postea miles qui prius miles.
Ita unumquemque virum in illius seculi die non
personis sed rebus atque actibus competentem ac
cipiat dignitatem. Hec ergo gloria iudican
da est que sic ab homine defluit ut cadere sum
mo dicimus florem dixit a feno. Sed divici
arum pompa laudanda est quam qui possideat
miserabiles iudicantur. Ve enim inquit di
vitibus et alibi Ve illis qui confidunt in
virtute propria et qui in multitudine divitiarum suarum
gloriantur. Christianus autem nec principatus
ex iudice nec pauper ex divite nec ex glorio
so esse inglorious potest sed opibus semper
exuberantiore parendo locupletior. Ac tunc
maxime super omnes incipiat cum inferio
rem se omnibus fecit et ex dignitate illa
qua regit non homines sed mundi principes pot
estates ipsumque secularium tenebrarum obtinet
principem. Humilitas quippe non illa tantum
laudatur que de consortio patrum venit sed
illa que ex virtute descendit deo cara. Et quia
in ea requiescit deus idcirco omnibus dominatur
et nullus eum de hac dominatione detrudere
potest. Bonum quidem nuptias et ipse confiteor.
Honorabiles inquit nuptie et cubile im
maculatum. Fornicatores autem et adulteros
iudicat deus. Sed te iam servare non convenit
privilegia nuptiarum. Angelorum adveniente sponsi
etiam semel initium illud relinquere et uxo
ris laqueis implicari. Adulterii crimen in
currere est. Quamvis frequenter hoc ipsum nupti
as voces ego tamen et adulterio illud
tanto peius affirmo quanto maior ac
melior est mortalibus angelus. Neque il
lud tibi forte persuaserit dicens nichil de
non accipienda uxore dominus precepit nec
me ignorare confiteor quod adulterium in
dixit non nuptias vetuit. Unde necte ad

ulterius nomine accipiat si volueris virginea
quam absit nuptias cogitare. Et quid mirum
si nuptie tales quibus offenditur deus ad
ulterio comparantur. Namque longe audies ho
micida in historiis laude donatur et inferi
oris plurimum homicida punitur. Cum illud ve
ritate fit domino istud volente. Et si nec
equidem adulterium reputatum est quod in
prodicium cum turpi femina virum uno gla
dio pertulisset. Saulem autem Samuel sanctus
dei in luctibus lacrimis precibus prosecutus
damnacione tamen illum adduxerit deus
liberare non potuit. Cum hostium ducem
quem debuerit trucidare invito parcendo
reddidit deo. Cum hec ita sint stupere de
sistite si nuptie peiores adulterio indicantur
quoties Christus offenditur atque illud ut re
petam quod in principio epistole posui si mulier
vincula non tenent quibus tibi desercionis
crimine obicit. Nunc autem nichil inter pe
ritus tamen iuris est. Quippe qui tanto im
peratori militare cepisti. Nam si mulier pro
prii corporis non habet potestatem sed vir
multo magis hii qui in Christo vocatus quia
sibi vivunt condicionem corporis sui habere non
possunt. Iste qui nunc a theodoro contempni
tur tunc sine dubio iudicabit. Hoc preci
pue cogitemus perspiciamus illum igneum
fluvium qui ante conspectum illius pre
cedet et quod qui illis semel traditus fuit
flammis spirare non poterit requie finemque pe
narum. In hoc seculo quippe aut conquiritur vi
ta aut amittitur. Omnis enim inter divi
cie et illicite voluptates / temporis pres
umbreque transierunt. In quibus autem qua
pro tamen detur delectatio cupiditatis
extinguitur. Illa vero supplicia que homines
propter ista perceperint carent fine tormenti
et quod hic oblectare creditur temporale
est. Quodcumque autem illic et conquirit eternum est.
Quid in hoc rogo mundo stabile quid per
henne est. Credo divicie que usque ad ves
pertinas quidem horas plenum est manere
fuerint sed fortasse gloria secularis. Audi
ergo cuiusdam venerabilis viri vocem tem
pus inquit vite mee levius cursoribus
fuit. Ut enim illi prius quam bene stet ex
ilium, ita et hoc evolat antequam veniat nec
ignoro quod inferiore te fecerit contra ini
mici conflictum dimicandi / scio quod in
medio nexsens incendio secularium vo
luptatum. Sed si adversum deum velis no

fuerimus oblectacionibus tuis / nec radice
omnium adoravimus malorum. Si sustuleris ad
celum oculos mox talisque domus theatri
ignis extinguet et eos quidem qui te ad
incendium impulerint concremabit te autem
in fornacis medio constitutum / respergit
rore nebularum et sibilantis aurem spiri
tu estuancia tibi corda mulcebit. Ita ut nec
ad cogitaciones nec ad conspectum tuum usque
ius accedat tamen ne requiescere pergimus ne
lis et sponte militans. Nam et munitissi
mas civitates cum sepe omnia obsidentium
tela mangnet / omnia expugnacionum genera
intrassent / unius tamen vel alterius civium
interius commanencium occulta prodicio
sine ullo repente certamine capi fecit. Et
nunc caue ne qua insensibilis cogitacio
tuis prodicionibus tibi machinam molliatur
in numeris artibus licet tempus expug
nacione multorum utatur inimicus inca
sum cuncta temptavit. Multos namque
ac magnos habet dominus unius spiri
tus qui nobis condolent qui te pales
tre oleo spirituali sepe perfunduntur qui
pro anime tue diebus ac noctibus salute
formidant. Habes fratrem valerium adeo
dignum Florencium quoque per omnia eidem
morum ornamenta germanum. Habes Phor
phirium philosophiam Christi philozophantem ali
osque preterea plures monachos et patres
inter omnes hii indefesso casu fratrum la
mentacione deplorant. Etiam sine dubio
nunquam preces meruissent assequi dudum
quod precabant quo si paulisper hostium tenuerit
ipsum laqueis exuere temptasses. Quomodo
ergo non incongruum et reprehensione dig
num videtur / si cum alii ne nunc quidem
de tua salute desperent sed continuis oro
nibus recepturos se spiritum corporis fratrem
esse confidant nolis ipse consurgere semel
lapsus sed iacere prostratus atque ipsum quo
damnosissimo hostem incipies dicens occide
ne parcas. Nunquid qui cadit non resur
git. In libris celestibus legimus dictum cum
contra dicas ipse hiis sermonibus ac repug
nas. Nam desperare semel lapsum ni
chil aliud est dicere quam hoc qui semel
cecidit non resurgat. Ne queso usque
adeo in expugnacione tamen ac lesione
permaneas ne ne tamen ignominie omnibus
nobis effundas dolorem. Equidem non
nunc solum loquor quando animi vicesi-

nec dum agis sed etiam si omni te eno
rmysse meminisses Postmodum autem
in ultimo senectutis curriculo eque et
nunc lapsum videris ne tunc quidem
ignoscere desperatione probarem set eri
ge obiecto mente euangelica latronis
exemplo iustificati maxime et in ipsa mor
te saluati Ante oculos tolleraris eos etiam
qui undecima quidem hora aggressi sunt
opus set ad totius mercedem diei peruenire
meruerunt Ut igitur satis durum in
detur ac barbarum hys qui devoluti fue
rint ad profundum ingurgitis scelerum
si tamen casus prioris crimen emendet
salutare correctionis remedium denegare
Ita nimis vel tutum est hac spe hoi
nem admicia nutriri ut dicat emen
dabo post ista sustinuit Vivunt interim
voluptatibus mitte istius fruar post
ea vero per exiguum temporis castitate
mercedes cunctatorum quoque adipiscar an
norum Fratrem namque te sepe dixisse his
qui in studiys tibi scolaribus posito ca
rpmaciam suadebat etiam si in isto are
bas brevi tempore spacio bonum terminum
mite fuero consecutus quemadmodum ad
illum ibo qui dixit Nolo differas co
uerti ad dominum neque diem ex die protrahas
nescis enim quid pariat superventura di
es Hunus autem temporisque complices rea
pe ac recordare obsecrationem et constrin
ge vinculis finem Hoc enim nomine ex
cessum de hoc seculo nostrum Christus appel
lat quod ignorantibus veniat et nescienti
bus nobis repentinus assistat Consi
dera universas mundi istius curas vel
que singulis quibusque sunt proprie vel que
multis solent esse communes nescitus in
tollerabilium iudiciorum et extrema non
numquam pericula que admundia tuum
quod plerumque nascuntur miserabiles illos
labores et simile adulacionis ingenium
ymo et simus quoque qui honestiores
paululum videntur indignum recognitus
opum brevis fructus quorum infelici cu
piditate desistunt Multi etiam volup
tate obquam tot labores impenderant
caruerunt et priori eno omnia insollici
tudinibus periculisque consumpto tunc
tum recepisse se emensi sudoris puta
uere mercedem subita morte preuenti
nichil secum exhys quibus nec hic qui
dem uti poterant abstulerunt Nec in
merito Nam si huius telluris imperato
rem imo aliquem post multa discrimi
na post frequentem trophea bellorum
cum ante peruenta inde contingit
quemadmodum celestem omnium regem pote
rit intueri ille qui pro totum tempus eta
tis sue alii inseruit et alii militauit Age
ut et te de domestica que in uxore fi
liys quod et similis sunt sollicitudines di
cam durum esse non habere filios mon
strabo Duorum alterum frustra nuptiys
illigare est alterum amarissime succu
bere seruituti Egritudo temptabit par
uulum formido propria in matura mors
disrumpat orbitas non ferenda Crescen
tibus deinceps annorum gradibus quoque
cura adipiscar annorum ac semper pro ip
sis aut timorem parens sustinet aut
dolorem Graue eque est si se magis pau
perem duxis acquiostat uxore graue etiam
si dicior sit illa que nubit Huic enim fa
cultates marito diminuuntur alis libertas
et auctas derogatur Quis praeterea illas
enumerare molestias possit que omnibus
que omnibus ingerunt fines Hec ergo
Theodore tunc mira dicenda est una dis
cerpi ac diuidi animam in tam varias
rerum ac personarum necessitates tot homi
nibus seruire tot viuere sibi autem soli te
pus omne uiuendi penitus denegare
Nichil horum apud nos dilectissime quod et te
teste confirmo inueniri potest Illo enim
ipso per breuem tempore quando paulisper demer
sum fluctibus capud expedire temptas
ti memoresque dulcedo quod gaudium
in tua se mente diffuderat Non est per
fecto non est omnibus curis solutus ac
liber nisi solus ille qui Christo viuit ac ser
vit Ille semper uniuersis quecumque sunt malis
superior inuenitur cum ut se ipso aduersum se
uti nolit inimico Alius enim nichil ob
esse poterit nullius umquam regis capti
na iugo colla submittit non facultatum
dampnis sollicitatur Quippe qui dicit
quod nichil intulimus in hunc mundum neque hic
quicquam auferre poterimus Non glorie aut
honorum cupiditate superatur scit enim quod dig
nitas vera nobis seruatur in celo Non
quicquis non plagis ad iracundia commo
uetur cum tamquam Christianus indicat
malum soliusque formidat dominum celestis

celestis offensam Nam illa alia hoc est
peccatorum in imminutionem patrie amis
sionem periculum vite quorum omnes etiam
memores iam perhorruerunt periculosa pre
sens esse non credit Hinc autem aliquid
insignare et ad superna turpe fore dulcius
sibi ipsa vite istius luce confidit ut si quis
piam rupis excelse verticem tenens pe
lagus omne prospiciat et multos inde
navigantium crebris fluctibus fieri vi
dens submergi alios in scopulis montis sa
xa collidi nonnullos ad alia littora con
tendendo perire et subito vi per tempestatis
ut victos ad alia devia plures sorbere
unde frementis profundi yma penet
re aliquos tabule unius auxilio ex frag
mentis navis invente a morte defen
di aliquos gubernaculo atque remigiis ma
nibus tantummodo suis uti alius autem videat
super turbidos fluctus multiformium atque
inexplicabili genere cadavera ferri Ita est
ergo ille qui militat christo cum se a tempe
statibus atque turbinibus vite istius
separavit consistit in arduo semper ac
tuto securus loco Quid enim celsius
potest esse quid tucius quam una tantum
nos sollicitudinem gerere quemadmodum
deo placere possimus Vidisti ergo theodore
terre naufragia huiusmodi et pelagus
quod et undas declina et excelsum illum
huiusmodi pelago navigantium quere
protector ac despector fuge inania undas
quod declina et excelsum illum atque a peri
culo captivitatis in immunem occupa
locum respirationis Theodore nolo ambi
guus fore et illud celeste iudicium quod nos
post finem vite huius expectat Omnes
inquit nos beatus apostolus astare opor
tet ante tribunal christi ut recipiat unus
quisque propria corporis prout gessit sive
bonum sive malum Non michi suffirmit ge
henna cum penis denunciatur nec frus
tra tot ac tantorum bonorum premia preparantur
Umbra autem quedam ipsiusque vin
bris maior neque minor que est conversa
tio secularis plena periculorum plena ter
rorum et extremo tandem finito sub
iugata Ne queso et parvis temporum
bonis fraudens et future licet aut
utroque fruaris si velis facere clamat beatus
Johannes Qui in christo credit debet
sicut et ipse ambulavit et ipse ambulare

Et alibi Fugite fornicationem Et iterum
tempus breve est Et bonum inquit est
mulierem non tangere quia et intactu
solo periculum fit Et iterum Volo omnes homi
nes esse ut me ipsum Beatus qui pauli
similis fuerit Felix qui audit apostolum
prescientem et ignoscentem Liberi nos
arbitrii esse natura persuasit ut quod
volumus hoc faciamus Eligamus igitur
potius bonum quia boni dei creatura su
mus ne nos dyaboli opprimant mala
Nam qui in christo vivunt etiam istius mun
di commoda consequuntur dicente apostolo Vos
inquit templum dei estis et spiritus qui ha
bitat in nobis Et quem celum et terra
non capit famuli dei pectus capit Vi
des ergo theodore quod in hac vita etiam
melior ac maior ostenditur ille qui deo
quam ille qui coniugis curam gerit Nullus
quippe hinc ad illam transgressis prime
locus est neque enim aliquis athletarum
post eam quam egressus stadio fuit spec
taculis ex more fruitur luctamine aggre
di potest Hoc si cogitare semper velis
terribilem illum atque violentum malig
ni demonis gladium frangendo commi
nues quo victoriam plurimos solet per quem
deiectu spem resurrectionis abscidit Vera
ne istud ac durum est armorum ipsius
generis et alia semel captivis arte non
retinet Sed huiusmodi vinculos alligatos co
stringere solet quos potuit subiugare
Quos tamen nexus cito si volueris dei in
tuitu dissolvendo rumperis Ego quidem
me epistole excessisse mensuram scio ignosce
nosse quam longius paulo non sponte
processi tristicie acerbitate compulsus
et caritatis affectu propter quam et ipse
michi ut agnoscis in proposito istum scribe
di necessitatem retinentibus nobis multis
atque dicentibus O inutile quod incassum
laboro et superflua peragam ut animi sens
Sed tamen nulla michi ista prorsus dicentibus
nulli acquiescendum putabam Spero
enim ut meum ipse confero christi dei mi
sericordia favente litteris aliquid profutu
ras Quin autem id quod abhorret ex vocis
fuerint consuetum nobis tamen non
mediocriter compleremus silencium tamen
iniustum poteramus Neque hys quibus modus
est parare totum animus fletum peri
ores esse credimus qui quociens viderint

eiusdem artificis disciplina navem fluctibus mersam aut ventorum impetu dissolutam inhibentis aliquid tabulule pelago semente differri vela deponit et anchoras iacit et unions naviculo vernigis occupantes homines alias fortassis ignotis si expertibus periculis conditore nostendos omnibus modis servare festinat. Verum si ille forte respuerit salutis auxilium nullus hiis credo potest imputare eorundem perditionem quam noluisset manifestum est servare pitiosus. Hec ambobus transmissa perspicies. Speramus autem quod etiam a te nuncium nobis nova referant et quod iterato sancto atque felici salvatoris discipulorum choro videbimus aggregatum incolumem te sanitate que vera est tibi us recipiamus orationibus fratrum. Verum in animam capud si qua etiam nunc in sensibus tuis memoria in vestigio est neque ab archano pectoris tui expulisti dignare rescribere. Non enim ambiguis exultere tuis maximum nobis gaudium esse venturum. Amen. De militia spirituali

Bona quidem sunt et utilia regis adeos qui imperio eius subiecti sunt legum statuta sed maiora et augustiora illa precepta sunt que militantibus observanda decernit. Ut ergo nunc ad militiam spiritualem celestis regis mandata predicantibus nobis diligenter attendat omnis qui magne et superne dignitatis est cupidus et qui cum Christo astare desiderat quique magnifice illius et divine vocis non otiosus auditor est. Siquis meus minister est me sequitur et ubi ego sum et minister meus erit. Ubi ergo est Christus rex utique in celo. Illo ergo terre consuetudinis et omnis terrene delectationis nemo qui militie attingitur domum sibi constituit neque possessiones agrorum postulat comparat aut ullis humanorum negotiorum commerciis implicatur. Nemo inquit militans implicat se negotiis secularibus ut ei placeat a quo probatus est. Estas miles egregius fuerit (?) et imperatoris annona pascitur. Non oportet eum emere sibi cibum neque in eius providendi sollicitudine occupatum studiis militaria vacat. Huic illi domus omnis provincia sua expeditio regali patet ut nihil enim dispendiata domo laborare necesse sit cum

mansio in castris et cibus ad expeditionem modicus et aqua potui et tantum sompni quantum nature necessitas repetit. In vigiliis in itineribus multi labores et pro temporum sollicitudine in estibus aut frigoribus constituta patria. Pugne ad hostes pericula usque ad mortem. Verum et si mors bellanti accedat gloriosa est. Vincentem vero honores et dona regia subsequuntur. Hunc laboriosa in presentibus vita impar aut splendida transigit et honorata. Et principibus prospere decertatis glorie corona defertur. Promotio dignitatis apponitur. Iuxta regem familiaris stare conceditur. Demum imperatoris assidua venia tone donatur. Ceteris principibus sive instrumentis (?) emineat ponitur. Interveniente etiam cotidianis peccatoribus suis si velit libenter auditur. Et tum propria dignitate promeritis virtutis exhibuerit ut etiam sodalibus honorandis auctor existat. Nunc igitur tu miles Christi meditare hec de humanis actibus exempla tibi sumens maiorum rerum hoc est divinorum bonorum concepto de mente suscipe ut libera tibi et expedita mortalibus curis vita ducatur. Non domus amor et non possessio impediat non cunctis vel patria constringat. Exutus enim et absolutus omnem terrestrium rerum sollicitudine melius divina curabis. Non te alliget coniugis amor neque filiorum cura sollicitet. Impedimenta sunt enim divine militie carnalium necessitudinum vincula. Arma enim nunc militie tibi non carnalia sed potentia a deo. Sed non autem quia non te vinciat natura corporis neque strangulamenti nimium neque te obnoxium faciet ex libero nisi voluntaria declinatio. Longe diversa est spiritualium affectionum conditio. Non quero inituram relinquere filios sed meliorem perducere. Non ergo carnalibus te adglutinare nuptiis sed spiritualibus oportet inhiare. Sume tibi coniugem sapientiam veritatis ut scriptum est et eam desponsatam dotibus celestibus toto corde complectere. Filios genera spiritualis et emulare celestem sponsum per que debellare possis insurgentes adversus animam tuam invisibiles inimicos. Dimicandum est enim tibi contra potestates et principatus harum tenebrarum contra omnes dyaboli virtute et aeree (?) potestate nequitie spiritualis exercitum qui te occultis machinis et gladiis impugnare non desinunt ut vite

ipso resistas eis et eicias eos de anima tua
ut nullam partem habeant inte. Deinde ut
hiis qui ad te confugerunt te quia sibi ele
gerunt ducem et propugnatorem eadem vir
tute possis adesse quia tibi iam ipse pro
fitus id est ut proximos tuos verbo veritatis
instruas confirmationis exemplo dirigas
eorum interiorum destruas cogitationes
extollentes se contra fidem christi et omnem
impium malignum per sermonem verbo veritatis ex
urgentes doctrine apostolice armis potens con
silia inquit destruentes et omnem altitudi
nem extollentem se adversum scientiam dei. Maxi
me autem cum fide summi regis invicta ma
nusque fidele deficiet et insurgunt tunc inimi
cos sibi vel appareat eis. Si non domus et pe
riculi certamen agitari velit et exitum sibi
iubeat congredi contra adversariorum sit tibi
ad omnem laborem preparatio firma consis
tat et contra omne periculum invicte men
tis constantia maneat et si necesse sit deseri
civitatem et dampnari in exilio libenter cum
gratia et patriam peregrinatione commuta. Quan
do enim inquit persequuntur vos fugite de ci
vitate in civitatem. Et si in iudicium pertra
hans ut necesse sit te sisti ante principes
et potestates et plebium seditionis excipe et
dirum carnificis vultum vide et diram vo
cem seu sententiam persecutoris audire su
pliciumque penarum horridam faciem sus
tine adhibitis etiam tormentis temptari
stare te fortiter et usque ad finem mortis cer
tare oportet non cedente constantia men
tis armata terroribus inimici et doloribus
corporis quia nisi legittime certaverit quis
non coronabitur. Unum preter hec om
nia semper habeas ante oculos provide in pas
sionis precio divinitatem christum sciens
quia pariter te et christus in isto agone cer
tabitur et tu per ipsum agonis ipsius victor
existes. Victorem enim regem sequens
enim qui te vult victorie sue hic partici
pem. Neque enim et mortuus fueris in hac
generatione eternis victus videris sed tunc ma
gis plenam si usque ad finem inconvincibile
veritatis fidem et confessionem in corde tuo
conservaveris et pietate constanciam in
mobilem tenueris a morte temporalibus ad in
terim eternam et ab hominibus iniuriam pas
sus ad dei gratiam transferens et a temporali
qui in hoc mundo pertuleris tribulatione in e
ternam requiem transvolabis et sanctorum ange

lorum consortio perfruens. Terra te timen
non suscipit sed celum non incolam te
suscipiet mundus qui te persecutus est sed
angeli te portantes presentabunt christo et amicum
dei vocabunt et desiderabilem laudem ex
ipsius domini voce audies. Euge serve bone et
fidelis euge miles strenue et imitator domini
tui et regis eterni comes ego te meis remu
nerabo premiis ego verba tua libenter exaudi
am quia et tu me diligenter audisti. Si pe
tiens professionibus tuis simile parentibus
persecutionum sortis fidei tue et sancte caritatis
custodibus ut salventur et vivant perpetues (?)
a rege celesti omni honorum communionem et imp
rii (?) decens choris mixtus celestibus et inter an
gelos sanctos adiunctus eternam vigilem coro
nam portabis in conspectu domini regis e
ternalis domino tuo fruens cum ipso eterne
beatitudinis largitore letabens. Si vero et in
hoc mundo adhuc dimitteris post acta certamina
palmarum tuarum superstitem velis ut plu
res varios agones dimices et multiplice
tur corone tue densitudine (?) pluriumque mul
tisque exemplo tuo ab invisibilibus et in
visibilibus salventur inimicis magna erit
tibi et in hoc seculo gloria et apud ami
cos christi eris honorabilis omnibus qui te
et in hoc seculo gloria et apud amicos christi
eris honorabilis omnibus qui te et propositum
et adiutorem et legatum boni invenerunt.
Isti parent te sicut militem bonum isti ho
norabunt te sicut virum fortem isti dex
tras dabunt tibi et cum magna gratula
tione suscipient te sicut dei angelum excipi
entes ut ait apostolus paulus sicut ihesum christum.
Hec et alia plurimorum monita atque precepta sermo
divinus annunciat neque tamen virum deserit
quia apud deum etiam femineus militat sex
us. Multa etiam sexus feminei milia animo
militiam spiritualem gesserunt. Nam pro cor
poris infirmitate roborantur quam maioris ho
minis virtute viros equant et magnorum (?)
bus martirorum multe pares quedam forti
ores viris extiterunt quibusdam virorum
et a fortiore sexu ignavia muliebri de
generantibus infirmum corporis sexum vi
rili mente vicerunt et amissis negantibus
viris obtinuerunt coronas que in tes
timonio virtutis victrices penarum minus la
boribus constiterunt. Ex ipsis sunt que an
gelicum sanctitate virginitatis splendent
chorum ex ipsis et ille que gloriosis confes

rentis prelii et martirum triumphus tho
ruscat. Sequantur autem et ipsum dominum in
patria eius non solum viri sed etiam muli
eres et ex utroque sexu comites sicut spi
ritualium signat historia et obsequebantur
et ministrabant domino. His ergo talibus
tantisque virtutibus et honoribus milicie
xpi adiacentibus certatim omnes et pa
tres et filios et matres et filias offerunt
xpo et suam quisque progeniem exerciti celes
ti admilitandum probare festinat. Gaudet
ipse ecclesia que non confundit quia cari
tas xpi diffusa est in cordibus nostris. Ta
lia enim pignora non solum in consorti
um salutis et glorie sed etiam in ornamentum
et imperatorium perhenne devoti parentes
habebitis et non sicut vos circa filios vestros
pusillanimes neque timeamus si nunc in
milicia spirituali laborent sed magis letemur
quia si in presenti laboraverint illustrius
glorificabuntur. Nos tamen recipientes domino
quos ab ipso accepimus ut et probatores
ac militantium xpo filiorum efficiamur prerea
pes nobiscum eos adducentes et statuentes
coram domino. Hiis autem qui ita se stu
dent exhibere deo et agonem nostre milicie
spiritualis legittime certamine ut apprehen
dant bravium superne vocationis compete
ter illud ex psalmo dicimus. Benedicti vos
a domino qui fecit celum et terram. Digne
etiam pro ipsis secundum moysen orabimus. Be
nedic domine opera ipsorum et depone tubos
adversariorum eorum. Viriliter agite comproba
ti milites christe fortiter cursum vestrum et
decertate certamen bonum ut capiatis bonas
coronas eternas in xpo ihu domino nostro cui e[st]
honor et gloria in secula seculorum amen

Sermo ad noviter baptizatos

Benedictus deus ecce stelle etiam
de terra initierunt stellis celesti
bus clariores lucentes in terra
stelle sunt enim qui initia de celis
apparuit. Nec sufficit stellas in terra mo
strari sed et die suo luce lucente fulgescunt
et hoc plus admirationis affertur quod ful
gor stellarum nocturnum illustrans aspectibus lu
mina clariora reddant. Ille namque solis ad
ventu suo perfunguntur officio hee lucem
solis iusticie superante maiora lucescunt.
Et ille seculorum confusione pereunt hee te
porum fine se se clariores ostendunt. De
illis et enim dictum est quod stelle de celo ca
dent sicut cadunt folia de vite. De hiis au
tem dictum est quia fulgebunt iusti sicut stelle
celi. Illud est sicut folia de vite sic stelle de
celo cadent. Sicut enim vites cum uvarum
fructibus peregrinant foliorum auxilium neces
sarium ut protegant exposcunt cum autem
deposuerint fructum etiam foliis denudantur
ita et mundum quam gentis natura viven
tis stellas quoque consumat. Nam nocte perem
te sine dubio stellarum utilitas simul cum
nocte deficiet. Illarum ignea natura stellarum
est et iste eodem igneam sortiuntur naturam.
Sed ibi quidem ignis qui humanis sensibus
innuit hic autem que secreta mentis oste
ndunt. Ipse namque vos autem baptizabit spiritu
sancto et igni. Illis et utriusque nomina pa
tris audire. Illis orion nomen arcturus
vesperus lucifer. In hiis vesperus nullus sed
lucifer universi benedictus. Iterum dicamus
Qui facit mirabilia solus. Qui facit univer
sa et commutat universa. Ecce libertatis serenita
tate perfruuntur qui tenebantur paulo ante
captivi et cives ecclesie sunt qui fuerunt in
peregrinationis errore et iusticie sorte versan
tur qui sunt in confessione peccati. Non tantum
sunt liberi sed et sancti. Non tantum sancti
sed et iusti. Non solum iusti sed filii. Non solum
filii sed heredes sed et fratres xpi. Nec tantum
fratres xpi sed coheredes. Non solum cohere
des sed et membra. Non membra tantum sed
organa spiritus. Benedictus deus qui facit
mirabilia solus. Vides quot sunt baptisma
tis largitates. Et multis quidem videtur
celestem gratiam in peccatorum tantum remissione
consistere. Nos autem honores computavimus de
cem. Hac de causa etiam infantulos baptiza
mus ut non sint coinquinati peccato ut eis ad
datur sanctitas iusticia adoptio hereditas frat
ernitas xpi. Ut eius membra sint omnes
ut spiritus habitaculum fiat. Sed vos dilectissimi
fratres si tamen michi concedit fraterno
vos nomine gloriari et me quidem similis
titudo conceperat similis ornavit gratia
sed posteriore negligentia furum nexuum cogitatio
nis accepi. Sed date vos michi fraterno vo
cabulo nuncupare propter salutem caritatem et
nos rogari pro mittite ut tante glorie hono
rem animositatis consequatur. Et tanto magis
vos dignos gratia prebeatis ostende quanto
vos insipientis incultime portos gloriarum.
Et enim tunc certamen tempus palestra sunt atque
contentio. Et lapsi facile veniam merentur

x honores quos confert baptismus

Ab hodierna vero die tempus patet virtutis exercitationibus dedicatus. Agon instat, theatrum preparatur et ad spectaculum convenit non tantum hominum genus sed etiam celestis cetus angelorum. Spectaculum enim inquit facti sumus mundo non tantum hominum genus sed etiam celestis cetus angelorum. Spectaculum enim inquit facti sumus mundo non tantum hominibus sed etiam angelis. Angeli expectat angelorum dominus presidens corona certaminis. Hec non tantum honor sed et magna cautela quando is qui pro nobis animam suam posuit ipse sit probantium iudicium certaminis. Olympiaco namque certamine et frivolo perditoque spectaculo imposito coronarum in ipso contentionis examine prece esse consueverunt et in medio stantem loco consistens nulli parti favorabili nutu subvenire procurat sed exitus certaminis expectat meritum, et cum mente sit et loco medio continetur. Sed non etiam dyabolico certamine Christus non media lance consistit sed totus in fautor expectat. Et ut scias utrum partium spectatorem provide, quomodo nos tamquam suos unxerit oleo letitie, illum ut impedientium nodis instruxit ut cum illum providerit cecidisse calcante, inquit super ipsum. Nos autem et si cecidisse providerit auxilio sue velut maiestatis et dicit: Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat? et dormientes excitat: Exurge inquit qui dormis. Vis amplius admirationis inspicere? Nobis dicit celum post victoriam preparavit, illi post victoriam preparavit gehenne minas et pena. Ego si vicero coronabor, ille si vicerit punietur. Et ut scias maiora ei tum supra vim preparavi tormenta vincit Adam et supplantavit. Quid igitur meruit victorie precio? Super pectus inquit et ventre ambulabis et terram manducabis omnibus diebus vite tue. Si igitur sensibile ita punivit dampnavitque serpentem, qua pena invisibilis punietur? Si tantis minister eius tormentis cruciatibus quod succubuit, prestigiatus auctore maiores stimuli atque aculei consequitur. Et enim pessimus pater cum sui filii reprimere valuerit occisorem non solum in eum dolorem suum iramque convertit sed etiam ipsum gladium quo filius periit particulatim comminuit. Ita et Christus noster cum dyabolo hominem interemptum esse previderit non solum eum tormentis afficiat sed etiam eius gladium quo filius periit obtundit et ad nichilum redigit.

Confidentes igitur nos preparemus ad pugnam. Enim nobis arma suppeditant ultra splendore totius auri fulgentia et fortis adamantis robore firmiora, totius ignis ardore incensa, cunctarum ponderum leviora pugnarum. Nec enim quemquam hec arma portando gravant sed sublevant membra et in excelsa producunt et in celum si cupierint cum hijs sine dubio proferentur penitus impedimento cessante. Nudis namque natura hominum videtur armorum. Arma novalis nobis cottidie excitatur. Homo sum, cum demonibus litigare compellor, natus in corpore incorporales inimicos agnosco. Hec de causa michi thoracem dominus non ere confectum, non arte compositum sed iustitie simplicitate preparavit. Fidem clipeo roboravit. Armat me gladius meus, verbum teneo spiritus sanctitatis. Ille pro sagittis armatus est, ego meum gladium teneo. Ille sagittarum iaculatione confidit, michi arma divina non desunt. Et ut eius formido monstret cominus litigare non audet, iaculato longitudine semper affectat ut mittat si providerit negligentem. Et aliud vero deus ultra tutelam donavit armorum. Quid illud? Mensam preparavit, albi sanctitatis ostendit ut post epularum refectionis sui munitus possim robustius superare. Cum enim te egrediente post convivium dominicum viderit te inimicus post celestes epulas et tamquam igne leonis ore flammantem desevit et fugit omni vento velocior nec approximare contendit, et cum cruentam linguam tuam delonge crudelis ille perspexerit in cede non stabit. Et cum os tuum senserit rutilare cruore sanguinis cum timore tergiversat. Vis huius sanguinis audire virtutem? Recedamus ad eius exemplum et priorem typum recordemur et priscam scripturam narremus. In Egipto nocte media Egiptiis deus plagam decimam minabatur ut eorum primogenita deperirent quia primogenitum eius populum detinebat. Sed ne amara plebs iudeorum una cum illis periclitaretur qua unius locus continebat universos remedium discretionis inventum est. Proinde exemplum mirabile ut discas in veritate virtutem. Ira

divine indignationis separabat et morti
seva domus singulas circuibat. Quid igitur
Moyses? Occidite agnum inquit agniculum
et sanguine eius linite ianuas. Quid agis
Moyses? Sanguinis eius irrationabiles homines
liberare consuevit? Valde inquit non eo
quod sanguis est sed quia dominici sanguinis per
eum demonstrat exemplum. Nam sicut regis
manentis statue que sunt sine causa atque
sermone non minus ad se confugientibus ho
minibus anima atque rationibus decoratis sub
venire consueverunt non quia sunt ere con
fecte sed quia retinent ymaginem princi
palem ita et sanguis ille qui irrationabilis
fuit animos habentes homines liberabat
non quia sanguis fuit sed quia huius san
guinis ostendebat adventum. Et tunc an
gelus ille vastator, cum linitos postes at
que aditus providet transivit egressus
et non est ausus intrare. Nunc ergo si vi
derit inimicus non postibus impositum
sanguinem typi sed fidelium ore lucen
tem sanguinem veritatis Christi templo
postibus dedicatum multo magis se sub
trahit. Si enim angelus cessit exem
plo quanto magis terrebitur inimicus si ipsam
perspexerit veritatem. Vis et aliam huius
sanguinis scrutari virtutem? Volo inde
primum currit videas et de quo fonte ma
navit. De ipsa cruce processit illo divino
initium fuit. Mortuo etenim ait Ihesu et ad
huc in cruce pendente approximat miles
latus lancea perfossit et exinde aqua flu
xit et sanguis. Unum baptismatis sym
bolum aliud sacri. Ideo non ait exiit san
guis et aqua sed exiit aqua primum et san
guis quia primum baptismate diluimur
et postea misterio dedicamur. Latus mi
les aperuit et templi sancti parietem pate
fecit. Et ego thezaurum preclarum invenio
et fulgentes divitias me gratulor repe
rire. Sic et de illo agno factum est. Iudei
ovem occiderunt et ego fructum de sacra
mento cognovi. De latere sanguis et a
qua. Nolo tam facile auditor transeas
tanti secreta misterii. Restat enim multa
mistica atque secretalis oratio. Dixi bap
tismatis symbolum et misteriorum aquam
illam et sanguinem demonstrari. Ex his
enim sancta fundata est ecclesia per lava
crum regenerationis et renovationis spiritus sancti
per baptismum in aquam et misteria que
ex latere videntur esse prolata. Ex latere igitur
suo Christus edificavit ecclesiam sicut de latere
Adam eius coniux Eva prolata est. Nam hac
de causa Paulus quoque testatur dicens de
corpore eius et de ossibus eius sumus. Latus
videlicet illud significamus. Nam sicut de
illo latere deus fecit feminam procrea
vit et de suo latere Christus aquam nobis et
sanguinem dedit unde repararetur ecclesia. Et si
cut in sopore quiescentis Ade deus late
ris membra patefecit sic nobis post mor
tem aquam nobis donavit et sanguinem.
Et sopor ille nunc est mors. Et dicitis
mortem nulla soporis separatione distare?
Videte quemadmodum sponsam Christi sibi
Christus coniunxit, videte quo nos cibo sacie
tatis enutrit. Ipse nobis cibi substantia
est atque nutrimentum. Nam sicut mulier
affectionis natura cogente genitum alere
sui lactis fecunditate festinat sic et Christus
quos ipse regenerat suo sanguine semper
enutrit. Igitur qui nos tantis bonis
agnovimus esse perfunctos vita digna
servemus et symbola illa atque pactiones
quibus sumus constricti cordibus nostris
inhereant. Vobis proclamo committe le
ge res bonas ubi cauciones vel cyrogra
pha peccatorum morum scinduntur quia
tunc estis recenti lumine illustrati. Sed
et vos hac ammonicione constringo que
olim quoque similis et communis lenitudo
susceperit. Communis etenim hec ratio nobis
est idem sermo communis obligatio. Nam ne
que et fedus nobiscum illa conventio non at
tramento sed spiritus recordatione conscripta
non calamo sed lingue puritate firmata.
Si enim calamo cum deo pactionis con
scribi consuevit. Et ideo David ait Lin
gua mea calamus scribe velociter scriben
tis. Confessi sumus huius imperium dya
bolicam negavimus tyrannidem.
Hoc cyrographum hoc pactum
hoc symbolum quod docet esse co[...]
scriptum. Videte ne cyrographum
inveniamur iterum debitores. Venit se
mel Christus et pactis nos cautionibus
invenit astrictos quas conscripsit A
dam. Ille initium obligationis ostendit po
tatis nostris fenus accrevit. Ibi maledic
cio fuit ibi et peccatum et mors legisque con
dempnatio. Et hec omnia Christus delevit
atque concessit. Et Paulus clamat dicens
Cyrographum peccatorum nostrorum quod erat ad
versarium et ipse tulit de medio affigens

crucis. Non dixit delens non dixit cathacancellans sed cruci affigens ut prorsus eius
nec vestigia remanerent. Ideo non delevit
sed conscidit. Crucis enim clavus dissipavit
illud ut in eo nulla de postero remaneret
utilitas. Et hoc non in angulo nec secreto sed
in mundo medio omnibus videntibus oculis in
excelso ligno nexum eius evacuavit. Inspiciunt inquit angeli considerent archangeli ut cum omni admiracione celestes principatus
aut potestates. Nec adversarios hec lateant uel
demones / nec ipsum dyabolum qui nos debitis
obnoxios effecerunt. Gaudeant sub serenatoribus cauciones ne nobis in posterum molestie pariantur. Cum igitur prius cyrographum
omnibus viribus cavet / invigilemus
ne nos alia obligacio alterque nexus astringat. Crux enim secunda non est nec altera
remissio peccatorum per lavacri regeneracionem.
Est namque remissio sed non concedit per
lavacrum. Et ideo invigilemus et accipiamus
sollicitudinem. Propter hoc enim de egipti finibus emigrasti nec illius terre iterum similia cogitemus / ne ne lucra lateris quislibet memoriam habeat. Lutum et enim est istius vite
demencia. Nam et ipsi species cum fulgentes
nondum arte composita nichil aliud nisi terram monstrant. Vidisti mirabilia longe maiora quam videri in illo tempore egipcium celum
quites. Non vidisti armatum pharaonem suffocatum sed vidisti dyabolum peccatorum mole suppressum. Illi fluctus et pelagus transierunt
tu mortem transisti. Illi egipciorum separacione alleviati sunt / tu demonum gratularis liberacione. Illi virginem amiserunt barbariem servitutis / quanto tu durius est peccatorum servitute
liberatus es. Vis aliunde quoque cognoscere
unde tibi honor est amplior attributus.
Iudeis tunc moysi vultum glorificatum
non fuit inde concessum et adeo
consim ade sanguinis unitate co
incti tu autem tu aut xpisti vultum
in sua gloria previdisti. Et clamat paulus
dicens. Nos autem omnes revelata facie gloriam
domini speculantes. Illi tunc habuerunt xpistum subsequentem sed nos hodie plus invenimus. Et illos quidem propter moysi graciam xpistus dominus sequebatur nobis autem hoc non tantum novelli moysi causa conceditur sed eciam pro obediencia vestram. Illis post egiptum cuncta deserta sed
tibi celum post egiptum paratum. Est et nobis deo permittente dux optimus herenis communem.

tem pertem moysen / que non moysi significacio fuit. Hoc de isto moyse si quis dixerit nichi credere non erat. Nam et primus
labia spiritus lenitatis amplexus / primus animam spiritus mansuetudine tenet. Moyses tunc
manus levavit ad celum et manna protulit panem angelorum. Iste moyses dexteram
tetendit ad celum et profert panem celeste.
Ille percussit petram et aquarum fontes protulit iste pro nauis mense petram percussit spiritualem et fontes spirituales ostendit. Sedes
namque ut fons affluens in loco medio collocetur ut undique circumstancia faciant arvum ta ut salutaris ille meatus / fecundante largitate decurrens nullo spacio valeat depurpurari. Cum igitur talis nobis sit fons et
talis quoque mensa via et omnibus bonis mensa
completur. Ut undique nobis affluat largicio spiritualis accedamus cum munere cordis
integritate suffulto cum pura consciencia ut accipiamus graciam et misericordiam et auxilium in
tempore oportuno. Gracia et misericordia domini nostri
ihesu xpisti per quem et cum quo patri
gloria cum spiritu sancto et nunc et semper in
secula seculorum. Amen. Sermo sancti Johannis Episcopi Constantinopolitani

Turtur amatrix herem quando
inde festis degit locis delectabilibus blandimentis accessit
comparem vocans suam. Convallia penetrans et suum masculum in amena
et nemorosa pascente quotat et hinc
evolare pilorans hortatur ascensionem
suum celerem facere. Unanimum aut mente
abiuncta et pro rupta rupium cubile fundantes. Et inde suos pue timore volare provocant pullos asseverant quidem
turturem castam et amatricem comparis esse ita ut si quando evenit eius
masculum abaccinula pue aucupe capi
non se coniungit alteri sed ipsum cupere ipsius prestolari adventum et in amore eius
expectatione pendere. Id certo audite mulieres que castitas in volucribus reperiatur / quibus igitur figurant turtures
in una mente potentes primus solvere unitatem castitatem. Talis et enim est omnis
casta congregacio ecclesia uno quippe eius xpisto
coniuncta sponso et in celis ad dexteram patris
sedente alteri viro non coniungitur sed ipsum
desiderat ipsum expectat et desiderio eius
commori cupit. Ut ne hoc videamur tamen super
tute autem egredi turture nominantes

Veri ipsius scripture verba texamus. Testatur namque hoc etiam David et dicit: Et enim passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos. Videamus ergo quem dicat passerem. Et ego arbitror hominem intelligi voluit. Anima namque mea sicut passer erepta est de laqueo venantium. Sed et dominus id ipsum volens ostendere discipulis suis quantum alios sanctitate precellerent, dicit: Nolite timere, multis passeribus meliores estis vos. Propterea et Salomon clamat dicens: Ut evadas sicut damula ex manibus et sicut avis a laqueo. Simile est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo, quod quidem minimum est omnibus seminibus, quando autem creverit maius efficitur omnibus oleribus et fit arbor ita ut veniant volatilia celi et sedeant in ramis eius. Iam et in hoc innumerabile hominum genus volatilibus coequantur. Et enim passer invenit sibi domum et turtur sibi nidum ubi reponat pullos suos. Turturi comparavit omnem castam generationem etiam propter multiplicem copie gratiam. Et quod unum est quod dicimus audi David loquentem: Omnis gloria filie regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietate. Et enim passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos, hoc est in confessione prophetici oris erudiens illuminatos suos filios. Etenim turturis Ieremias mentionem facit dicens: Turtur et hirundo et ciconia agri passeres cognoverunt tempus adventus sui. Turturem dicit omnem castam etiam hirundinem vocat Iohannem hominem amatorem. Cicade autem eloquentissimum Paulum celestis organum. De ista namque turture precepit Abrahe deus dicens: Accipe mihi vaccam trimam et arietem trimum et capram trimam turturem et columbam. Huius turturis meminit scriptura in Cantico canticorum dicens: Vox turturis audita est in terra nostra. Audiamus igitur huius turturis vocem melleam decantantem: Nigra sum inquit et speciosa filia Ierusalem. Nigra propter corporem [illegible] penitentie; speciosa propter celerem [illegible]. Nigra propter luctum [illegible]. Speciosa propter splendorem baptismi. [illegible] sum. Nigra et speciosa filia Ierusalem [illegible] [illegible] filias Ierusalem sanctitas patrum [illegible] mas dicit: Nigra sum et speciosa

exspectantibus etiam. Ne consideretis me quod fusca sim quia decoloravit me sol. Nolite considerare quod nigra sum, quia despexit me sol propter peccata mea delicta. Et quis est sol qui eam despexit? Videamus. Ille in libro dicto Ecclesiastes dicit: Oritur sol et occidit sol et ad locum suum revertitur. Ortus est enim nobis sol iustitie Christus de sancta Maria secundum carnem genitus. Oriens quippe nomen est illi. Occidit vero quando post crucem ad inferna descendit. Oritur sol et occidit sol et ad locum suum revertitur ipso dicente: Cum exaltatus fuero universa traham ad me. De hoc sole iustitie et Ysaias pronuntiat dicens: Iudicibus illius orietur sol iustitie et sanitas eius erit in pennis eius. Veniente enim sole iustitie hoc est Christo ad tactum fimbrie fimbrie vestimenti eius fons profluvii sanguinis exsiccatus est. Nigra sum et speciosa filia Ierusalem. Si qua hic peccatis est anima denigrata ne timeat, huiusmodi penitentiam agat et dicat: Nigra sum ego et decora. Et si in novissimo suo est, et ut ita dicam in extremo hiatu posita, ne formidet, tantum cum fletu peniteat et contrito confiteatur corde. Ad vesperum enim demorabitur fletus et ad matutinum letitia. Imitetur namque Ezechiam regem, qui in egrotatione constitutus et lectulo decumbens audivit sanctum Ysaiam dicentem sibi: Dispone domui tue quia morieris tu et non vives. Conversus ad parietem amare flevit et precibus suis penitens dominum ad misericordiam provocavit et quindecim adiecta annorum tempus illico adinvenit. Si quis est hic cathecuminus confiteatur peccata sua, accedat ad dominum, baptizetur in nomine Christi lavacro aque regenerationis ablutus adoptatur in filium dei. Si quis est hic fidelis per negligentiam peccator effectus e naturali lacrimarum fonte abluat semetipsum et per bona penitentie confessionem provocet primo circa misericordiam dei. Si sic temetipsum ornaveris, si sic animam tuam ad primam speciem et gratiam reddideris, si correctionibus iustis sponsus delectatus amplectitur te sponso divinus et inflamabit mentem tuam et ad desiderium te attrahet dei. Et tunc dices et tu: Ne mihi veni vulnerata caritate ego sum. Lege Ysaiam et in ipso invenies quomodo ipsa sagitta loquatur: Posuit inquit me deus sicut

sagittam electam. Verbum dicit et in
pharetra corporis abscondit me. Ista
sagitta vulneratus Ieremias dicebat ad
eum: Ego autem non laboravi sequens
post te et diem hominis non concu-
pivi. Ista sagitta vulneratus mente da-
vid dicebat: Adhesit anima mea post
te me autem suscepit dextera tua. Ista
sagitta vulneratus Petrus Christo dice-
bat: Domine tu nosti quia diligo te. Ista
sagitta vulneratus Paulus et commu-
latus (?) Christo dicebat: Quis nos separabit
a caritate Christi. Ista sagitta vulnerato-
rius (?) casta ecclesia dicebat: Ve ve michi
vulnerata caritatis ego sum. O gemi-
tus de medio cordis amabilis bonita-
tis pullulans fontes. O gemitus celes-
tem sponsum Christum ad semet ipsum addu-
cens. Propterea dicit: Osculetur me ab osculo
oris sui. Desponsata sum celesti spon-
so per legem et prophetas. Ego exigentibus
ecclesia non iam volo per Moysen et Ysai-
am aut per Ieremiam et ceteros vates sed
ipse veniat. Cum ipso volo ore ad os
loqui. Ipse veniat et osculetur me ab os-
culo oris sui. Audio Ieremiam dicentem
de Christo: Pravum cor eius pre omnibus et
homo est et quis cognoscet eum. Ipsum
desidero veniat et osculetur me ab os-
culo oris sui. Audio Amos dicentem
de eo: Ecce homo stans super murum adaman-
tinum et in manu eius adamas. Ipsum que-
ro veniat et osculetur me ab osculo
oris sui. Audio. Et sicut coniux amatrix
viri sui absente marito suo per fenestras
circumspicit ipsum requirens et ipsum ubi-
que speculans in mari et in terra et si vi-
derit navem venientem illuc suum putat
esse virum et si viderit viatores procul
venientes inter ipsos adesse existimat et
occurrit eis interrogat dicens: Dicite mi-
chi ubi eum dimisistis in qua regione aut
in qua civitate quid dicentem aut quid fa-
cientem aut quando venientem. In hunc mo-
dum sicut coniux sancta ecclesia constricta
amore Christi interrogat prophetas. Vidistis eum?
Putas venit? Putas non venit? Putas
adhuc in celis est? Putas adhuc nona-
ginta et novem oves que non errave-
runt pascit in celis et non venit ad er-
roneam ovem. Dicite michi ubi pascat
ubi cubat quem diligit anima mea.

Interrogat prophetas primum respondentes dicit
Ysaiam. Vidimus eum si tamen ipsum ex-
pectas. Sic quod vidimus eum non habentem
speciem neque decorem sed vultus eius inhono-
rabilis et ignorata pre filiis hominum. Respon-
dit omnis casta ecclesia: Ipse est ipsum desidero
ipsum quero veniat et osculetur me ab
osculo oris sui. Respondit ad eam Ysaias:
Ipse est veniet cum dulcedine (?) ecce mer-
ces eius cum eo et opera in conspectu eius.
Sicut pastor congregat gregem suum et
in manu sua congregabit agnos et in
sinu habentes consolabitur. Audiens hec omnis
casta ecclesia que manifeste de eo narravit
Ysaias dicit ad eum: Ubi pascit et ubi cu-
bat quem diligit anima mea. Mittit ea
ad Iohannem. Vade inquit et interroga eum
quia ipse est precursor eius et vox cla-
mantis in deserto parans viam domini et
dirigens semitas eius. Pergit ad Iohannem
in deserto. Dicito inquit michi si tu es Christus.
Respondit Iohannes: Non sum ego Christus.
Denuo interrogat si tu non es Christus qua-
re baptizas. Respondit ille: Ego quidem non
sum Christus sed post me veniet qui forti-
or me est cuius non sum dignus cor-
rigiam calciamenti solvere. Et adhuc eo
tardante dicit ad eum: Ve michi vulnerata
caritatis ego sum. Et iterum dicit Iohannes
ad eam: Sustine paulisper noli ingemis-
cere expecta iam iamque veniet ego illum
tibi ostendam. Videt Iohannes venientem
dominum et dicit ad eam: Iam noli tristari
nec ingemiscas quia venit. Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi. Et cum
audisset agnum ab Iohanne et pasto-
rem ab Ysaia hesitat et putat dicens
ad semet ipsam: Cur tardamus (?) Putas
hunc an Ysaie (?). Videt dominus qui dubi-
tat clamat et dicit: Ego sum pastor bo-
nus et uno sermone solvit omnem hesi-
tationem eius. Accedit illa ad sponsum am-
plectitur et osculatur eum. Et completum
est quod in David scriptum est: Misericordia et
veritas obviaverunt sibi iusticia et pax os-
culate sunt. Ut autem manifestius addis-
camus quod sponsa sponso coniuncta est
et spirituales nuptie facte sunt, ipse Ioha-
nes epithalamium dicit: Qui habet spon-
sam sponsus est. Amicus autem spon-
si qui stat et audit vocem ei[illegible]us gau-
dio gaudet propter vocem spon[illegible] si illa

oportet vestem meam intuitum. Ratione inquit erat sicut in nuptiis dotalia conscribi sponse, carta querebatur et scriptor et calamus. Dicit spiritus sanctus ad ysaiam: Accipe tu calamum novum et grandem librum et scribe in eum. Querebatur calamus: inventus est apud david. Dicit enim: Vel lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Speciosus forma pre filiis hominum ipse eam desponsat, ipse eam adornat, ipse eam hortatur et docet sicut mos est dicere hominibus a parvulis: Audi filia et vide et inclina aurem et obliviscere populum tuum et domum patris tui, hoc est dyaboli, cui prius serviebas variis desideriis et voluptatibus irretita. Ne sperens inquit quia similis tui est quando dignatus est iungi tibi. Et si temet ipsam considerans unde qua veneris concupiscet rex decorem tuum, qui ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum. Si me audieris filia vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Necessario quippe erat etiam que ab uno que offerebat scribi personas videlicet et ancillas. Et a xpo quidem sponsus venit paulus et silvanus et thimotheus servus ihesu xpi. Depetuntur et ab sponsa ancille venerit david et dicit: Adducentur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi. Fiunt igitur nuptie, venit dominus nuptiarum in chana galilee. Chana interpretatur possessio. Possessio autem dei omne seculum est. Hic iam spirituales celebrat nuptias, hoc est in chana galilee, et quem veniunt omnes sancti et unusquisque secundum vires suas dona offerunt sponso. Abraham offert vitulum, Sarra panes similaginis, ysaac ligna portat, jacob edos defert, joseph frumenta dispergit, moyses lampadem accendit, ysaias canit, david chorum ducit. Et quia necesse erat ad tales nuptias et castas interesse mulieres, et ipsas quoque con[...] tulari et canere. Venit iudith composita et hester et maria soror moysi tenens tympanum et dicens: Cantemus domino gloriose enim honorificatus est. Necesse erat etiam et in talibus nuptiis ut laudis preconia scriberentur. Paulus collaudans nuptias dicit: Honorabiles nuptie et cubile inmaculatum. Et quia maius erat quod dicebat, audi quemadmodum verba ade interpretatur dicens: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Misterium hoc grande est. Ego autem dico in xpo et ecclesia. Quid ergo ille interpretatus est nos dubitare non querit, sed oremus deum ut et nos gratiam ipsius unde meam in xpo ihu domino nostro, cum quo est deo patri una cum sancto spiritu honor, potestas et gloria per immortalia secula seculorum. Amen.

Quando rediit e deasia ubi diutius fuerat nuptias etiam sibi subiectas

Moyses magnus ille dei famulus caput prophetarum, maris mactor, aeris agitator, mense apparator, qui a genitrice proiectus est et ab inpugnatrice salvatus. Genuit enim quidem mater, abstulit autem eum egyptia et enutrivit. Et qui in egipto nutriebatur intellectum servabat. Cum tu ac tale statuit tropheum iste talis ac tantus ut quadraginta dies relinquet populum, invenit eum ydola fabricante et seditiones commovente. Ego autem non quadraginta dies tantum sed quinquaginta et centum et amplius. Et inveni vos letantes et philosophantes in dei que timore perseverantes. Non quod ego maior moyse sim, absit hoc enim dicere extreme dementie est, sed quia populus iste illo populo sobrior. Preterea et ille de monte descendens increpabat aaron obseditionem populi et irascens increpabat in eum cur acquievit voluntati eorum. Ego autem adveniens preconia vera et coronas contexam. Ubi enim prevaricatio ibi reatus sequatur necesse est et obiurgatio. Ubi autem correctio ibi laudes et preconia et corone deo quoque. Et si ampliori tempore demoratus sum foras non me penitet quia confidebam de vestre caritatis affectu et fidei integritate. Sciebam enim uxorem michi desponsatam castitate munitam esse sicut in seculari coniugio assolet evenire. Et enim aliquando impudicam uxorem habere se novit, nec presumit ei de domo procedere. Cum et si peregrinari aliquo coactus coactus fuerit cogitatio venti quasi quodam suspicionibus aculeo stimulatus. Cum autem sobriam et castam habet foras securus moratur sufficientiam procurator [...] mores relinquens uxoris. Hoc ego et moyses passi sumus. Ille quidem quia inemendabilem synagogam habebit uxorem reliquit eam et fornicata est et compellit eum deus dicens: Exsurge descende, impie egit populus tuus

Sed ego nullam huiusmodi in sermone accepi
Et cum paululum michi infirmitas corpo-
ris accidisset non me inquietavit vestra
absentia sed securius de vobis egrotationis
mee expectavi medelam Non enim opus
habent sani medico sed qui male habent Veniam
veram et si tardam patior a vobis non
hoc ad detrimentum vestrum sed ad divitias pu-
to proficere vestras Nunc enim pro me primo ma-
gis pro dei gratia correcta sunt vestra coro-
na est vester profectus est Et ideo gaudeo
et tripudio et tamquam volutare me cre-
do et gaudii huius magnitudinem effari
nequeo Quid ergo faciam Quomodo indi-
cabo exultationem mentis mee In testimonium
voco conscientiam vestram quam video ex ad-
ventu meo gaudio esse repletam Vere
gaudium corona et laus mea est Si enim
mea munus vestri presentia tantum plebem
tali replevit voluntate quantum putas-
tis in ex inspone vestra gaudium cumulatum
Et iacob quidem unum filium videns Ioseph
gaudebat senex et recreabatur spiritu Ego
autem non unum Ioseph sed omnes suos simi-
les illi video et gaudeo quia recepi pa-
radisum meum illo paradiso meliore Et ibi
quidem serpens erat insidians hic autem
christus misteria celebrans Ibi eva erat se-
ducens hic autem est coronans ecclesia Ibi
adam seducebatur hic autem amplius adheret deo
Ibi arbores diverse hic autem donationes va-
rie In paradiso arbores marcescunt in ecclesia
arbores fructificant In paradiso unumquodque
genus seminis in proprio perseverat statu in
isto vero paradiso si invenero labruscam vi-
tem uberem efficiam Si invenero oleas-
trum veram olivam efficio Talis etenim
est terre istius natura propter hoc gaudeo pre
nimio satisfactionem quam vero nos abduxit
tanti temporis longitudo superavit satisfac-
tionem meam Carissimi si sermo alicubi
divagatus nomine recedente exigitis cau-
sas ubi moratus sit ubi tum expenderit
temporis Et ego servus sum vestre caritati
emistis enim me non pecuniam confe-
rentes sed caritatem ostendentes Gau-
deo quippe tali servitio mancipatus nec
umquam hoc famulatu opto me solvi
Et enim istud servitium michi libertate
elegantius istud servitium non est ne-
cessitatis sed voluntatis Quis enim non
libentissime serviat dilectioni vestre

tam elegantissimis amatoribus Nam
et si lapideam haberem animam cera
eam fecissetis molliorem Quid dicam
desiderio vestro et favori quem hesternam
audistis die Quomodo voces vestre celum
cum gaudio penetraverunt Ipsum sufi-
cientes aerem civitatem fecistis ecclesiam
honorabar ergo et deus glorificabatur
heretici confundebantur ecclesia vero corona-
batur quia magna leticia est matri cum
exultant filii et grande gaudium pasto-
ri cum exultant agni gregis Venias
ad gaudia virtutum vestrarum Audivi quan-
tum hereticis colluctati estis et qui umquam
egerunt in baptismo redarguistis Nunquid
in cassum dicebam quam melior casta
mulier absente viro repellit adulteros
Absente pastore oves abigunt lupos Sine
gubernatore naute salvaverunt navem sine
duce milites victoriam reportaverunt sine
doctore discipuli profecerunt sine patre filii
roborati sunt Immo magis non sine pa-
tre Fratres Nam si pater prodigum filium susci-
piens statim reconciliavit neque penas
exegit ab eo sed illico amplexus est mul-
to magis filii patrem suscipientes Sed
tamen et ad hoc respondeo pascha meum
in vobis facere habebam Vester enim pro-
fectus meum vestra glorificatio mea corona
est Sed desiderabamus inquit tecum
facere pascha Satisfacio dilectioni vestre quip-
pe cum iam iracundiam vestro dissolvi-
tis aspectu Nemo prohibet hodie vos
mecum facere pascha Sed forsitan dicetis
Numquid duo pascha facturi sumus Non
sed unum et ipsum multiplex Sicut enim
semper sol exoritur et non dicimus mul-
tos soles sed est sol cotidie oriens sic et
pascha semper consummatur et semper celebra-
tur unum est sollempnitatis nostre Iudeorum
similes non sumus non servimus loco ne-
que subditi sumus necessitati temporis [illegible] do-
minica voce firmati Quotienscumque [illegible] in-
quit manducabitis panem [illegible] hunc
et biberitis calicem mortem domini
annunciabitis donec veniat Annunciamus
namque hodie mortem christi Sed tunc qui-
dem festivitas et hodie festivitas Ubi
enim caritas gaudet ibi est festivitas
Et ubi reperio letantes filios maximam
celebro festivitatem Etenim et illa fes-
tivitas caritatis est Hic enim inquit

deus dilexit mundum ut filium suum uni
genitum daret pro eo Sed multi inquit
te absente baptizati sunt Et quid hoc
nichil minus habet gratia non clauditur
donum dei presente me baptizati non sunt
sed sunt a christo sunt baptizati Nunquid homo
est qui baptizat homo dexteram porri
git sed deus manum gubernat Noli de gratia
dubitare carissime quia donum dei est At
tende diligenter que dicimus Si forte ti
bi pro aliqua causa sacra explicanda est Sac
cum obtuleris preces et subscripta accepe
ris sacratam non requiris quali calamo
subscripserit rex neque in quali carta neque
in quali atramento sed unum solummodo queris
si rex subscripsit Sic et in baptismo carta
conscientia est calamus lingua sacerdotis
manus gratia est spiritus sancti Sive ergo
sive sive pallium qui officio fungitur sacer
dotis ipsa manus scribit nos ministri sumus
non auctores Et paulus minister est Sic
enim inquit existimet vos homo tamquam
ministros christi et dispensatores misteriorum
dei Quid enim habes quod non accepisti
Si quid abes accepi Si autem accepi non
meum sed eius qui dedit donum dei Noli ergo
dubitare karissime gratia enim dei perfecta est
locus non prohibet sive hic baptizeris
sive in itinere sive in navi Philippus bapti
zavit in via paulus in vinculis christus la
tronem in cruce exsolvit et statim paradi
si ianuam meruit reserare Propter hec gau
deo et exulto et orationes vestras exigo cum
quibus ad asiam perrexi cum quibus et re
versus est sum cum quibus pelagus transie
ram et admixtus vestris orationibus feliciter
navigavi Nec enim in navim citra vos in
gressus sum nec exivi citra vos non in
civitate citra vos aut in ecclesia sive nobis
Sed amplius quidem eram corpore quamvis
ante caritate Videbam namque ecclesiam
vestram et in pelago et in exultatione gaude
bam Tale enim quid sit caritas que ne
scit angustiari Intrabam in ecclesiam asta
bam altari orationes offerebam et dicebam
Domine conserva ecclesiam quam michi tradidisti
Ego quidem corpore absens sum sed tua
misericordia presens est que me illuc per
duxit et plusquam merebar concessit Et
quia amplificavit multitudo testatur tem
pus Et flore vidi vineam et nusquam spi
ne sentiri ulla vestigia Exultant omnes

et nusquam lupus Nec si etiam alicubi reper
tus fuerit denuntiatur et fit ovis Tanta enim
est vestra fides et caritas ut emulatione vici
tatis provocetis Ipse dominus vos conservavit
et ipse reduxit et in infirmitate positus oro
in variarum sensi auxilium quas michi cot
tidie suffragium postulo Perseverans mea co
navit civitate virium Et quia diligebatis
examinatio inter omnibus manifestum est Sic
enim me absentem tamquam presentem fuistis Nam
in asia cum essem ad corrigendas ecclesias
hinc illo venientes nuntiabat nobis dicen
tes inflammastis civitatem et certe caritas
tempore solet marcescere vestra autem dilectio cot
tidie augmentabatur Et qui multum absente
diligebatis presentem credo quod melius amatis
Iste meus thezaurus hee sunt mee divitie
et ideo vestras orationes requiro Orationes vestre
munimus michi et munimen sunt Noli dicere
ergo languidus sum quomodo potero pro sa
cerdote orare Audi scripturam dicentem Oratio
autem fiebat continua et ecclesia sancta oratio
solvit petri vincula et pauli dilatavit pre
dicationis fiduciam Oratio caminum ignis
extinxit oratio conclusit ora leonum Oratio
seditionem compescuit oratio paradisum aperuit
Oratio celi cardines reseravit oratio fecun
davit Oratio cornelii celos penetravit
oratio publicanum iustificavit Tale a vo
bis munimen exquiro talem gratiam pos
tulo et deus glorie suscipiens orationes ves
tras det michi in apertione oris mei ser
monem quo possim creditum michi populum
instruere ad salutem Per christum dominum nostrum cui cum
quo est dei patri cum spiritu sancto honor
gloria et potestas in secula seculorum Amen De
eo quod supra

Quid dicam quid loquar Benedictus
deus Nunc egrediens dixi sermone
hinc iterum revertens
et illic constitutus hic in ore volvebam
Puto vos meminisse cum ante hoc beatum
Iob adduxissem in medium dicentem Sit no
men domini benedictum hanc vobis historiam
dereliqui has gravium actiones iterabo re
gressus Sit nomen domini benedictum in secula
Diverse rerum cause rerum cause sed una glo
rificatio Et cum expellebar benedicebam
et reversus iterum benedico Et si varie qui
dem cause sed una diffinitio super hyemem
et estatem unus finis culture fertilitas
subsequens campi Benedictus deus qui

Oratio

precipit hyemem. Benedictus deus qui dis
solvit hyemem et fecit tranquillitatem. Hec
dico amonens vos ut semper benedicatis.
Si venerunt mala benedicite et dissolve
tur mala. Si prospera venerunt benedicite
et perseverabunt prospera. Si quidem Iob cum
in prosperis esset benedicebat et cum paup(er)
effectus est glorificabat. Neque tunc in
gratus fuit neque postea blasphemavit.
Diversa quidem tempora sed una voluntas.
Gubernatoris actum nec tranquillitas re
solvit nec tempestas hyemis demergit.
Benedictus deus et cum a vobis sum se
gregatus et cum iterum recepi vos. Corpo
re enim dei providentia est separatus sum
a vobis corpore sed animo non sum a vo
bis divisus. Et ex quo abscessi meum me
titis animum. Et quid dicam? Non sum sepa
ratus a vobis sed magis attentus sum de
siderio vestri. Quod etiam de vobis confido
nichil nobis nocuere insidie. Nichil le
sit insidia sed magis augmentum prestitit
caritati et multiplicavit discipulorum nu
merum. Ante hoc enim diligebar a meis
nunc vero honorificor a iudeis. Sperabant
me a meis filiis separare sed magis me
extraneis adiunxerunt. Non illis agam
gratias sed dei misericordie gloriam re
feram quia conatus illorum malos in
melius commutavit. Nam et iudei cruci
fixerunt christum et illius morte salvatum
est genus humanum. Non illis gratia sed
crucifixo. Considerent quid boni pugna
eorum prestat insidie eorum qualem
nobis leticiam preparant. Ante hoc qui
dem ecclesia replebatur sed et nunc et in pla
teis ecclesie facte sunt. Et unanimes et
compuncti psallentes dei in vos procurastis
aspectum. Voces vestre secreta celi penetra
verunt ut omnis etas viris psalmodias
ministraret attenta. Cursus equorum hodie
et palatia illuc. Nimio currit in ecclesia qua
torrens quidam ac fluvius vestra facta
est multitudo. Voces vestre elevant ad celum
amorem qui ad patrem est ostendentes.
Orationes vestre meum caput coronaverunt. O
ratio enim omnium preclarior viri et mulie
ris. In christo enim Ihesu non masculus neque
femina. Qualiter enarrem potentiam domini
aut mirabilia eius recenseam. Videns
quod dico verum est. Cuncta si quis temptatus
non est viriliter tulerit magnum ex ipsa vin

demiat fructum. Ideo vos ad apostolos invita
vi ut ad eos qui aliquam persecutionem passi fue
rant veniremus. Et nos quidem insidi
as passi illi non impugnati sed tamen illis
nichil nocuerunt quod isti orbem terre lucra
ti sunt. Veniamus ad sancta corpora que christi
stigmata portaverunt. Veniamus ad thimotheum
novum paulum et audiamus alterum petrum.
Credimus invicem vos illorum meritis si vi
lem animum geris non timeas temptationes.
Omnes sancti per ista transierunt. Multa tri
bulatio corporum sed manus refrigerium animarum
prebet nos domini semper augeri et celebris
conventus agere. Gloria quippe pastoris
est omnium multitudo. Quid faciam quid
loquar? Incultum ubi semen non habeo
agrum. Extensa est propago intus perfectum
est templum et pre multitudine piscium ru
pantur retia mea. Quid faciam? Laborandi
locum non habeo, gaudendi habeo tempus
et ideo loquor, non quia indigeatis doctri
na sed ut meam voluntatem vobis ostendam.
Ubique spice comant tellure oves et mul
tiplicantur lupus. Tot spice et nusquam lolium. Tan
te vinee et nusquam vulpes. Ubi nunc latent
lupi? Quo abierunt vulpes que eos per
secute sunt? Ovem in auditam. Pastores
conquesti sunt et oves luporum rabiem abiece
runt. Insidias vulpi non oppresserunt. O
omnium sapientia o filiorum affectus o discipu
lorum caritas o pulcritudo sponse absente
viro abegit adulteros. Ostense sunt eius
divicie apparuit pulcritudo. Latrones confu
si ierunt et aufugerunt. Dicito michi quo
modo persecuti sunt lupi. Quomodo pepulisti
latrones? Frequenti inquit oratione ad deum.
Quomodo deprehendisti adulteros? Continuis
inquit lacrimis ex desiderio vestri. Non ac
cepi arma non sumpsi lanceas non arripui
scuta. Solummodo ostendi eis pulcritudinem
meam qua perspecta vulnerati fugerunt.
Ubi nunc illi? Procul dubio in confusione.
Ubi nos? In leticia. Ubi nunc illi? Consciencie
sue malo tabescunt. Ubi vero nos? In mag
na exultatione glorificamus deum. Quid
dicam? Quid loquar? Adiciat dominus super
vos, super vos et super filios vestros. Et alle
vet dominus multum sum super vos et mise
reatur vestri in christo Ihesu domino nostro. Cum e
cum deo patre et spiritu sancto honor gloria
et potestas per immortalia secula seculorum.
Amen. De incarnatione verbi

Si credis quod deus erat verbum se
cundum ewangeliste testimonium
crede quia hoc verbum caro factum
est / ita ut incommutabilis deitas
permaneret. Deus enim incommutabilis est que
nulla substantia capitur / cum ipse sit omnium capax
non ipsius neque augmentum dierum neque diminu
cionem temporum. Non enim ex tempore aliquid i
nicium habet qui est ante secula non aliqua
factura est que temporibus excludatur / sed
in patris natura semper manens absque ini
cio invenitur quia coeternus genitori inicium
non habuit. Unde et ex temporibus inicium dedit
ipse non in tempore permanens sicut scriptum
est. Omnia in se manens innovat omnia per
quem omnia facta sunt et sine ipso factum
est nichil. Si vero et temporale aliquid de ip
so volueris cogitare quia cum sit uni
genitus dei filius dicitur etiam filius homi
nis in dispensatione carnali cognosce vocem
illam patris dicentem Ego hodie genui te
Ut quod ait hodie genui te filio hominis ex
maria nato ascribas auferens prorsus tem
poralitatem ab illa incommutabili deitatis na
tura. Si autem et secundum paternam generacionem eum
considerans pro eo quod ingenitus est pater / et ideo
filius unigenitus et ideo distinctionem aliquam
inter genitorem et genitum definire velis hec
inde ut intellectu pro tante necessitudinis
intuearis archanum. Cum et prius quam nasce
retur unigenitus / cum genitore generandus
manebat / non ipsius distancia temporis sit
impii dicunt / quia erat quando non erat
ineffabilem dei increatoris generacionem mor
talium creaturarum specie metiuntur que gradibus
et etatum generantur et generant. Tunc ty
eciam de ipsis eos condicionis humane condi
cionibus generacionibus arguam. Nam si etiam
homini inest antequam generet et id quod ex
eo generandum est / secundum est / secundum naturam
et antequam generet non aliunde mutatur ut
semet progeniem qui genitururus est. Quanto
magis in deo patre omnipotente ista racio
tenenda est ut eque incommutabilis et sempiter
nus filius in eterno atque incommutabili patre
semper fuerit secundum naturam inseparabilis sub
stancia est excludens illam impiorum blas
phemiam que dicit erat quando non erat. Si
vero manifestius volueris agnoscere qui erat
semper in patre priusquam nasceretur non legi
sti in factura et constitucione mundi moyse
exponente quomodo ex persona opificis dom

producat terra herbam feni seminantis semen secundum
genus et similitudinem et lignum fructiferum
faciente fructum cuius semen eius est in
ipso secundum genus et similitudinem super terram.
Si ergo lignum fructiferorum quod in escam datum
est hominibus prius quam producat fructus in
semetipso semen fructuum habet secundum genus
et similitudinem suam quanto magis deus qui crea
tor et largitor eorum est in semetipso habuit
natum suum antequam signaret. Non enim duos
ingenitos dicimus sed unum ingenitum patrem
perfectum qui filium ex seipso genuit perfectum
sicut ipse est perfectus pater. Tu ergo qui vi
des dicentem pater si possibile est transeat
a me calix iste. Verumptamen non sicut ego volo
sed sicut tu vis / non vides eundem dicentem po
testatem habeo ponendi animam meam et
potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo
enim aufert a me sed a me ipso pono eam
ut rursus assumam illam. Quod utque dotes
docet te ut ius proprie voluntatis eius non
extimescens eum mutatum esse arbitreris quia
non sicut indigens suscepit aliunde virtutem
cum qua sit operatus ei sed sue potestatis imperio u
sus est et non assumptive assumptionis benefi
cio. Conspice ergo liberum et principale divine
voluntatis arbitrium et noli contrahere atque
concludere in angustiis mentis tue divine
maiestatis qui propter te susceptam fragilitatem
vestitus est sed redde altitudinem glorie sue
habentem potestatem anime sue ponende et re
sumende / diminucionem vero ad eum resu
mende qui passus est et resurrexit. Passus
est tamen quia voluit surrexit quia potuit.
Vides ergo dicentem Non veni voluntatem
meam facere sed voluntatem eius qui misit me
Et qui misit me maior me est. Et eciam
non consideras eundem dicentem ego et pater u
num sumus ut quod sumus personis ascribas
Quod vero dicit unum divinitati assignes
Et si enim videris orantem si crucifixum
si ex tempore orantem considera secundum quod ad eum
dictum est Ego hodie genui te. Illud michi in
tellige de quo scribit ad hebreos dicens apostolus
Quid est homo quod memor es eius aut fili
us hominis quia visitas eum. Minorasti eum
paulominus ab angelis / gloria et honore co
ronasti eum et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus
eius oves et boves. Et ideo magister illico sua
disputacione subtexuit. Nunc adhuc non vide
mus omnia illi subiecta paulo ante minus

ab angelo minoratum. Videmus ihesum propter passionem gloria et honore coronatum. Cum uero audieris et illud quod de eodem ihesu domino nostro beatus apostolus dicit: Cum subiecta ei fuerint omnia, tunc et ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Et recurrere oportet ad apostolum et per ipsum magisterium inueniri, quia dixit: nec dum uidemus uniuersa illi subiecta. Regem omnem linguam confitente quia dominus noster ihesus christus in gloria est dei patris. Ut quando adimpleta fuerint subiecto confitentium quia dominus ihesus in gloria est dei patris in subiectione eius, cum subicitur omnis lingua. Hec de filio hominis secundum apostolum. Tunc filius hominis secundum apostolum in subiectione plenitudinis credentium subicitur domino uerbo, ut sit iste qui assumptus est homo sit deus omnia in omnibus. Quia per ipsum iudicem erit retributio iustis in statu in gloriam et peccatoribus iusti iudicii tormentorum in dampnacionis uram. Si autem uolueris magnitudinem filii in agnitione patris comprobare, uade ad philippum et interroga cum ipso dicens: Ostende nobis patrem et sufficit nobis. Et potius dic tu ipso tibi domino uidente quia pater meus usque adhuc operatur et ego operor. Et tunc philippo audies: Tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me? Philippe, qui uidet me uidet et patrem meum, quia ego in patre et pater in me est. Hoc ait illuminans nos.

Ewangelium. In illo tempore Maria **secundum Johannem** stabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua. **Omelia Origenis.**

In presenti sollempnitate locuturus auribus uestre fraternitatis dilectissimi, amor uenit ad memoriam quo beata maria magdalena dominum nostrum super omnia diligendo discipulis fugientibus eum ad mortem euntem sequebatur, at nunc amoris igne succensa nimio ardoris desiderio indesinenter plorans a monumento non recedebat. Maria enim ut euangelista testatur stabat ad monumentum foris plorans. Audiuimus fratres mariam ad monumentum foris stantem, audiuimus et mariam plorantem. Videamus si possumus cur staret, uideamus et cur ploraret. Prosit nobis illius stare, prosit et illius plorare. Amor faciebat eam stare et dolor cogebat eam plorare. Stabat et circumspiciebat si forte uideret quem diligebat. Plorabat uero quia sublatum existimabat quem querebat.

Dolor renouatus erat, quia quem prius doluerat defunctum, nunc dolebat ablatum. Et iste dolor maior erat quia nulla habebat consolationem. Primo fuit causa doloris quia uiuum perdiderat, sed de hoc dolore aliquantulam consolationem habebat quia mortuum se retinere credebat. Nunc autem de isto dolore consolari non poterat quia uel corpus defunctum non inueniebat, metuebatque ne amor magistri sui in pectore suo frigesceret si corpus eius non inueniret quo ipso recalesceret. Venerat autem maria ad monumentum deferens secum aromata et unguenta que parauerat, ut sicut antea pedes uiuentis unguento precioso unxerat, sic nunc totum corpus defuncti et unguento ungeret et aromatibus condiret. Et sicut prius ad pedes eius lacrimas fuderat, ita nunc ad monumentum. Flebat prius et lacrimis super pedes eius rigauerat pro morte anime sue, ueniebat nunc monumentum rigare lacrimis pro magistri sui morte. Cum autem non inuenisset corpus in monumento et labor ungendi periit, sed dolor lugendi creuit. Defuit obsequio qui non defuit dolori. Defuit quem condiret et si non defuit quem ploraret, eoque magis plorabat quo magis ille deerat. Plorabat enim uehementer maria quia additus erat dolor super dolorem eius, duosque eximios uno gestabat in corde quos utrumque lacrimis uolebat sed non ualebat. Et ideo per tota poita in dolore mente et corpore deficiebat et quid ageret nesciebat. Quid enim mulier ista poterat agere nisi plorare, et que intollerabilem habebat dolorem et nullum inueniebat consolatorem. Petrus quidem et Johannes uenerunt cum ea ad monumentum, sed non inuento corpore abierunt ad semet ipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans et quasi desperando sperans et sperando perseuerans. Petrus et Johannes timuerunt et maria non timebat, quia nichil superualebat sibi superesse pro quo timere deberet. Perdiderat enim magistrum suum et quem ita singulariter diligebat ut preter ipsum nichil posset sperare, nichil posset diligere. Perdiderat uitam anime sue et iam melius arbitrabatur fore sibi mori quam uiuere, quia forsitan inueniret moriens quem inuenire non poterat uiuens. Sine eo tamen uiuere non ualebat. Fortis est ut mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors in maria? Facta erat exanimis, facta erat insensibilis

Sentiens non sentiebat / et videns non
videbat audiens quoque non audiebat Sed
neque ibi erat et quia ibi erat ubi magis
prius erat / de quo tamen ubi esset nes
ciebat Querebat enim et non invenie
bat et ideo stabat ad monumentum et plora
bat tota lacrimabilis tota miserabilis O
maria quid spei quid consilii quid cordis
erat tibi ut sola stares ad monumentum
et plorabat tota lacrimabilis tota mise
rabilis cum discipulis abeuntibus Tu
ante illos venisti et cum illis non redis
ti sed post illos remansisti Cur hoc fecis
ti Sapiebas plus illis aut diligebas
plus quam illi et que non timebas ut
illi At certe nichil modo sapiebat maria
nisi diligere et pro dilecto dolere Oblita e
rat timoris oblita quoque gaudii et oblita erat
se ipsam oblita erat denique omnia preter
illum quem diligebat super omnia Et quod
mirabile est sic erat oblita ut etiam ip
sum non cognosceret Crede michi quia si
ipsum cognosceret in monumento eum non
quereret Et si verba illius corde retineret
non de mortuo doleret sed de vivente gauderet
nec de sublato ploraret sed de resurgente
exultaret Dixit enim ihesus quod sic morie
tur et tercia die resurget Sed pro dolor nimi
us dolor cor illius repleverat et memoriam
illorum verborum deleverat sensus in ea nullus
remanserat Omne consilium ab ea perierat
et spes omnis defecerat solummodo flere sup
erat Flebat ergo quia flere poterat Et
dum fleret inclinavit se et prospexit
in monumentum et vidit duos angelos in
albis sedentes / unum ad pedes et unum ad ca
put Dicunt ei illi Mulier quid ploras O
maria ecce multam consolationem invenisti
et forsitan melius contigit quam sperasti
nam tu querebas unum sed duos invenisti
Querebas hominem et angelos invenisti Que
rebas mortuum et viventes respexisti Respe
xisti eos qui de te curam videntur habere et vo
lunt dolorem tuum lenire Ille non quem que
ris videtur dolorem tuum lenire Ille vero
quem queris videtur dolorem tuum negligere
lacrimas tuas videtur despicere / vocas eum
et non audit / oras et non exaudit Quere
ris illum non invenis et pulsas et non
aperit tibi sequeris illum et fugit Heu quid
est hoc / heu quam magna mutacio heu quo
modo mutata est res in contrarium Iste enim

qui modo recessit a te qui modo forte ne
scio pro te diligit olim te diligebat et oli
a phariseo te defendebat / et a sorore tua
te diligenter excusabat Olim te laudabat
quando pedes suos unguento ungebas la
crimis rigabas / et capillis tergebas Dolore
tuum mulcebat / et peccata tua dimittebat O
lim querebat te cum non adesses vocabat
te cum abesses / et mandabat tibi per soro
rem tuam ut ad se venires magister ad
est et vocat te Quam cito surrexit maria
ut audivit / et quam cito venit / et solito
more cecidit ad pedes tuos o bone ihesu
Tu quoque cum vidisti eam contristatam
contristatus es / cum vidisti eam lacriman
tem lacrimatus es Quam pie eam consolan
do dixisti Ubi posuistis eum Denique pro dilec
tione eius que multum dilexit te fratrem
suum lazarum suscitasti et planctum eius di
lectricis tue in gaudium convertisti Et o di
lectissime magister quid post hoc peccavit
inter hec discipula tua Aut in quo po
stea offendit dulcedinem cordis tui hec ca
rissima tua et quia sic ab ea recedis Nos post
hoc nullum aliud peccatum de ea audivimus / et no
quia quando sepultus fuisti ante omnes
venit ad monumentum tuum ferens unguenta
quibus corpus tuum ungeret et cum invenisset
te in monumento cucurrit et nunciavit hec
discipulis tuis Illi venerunt viderunt et a
bierunt hec autem stat et plorat Si hoc peccatum
est negare non possumus quin hoc faciat ipsa
Si autem peccatum non est / sed est amor tuus
et desiderium quod habet de te quare sic recedis
ab ea et abscondis te qui inveniris ab om
nibus querentibus Tu dicis Qui mane vigi
laverint ad me invenient me Ergo mulier ista
que valde mane vigilat ad te cur non inve
nit te Quare non consolaris lacrimas eius
quas profundit pro te domino suo sicut conso
latus es lacrimas quas fundebat pro fratre
suo Si tu solito more eam diliges / cur tam
diu desiderium eius protrahis Veritas ma
gister et testis fidelis / recordare testimonii quod
olim de maria reddidisti marthe sorori sue
Dixisti enim Maria optimam partem elegit
que non auferetur ab ea Vere optimam partem
elegit maria / quia elegit stare ad pedes tu
os et audire sermones tuos Vere optimam
partem elegit quia te elegit Sed quomodo verum
est que non auferetur ab ea et si tu es ab
latus ab ea Immo si ab ea non est ablata optima

pars quam elegit et propter solum plorare non
desinit quia quod elegit nunc perdidit Er-
go o custos thesauri aut tu partem quam ele
git custodi mea aut ego nescio quomo
do sit que non aufertur ab ea et si hoc
intelligatur quod licet tu sis ablatus ab ocu
lis eius eius tamen non es ablatus a cor
de eius Sed o maria quid iam amplius
morans quid turbaris quid ploras Ecce
habes angelos sufficiat tibi angelorum
visio et quia forsitan ille quem queris
quem ploras sentit aliquid in te propter quod non
vult videri a te Pone iam finem dolori
tuo sit modus lacrimis tuis Recordare quod
ipse dixit tibi et aliis mulieribus nolite
flere super me Ergo quid est hoc quod facis
Ipse prohibuit flere et tu tamen non desi
nis flere Timeo ne plorando ipsum offen
das pro quo sic incessanter ploras Nam si ip
se amaret lacrimas tuas non posset for-
tassis ut olim sufferre et tenere lacrimas
tuas Nunc ergo audi consilium meum suf
ficiat tibi angelorum consolacio et mane cum
illis Interroga illos si forte sciant quid fac
tum sit de eo quem queris et quem ploras
Ego credo certe quia ad hoc ipsi venerunt
ut testimonium de ipso perhibeant et credo quod
ipse quem ploras misit eos pro se et pro
te ut annuncient resurrectionem suam et con
solentur deploracionem tuam Dicunt ei mu
lier quid ploras Que est causa tanti dolo
ris tui Non abscondas a nobis lacrimas tu
as Sed aperi nobis animum tuum et nos indica
bimus tibi desiderium tuum Maria nimio do
lore confecta tota in excessu mentis posita
nullam recepit consolacionem et ad nullum
attendit consolatorem Sed intra se cogitat
dicens Prohdolor qualis est ista consolacio qua
lis est ista visitacio Querens sunt michi hos
consolatores et gravant me et non conso
lantur Ego autem quero creatorem et ideo
gravis est michi omnis creatura ad viden
dum Nolo angelos videre et nolo cum an
gelis manere quia possunt dolorem augere et non possunt
penitus delere Si reperiunt in mea natura
et si voluero illis ad omnia videre timeo ne
amorem meum magis impediat quam expe
diant Denique ergo non quero angelos sed
eum qui fecit et me et angelos sed eum qui fe
cit et me et angelos Non quero angelos
sed meum et angelorum dominum Tulerunt dominum me
um ipsum solum quero ipse solus potest me

consolari sed nescio ubi posuerunt eum Cir-
cumspiciens si viderem illum et non video velle
videre locum ubi positus est et non invenio
Heu me miseram Quid agam quo ibo Quo
enim abiit dilectus meus Quesivi enim
in monumento et non inveni vocavi et
non respondit michi Heu me ubi eum re
queram ubi illum inveniam Surgam ter
te et circuibo omnia loca que potero Non
dabo sompnum oculis meis et non dabo
requiem pedibus meis donec inveniam il
lum quem diligit anima mea Effundite
lacrimas oculi mei plorate et nolite desistere
Ambulate pedes mei et discurrite et nolite
quiescere Heu heu quo abiit gaudium meum
ubi latet amor meus ubi est dilectio mea
Cur me dereliquisti salus mea O dolores
o angustie intollerabiles Angustie sunt
michi undique et quid eligam ignoro Si
iuxta monumentum maneo ego illum non
invenio Si a monumento recessero nescio
infelix quo vadam nescio enim ubi eum
queram discedere a monumento mors michi
est stare ad monumentum irremediabilis
dolor est Melius aut michi est sepulcrum
domini mei non dimittere quam ab eo longius
abire Si enim longius abiero forte cum
rediero et ipsum inveniam aut destructum
Stabo igitur et hic morabor ut saltem iux
ta sepulcrum domini mei sepeliar O quam beatum
corpus meum si fuerit sepultum iuxta
virginum meum O quam felix anima mea si
egrediens de vase fragili corporis mei
mox poterit ingredi gloriosum sepulcrum
domini mei Corpus meum semper fuit anime mee
labor et dolor sepulcrum domini mei erit illi re
quies et honor Hoc ergo sepulcrum in vita
mea erit consolacio mea et in morte me
a erit requies mea Vivens iuxta illud
manebo et moriens illi adherebo nec vi
va nec mortua ab illo separabor Heu me in
felicem Quare ergo tunc non hec per
spexi et qui dominum meum sepelirent conspexi
Quare tunc non steti iuxta monumentum
et corpus eius tunc preveniunt non custo
divi Nunc certe non plorarem sublatum
et qui aut prohibuissem aut subsecuta
fuissem sublatores sed prohdolor Ego vo
lui observare legem et dimisi dominum legis
legi obedivi et cum tu lex obedit non
custodivi corpus eius cum ipso manere non sivisset
legem tu transgredi sed adimplere Pasca enim

abisto defuncto non gravatur sed renovatur
Mortuus iste non polluit mundos sed mun
dat immundos Lavat omnes tangentes se et
illuminat accedentes ad se Sed quid recolo
dolorem meum Ab hoc redii monumentum
apertum inveni ipsum quem querebam non
inveni Stabo itaque et expectabo si forte
alicubi appareat Sed quomodo stabo sola Abie
runt discipuli et me solam plorantem re
liquerunt Nusquam apparet qui mecum do
leat nusquam appareat qui mecum inquiri
requirat Apparuerunt angeli sed nescio pro
qua causa apparuerunt Si consolari me
vellent causam pro qua ploro non ignora
rent Si enim non ignorant quid ploro
cur dixerunt michi quid ploras An ideo me
rogant ut me plorare prohibeant Que
so non hoc michi suadeant non hoc mo
neant alioquin me interficiat Quid plura
Ego illis non obediam et dum vivam plo
rare non desinam donec dominum meum inve
niam Sed quid faciam ut illum inveniam
Quis me ducat ad quem ibo a quo consili
um petam Quem percunctabor quis mei mi
serebitur quis indicabit michi quem diligit
anima mea ubi positus sit ubi cubet ubi quie
scat Queso nunciate illi quia amore lan
gueo et dolore deficio nec est dolor sicut
dolor meus Revertere dilecte mi revertere dilec
te notorum meorum O amabilis et desiderabi
lis redde michi leticiam presencie tue ostende
michi faciem tuam Sonet vox tua in auribus
meis vox enim tua dulcis et facies tua de
cora O spes mea ne confundas me ab expec
tacione mea Demonstra michi faciem tuam
et sufficit anime mee Dum maria sic do
leret ac sic fleret cum hoc dixisset conversa
est retrorsum et vidit ihesum stantem et nes
ciebat quia ihesus est Dixit ei ihesus Mulier
quid ploras quem queris O desiderium ani
me eius tu cur interrogas eam quid ploras
Ipsa paulo ante oculis suis tam magno do
lore cordis sui te viderat spiritum suum suspe
di in ligno et tu nunc dicis quid ploras Ipsa
viderat manus tuas quibus sepe benedic
ta fuerat et pedes tuos quos deosculata
fuerat et quos lacrimis rigaverat clavis af
figi et tu dicis nunc quid ploras quem que
ris Viderat te expirante spiritum tuum spiritum
videt tuum et tu dicis quid ploras Nunc
insuper et corpus tuum sublatum existimat
ad quod ungendum ut sese quodammodo conso
laretur veniebat et tu dicis quid ploras
quem queris Dulcis magister ad quid queso pro
notas eius animum Tota pendet a te tota ma
net in te tota sperat de te et tota desperavit
de te Ita querit te ut nichil querat nichil co
gitet preter te Ideo forsitan non cognoscit te
quia non est in se sed preter te est extra se Cur
ergo dicis quid ploras quem queris An pu
tas quod ipsa dicat te ploro te quero nisi ut pro
us inspirans et dicens in corde suo ego
sum quem ploras et quem queris An pu
tas quod ipsa agnoscat te quando in volens ce
lare te At illa existimans quod ortolanus
esset dixit ad eum Domine si tu sustulisti eum
dicito michi ubi posuisti eum et ego eum
tollam O dolor miserabilis o amor mirabilis
Mulier ista quasi densa nube dolo
ris obtecta non videbat solem qui mane
surgens iam radiabat per fenestras eius quando
pannos corporis sui iam intrabat domum
cordis sui Sed quia amore languebat isto
languore sic oculi cordis eius caligaverunt
ut non videret quem videbat Videbat enim
ihesum sed nesciebat quia ihesus esset O maria si
queris ihesum cur non cognoscis ihesum et si cog
noscis ihesum cur queris eum Ecce ihesus venit
ad te et quem queris querit a te et tu orto
lanum eum existimas Verum quidem est quod ex
istimas sed tamen in hoc erras dum sic eum
ortolanum existimas ut ihesum non cognoscas
Et enim ihesus est et ortolanus quia ipse se
minat omne semen bonum in orto anime
tue et in cordibus fidelium suorum Ipse est
qui olus bonum plantat et rigat in animabus
suorum et ipse est ihesus qui tecum loquitur
Sed forsitan ideo eum non cognoscis quod
tecum loquitur Mortuum queris et viventem
non recognoscis Nunc in civitate compre
hante esse causam pro qua a te recedebat
et pro qua tibi non apparebat Cur igitur
appareret quem non querebas Tu certe quere
bas quod non erat et non querebas quod erat
Tu querendo ihesum nesciebas ihesum O dulcis
et pie magister non possum omnino excu
sare hanc discipulam tuam non possum
libere defendere hunc errorem suum si tamen
errabat quia qualem te requirebat quale
te viderat qualem te in monumento positum
reliquerat Viderat quippe defunctum corpus
tuum de cruce deponi et in monumento repo
ni tantusque dolor invaserat eam de mor
te sua ut nichil posset sapere de vita sua tam

tristicie maior innascerit eam de sepultura
tua ut nichil posset cogitare de resurrectione
tua Denique Joseph posuit in monumento cor
pus tuum maria sepelivit ibi pariter spiritum
suum et ita indissolubiliter univit et quoda
mo vinxit eum cum corpore tuo ut facili
us posset separare animam in se vivificante
a vivificato quam a vivente corpore suo quam
spiritum te diligentem a defuncto corpore tuo
Spiritus enim marie magis quam plenius
erat in corpore tuo quam in corpore suo Cumque
requirebat corpus tuum requirebat pariter
et spiritum suum Et ubi perdidit corpus tuum
perdidit et spiritum suum Quid igitur mirum si sen
sum non habebat que spiritum perdiderat Quid
ergo mirum si te nesciebat que non habe
bat spiritum quo sentire debebat Redde ei ita
que spiritum suum et delinquet errorem suum Re
dinomodo (?) errabat que sic pro te dolebat et
sic te amabat Certe si errabat indubitanter
dico quod ipsa errare se ignorabat Et hic error
non procedebat ab errore sed ab amore et do
lore Igitur simitoris (?) et iuste index amor quem
habet in te et dolor quem habet pro te excu
sent eam apud te si forte errat circa te Ne
attendas ad mulieris errorem sed addisci (?)
pulcre amorem que non errore sed pro amo
re et dolore plorat et dicit tibi Domine si tu
sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum
et ego eum tollam Quam sapienter nescit
quam docte errat Angelis dixit tulerunt dominum
meum et nescio ubi posuerunt eum et non
dixit tulistis et posuistis quoniam angeli nec
de monumento te tulerunt neque te in aliquo
loco posuerunt Tibi vero dixit Si tu sus
tulisti et posuisti quia tu veraciter teipsum de
monumento sustulisti et in loco ubi es te po
suisti Angelis non dixit dicite michi quia
angeli non poterant ex toto dicere quod circa te fac
tum fuerat et ut factum fuerat Tibi vero
dixit dicito michi quia non est impossibile
tibi dicere quod possibile fuit tibi facere Tunc
enim virtute tua surrexeris et quod circa te fac
tum fuerat tu ipse feceris prout factum
fuerat Quid est autem hoc o domine quod ma
ria tam crebro dicit et repetit verbum istud
ubi posuisti eum Dixerat enim prius apostolis
ubi posuerunt eum et nunc dicit tibi de
te ubi posuisti eum Multum enim dulcescit
verbum hoc in corde suo quod sic habundat
in ore suo Certe dulcis magister hoc fuit
dulcedo tua et hoc fuit ipsa pro amore tuo

quam meruit te dixisse desiderio suo ubi po
suisti eum Ex quo enim audivit hoc verbum
ab ore tuo conservavit illud diligenter in cor
de suo O quantum diligit personam tuam que
sic diligit vocem tuam O quantum desiderat
videre vultum tuum et quam libenter oscula
retur pedes tuos que tam ardenter continuat (?)
sermones tuos Quid est hoc etiam o
bone ihesu quod dicit de te et ego eum tollam
Joseph timuit et non est ausus tollere
corpus tuum de cruce nisi in nocte et nisi
hoc peteret a pilato Maria vero nocte non
prestolavit nec pilatum veretur sed audac
ter promittit dicens ego eum tollam O
maria si forte corpus tuum ihesu positum esset
in atrio principis sacerdotum ubi apostolorum
princeps tale (?) timebat se adiungere quid
factura es Ego enim tollam O mirabilis
mulieris audacia O mulier non mulier
Et si ancilla hostiaria interrogaret te quid
factura es ego eum tollam O ineffabilis
huius mulieris amor Nullum locum exci
pit nichil autem ponit sine terrore dicit ab
solute promittit Dicito michi ubi posuis
ti eum et ego eum tollam O mulier mag
na est fides tua magna est constancia
tua Tu ergo bone domine tui oblitus es
dicere fiat tibi sicut vis et confide filia fides
tua te salvam fecit Cur igitur non dicis
ei ubi posuisti te ut ipsa tollat te supra
cor suum et portet te in corpore suo et annun
ciet te discipulis tuis Noli queso dulcis
magister illius iam ultra protrahere desi
derium ipsius quia ecce iam triduo sustinet
te nec habet unde posset suam esurien
tem animam saciare nisi tu manifestando
porrigas illi panem corporis tui et de frag
mento eius repleas cophinum cordis sui
Si ergo non vis ut deficiat in via refice
eam et conforta interiora anime sue dulcedine
saporis tui Tu enim es panis vivus ha
bens omne delectamentum et omnem saporem
Non enim diu potest retinere vitam corpo
ris nisi tu cito ei manifestes te vitam
anime sue Dixit ei ihesus Maria Conversa illa
dixit ei Raboni quod dicitur interpretatum ma
gister Dicit ei ihesus Noli me tangere O
mutacio dextere excelsi conversus est dolor
magnus in gaudium magnum Mutantur sic
lacrime doloris in lacrimas amoris Ubi ma
ria audivit sicut enim consueverat eam
vocare magister suus percepit in ipso voce

quidam singulare vocatoris dulcedi
nis / et per eam cognovit ipm / a quo vo
cabatur magrm sum esse Tunc revixit
spus eius et reversus est sensus eius Cu
iherpis ad hec vba non potuit hec ma
ria paciens expectare sed pre nimio gau
dio irruit dicens Rabboni Non arbitra
tur se indigere vbis que invenerat ver
bum Et longe utilius forte estimabat
tangere vbum quam audire quelibz O
maria fortis et paciens non sufficie
bat illi dicere inde ihm et loqui cum eo
nisi etiam tangeret ihm Dicebat enim
quia virtus de illo exibat et sanabat
omnes O pyssime dne et dulcissime
magr quam bonus es hys qui recto sunt
corde et quam suavis hys qui diligunt
te O quanta in te et non est delicta a te
sed plus consecuta pre / quam expetieret
ate Sequamur igitur fratres ihus dilec
tionis affectum ploret unusquisque ad ihe
sum et querat diligenter ihm / quia no
celavit se querenti peccatrici Disce peccator
homo a peccatrice muliere / cui tamen
dimissa sunt peccata sua Disce plorare
de absencia amare dei presenciam Disce a
maria ihm amare ihm sperare et ihe
sum querendo perseverare / nulla adversa for
midare / nullam consolacionem extra ihe
sum recipere omnia pro xpo contempnere
Disce o maria et quere ihm in monu
mento cordis tui revolue lapidem ab
hostio monumenti / amove omnem duri
ciam et repelle omne obstaculum a fide
tua omnem mundi concupiscenciam a corde
et diligenter perscrutare si ihus est in eo
Si autem non inveneris in eo ihesum
sta foris et plora permane in fide et re
spice foris / si forte in aliquo loco vide
ris eum et plorando ora ihm ut dig
netur intrare ad te et habitare intus Et
ne forte erecta cervice repellas eum a
te humiliando inclina te et intus prospi
ce in monumento dei quod est intus Et si
videris ibi angelos unum ad caput et u
num ad pedes id est si cognoveris esse in
corde tuo qua si celestia desideria tam
ad activam quam ad contemplativam vitam p
tinencia perque tamen non possis adhuc
vide et habere ihm noli hys contentus
esse noli adhuc desistendo quiescere Sed
plora et quere ihm intus donec invenias

Et si forte aliquo modo tibi apparuerit et
desiderio tuo se presentavit noli dete pre
sumere tamquam eum agnoscas Sed inter
roga illum et ora ut indicet se ipm tibi
Audeo tibi confidenter promittere si in fide
ad monumentum cordis steteris / si plorando
ihm queris et querendo perseveraveris si te
cum humilitate inclinaveris et si exemplo ma
rie nullam aliam consolacionem de ihu n
ipm recipere volueris eo revelante ipm
invenies et ipm cognosces Ita ut non
sit tibi necesse querere ab alys ubi est ihus
Sed tu magis indicabis eum nunciando
alys / quia vidi dnm et hec dixit michi
Cui est cum patre et spu sancto honor
virtus gloria et imperium per immortalia
secula seculorum Amen



Incipiunt capitula libri Registri. ii.

De hiis qui fideles fuerunt et ad cultum ydolorum reversi sunt et per penam ad fidem revertendi sunt, et de solidis quos misit pro vestimentis comparandis

De consolatione merenaium et de novis heresibus et de pura benedictione complete ii.

De sepultura in ecclesia non vendenda sed per vendita non prohibenda, et de causa iudicata non revolvenda iii

Ut honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti ab eo qui accipere desiderat dari non debetur ut ex datione petitie et neophitiam ad sacrum ordinem non permittatur iiii

De oratorio in proprio construendo ubi nullum corpus antea fuerat humatum et de dote ipsius oratorii qualis et quanta sit et ut absque missis publicis sollempniter consecretur v.

Ut clericus fugitivus ad aliam ecclesiam communione privetur nisi forte sint vicinus morti usque dum ad propriam ecclesiam coactus redeat vi

Ne prepositi in opprimendos se fruit valeat occupare subiectos ut subiecti iterum contra suos prepositos effrenati sint resultandi licentia et de reditu ecclesie qualiter in quarta parte dividendus sit vii

De quadam femina que prectis religiosis vestibus ad secularem habitum est reversa viii

Ut quo episcopus iuxta delinquentes debet arctius et vigilantius existere et de monachico habitu ad secularem reversis qualiter debeat iudicari et ut missus episcopi quantum debeat in auxilium episcopi de sua prescripta esse ix

Ut hii qui rationibus publicis implicati sunt in monasterio vel in clero non recipiantur nisi subiecti prius examinatione fuerint x

Qualiter iuxta penitentes debet sacerdotis clementia insistere vi

Ut ea que in iudicio finita sunt non refragantur et qualiter debet abbas in monasteriis suis in hereditate succedere vii

Et qualiter in contemptores debet refrenari qui statuta contempnunt et qualiter episcopi debent vigilantie curam impendere in regulis canonicas viii

Ut si unus episcopus alterius episcopi invasor extiterit ab aliis episcopis coarceatur ex iussione pontificis xiiii

Ut unus episcopus alteri pro veritate iustitia in omnibus adiutor existat xv

Definitio inter regionarios et defensores quod defensores pro suo labore adipiscantur ea que hiis sunt ordinata ab uno pontifice vel episcopo ab aliis non rescindantur ne exemplo suo doceant que post se constituta dissolvere xvi

Ut inter ecclesiam et monasterium intentio evenit apud electos arbitros mediis sacrosanctis evangeliis finiatur et de suis abbate de semetipsis eligantur si habuerint dignam personam sin autem de alio monasterio eligatur et sine voluntate abbatis ad ordines sacros vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant nisi necessitas fuit ad aliud monasterium ordinandus et inventarium rerum vel cartarum monasterium ab ecclesiasticis fieri non debeat sed tantum ab aliis abbatibus et frequenti episcopi visitatione monasterium non gravetur xvii

Commendatitia ad maximianum episcopum de abbate Claudio quem apud se diu pro solatio ubi dei retinuit xviii

De hiis qui arbores tollunt qualiter emendentur et ut de vigiliis civitatis nemo excusetur tempore belli xix

Non inferendo contra veritatem in iudicio xx

Ut christianus iudeo et samarito servire non debeat quia mancipia dominos suos ad fidem precedentia funditus eorum aperte redigi iura prohibeant xxi

Iustiniane patricie ut ad limina apostolorum venire non formidet barbarorum, et de decem libris auri quas pro redemptione captivorum misit xxii

Ut iudei qui baptizari volunt paschali festivitate expectanda non impediantur sed quolibet tempore xl dierum ieiunio expleto si qua sollempnitas occurrerit ad divino die baptizentur xxiii

Non contristetur sacerdos de excommunicato predicatore et de presbytero post lapsum in sacro ordine permanere ante reiudicate non posse etiam si fuerit post commissum facta professione confessus xxiiii

Ut liceat iudeis suam legem XXV
a nemine impedimentum patientibus
servare

De clericis qui vasa ecclesie ve XXVI
ndiderunt in sicilia et de mandacione
pontificis quod non sicut debuit inquisi
tum fuit

Ut consuetudo sancte romane ecclesie XXVII
ab aliis ecclesiis non usurpetur nec in pal
liis nec in aliis rebus nisi per consen
sum pontificis

De gestis sanctorum que tunc tempore XXVIII
bentur non bibliothece romane et de
lignis transmissis qualitatem navis et
quod precium non est accipiendum pro his
que precio non emuntur

De predicatione eulogii episcopi XXIX
et de hereticorum confusione et de minaci
bus que in anglorum gente a predicatoribus
fiebant, et de eisdem hereticis quod in lati
na lingua minime habentur ab eodem sub
scripto episcopo satisfactum agnitis doctoribus
prelatum et quod minime licet universalem
episcopum aut dici quod tu nobis iussisti

Ut monasteriola que monasterio XXX.
iuncta sunt non a laica persona sed a mo
nachis ordinentur secundum voluntatem
fundatorum

Ut recente gratia quod sacerdos XXXI.
sacerdotibus laudibus prefert

Ut monasterium a constitutore XXXII
instituta a nullo episcoporum dissipatur et solli
citudo sit episcopus super monasterium ut monachi
prave non agant et pro exeniis non
gravetur non accipiant et de rebus mon
asteriorum iure monachi aliquid minuere

Civitas veliternis et civitas babi XXXIII.
lonie utraque sibi serviunt in angaria hoc
est ut his qui in domibus earum se
... implicantur, et de benedictione gratia susce
pi sancte crucis oleum et aloes lignum
et aliis in eulogiis multa misit, et inter
pretationibus eulogiis

Ubi dicantur spolia et lan XXXIIII
guntur sua et ad horum desiderium anhe
lare sine divine misericordie gratia nullus
valet

Ut pro sepultura precium nemo XXXV
accipiat et si aliquid sponte offerre vult
accipiat

De prima maximi episcopi qui XXXVI
contra notum domini episcopi gregorii papae ordi

natus fuit et quo ille ima motus postmo
dum pallium duxerit

Qualiter senex episcopus corripiendus XXXVII
sit, et quo consiliatores excommunicandi sunt
et prohibendum ut ab eorum consiliis se tue
atur

De hostes romanorum in Sar XXX[IX]
dinia insederunt et quo domino gregorio nunciatum
fuit, et de ianuario episcopo qui messem alie
nam exaravit et timos effodit et de cor
reptione illius

De directo abbate a sancto gregorio XL
in neapolim et quod deo disponente defunctus
est iterum alio abbate ab eodem directo qui prepositum
fieri voluit hunc per aliquantum temporis presbyterum
ordinare debet

Ut in monasterio ex ipsa congregatione XL[I]
presbyterum consecretur cum quem omnes una
nimes diligent et iugiter in eodem monasterio
permaneant

De convencione iniecte et XLII
equitum defensoris in provincia sicilie in
territorio panormitane facta et ab eo gregorio
firmata et quantumque ordinata fuerit ubi deci
sa nulla in posterum debeant refragacione
turbari

Ut de rebus vel de causis XL.II
non bene cognitis primatis aliquis diffini
re non possit et quod displicuerint quod aliquem
episcoporum sine primate sui episcopis ad comitatum
profecti sunt

De lucillo melitensis civitatis XL.III
episcopo et eius depositione

De murmuratione grecorum XLVII
tur in romana ecclesia alleluia dici ad missas
extra pentecosten quia fecerit, ut tunc subdia
coni spoliati incedant aut kyrieleyson eorum
more dicatur, vel quare orationem dominicam
post canonem dicat, et de responsis beati
gregorii

De hoc quod martinus vir eloquens XLV
vestimenta ab affricana provincia syracusis
venit, et quod gregorius ut cum eo iohannes episcopus loqua
tur admonuit et de eius emendacione

De quibusdam possessionibus XLVI
cuiusdam felicis quas invaserat ut iohannes
syracusanus episcopus in his cognita si quid
iniuste factum est studeat emendare

Item de invasis possessionibus XLVII
et ut idem iohannes huiusmodi questionem et
cognoscat et finiat

misimus. Hortamur tamen ut debeat
esse sollicitus et ita que fienda prospiciat
tempestive, quatinus et illi si ita videbitur
benigne prestetis et vigoris ecclesiastici
ingenium congrua ut oportet dispensa
tione fulciatis. Expressius vero portito
rem in presentia quid nobiscum ei sit age
dum instruximus a quo cuncta subtili
ter addiscentes sic nos in omnibus exhibete
ut in vestra sollicitudine vestram fuisse pre
sentiam sentiamus. Greg. Casto
rio Notario Ravenne. xxvii.

Quanto tardius a nobis et neccessitas in
dictas causas iniungitur tanto te oportet
strenuum et sollicitum exhibere. Pro
inde si Maximus Salonitanus prefato
sacramento firmaverit symoniaca heresi
non teneri atque de aliis ante corpus
sancti Appollinaris tantum de requisitus
innoxium se esse responderit, et de in
obediencia sua penitenciam sicut depu
tavimus egerit volumus ut ad consola
tionem illum epistolam quam ei scripsimus
tribuas et gratiam nostram et communionem
nos reddidisse eius animis expiencia ti
dare debeat, quia sicut in contumacia
persistentibus severos esse nos convenit sic
iterum humilibus et penitentibus negare locum
venie non debemus. Preterea de his qui
Sabiniano episcopo Iadertino vel aliis qui se
ad sedem apostolicam contulerunt cum eodem
Maximo omni studiose agendum est
ut illos in ea qua decet caritate recipiat
et dolorem contra eos nullo modo in corde
retineat, sed puritate eos gratia et sinceradi
lectione inviat. Bonato episcopo Clum
dinit. xxviii.

Ianuaria religiosa femina petito
ria nobis insinuatione suggessit
quod habetur in subditis in massa
funiana iuris sui oratorium se pro sua
devotione fundasse quod in honore sancto
rum Severini confessoris et Iuliane mar
tyris desiderat consecrari. Et ideo frater
karissime si in tue prochie incorata gstruc
tio iure consistit, et nullum corpus ibidem
constat humatum, percepta primitus dona
tione legitima id est in redditu presta
tes liberos a tributis fiscalibus solidos x gestis
municipalibus alligatam predicti ora
torium absque missis publicis sollempniter

consecrabis ita ut in eodem loco nec fu
turis temporibus baptisterium construatur
nec presbyterum constituas cardinalem sed
si missas ibi fieri supradicta conditrix forte
voluerit a dilectione tua presbyterum nomine pos
tulandum, quatinus nichil tale a quolibet alio
sacerdote nullatenus presumatur. Sanctu
aria vero suscepta sua cum reverencia collo
cabis. Gregor. Ianuario episcopo
Neapolim. xxix.

Ianuaria religiosa femina sanctuaria
beatorum Severini confessoris et Iulia
ne martyris oblata peticione sibi postu
lat debere concedi quatinus in eius nomine ora
torium proprius constructum sumptibus sollempniter
consecrari. Et frater karissime prefate desideriis
eo in vestra te percepcione convenit obedire ac
devocionis sue in consecratione qua pos
tulat peragatur affectu. Gregor. Consta
ntino episcopo Mediolanensi. C.

Lator presencium Eventius dyaconus
fraternitatis vestre nobis tale insi
nuavit sibi a nobis iniunctum ut re
liquias beati Pauli apostoli sed et beatorum Iohannis
et Pancratii per eum ad nos dirigere debe
mus, quam peticionem vestram curavimus
effectui mancipandam. Fraternitas ergo
vestra solito studio prescrutari non differat
quatinus in locis quibus recondende sunt lu
minaria vel alimonia ibidem sumentium
ante dedicationem loci proprius debeant re
signari et tunc in eisdem locis dicta sanctua
ria sua cum reverencia collocentur. Ne loca
deo dicata si predicta provisio omissa fuit
futuris temporibus destituta quod absit sum
entium reperiantur obsequiis. Greg.
Gaudioso episcopo Eusebio episcopo. Ci.

Cognoscentes ecclesiam Tadinate diu
sacerdotis proprii regimine destitutam
fraternitati tue eiusdem ecclesie visitationis
opera sollempniter delegamus. Quam ita te
convenit exhibere ut nichil de provectio
nibus clericorum redditu ornatu ministeriisque
vel quicquid illud est in patrimonio eius
a quoquam presumatur ecclesie. Et ideo frater
nitas tua ad predictam ecclesiam ire properabit
et assiduis adhortacionibus clerum plebemque
eiusdem ecclesie ammonere festinet, ut remo
to studio uno eodemque consensu talem
sibi preficiendum expetant sacerdotem qui
et tanto ministerio dignus valeat reperiri
et a venerandis canonibus nullatenus respu

ʒ

atur. Qui dum fuit postulatus a sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tue testimonialibus ad nos sacerdos occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam ut nullum de altera eligi permittat ecclesia nisi forte clericus ipsius civitatis in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus quod evenire non credimus potuerit inveniri. Prius autem omnia ne ad cuiuslibet commisationis meritu laice persone adspirare presumat et tu periculum ordinationis sue quod absit incurras.

Greg. clero et plebi constantinas. cii

Agnoscentes caritatem vestram diu sacerdotali regimine destitutam curam nobis fuit eiusdem ecclesie visitationem fratri et coepiscopo nostro Gaudioso eiusdem ecclesie sollempniter delegare cui dedimus in mandatis ut nichil de provectionibus clericorum redditu ornatu ministeriis quoque aliquorum usurpari patiatur. Cum vos assiduis adhortationibus convenit concordare et remoto strepitu et uno eodemque consensu talem nobis preficiendum expetere sacerdotem qui et a venerandis canonibus nulla discrepet ratione et tanto ministerio dignus valeat repperiri. Qui dum fuit postulatus cum sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Precipue autem omnia ne cuiuslibet vite vel meriti laica persona presumatis eligere ut non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione perveniet verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos eo nobis de laica persona adspirasse constiterit ab officio et communione alienos faciendos procul dubio noveritis.

Greg. Constantio episcopo Mediolanensi. ciii

Latore presentium communi filio Eucadio diacono qui fraternitati vestre spata detulit referente cognovimus clericos ecclesie Tirynensis quod sacerdotali studio revocati ad unitatem ecclesie monuistis respondisse non sibi talem a nobis assensum impendi ut ad hoc redire causa sucedente prevaleant. assentes dominos res suas iniuste ab aliis inter quos et a vestra etiam possessione quasi nulla auctoritate dei detineri. Tamen nos sanctitatis vestre sollicitudinem omnino laudamus quia quod oportuit facere minime neglexistis. Sed nec nos predictam possessionem si eis iure competit etiam si ad communionem forte venire distulerint contra rationis ordinem patimur detineri, sed eam cognita volumus veritate restitui. Si vero ad unitatem ecclesie quod optamus deo se inspirante converterint etiam si nichil illis competit eam illis patimur concedi. Nam nulla occasione eos volumus quos ad matris ecclesie sinum redire desiderabiliter optamus. De oratorio vero quod in capitulare tuis missis ex parte Ytalie ecclesie iure competere signasti, vel predictus nobis portitor indicavit, ut subsequenti illi personam transmittimus, an inter alia curarum eius evidenter iniunge ut veritatem congrua indagatione cognoscat ut quod iustum fuit faciat. Nam nos qui alios contra equitatem non patimur, multo magis nos quos valde dignius iustos relinquere non valemus. De aliis causis quale vero per singula sit responsum summpo dicti communis filii relatione cognoscet. Reptaveo ad sanctissimum filium meum Anatholium diaconum pro commendatione bonorum meorum sicut consuetudo fecimus.

Greg. Januario episcopo Caralitano. ciiii

Iudei de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt quod synagogam eorum que Caralis sita est Petrus qui eorum superstitione ad venerande fidei cultum deo volente perductus est adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico in ipsa festivitate paschali cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genitricis dei domini que nostri et venerandam crucem vel byrrum album quo de fonte surgens indutus fuerat posuisset. De qua re et filiorum nostrorum Eupatrii gloriosi magistri militum atque magnifici presidis aliorumque nobilium civitatis vestre eadem scripta attestantia concurrerunt. Qui etiam adiecerunt a nobis hoc prohibitum et predictum Petrum ne hoc auderet fuisse prohibitum quod omnino laudamus quia sicut revera bonum decuit sacerdotem nil fieri voluistis cuius iusta esset reprehensio. Sed quia per hoc quod minime nos in his que prius acta sunt instruxistis displicuit nobis quod factum est demonstrastis. Considerantes hac de re vestre voluntatis intentionem magis

dicam. Hiis hortamur affatibus ut sublata
inde cum ea qua dignum est veneratione
imagine atque cruce debeat quod violenter
ablatum est reformari, quia sicut legalis
diffinitio iudeos novas non patitur erigere
synagogas, ita quoque eos sine inquie-
tudine veteres habere permittit. Nam ego supradic-
tus petrus vel alii qui ei in hac dicta
simulationis pravitate publice solliciti sunt
consensum. Hunc zelo fidei se fecisse respo-
ndeant ut per hoc qui eis unitas fieret con-
vertendi ammonendi sunt atque sicut debet
cum ea circa eos temperantia magis utendum est
ut trahantur ab eis velle non ut addu-
cantur inviti quia scriptum est: Volun-
tarie sacrificabo tibi, id est ex voluntate mea
confitebor tibi. Dilectio ergo vestra cum [illegible]
civitatis sue habitatores adhibitis sibi filiis
his quibus una nobiscum quoque hoc displicet
ad talem adhortationem sicut eum decet
studeat facere, quia ad hoc maxime tempore
quando de hoste formido est divisum habere
non debetis. Cum vos non minorem
de nobis quam de nobis sollicitudinem
gerimus, hoc quoque vestre indicandum curavimus
quod finita pace agilulfus longobar-
dorum rex pacem non faciat. Unde necesse
est ut fraternitas vestra dum licet civitatem
[illegible] vel loca alia fortius muniri provi-
deat atque immineat ut habundanter [illegible]
[illegible] parentur [illegible] dum hostis illic deo
sibi irato accesserit non inveniat quod ledat
confusus abscedat. Et nos pro vobis quan-
tum possumus cogitamus et hiis quorum interest
ut se contra obsistente deo adiutore parare
debeant imminemus, quia sicut vobis nostras
tribulationes vestras attendite, ita quoque nos
vestras afflictiones nostras similiter reputamus.

Gregorius Eusebio archiepiscopo Tessalo-
nicensi. C. v. r.

Si quam magna sit pacis virtus frater-
nitas [illegible] attendimus [illegible] quo a nobis studi-
o sit colenda ag[illegible] noscimus. Hac
[illegible] impendimus et redemptor noster in mag-
no munere discipulis [illegible] suis relinquere
dare dignatus est ut eos quos sinceritate
fidei coherebant per hanc sibi facerent parti-
cipatione consortes. Scriptum namque est:
Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Quisquis
ergo patri heres esse desiderat filius eius ...
pacem custodiendo non tenuat. Nam qui
locum prebet discordie, ipse profecto tanto

se muneris exortem esse constituit. Si-
gnificatio fidei tue sinceritas catholica nobis
ut oportuit deo propicio sit certitudine de-
clarata magna nimis admiratione
suspendimur ut eos quos bene credere et
sentire cognoscitis frustra quorumdam scan-
dalizari dicto paciaris, ut aliorum culpa
fraternitatis tue suspectetur opinio. Nam quo-
niam cum erroris suspicione sit qui patiatur
[illegible] erranti, aut qua de re estimatione
prebeat, si ea que fervor fidei postulat
apta pulsati satisfactione non prendit.
Fertur siquidem lucium presbiterum tuum et
petrum calcedonensem te nolle suscipere
atque ex hoc filiorum tuorum orthodoxorum corda
non levi scandalo perturbari. Cuius quoque
zelus non solum laudandus verum etiam
omnino fovendus est. Hortamur ut cum omni
vivacitate ac sollicitudine fraternitas
hoc in ea [illegible] non desinat et si ab
hac eos insontes pravitate reperit scan-
dalum de filiorum suorum mentibus habita
eorum satisfactione removeat atque inter omnes
hereses si specialiter severi et nestorium ana-
thematizavit ut quibus frustra de eis sus-
picio dissensionem removet, amor fidei
gemine gignat unificationem caritatem
et salubriter unius concordia nectat affec-
tus quos catholice sincera et una tenet
confessio veritatis nec satisfactio dubitantem
estimet indigna, quia divina voce prospicit
nec contempnat ex innumeris eis. Cum ergo
non despicit a sapiente desiderat percepto-
ris verba non tenuat. Quia et is que vas
electionis redemptor noster sibi testatur esse
servare nos unitatem spiritus in vinculo pacis
ammonuit. Unde cum hoc se salute teneri
vinculo non recusat que pacis fune stu-
deat et locum hosti non prebeat ut facta
fortius valeat unitatem calcari, qui in
fratrem se vel potuit divisione cassari.
Si vero quod non optamus erroris hanc
deprehendimus iaculo vulnerata certa sancte
adhortationis eis est adhibenda curatio
aut ut me[illegible] oves divinitas si fuerint
sanata permaneant aut ab unitate ecclesia-
stici corporis excidant quibus et magnum ex hoc
modico lucrum faciat et faciat totum libere
per amissa. Nam et pravi sollicitudo pas-
toris ovem languidam que curationem non
recipit, ne alias languoris sui labe conta-
minet a sanarum consortio non differt eicere

sciens se ceterorum sanitate non aliter insi-
ciens posse curatione sanare. Proinde frater-
nitas vestra caritate commoneo ut simili hoc
vigilantia perscrutari et sinuo que superfui-
mus suare studio debeatis ne etiam
fidem quam gestis aliorum dubiam corpo-
ris faciat. Nam qui non corrigit resci-
canda committit. Itaque magna vobis
sollicitudine magna animo provisione
pensandum est ut nec aliis eorum per-
sona scandalum nec vobis opinio
sit noxia, quatenus tanto fraternitati vestre
de commissis omnibus pastoris lucra
proficiat quanto nos ad earum custodiam
et sinceram dilectionem et credita fecerit curam
sollicitos. Gregorius Damiano episcopo
Camilitano. C. vi.

Quia ingredientibus monasterium conve-
rsionis gratia ultimis nulla sit tes-
tandi licentia, sed res eorum eiusdem monaste-
rii fiant apta legis definitione decre-
tum est. Et cum pene omnibus notum sit
in magna nos esse ... abbatissam
monasterii sanctorum Gratiani atque Luxorii insi-
nuatione ... pervenit. Quod Siri-
cam monasterii abbatissam postquam ... resi-
dendi suscepit officium condito testamento lega-
ta quibusdam asseritur reliquisse, et de
sanctitate vestre sollicitudine queritur
quod res monasterii competentes ab aliis per-
tulit detineri. Cumque filius Epipha-
nius archipresbyter vestre presens inventus
supradictam abbatissam usque diem
obitus sui induisse vestem monachi-
cam noluisse, sed in vestibus quibus loci
illius presbyteri utuntur diceret perman-
sisse. Ad hoc replicabat predictam ... ma-
... plene ex consuetudine licuisse
adeo ut abbatissam que ante suprascrip-
tam Siricam fuerat talibus usum vesti-
bus allegaret. Cum ergo de qualitate
vestium nec nos mediocriter expressimus
ambigere, nec non visum est ut cum consi-
liariis nostris cum aliis civitatis doc-
tis viris quid esset de lege tractare qui
tractantes viderunt. Postquam sollemni
more abbatissa ab episcopo ordinata est
et in monasterii regimine per annos plurimos
usque ad vite sue transitum persistit, ve-
stis qualitatem ad culpam forte episcopi
respicit qui sit eam permisit. Non
tamen potuisse monasterii preiudicium irrogare

sed res eius eidem loco ex eo quo illuc ingres-
sa abbatissa constituta est manifesto iure
competere. Et ideo quia ex dimissis rebus
illicite xenodochium possessio indebite
retinetur. Hiis nos hortamur affatibus ut
quia in monasterio et xenodochium reppererit in vestra
civitate est positum omni cura atque prudent-
ia studere debeatis quatenus si possessio ipsa cum
eo precedenti contractu sed ex incorrupte sinceri-
tatis legatu descendit antedicto monasterio postposi-
to strepitu sub excusatione reddatur. Si
vero ex alio dicitur obvenisse contractu aut
firmitatis vera inter partes cognita veritate
quod legalis suaserit ordo definiat. Alioquin
duo sibi consensu arbitros eligant qui
eorum valeant allegationes discutere, a quibus
quicquid fuit statutum ita inita promissione sue-
tur. Ut nullum inter venerabilia loca iurgi-
um remaneat que magnopere altiua par-
tium fovenda concordia. Filia igitur omnia
que ex testamento premonite Sirice detinen-
tur, quippe quod nullius esse legali sanctione
permittitur. Vestre est ut vestre monasterii fraternita-
tis vestre sollicitudine sacerdotali per omnia
studio separentur, quia imperiali consti-
tutione aperte sancitum est, ut ea que con-
tra leges fiunt non solum inutilia sed
etiam pro infectis habenda sint. Gregorius
Innocentio, Marinianus, Libertino, Aga-
toni et Victori episcopis Sardinie. C. vii.

Cognovimus quod mos vestre sit insule
presbyteri paschalem festivitatem nobis
euntibus, aut ... ruralibus vestris ad metro-
politanum vestrum venire sciatis an immine-
te vobis de venturo pascha scripta debe-
at denuntiatione mandare. Et quia di-
quidam vestrum hoc facere secundum consuetudi-
nem postponentes aliorum qui ad domino
obediendum corda pervertunt, addunt etiam
quod ex vobis aliqui pro rebus sue emergen-
tibus causis cuiusmodi petentes sine
predicti metropo- litani sui cognitione
ab ecclesiis sicut canonum ordo consti-
tuit audeant ambulare. Hortamur
ergo fraternitatem vestram ut anti-
quam ecclesiarum vestrarum consuetudinem exe-
quentes tam de suscipienda paschali
denuntiatione quam etiam si quemquam vestrum
pro causis propriis ubicumque compellit ambula-
re necessitas ab eodem metropolitano vestro
sicut traditum vobis regulam petere debeatis
nec eum postponere in aliquo presumatis

excepto si quod non optamus contra eundem metropolitanum vestrum vobis hic aliquid cause contingat. Ut obliti sedis apostolice iudicium hiis qui petere festinant quod satis pravum est etiam antiquorum patrum institutione prohibitum.

Gregorius Vitali defensori Sardinie. C. viii.

Indicatum nobis est quod quidam Caralitane ecclesie clerici disciplinam sui refugientes episcopi contra eum solacium tue defensionis exquirunt. Et itaque per hoc illi quod dici grave est contumaces existunt, quam rem si ita est omnino durius suscepimus. Dicitur etiam quod sue actus defensores ecclesie in aliorum se obsequiis ac laboribus occupantes sub nomine defensionis illicite immanent commerci. Experientia itaque tua in nihil deinceps tale aliquid facere presumat, sed cuiuslibet clerici ut assolet culpe casus emerserit, in qua te tibi petere adiutorem ad eundem episcopum venerint accedere ut sicut cause meritum cognitionis apud eum non defensor culpe sed potius intercessor accede. Ut hac provisione et potentia secularis cuiuslibet et iura proposita non turbentur. Si qui vero sunt ut […] iuxta posposterint eis per te auxilium […] sedis apostolice non est negandum. Sed et […] ita servanda est ut neque quod episcopi reverentia […] ut clericorum disciplina per defensionis tue […] experientiam minime solvatur. Dictum nobis etiam est quod rustica possessionis eiusdem Caralitane ecclesie una ipsa deserentes in privatorum possessionibus culturam laboris adhibeant. Et quia re agitur ut possessiones ecclesie ipso in alias occupato cultore depereant, atque […] ad tributa sua persolvenda ydonee […] non existant, in qua re experientiam […] tuam volumus esse sollicitam nec tale quicquam fieri pati hac nostra data tibi auctoritate permitte. Scituras quod si neglexeris nos exinde de minori tua sollicitudine contra te animos commoveri. Cognovimus etiam quod monachorum servorum dei vel ancillarum feminarum pro suo quisque libitu ex diversarum causarum occasione pervenerint. Quod omnino grave sustinemus, et iamque exhortamur experientiam commonemus ne quenquam hoc usurpare deinceps accepta nostra auctoritate permittas. Sed episcopis loci ipsius sub cuius degunt moderamine cure sit tam utilitates quam disponere. Valde enim est incongruum ut omisso eo alius quibus illorum se causis administrat. Sed ille eorum vitam competenti regula quam debet moderatione disponere. Cum per commissis eorum sanctis animabus compellitur reddere rationem.

Gregorius Ianuario episcopo Sardinie. C. ix.

Pervenit ad nos quod quidam ex vestre ecclesie clericis spiritu elationis inflati quod dicta que est fraternitatis tue iussionibus obedire postponant atque in aliorum se magis obsequiis ac laboribus occupantes sue desertant ubi sunt necessarii actus ecclesie. Et quia te minime animadvertit curare eis ecclesiastice non teneant regulam discipline nec eos dissolute vagantes in deviis ad normam suscepti officii districti moderaminis freno restringitis. Dicitur etiam quod aliqui ex eisdem contumacibus clericis ut defendi contra vos valeant ad vitalis defensoris nostri proximam convolare. Unde ad eius scripta nostra direximus nequaquam clericorum vestrorum contra vos irrationabiliter deinceps audeat defensare, sed si culpe casus emerserit et grave non est sed que veniam mereatur intercessor apud nos magis accedere debeat quam defensor. Ne ergo tale ad nos deinceps de subiectorum contemptu vestrorum quicquam perveniat perquirite. Cognovimus etiam quod monasterium sancti Iuliani quedam vidua suam substantiam derelinquens adeo viro qui eiusdem defuncte mulieris actus dum adhuc viveret gubernabat ipsa sic derelicta substantia nunc quam callidum ad reddendum existere. Hortamur ergo ut eum si sicut dicitur ita verum esse putamus districta faciat executione constringi quatinus res monasterii derelictas restituere sine immunitione festinet. Et quod autem dextera servata fidei sue puritate non debuit ubi cum pudoris sui dampno reddere compellantur. Satis vero verecundum sit ut fraternitatem vestram nos ammonere videamur quatinus clericos suos sub discipline vigore castigat, credo quod eam fraternitas nostra tacita etiam predico sideret. Contra ydolorum namque cultores vel aruspicum atque sortilegorum fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur invigilare custodia, atque publice in populo contra hanc rem viros sermone facere eosque a tanti labe sacrilegii et divini intentatione iudicii et presentis vite periculo adhortatione suasoria revocare. Quos tamen emendare se a talibus atque corrigere nolle repereritis ferventi comprehendere zelo te volumus. Et siquidem servi sunt verberibus cruciatibus quibus ad emendationem pervenire valeat castigare. Si vero sunt inclusione digna

districta quod sunt in prima dirigendi ut qui salubria et amoris paruulo reuocancia audire uerba contendunt, curatius saltem eos corporis ad desideratam mentis valeant reducere sanitatem. Indicatum nobis est quod laicis quibusdam curam nostri patrimonii committentes postmodum in rusticorum morum depredationibus atque per hoc ex fatigationibus fuerint deprehensi reddere quas indecenter retinent hactenus quod sui dicionem quippe iure non sine proposita citationem postponat nobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Sed si ita est districte nobis discuti conuenit atque inter eos et inter rusticos causam examinare subtilius et quicquid in eis fuit fraudis inuentum pena legibus statuta reddere compellant. Hec ergo obseruanda fraternitati uestre est ne secularibus viris atque non sub regula uiua degentibus res ecclesiastice committantur. Sed probatis de uestro officio clericis in quibus si quid reprehendi potuerit puniatur ut in subditos emendare quod illicite gestum fuit valeatis. Quos apud nos gratius sui magis officium conueniat quod excusset.

Gregorius Ottiliano tribuno ydrontino. C.x.

Cognoscentes magnitudinem vestram de rauenniatibus partibus cum ordinatione excellentissimi filii nostri domini exarchi androtinam ciuitatem feliciter remeasse grate suscepimus et deum exoramus quo actus vestros sue miserationis opitulatione disponat. Ioannes quidem frater coepiscopus noster ad nos veniens graues nobis cum suorum querelas mouit asserens maiorum ex tributo ydrontine ciuitatis multa se hactenus illicita pertulisse. Magnitudinem ergo vestram paterno salutantes affectu hortamur ut quicquid pridem male gestum est cognoscitis iudicantia debeatis emendatione corrigere. Dicitur etenim quod locus ipse ex eo uero sit preterius et ipsi pauci qui illic rustici remanserunt si in aliquibus incompetentibus angariis uel oppressionibus affligitur locum ipsum deserunt. Et quod non optamus hostibus datur illud occasio inuadendi. Predictos ergo exinde omnes habitatores loci illius nobis peculiariter commendamus ut non solum nullis illicite minutionibus onerentur sed magis de commendatione uestra sibi in omnibus sentiant adesse solacia. Ut et beatus petrus apostolorum princeps cuius res ipsa est nobis retributor existat et nos in uestris principaliter utilitatibus commendetur.

Gregorius Sabiniano episcopo Callipoli. C.xi.

Indicatum nobis est quod homines callipolitani castri in quo te episcopum a domino esse constitutum scimus sacerdotem quibus diuersorum molestiis affligat atque in continuis angariis multis quod dispendiis conuertatur. Hortamur ergo fraternitatem tuam ut quia et locus ipse in te sicut circa notum est esse demonstratur sollicitudinem tuam tecte defensionis zelo suscendas eos quod non permittas inuiari. quia et exemplaria tibi priuilegiorum ecclesie de sirmica nostro obaudientie fecimus dari quibus informatus ex omnibus qualiter habitatores loci illius defensare valeas non ignores. Volumus etiam ut masse [illegible] callipolitane homines sub sollicitudinis tue cura a futura [illegible] indicatum hic debeas atque de eorum rele[illegible]uandis molestiis esse cautissimum [illegible] et adhibita sollicitudinis cura [illegible] vniuscuiusque vires quod prestare de [illegible] sua pensione ecclesie utilitatibus valeat [illegible] caute cognosce ut secundum vires suas ad persoluendum quecumque disponas. Sequia ordinatione fraternitas tua subtiliter facta notitia quid dare ipsi homines totius callipolitane masse [illegible] indicare non differas ut sciamus quid exinde disponere [illegible] auxiliante domino valeamus. Sed [illegible] sergium vero defensorem precepta [illegible] duximus uti hac tibi re non solum non audeat esse contrarius sed nobis magis ubi valuerit solacia subministret.

Gregorius Fortunato episcopo Massilien. C.xii.

Insinuauit nobis lator presentium aquella abbatissa quod inter [illegible] quibus milites hospitentur. Et omnino de fraternitatis uestre sollicitudine miratus sum qualiter hoc patienter tulerit et non illud ad omni celeritate fecerit emendari. Unde hortamur ut ubi uestre studium uestrum sic instante eis quorum interest imminere quatenus sine aliqua excusatione expulsi ea tollatur ut nullus illic ultius metatum accipiat ne callidus hostis occasionem inueniat deceptione religiosi habitus quod absit valeat exultare.

Gregorius Sereno episcopo

Massiliensi etc. C. viii.

Quod fraternitati vestre sera scripta transmittimus non hoc torpori sed occupationi deputate. Latorem vero presentium dilectissimum filium nostrum Cyriacum monasterii patrem nobis in omnibus commendamus ut nulla hunc in Massiliensi civitate mora detineat. Sed ad fratrem et coepiscopum nostrum Siagrium cum sanctitatis vestre solacio deo protegente proficiscatur. Preterea indico dudum ad nos pervenisse quod fraternitas vestra quosdam ymaginum adoratores aspiciens easdem ecclesie ymagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos ne quid manufactum adorari posset habuisse laudamus. Sed easdem frangere ymagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur ut hii qui litteras nesciunt saltem in parietibus videndo legant que legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illa servare et ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus et litterarum nescii haberent unde scientiam historie colligerent et populus in picture adoratione minime peccaret.

Gregorius Brunichilde Regine Francorum etc. C. viii.

Postquam excellentie vestre sollicitudo regia est ubique gubernatione laudabilis ad augmentum glorie sue vigilanciorem se debet et providam exhibere ut quos consilio regit celerius pure interius non permittat quod per fructum pie sollicitudinis plenius quod gentis temporalis regimen naufragium ad eterna deo auctore gaudia possitis et regna pertingere. Quod quidem ac nobis confidimus posse tantum contingere si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis. Pravorum officium in tanta illic sit aut didicimus ambitione productum est ut sacerdotes subito quod grave nimis est ex laicis ordinentur. Sed quid ista acturi quid populo prestaturi sunt qui non ad utilitatem sed sicut ad honorem episcopatum conquisierunt. Hii igitur qui necdum quod doceant debeant didicerunt quid aliud agitur nisi ut paucorum provectus illicitus fiat multorum interitus et in confusionem ecclesiastice moderationis observantia deducatur. Quippe ubi nullus regularis ordo servatur. Nam qui ad eius regimen provehitur et [illegible] attendit qua admonitione subiectos edificet cum eos non tantum docuit sed errorem. Pudet profecto pudet aliquem imperare quod ipse nescit custodire nec illud quidem quod similiter emendatione tradendum est petimus sed omnino execrabile et esse gravissimum detestamur quod sacri illic ordines per symoniacam heresim que prima contra ecclesiam orta et districta maledictione dampnata est conferuntur. Hinc ergo agitur ut sacerdotalis dignitas in despectum et sanctus sit honor in crimine. Perit utique reverentia adimitur disciplina quia qui culpas debuit emendare committit. Et nefaria ambitione honorab~~ilis~~ sacerdotium ducitur in depravationem. Nam quis denuo veneretur quod venditur aut quis non vile putet esse quod emitur. Unde valde contristor et terre illi condoleo quia dum sanctum spiritum quem per manus impositionem omnipotens deus largiri dignatur divino munere habere despiciunt sed premiis assequuntur. Sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam ubi dona superne gratie venalia iudicantur ad dei servicium non vita queritur sed magis contrarium pecunie venerantur. Quia igitur certum facimus non solum illis periculum verum etiam vestro regno satis esse noxium salutantes excellentiam vestram paterno affectu petimus ut de hinc huiusmodi pravitatis emendationem nobis placabilem faciat. Et ut nulla deinceps occasione valeat committi synodum fieri iussio vestra constituat ubi presente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate sub districta anathematis interpositione debeat interdici ne ullus ex laico habitu subito adeptus audeat gradum sacerdotii. Neque pro ecclesiasticis ordinibus quibuscumque dare sit ausus aut accipere ut dominus et redemptor noster sicut vestra sunt faciat sicut excellentiam vestram in hiis que sua sunt fecisse viderit devotionem sollicitam. Curam vero et sollicitudinem eiusdem synodi quam fiendam decrevimus fratri et coepiscopo nostro Syagrio quem vicem nostram [illegible] specialiter delegare curavimus, que petimus ut et supplicantem libenter audire et que iuvare dignemini quatenus quod ad mercedem vestram respiciat remoto huius mali contagio in cunctis finibus regni vestri subiectis pia et deo placita perficiatur ordinatio sacerdotum. Cum fratri nostro pro eo quod se in ea predicatione que in Anglorum gente auctore domino facta est devotum vehementer exhibuit pallium

ad missarum sollemnia utendum transmisimus, ut qui adiuvante spiritalia scilicet ut apostolorum principis solacio in ipso quoque meminatur spirituali ordine profecisse. Omnino preterea admirati sumus ut in regno vestro iudeos christiana mancipia possidere permittatis. Quid enim sunt christiani omnes nisi membra Christi? quorum videlicet membrorum caput cuncti novimus quia fideliter honoratis. Sed quam diversum sit excellentia vestra perpendat caput honorare et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo petimus ut vestre excellentie constitutio de regno suo huius pravitatis mala removeat, ut hinc vos amplius dignas cultrices omnipotenti domino demonstretis quod fideles illius ab inimicis eius absolvitis.

Gregorius episcopo Gallie Siagrio. CXV.

Si in rebus secularibus suus cuique ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio, ne ibi discordia locum inveniat unde pacis debent bona procedere. Quod hac veneratione servabitur si nichil potestati sed totum equitati tribuitur. Perlatum siquidem ad nos est dilectissimum fratrem nostrum Vericum Taurine civitatis pro captivitatem et depredationem quam pertulit Genue in proprios suis que infra francorum site fuerunt prohibent parrochias pertulisse. Deinde ut alter illic contra canonica statuta nullo eius crimine deposito constitueretur antistes et ne leve forsitan videtur. Hoc huius rei preiudiciale commissum etiam aliquid deterius est additum, ut res eius ecclesie sine quibus hic potuit tollerentur. Sed si hec veritate subsistunt quia crudele nimis est et aperte sacris canonibus inimicum ut ab altari quisquam insontem ambitio removeat sacerdotem, qui non metuit ex crimine successorem suum in huius preiudicium cuncti eam attendant, et quod nolunt ceteri nec aliis imponant. Nam si prave rei aditus ante quam diu patescat non claudatur usu fit latior et diu consuetudine licitum quod ratione constat esse prohibitum. Sed pre ceteris firmitatis vestre sollicitudo prima commendatione ac dilectione considerationis intuitu in eius se certius defensione impendat et a suis illum amplius contra rationem remoti ecclesiis parrochiis non permittat. Sed tam ipse qui supplicando precellentissimis regibus quos nos in nullo credimus contristari id pagat ut hoc quod male factum est colligatur et que violenter ablata sunt vestre patrocinante reddatur. Nam quia dum solatiis sit frater fratrem adiuvans exaltabitur tanto se ab omnipotenti deo caritas vestra noverit recepturam quanto precepta ipsius in adiuvando sic libenter atque constanter fuerit executa.

Gregorius Theoderico et Theodeberto regibus Francorum a paribus. CX[...]

Cum vestri regni nomen inter ceteras gentes gratia olim christiane religionis effulserit, valde studendum est ut unde gloriosiores ceteris gentibus eminetis, id omnipotenti domino qui dat salutem regibus perfectius placeat et fidem quam colitis ad meritum in omnibus bonis habeatis. Dum retinuerimus quidem precellentissimi filii nostri ad vos sola visitatione dirigere sermone ut caritatis officio paternum monstraremus affectum, sed quia nimium res contristat illata sic vim nos convenit exhibere ut aliud silentio quod emendatione indiget minime relinquamus. Sed si diligenter attenditis pro salute vestra nos loqui perspicue voluntate cognoscitis. Pervenit autem symoniaca heresis que prima contra ecclesiam dyabolica supplantatione subrepsit et in ipso ortu zelo apostolice ultionis percussa atque dampnata est in regni vestri finibus dominari. Cum in sacerdotibus fides sit eligenda ac vita, si vita deest fides meritum non habet, beato Iacobo attestante qui ait: Fides sine operibus mortua est. Nunc enim opera esse valeant sacerdotis qui honorem tanti sacramenti convincitur obtinere per premium? Ex qua re agitur ut ipsi quoque qui sacros ordines appetunt non vitam corrigere non mores componere studeant, sed divitias quibus honor sacer venditur ubi emitur congregare. Hinc fit etiam ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despecti resiliant et dum innocentia paupertatis displicet dubium non est quod premium illi commendet; quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum inordinatoris et ordinati animabus letale vulnus infligit verum etiam excellentie vestre regnum eorum

culpa quorum magis intercessionibus immutari debuerat aggravatur. Si enim dignus sacerdocio queritur cui non actionis merita sed premiorum copia suffragatur, restat ut nichil sibi in honores ecclesiasticos gravitas, nil defendat industria, sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vicio honor remuneratur, in locum ulciscendi vicii qui fortassis fuerat ulciscendus adducitur. Atque hinc sacerdotes non profectum sed perniciem potius indicantur. Vulnerato namque pastore quis curandis ovibus adhibere medicinam, aut quando populus orationis clipeo tueatur, qui iaculis se hostibus feriendum ponit, aut qualem de se fructum producturus est, cuius tam peste radix infecta est? Maior ergo metuenda locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui dei in se magis iracundiam provocent quam per semetipsos populis placare debuerant. Audivimus autem quia etiam predia tributa non prebeant, et magna super hoc admiratione suspendimur, si ab eis illicita querantur, a quibus etiam licita relaxantur. Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra patitur negligenter obmittere, quod quidam instinctu glorie inanis illecti ex laico repente habitu sacerdocii honorem arripiunt. Et quod dici pudet et grave satis est, regendi doctores et qui docendi sunt doctores nec erubescunt videri nec metuunt, ducatumque animarum imprudenter assumunt, cui ubi via omnis ignota doctoris est, et quo vel ipsi gradiantur ignari sunt. Sed quam pravum quamque sit temerarium, secularis etiam ordine et disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus non nisi labore et sollicitudine comprobatus eligitur, quales animarum duces esse debeant qui capitis culminem immatura capiunt festinatione, consideret. Hii namque saltem rei considerent comparatione et aggredi repente inexpertos labores pertimeant, ne ceca honoris ambitio et ipsis in pena sit et aliis pestifera erroris semina iaciat, quippe qui non didicere quod doceant. Proinde paterno salutantes affectu petimus, precellentissimi filii, ut hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere, ut nulla apud vos excusatio nullam contra animam vestram suggestio locum

quia facientem procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Quatenus ut magnum omnipotenti deo munus valeatis offerre, synodum congregari precipite. In quo sicut fratribus coepiscopis nostris mandavimus, presente dilectissimo filio nostro abbate sub anathematis debeat obligatione constitui, nullum pro ecclesiastico ordine aliquid umquam dare, nullum atque nec quemquam ex laico ad sacerdocium repente transire. Quatenus hanc nobis mercedem et hic et in futura vita redemptor noster, cuius sacerdotes in eius ab hoste perire non sinitis, recompenset. Omnino preterea admirati sumus quod in regno vestro iudeos christiana mancipia possidere permittit. Quid enim christiani sunt omnes nisi membra Christi, quorum videlicet membrorum caput ut cuncti novimus quia fideliter honoratis. Sed quam diversum sit excellentia vestra perpendat, caput honorare et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Et ideo petimus ut excellentie vestre constitutio de regno suo huius pravitatis mala removeat, ut in hoc vos amplius dignos cultores omnipotenti domino demonstretis, quod fideles ipsius ab inimicis eius absolvitis.

Gregorius Episcopo Virgilio Arelatensi. C. xvii.

Cum pie desiderium voluntatis et laudande devotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinibus adhibenda, ut ea que pro quiete religiose conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligat, nec quedam valeat presumptio perturbare. Sed sicut hoc quod racio congruebat utilitas optavit diffiniri, ita quod definitum est non debet violari. Igitur gloriose memorie Childebertus Francorum rex catholice religionis amore succensus intra muros Arelathensis civitatis monasterium virorum, ut scripto reperimus, pro sua mercede constituens quedam ibidem pro habitancium sustentatione concessit. Sed cum ne voluntas ducatur unquam ducatur in irritum, et ea que pro quiete monachorum disposita fuerant turbarentur, queque contulit in iure eiusdem monasterii episcopus sine apostolica precepit auctoritate firmari. Hoc quoque peticioni subiungens, ut eidem monasterio tam in dispositione rerum quam in ordinacione abbatis quedam privilegia largiremur. Sciens quippe eam apostolice sedi reveren-

ciam exhiberi, ut que eius fuissent decreto
disposita nullius deinceps inlicite usurpa
tionis molestia quaterentur. Unde quia effica
ci tui voluntas et res valde desiderata pos
cebat a predecessore meo Vigilio romane
sedis antistite ad predecessorem nostrum Aure
lium scripta transmissa sunt ubi omnia que
amplectende voluntatis studium depos
cebat apostolice auctoritatis libenter annisu
firmata sunt. Et quia difficultate pati
non potuit huiusmodi res petita, sed ut fir
mitas nunc que fuerint tempore illo decreta
cognoscat antedicti predecessoris nostri scrip
ta huius precedenti scripto adiungi. Et tuis di
lectione paterna hortamur ut omnia sacerdo
tali sicut decet studio inviolata conser
ves, nichil illic debetis nichil pravitatis
et illicitis irrogare, nec ea quadam pra
vi usurpacione convelli. Nam licet ea
que semel apostolice sedis auctoritate sancita
sunt nichil de habeant firmitatis, ex habun
dancia tamen cuncta que pro huiusmodi rei quie
te a predecessore meo statuta sunt nostra ite
rum auctoritate in omnibus roboramus. Frater
nitas ergo tua ita se in custodiendis eis ex
hibeat quatenus et omnem inquietudinis
occasionem excludat, et aliis hoc operari
suadeat dum se in custodiendis destitu
ti promptissima voluntate sollicitam ut de
cet exhibuerit et devotam. Gregorius

Evagrio, Christoforo, Etherio, Virgilio
et Desiderio episcopis a paribus. C. xviii.

Capitis nostri quod Christus est ad hoc
sua esse membra nos voluit, ut
per compagem caritatis et fidei unum sem
nos corpus efficeret. Cui ita corde ad
herere nos convenit ut quia sine ipso
nichil possumus per ipsum esse possimus.
Quod dicimus ab arce capitis nulla res
nulla nos dividat, ne ab eo si esse
membrorum refugimus relinquamur,
et velut excisi de vite palmites ares
camus. Ut ergo redemptoris nostri esse habi
taculum mereamur in dilectione ipsius
toto mentis studio maneamus. Ipse
namque ait: Qui diligit me sermonem
meum servabit, et pater meus diliget eum,
et ad eum veniemus et mansionem apud
eum faciemus. Sed quia honorem habere
aliter non valemus nisi cupiditatem
a nobis que omnium malorum radix est
abscidamus per scripta presentia quod alterno

ad munere desiderate visitationis simo
nos sciant, fraternitatem tuam institutis
apostolicis convenimus, ut patrum regulis et p
receptis divinis intendentes de templo fidei
avaritiam que ydolorum est servitus exclud
amus, ut in domo domini nullum negocium nichil
quod adesse possit confusum. Nuncio signi
ficante apud nos olim discurrente vulgatum est
quod in galliarum partibus sacri ordines per simo
niacam heresim conferantur, et vehementi
tedio meroris afficimur, si in ecclesiasticis offi
ciis quicquam habet locum pecunia et fit secula
re quod sacrum est. Quisquis ergo hoc precium
studet dacione mercari, dum non officium
sed nomen attendens sacerdos non esse sed dici tan
tummodo concupiscit. Et scilicet quid per hoc aliud
agitur nisi ut nulla de actu probato nulla
sollicitudo de moribus nulla sit de vita dis
cussio, sed ille solummodo dignus qui dare precium
sufficerit estimetur. Ex qua re si recta libra
minis examine pensetur, dum improbe ad
inanem gloriam honoris festinet voluntas, arri
pere contendit magis quod honorem quam ydo
neus est. Sicut autem is qui invitatus renuit
quesitus refugit, est sacris admovendus altaribus
sic qui ultro ambit vel importune se inge
rit est procul dubio repellendus. Nam qui
sic nititur ad altiora conscendere quid agit
nisi ut crescendo decrescat, et ascendendo
exterius interius in profundum descendat. Opor
tet enim in sacerdotibus ordinandis sinceri
tas vigeat. Hic simplex sine venalitate
consensus prima preferatur electio ut ad su
mmi sacerdotii non suffragio venditoris
productus, sed dei creditur esse iudicio. Nam
quia grave omnino sit facinus dei donum ut
precio comparare evangelica est testis auctoritas.
Templum autem dominus et redemptor noster in
gressus cathedras vendencium columbas
evertit. Quid aliud est columbas vendere
nisi precium de manus impositione percipere
et sanctum spiritum quem omnipotens deus hominibus
tribuit vendidare. Quorum sacerdotium
ante dei oculos cadere cathedrarum utique pa
tenti eversione signatum est. Et tamen exercet
ad hoc nequicie pravitas vires suas. Nam
cogit vendere quos decepit ut emerent.
Et dum non attenditur quod divina voce
precipitur: Gratis accepistis gratis date,
agitur ut crescat et simoniaca facti uno
eodemque delicti condicio emerent sed et
venderent. Et cum liqueat hanc heresim

ante omnes radice pestifera subrepsisse, atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione dampnata, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc ut fiat hereticus promovetur. Plerumque igitur adversarius callidus, dum non potest in hiis que ad faciem sunt prava subripere, callide se sub pietatis imagine intromittit supplantare, suamque forsitan pretendit ab habentibus accipi ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo ut sic venena mortifera elemosine velata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram aut aucupes avem caperet, aut piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto poneret, aut ille esca hamum etiam tecte absconditum non haberet. Unde ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit temptatione subvertere latenti securius valeat arte trucidare. Neque enim elemosina reputanda est si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispensetur, gravatur potius quam adiuvatur. Elemosina redemptoris nostri oculis illa placet que non de illicitis et iniquitate congeritur, sed que de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia si monasteria aut xenodochia vel quid aliud constituatur mercedi non proficit. Item dum pravus emptor honoris sacri tristis transmittit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit quam ille potest edificare qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu elemosine cum peccato aliquid statuamus accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet dicens: Hostie impiorum abhominabiles que offeruntur ex scelere. Quicquid enim in dei sacrificio offertur omnipotentis dei non placat iracundiam sed irritat. Hinc rursus scriptum est: Honora dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit ut quasi bene prebeat, constat sine dubio quia dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor patris sit perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus quantus apud dominum dolor excitatur, quando eum sacrificium ex rapina [...]

nimis ergo declinandum est, dilectissime fili, sub obtentu elemosine peccata symoniace heresis perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere. Hoc quoque ad nos pervenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidam desiderio honoris inflati defunctis episcopis tonsorantur et fiunt repente ex laicis sacerdotes, atque irreverenter religiosi propositi ducatum arripiunt qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quid isti subiectis prestaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attigerint, tenere locum magisterii non formidant? Qua de re necesse est ut et si quivis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines ecclesiastice exerceatur officiis. Videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat, ut postea non debeat errare qui eligitur viam erratibus demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione polleatur ut placeat, et sic lucerna super candelabrum posita luceat, ut adversa ventorum vis irruens conceptam eruditionis flammam non extinguat sed augeat. Nam cum scriptum sit ut prius quis probetur et sic ministret, multo amplius ante probandus est qui populi intercessor assumitur, ne fiant causa ruine populi sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cunctis liquido notum est que sit in hanc rem diligentia sancti et egregii sollicitudo doctoris, qui neophitum ad ordines vetat sacros accedere. Sicut autem tunc neophitus dicebatur qui initio in sancte fidei conversatione plantatus ad ambiendos honores sacros irrepsit. Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Et cum idem apostolus doceat inter alia sacris ordinibus instituta discipulum manus non esse cito alicui imponendas, quid hoc celerius, quid ne precipitatius, quam ut exordiatur a summitate principium, et ante esse incipiat episcopus quam minister? Quisquis enim sacerdotium non adulationis pompam sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur, ut et impar abstineat, et ad id cum metu etiam qui se sufficere existimat accedat. Sed hec autem non faciunt

de annue synodis [illegible] / [illegible]

si ad argumentum rationabilium usum
rerum irrationabilium colligamus. Incisa
namque ligna de silvis edificantibus sic
creduntur. Nec tamen adhuc viridibus edifi-
cii pondus imponimus, nisi eorum virodita-
tem multorum dierum mora siccaverit et ap-
ta ad nostrum usum effecerit. Que si ob
ignorantia forte negligitur citius superpo-
sita mole frangitur et gignit ruinam
ad auxilium res provisa. Hinc enim et me-
dici qui curam gerunt de corpore quedam
adiutoria recenti adhuc confectione
formata indigenti non offerunt, sed
maturanda temporibus derelinquunt. Liquet
si immature quis dederit dubium non est
quia fit causa periculi res salutis. Distat
itaque distantia in officio suo sacerdoti-
bus animarum est credita cura, fiat quod
dum sacerdotum artem homines docente ratione
custodiunt, et a precepto se ambitione et si
non metu saltem pudore contineat.
Sed ne forsan ad hoc consuetudinis se-
ptus quisquis velit obiectu defendere, frater-
nitatis tue dispositionibus eos freno
coherceat et labi in illicitis non permittat.
Prima quippe ulcionem digna est non
admirationis, sed potius ad eorum debet
correctionis adduci. Neque autem hoc quod
similiter corrigendum est patimur ne-
gligenter obmittere. Nam quid prodest
cuncta premunisse si per omni locum pen-
cluso hoste prevalet accessus. Clericis
itaque qui in sacro sunt ordine consti-
tuti cohabitare mulieres prohibeantur
de quibus antiquis hactenus generis in-
iunctis consulere omni definitum est
consensu est ut preter eas quas sacri
canones complectuntur alias mulieres
habere secum non debeant. Que in dictione
et si forte aliquibus ad tempus amara cer-
tum est quia postmodum ex ipsa anime
utilitate dulcescit si unde minimus
separare potuit separetur. Illud quoque
in hac sollicitudinis parte relinquimus
quod de habendis per provincias conciliis pa-
trum prudentia utilitatis ea sanctitum
est. Unde ne qua inter fratres dissensio
ne qua inter prepositos et subiectos sint
fomenta discordie in unum sacerdotes
convenire necesse est ut et de incidentibus
causis disceptatio et sit salubris de ecclesias-
tica observatione collatio. Sicut dum per

hoc et preterita corriguntur et regularis futura
suscipiunt. Omnipotens itaque dominus sua mi-
sericordia laudetur cum nobis adesse promitti-
am si hec observabitis scitote quia scriptum
est: Ubi fuerint congregati duo aut tres
in nomine meo ibi sum in medio eorum.
Si quo adesse dignabitur ubi duo vel tres
fuerint quanto magis non deerit ubi plures
convenerint sacerdotes. Et quia de habe-
dis in anno conciliis patrum sic regula
statuta non latet. Sed ne forte aliqua im-
plere hoc utilitas non permittat semel
tamen sine excusatione aliqua decernimus
congregari, ut conspiratione concilii in eo
priori nichil presumat illicitum. Nam ple-
rique et si non amore iusticie metu examinis
abstinentur ab hoc quod omnium notitie possit
displicere iudicio. Hanc autem tunc obser-
vantiam vobis relinquendam postula-
teneamus, et omnia que ad eruditionem in
sacris a patribus scripta sunt meditemur atque
ad ea quos secundum possimus invitemus. Sacer-
tum quippe est quia si toto corde preceptis
nos salutaribus occupamus omnem vitiorum
labem effugimus. Quia dum in hiis qui-
bus edificamur intendimur locum sine
dubio deceptionis excludimus. De hiis
itaque que superius dicta sunt firmitatem
iuvante auctore deo volumus synodum con-
gregari atque in ea reverentissimo fratre nostro
Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyri-
aco abbate meditantibus omnia que sacris
canonibus sicut prediximus sunt adversa di-
stricte presumptionis sub anathematis interpo-
sitione dampnentur. Id est ut nullus pro
adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare
aliquid commodum presumat pro datis
accipere. Neque ex laico habitu quisquam repen-
te audeat ad locum sacri regiminis perveni-
re. Neque ut alie mulieres cum sacerdotibus
habitent nisi hee que sacris ut predictum est
sunt canonibus permisse. De quibus autem
reverentissimus frater noster Syagrius episcopus
ad omnem synodo dilectissimo filio nostro ab-
bate remeante nobis que acta sunt
studeat intimare, ut subtiliter agnosca-
tis quid et cum qua cautela vel quali-
ter decretum omnipotenti deo de vestra vi-
ta moribus gratias incessabiliter persolvam

Gregorius Aregio episcopo Francie. c.xix

Fraternitatis vestre afflictio quam de a-
missione vestrorum nos cognovimus habuisse

cognovimus tanta in nobis caritatis me-
toris inerat ut in nobis de duobus caritas
unum fecit cor unum ut utrius specialiter in tri-
bulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore
multum me consolata est sanctitatis tue
animi reducti districtio quam et patienter sic
tristitiam et de certe de morte spe vite alterius
nec longam habere mestitiam. Licet enim aliquid
adhuc tribulatio in vita ~~[struck]~~ remaneat
ut quiescere dolor desine tristis esse. Nam
indecens est de illis tedium afflictionis admi-
ttere quos credendum est ad veram vitam
moriendo pervenisse. Habent forsitan illi
iustam longi doloris excusationem qui vitam
alteram nesciunt qui de hoc seculo ad melius
esse transitum non confidunt. Nos autem
qui novimus qui hec credimus et docemus
contristari immune de obeuntibus non debemus
ne quod apud alios pietatis speciem tenet
hoc nobis magis in culpa sit. Nam dif-
fidentie quodammodo genus est contra hoc
quod quisque predicat torqueri mestitiam dicen-
te apostolo: Nolumus autem ignorare vos fratres
de dormientibus ut non contristemini
sicut et ceteri qui spem non habent. Hac itaque
~~[struck]~~ frater karissime ratione perspecta stu-
dendum est nobis ut sicut divinis non
de mortuis affligamur sed affectum viventibus
impendamus. Curis et pietatis ad utilita-
tem et sit ad fructum dilectionis. Unde obiur-
gando hortando suadendo blandiendo
consolando pro posse quibus possumus festi-
nemus lingua nostra bonis fomentum sit
pravis aculeus. Tumidos retundat ira-
tos mitiget pigros excitet desides hor-
tatu succendat refugientibus suadeat as-
peris blandiatur desperatos consoletur ut
quia doctores dicimur viam salutis gradi-
entibus ostendamus. Simus in custodia vi-
gilantes aditus contra hostis insidias in-
solliciti muniamus. Et si quando per devia
ovem de commissis gregibus error abduxerit
toto illam conamine ad caulas revocare domini-
tas contendamus ut de pastoris nomine
quod habemus non supplicium sed premium conse-
quamur. Verum quia in his omnibus divine gratie
adiutorium opus est omnipotentis dei assidu-
is clementiam exoremus. Quatenus ad hec nobis
operanda et velle tribuat et posse concedat
atque in ea nos via cum fructu boni operis
quam se pastor pastorum esse testatus
est dirigat ut sine quo nil ad surgi-
mus per ipsum implere omnia valeamus.
Preterea dominus filius diaconus Petrus
nobis innotuit quod fraternitas vestra tempore quo
hic fuit postulavit ut tibi et archidiacono
tuo utendi dalmaticas licentiam preberemus.
Sed quia ita hominum suorum insinuatione com-
pulsus festinanter abscessit ut nec ipsum
metorem intuebens dum ut dignum erat et
res desiderata poscebat fruerer minime.
Et nos in multis implicatos ecclesiastice ra-
tionis consideratio novum hoc inconsulto sibi
to non permitteret indulgeri. Ideo postu-
late rei prolongatus est effectus. Nunc
vero caritatis tue bona renotantes ad cum
benignitatis nostre sede petita concedimus
atque te ubi archidiacono tuo dalmaticarum
usu decorandos esse concessimus easdem
que dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyria-
co abbate deferente transmisimus. Preterea in ea
synodo quam contra symoniacam heresim
per fieri et cepimus nostrum Syagrium decrevi-
mus congregari sanctitatem vestram nolu-
imus interesse atque eidem fratri ita pallium
quod transmisimus tradi si prius se promisit
illicita que prohibemus per definitionem syno-
di a sancta ecclesia removeri. Ex qua syno-
do omnem nobis subtiliter ordinem tuam or-
dinem tuam fraternitatem volumus scriptis
desuinentibus indicare. Ut ipse cuius nobis
sanctitas valde expecta est nos reddas de
omnibus certiores. Gregorius Desiderio
Episcopo Gall. C.xv.

Fraternitatis vestre desiderium nobis
regionarii relatione cognovimus.
Quod quidem libenter parati implere si
diligenter fuerimus. De hijs que retulit in-
formati. Inquit autem a vestra sibi relatum
dilectione quod ecclesie vestre quedam olim privilegia
ab apostolica sede concessa sunt atque usum pallii
eius sacerdotes antiquitus habuisse quod et
nobis magnopere possitis reformari in
ecclesie vestre scrinio requiri fecimus et inveni-
ri non potuit. Sed quanto studiosius ista
capitis adripisti tanto nos arbitramur esse
solliciatos inquirendis caritatis ecclesie vestre vigi-
lantius curam impenderite et si qua commende
scripta invenire potueritis que nos valeant
informare hinc curare sit vestre transmittere. Nam
qui nova concedimus vetera libentissime re-
paramus. Gregorius Syagrio episcopo. C.xvi.

Magistra bonorum omnium caritas que nil
sapit extraneum, nil asperum, nil co-

Caritas

de usu pallii aliqua [illegible]

Caritas.

sensum, ita que dicit ardua et corroborat, ut nil grave nil difficile sed fiat totum dulce quod agitur. Cum igitur caritas sit principium mutue concordiam servare composita, dissociata coniungere, prava dirigere, et virtutes ceteras perfectionis sue munimine solidare, quisquis in eius radice se infixit, nec viriditate deficit nec a fructibus marcescit, quia honorem fecunditatis opus efficax non amittit. Atque ideo multum tibi dilectissime frater in domino condelector atque congaudeo quod sic eadem caritate te preditum multorum testificatione comperio, ut et ipsa que sacerdotis sunt decenter adhibeas, et absentibus te laudabiliter imitandum ostendas. Et cum igitur in predicationis opere quondam cogitans anglorum genti per augustinum quondam monasterii mei prepositum nunc fratrem et coepiscopum meum impendere studium, ita sollicitum atque devotum ad implendum in omnibus quod oportuit te fuisse cognovimus, ut in aliqua me sibi fraternitas tua habeat debitorem, tante rei consideratione commoniti ne infructuosi erga videatur existere fraternitatis tue petitionem nulla putavimus ratione postponere. Proinde secundum postulationis tue desiderium pallii te usu quod intra ecclesiam tuam habere debeas ad sacra tantum sollemnia celebranda deo auctore providimus honorandum. Sed tamen ita tibi dandum esse decrevimus, si prius per synodi definitionem emendari permissis que corrigenda mandavimus, quia dignum profecto esse credimus ut cum mentis gravitate qua deo te spiritu pollere didicimus habitus quoque exterioris clarior inter ceteros adcresceret. Presertim cum te non ad superflue elationis pompam sed pro gemina et honore tuo arbitramur etiam petiisse. Cuique te indumenta munificentie nostre indignam videamur quodammodo contulisse. Hoc etiam pariter perspeximus concedendum ut metropolitano suo per omnia loco et honore servato, ecclesia civitatis augustudinensis cui omnipotens deus preesse te voluit post lugdunensem etiam esse debeat, et hunc sibi locum et ordinem ex nostre auctoritatis indulgentia vendicare. Ceteros vero episcopos secundum ordinationis sue tempus sive ad consedendum in concilio seu ad subscribendum vel in qualibet alia re sua attendere loca decernimus

et suorum prerogativa graduum vendicare. Quamvis omnino rationis nos ordo admonet ut cui usu pallii aliqua fraternitati superius divinitus largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoribus augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere, ut cultum vestium actionis quoque ornamenta conveniant, oportet ut cuius in cunctis studium se inter fraternitatem exerceat circa subiectorum actus sit vigilans, ut illis exemplum instructio et vita ingiter sit, ligue inter exhortatione discant quod metuant, et doceantur quod diligant. Ut data talenta credita lucro multiplicata reddidisse in die retributionis audire mereatur: Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium domini tui. Curam preterea congregande synodi, quia nobis atque aliis fratribus nostris pro illicitarum rerum prohibitione fiendam scripsimus, inter speciales sollicitudinum nostrarum tuis manibus. Unde quia precellentissimos filios nostros francorum reges magna nobis novimus dilectionem impendere, cum omni nos studio omnique agere annisu necesse est ut quod de synodo congreganda mandavimus fraternitatis vestre vigilantia compleatur, atque omnia que illic pro animarum salute scripsimus censeantur, quatinus per hoc et nos zelo vestro et qualiter nobis illicita displiceant ostendatis, et nos utiliter providisse qui vestram ad hoc partes personam eligimus videamur.

Gregorius Syagrio Episcopo Augustudunensi. Cxxxvi.

Cum sacerdotalis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quisquis ea ordinatus est, curet se imitandum debet ostendere, ut exemplo suo nulli noceat, sed vitam potius valeat componere subiectorum. Nam si actus dissonat a nomine, quanto pontificatus apex plus eligit, tanto magis addicit. Itaque innotuit quendam episcopum qui illic de diversis locis inter ordinationis profectus est, in tantam se levitatem dedisse, ut et nobis de eo sit verecundia et illi episcopatus nomen non sit in honore sed onere. Et quod quia pudoris nobis est de eo illa cognoscere que in aliarum provinciarum omnino reprehendimus sacerdotibus, fraternitas tua eum illic immorari amplius non permittat, sed ad nos quantocius venire compellat, ac magis inventa per omnia occasione transmittat, ut sub ea qua dignum est observantia refrenatus, scelere mores

ad sacerdotalem studeat converti gravitatem.
Nam satis noxium atque perniciosissimum est ut in mi-
nistratione ipsius que edificari debuerant destr-
uantur. In qua re non solum ille culpabilis
sed etiam qui non restiterit invenitur. Nam con-
sentire videtur etenim qui corrigenda ut
resecari debeant non conatur. Ceterum ma-
do idem Theodorus quidam episcopus de dio-
cese reverentissimi fratris nostri Constancii
Mediolanensis ecclesie episcopi disciplinam ut de-
vitans illuc venisse firmatur. Horta-
mur ut re isto diligencius requisito ad
quem suum vita fraternitas retransmittat.
Et quia sicut legitur qui abiciat discipli-
nam infelix est nulla eum illic se conver-
sacione patiatur retinere. Sed tunc et eos qui
sentiant correpcione possint decipi liben-
ter et de illis habere mercedem ne in hac
stulticia pereant valeatis. Greg. Virgi-
lio Arelatensi et Syagrio episcopo
Augustudunensi. C. xviii.

Commissi me qualitas fratres karissimi
in vocem cogit doloris erumpere
et dilectionem vestram amaritudine caritatis
exasperare quia illic nos nimium negli-
genter remissos dicit extitisse ubi studium
nimirum acrius iusticie rectitudo et zelus debu-
it castitatis attendere. Pervenit ante ad
nos Syagriam quandam vitam religio-
sam imitantis eciam vestibus assecutam
postea que marito violenter esse quod audi-
re nequam est sociatam et in illo nostri cum
defensione dolore permotos. Unde itaque
vehemencius ingemiscimus ne apud omni-
potentem deum quod absit mercennarii
officium et non pastoris meritum habeat.
Fratres qui in ore lupi ovem lamen-
dam sine certamine reliquistis. Sed
cum dictum quia ne racione futurum est
iudicii redditum quos super solicio
non commovit, quos ad defendendum
favor nequaquam religiosi habitus excita-
vit quos ad tuendum pudicicie inte-
gritatem sacerdotalis consideracio non erex-
it. Vel nunc ergo neglectus ad memoriam
redeat huius recordacio culpe sollicitet
et officii vestri consideracio ad perfecte impli-
cens vos adhortacionis intellectat lingua
illi vestra medela sit atque ammonicionibus
nobis oracionibus operam det de incorrecta
lamenta penitencie non recedant.
Redemptori nostro eam penitentem exhibe-
at et castitatis dampna que ei corpore
servare non licuit fletu resarciat. Ita
ergo predicta mulier res suas eciam inte-
gras ut fertur desiderat cuius impendere
hortamur ut fraternitas vestra hac in re
favorem inveniat solaciis porrigatur
et servata competenti filiis porcione sic
illi sit de substancia sua iudicare quod velit.
Verum enim sine dubio bonum facit si
bona volentibus opem feratis. Hec
igitur dilectissimi fratres que loquimur
ex quo procedant amore pensate et ora-
cionem ea qua dicitur caritate suscipite.
Nam dum unum in redempcionis nostre cor-
pore corpus simus in hiis que nobis
inde sencio simus utrique. Una autem inten-
cione quo ne assit hanc ad nos epistolam
misimus cordi vestro veritatis auctor aperiat.
Et ideo hec fraterna nos ammonicio non
contristet, quia et asperum poculum liben-
ter accipit quod medicinam salutis offer-
tur. Quod superest karissimi fratres maiestatis dei
nostri misericordiam precibus exoramus ut vitam
vestram in suo pacificus timore disponat
quatinus et hic illi sacerdotaliter deservire et in con-
spectu ipsius in futuro securi assistere
sine metu valeamus. Greg. Theo-
berto et Theoderico regibus Francorum.

Summum in regibus bonum C. xxiiii.
est iusticiam colere ac sua cuique
iura servare, et in subiectos non sinere
quod potestatis est fieri sed quod equum custodire.
Quod quia nos et diligere et omnino confi-
dimus studere excellencie vestre indicare ea
que emendacionem expetunt invitamur
ut per hoc oppressis succurrere et nobis merce-
dem acquirere epistolis vestris valeamus. Fra-
trem itaque et coepiscopum nostrum Ursicinum Cau-
turcine civitatis antistitem in parochiis
suis qui intra regnum vestrum sunt tantum
constitute gite omnimodum preiudicium susti-
nere adeo ut nec ecclesiastica observancia
nec sacerdotalem gravitatem. Et nec sa-
crorum canonum diffinita nullo cuius cogi-
tente cavere aliter illic non metuerit
episcopus ordinari. Et quia pari visu inme-
ritus non tergitur illata etiam
res ecclesie sue ut fertur ablate sunt. Et
si ita verius se habet quam intollerabile
nimis est ut dicitur opprimatur cui
culpa non nocuit. Premisso paterna
caritate salutacionis alloquio petimus

ut quod excellentia vestra amore ecclesiastice
rectitudinis et equitatis contemplatione spon-
te potest impendere vestra studeat benignius
intercessione concedere, et iustitiam illis s[?]-
[?] de equitatis eius bono confidimus
faciat in omnibus custodiri atque facta verita-
te, et quod illicite actum est corrigi, et res
ei violenter ablata cum equitate iubeat sine-
re restitui. Licet quod ad tempus eius ecclesia
ab hostibus detinetur, debet illi aliquid
deficere sed hoc ad subvenientem vestram prestantia-
tibus vestre magis magisque deus annos
permanere, ut largitatis vestre munere con-
solatus captivitatis que pertulit non
possit dampna sentire. Pro utilitate
ergo anime vestre exhortatio nostra inmineat,
ut ad mercedem vestram deiectorum ecclesias
porrecta manu iustitie relevetis, quatenus
per hoc quod equitatem sacerdotibus custoditis
coram [?] actibus ante dei semper oculos flore-
atis. Mense Augusti indictione ij.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum

Sanctitatis tue suscepi
epistolam solius caritatis calamo
scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat quod
in carte pagina refundebat. Boni at-
que sapientes viri cum legeretur affuerunt
quorum statim viscera in compunctione com-
mota sunt. Cepit quisque amoris manu
in suo corde te rapere quia nulla epistola tue
mentis dulcedinem non [?] audire sed cernere.
Accendebantur et mirabantur singuli atque
ipse igitur audientium demonstrabat quam
fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se
faces ardeant alium non succendunt. Ibi
ergo vidimus quanta caritate tua mens ar-
serit que sic et alias accendit. Vitam vero
vestram cuius ego semper cum magna ve-
neratione reminiscor nunc noveram
sed exaltatitudo cordis tui patuit ex humili-
tate sermonis. Vitam autem meam cuius
esse imitabilem illa vestra epistola loquitur
sed quod non est ita ut dicitur ne [illegible]
plex mentiatur. Ad hoc autem cuiusdam
bone mulieris verba loquor: Nolite me
vocare Noemi id est pulchram, sed vocate
me Mara quia amaritudine plena
sum. Neque enim bone vir hodie ego
sum quem nosti. Multum fateor
exterius proficiendo interius cecidi, me-
que de eorum numero esse pertimesco de quibus
scriptum est: Deiecisti eos dum alle-
varentur. Non enim alienatur cum decidit

qui honoribus proficit et moribus cadit. Ego
enim vias mei capitis sequens sanum me
esse decreveram opprobrium hominum et abiec-
tio plebis, atque in eius sorte currere de quo
rursum per psalmistam dicitur: Ascensus
in corde eius disposuit in convalle lacrima-
rum, ut videlicet tanto verius intus ascen-
deret quanto per convallem lacrimarum
foris humilius iaceret. Sed nunc multum
me deprimit honor onerosus, cure innume-
re perstrepunt, et cum sese animus ad deum col-
ligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdam
gladiis scindunt. Nulla cordis quies;
prostratum iacet in infimis sue cogita-
tionis pondere depressum aut rara valde
aut nulla hoc in sublimibus penna con-
templationis levat. Torpet ignavia
mens et circumlatrantibus curis qualibus
iam pene ad stuporem deducta cogitur
modo terrena agere modo carnalia dispensare.
Aliquando vero fastidio exigente compellitur
quedam etiam cum culpa disponere. Quid
multa loquar? Vita suo pondere sanguinem
sudat. Nisi enim sanguinis nomine culpa
censeretur, psalmista non diceret: Libera
me de sanguinibus. Cum vero culpam culpis
iungimus hoc quoque quod per alium dictum est
probam implemus: Sanguis sanguinem
tetigit. Sanguis enim sanguinem tange-
re dicitur cum culpa culpe adiungitur ut in-
iquitatis cumulus multiplicetur. Sed me
hoc per omnipotentem deum deprecor
in perturbationis fluctibus elapsum tue
orationis manu me tene. Quasi enim
prospero flatu navigabam cum tranquil-
lam vitam in monasterio ducerem, sed procellosis
subito motibus tempestas exorta in
sua perturbatione me rapuit et prospera-
tem itineris amisi, quia quiete per-
dita mentis naufragium pertuli. Ecce
nunc in undis versor et tue intercessionis
tabulam quero, ut qui navi integra
dives pervenire non merui saltem post
dampna ad litus per tabulam reducar.
De podagre vero molestia sanctitas vestra
ut scribit affligitur cuius dolore assiduo
et ipse vehementer attritus sum. Sed facilis
erit consolatio si inter flagella que pati-
mur quorum fecimus ad memoriam delicta
revocamus. Atque hec non iam flagella
sed dona esse conspicimus si que carnis
delectatione peccavimus cruciatus dolore
purgamus. Preterea et benedictione beati

petri apostolorum principis pallium vobis reverentissimo ad sola missarum sollemnia utendum transmisimus. Reverentissimo valde debui qualiter vobis vivendum esset admonere, sed locutionem supprimo quia verba moribus anteitis. Deus vos sua protectione custodiat atque ad caelestis remunerationem patriae in multiplicata animarum fructu perducat. Ego autem quanta occupatione deprimor et debilitate teneor brevitas testatur epistolae, in qua et ei quem multum diligo parum loquor.

Gregorius Recaredo regi Wisigothorum . C xxvi .

Explere verbis excellentissime fili non valeo quantum tuo opere tuaque vita delector. Audita quippe novi diebus nostris virtute miraculi quod per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arrianae haereseos in fidei rectae soliditate translata est, exclamare libet cum propheta: Haec est immutatio dexterae Excelsi. Cuius enim vel saxeum pectus tanto hoc opere cognito non statim in omnipotentis laudibus atque in tuae excellentiae amore mollescat. Haec me fateor quae per vos acta sunt saepe convenientibus filiis meis dicere, saepe cum eis pariter admirari delectat. Haec me plerumque etiam contra me excitant, quod piger ego et inutilis tunc inertia torpeo quando animarum congregationibus pro lucro caelestis patriae reges elaborant. Quid itaque ego in illo tremendo examine iudici venienti dicturus sum, si tunc illuc vacuus venero ubi tua excellentia greges post se fidelium ducit, quos modo ad veritatem fidei gratiam per studiosam et continuam praedicationem traxit. Sed est mihi bone vir hoc ex Dei munere in magna consolatione, quia opus sanctum quod in me non habeo diligo in te. Cumque de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea quae per laborem tua sunt mea per caritatem fiunt. De conversatione igitur Gothorum in vestro opere et nostra exultatione licet cum angelis exclamare: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Nos ut existimo vos gratiarum amplius omnipotenti Domino debitores existimus, quia et si vobiscum nil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus. Beatus vero Petrus apostolorum princeps quam libenter munera excellentiae vestrae ipsa acceperit, cunctis liquido vita vestra testatur. Scriptum quippe est: Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid datur sed a quo datur respicit. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Dominus ad Abel et munera eius, ad Cain autem et ad munera illius non respexit. Dicturus quippe quod Dominus respexit ad munera, praemisit sollicite quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur quia non offerens a muneribus sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quam sit grata ostenditur, qui datum aurum prius ex conversatione gentis subditae animarum munera dedistis. Et vero reverentissimos abbates qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant vi maris dicitur fatigatos ex ipso itinere ad Yspanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt quae postmodum pervenerunt, sed eorum qui reverentissimi fuerant constantia probata an scirent sancto desiderio obiecta pericula vincere et in fatigatione corporis mentem minime laxari. Adversitas enim quae bonis votis obviat probatio virtutis est, non indicium reprobationis. Quis enim nesciat quam prosperum fuit quod beatus Paulus apostolus praedicaturus ad Ytaliam veniebat, et tamen veniens naufragium pertulit, sed navis cordis in marinis fluctibus integra stetit. Praeterea indico quia exiit de vestro opere in laudibus Dei hoc quod dilectissimo filio meo presbitero narrante cognovi. Quia cum vestra excellentia constitutionem quandam contra Iudaeorum perfidiam dedisset, hi de quibus prolata fuerat rectitudinem vestrae mentis inflectere pecuniarum summam offerendo moliti sunt, quam excellentia vestra contempsit, et omnipotentis Dei placere iudicio requirens auro innocentiam praetulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriam venit, qui dum concupita aqua de cisterna Bethlemitica quam inter hostiles cuneos habebat ab obsequentibus militibus fuisset oblata protinus dixit: Absit a me ut sanguinem hominum istorum bibam. Quam quia fudit et bibere noluit, scriptum est: Libavit eam Domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti Deo rex obtulit qui pro amore illius non aquam sed aurum accipere contempsit. Itaque fili excellentissime fidenter dicam quia libasti aurum Domino quod contra eum habere noluisti. Magna sunt haec et omnipotentis Dei laude tribuenda. Sed inter haec vigilanti sunt studio antiqui hostis insidiae cavendae, qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto haec auferre subtilioribus insidiis exquirit. Neque enim latrunculi in via capere viatores

Iudei perfidi

vacuos expetunt, sed eos qui aurea vasula
vel argentea ferunt. Via quippe est vita
presens, et tanto quisque necesse est ut insidiantes
spiritus caveat, quanto maiora sunt dona que
portat. Oportet ergo excellentiam vestram
in tanto hoc de conversatione gentis sibi subdite
munere quod accepit summopere custodire.

humilitas cordis

Prius humilitatem cordis ac deinde mun-
ditiam corporis. Cum enim scriptum sit:
Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se
humiliat exaltabitur. Profecto liquet quia
ille veraciter alta amat, qui mentem
suam ab humilitatis radice non dissecat.
Sepe namque malignus spiritus ut bona
destruat quibus prius adversari non valeat
ad operantis mentem post peractam operationem
venit, eamque tacitis cogitationibus quibusdam
suis laudibus excutit. Ita ut decepta
mens miretur ipsa que sunt magna
que fecit. Cum dum per occultum timorem
apud se semetipsam extollitur, eius qui do-
navit munere gratia privatur. Hinc est enim
quod propheta voce contra superbientem animam
dicitur: Habens fiduciam in pulcritudine
tua, fornicata es in nomine tuo. Fiduci-
am quippe anime in pulcritudine sua habere
est in semetipsa de iusta actione presumere.
Que in suo nomine fornicatur, cum in hoc
quod recte egit non conditoris laudem

Capilli s. Ioh. ba.

dilatari appetit, sed sue opinionis gloriam
requirit. Hinc rursum per prophetam scriptum

Anima

est: Quo pulcrior es descende. Anima
etenim unde pulcrior est inde descendit
quando ex virtutis decore quo exaltari apud
deum debuit ab eius gratia per suam elationem
cadit. Quid ergo in hiis agendum est, nisi ut
malignus spiritus cum nobis ad elevandam
mentem reducit bona que egimus, nos
semper ad memoriam mala nostra revocemus,
quibus et nostra cognoscamus esse que pec-
cando fecimus et solius omnipotentis dei
munera cum peccata declinamus. Custodi-

Munditia corporis

enda quoque est munditia corporis in stu-
diis bone actionis, quia iuxta vocem predica-
tionis apostoli: Templum dei sanctum est, quod estis
vos. Idem rursus ait: Hec est enim volun-
tas dei sanctificatio vestra. Quam sanctificationem
quid dixerit ostendens protinus adiunxit: ut
abstineatis vos a fornicatione, ut sciat
unusquisque vestrum vas suum possidere in sancti-
ficatione et honore, et non in passionibus
desideriorum. Ipsi quoque regni gubernacula

Ira

erga subiectos magno sunt moderami-
ne temperanda, ne potestas menti subripiat. Tunc enim
regnum bene regitur, cum regnandi gloria ani-
mo non dominatur. Curandum quoque est ne ira sub-
ripiat, ne fiat citius omne quod licet. Ira
quippe etiam cum delinquentium culpas
sequitur, non debet menti quasi domina preire,
sed post rationis tergum velut ancilla famula-
ri, ut ad faciem iussa veniat. Nam si semel
mentem possidens cepit, iustum esse deputat
etiam quod crudeliter facit. Hinc rursum
dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum,
tardus autem ad loquendum et tardus ad iram.
Hoc autem vos auctore omnia servare non am-
bigo, sed occasione admonitionis exhortationis
meis vestris actibus me furtive subiungo, ut que
non admoniti facitis quando nobis et admoni-
tis additur, iam non soli fecistis. Deus autem qui
in cunctis actibus vestris celestis brachii exten-
sione vos protegat, vobisque et presentis vite
prospera et post multa annorum curricula gau-
dia eterna concedat. Clavem vero parvulam a
sacratissimo beati Petri apostoli corpore pro eius be-
nedictione transmisimus, in qua est ferrum de ca-
thenis eius inclusum, ut collum illud
ad martyrium ligaverat vestrum ab omnibus pec-
catis absolvat. Crucem quoque latori presentium de-
dimus vobis offerendam, in qua lignum domini-
ce crucis inest, et capilli beati Iohannis baptiste,
ex qua semper solatium salvatoris per intercessio-
nem precursoris eius habeatis. Reverentissimo
autem fratri et coepiscopo nostro Leandro pallium beati
Petri apostoli sede transmisimus, quod et antique
consuetudini et vestris moribus et eius boni-
tati atque gravitati debebamus. Item mandato
nostro ante longum tempus vestra excellentia
neapolitano quondam iuvene venire
mandare curaverat, ut piissimo imperatori
scriberem quatenus pacta in gazophilacio reque-
reret que dudum inter pie memorie Iusti-
nianum principem et iura regni vestri fuerant
emissa, ut ex hiis colligeret quid vobis servare
deberemus. Sed ad hoc faciendum due res mihi
vehementer obstiterunt. Una quia gazophi-
lacium predicti pie memorie Iustiniani principis
tempore ita subripiente subito flamma incensum
est, ut omnino ex eius carthis pene nulla carta
remaneret. Alia autem quia nulli dicendum est
ea que contra te sunt apud temetipsum debere
documenta requirere, atque hoc per me in medium
proferre. Hec quia te hortor ut vestra excellentia
suis moribus congrua disponat, et que

ad pacem pertinent studiose peragat ut quam-
vis nostra tempora per longa sint annorum cur-
ricula in magna laude memoranda.
Preterea transmisimus clavem aliam a sacratis-
simo beati apostoli corpore que cum digno ho-
nore reposita quecumque apud vos invenerit
benedicendo multiplicet. Greg. ytalie
patricie ad omnio penancis. C xxvii.

Quasdam de sicilia venientes afflu-
quo debui de sospitate vestre excellen-
tie requisivi curam, sed de assiduitate egritu-
dinum mihi tristiciam tulerunt. Hec autem
dicens licet ego vobis de meipso memo-
rare aliud quod debebam nunciare quia mihi ex
peccatis meis facientibus ecce iam undecim
menses sunt quod valde rarum est si de lecto
aliquando surgere potuero. Tantis enim po-
dagre tantis quoque molestiarum doloribus pre-
mor ut vita mea mihi gravissima pe-
na sit. Cottidie in dolore deficio et mortis re-
medium exspectando suspiro. In clero vero huius
urbis et populo tanti febrium languores irrue-
runt ut pene nullus liber nullus servus
remansit qui esse ydoneus ad aliquod
officium vel ministerium possit. De vicinis au-
tem urbibus strages nobis cottidie mortali-
tatis nunciantur. Affrica autem qualiter mor-
talitate et languoribus vastetur quanto vicinio-
res estis tanto certius cognovistis. De ori-
ente vero qui veniunt graviores desolationes
nunciant. In his itaque omnibus quia appropin-
quante fine mundi generalem percussionem esse cog-
noscitis affligi minus de propriis molestiis
non debetis. Sed sicut sapientes nobiles
decet omne cor ad animarum curam reducite. Dis-
trictum iudicium quanto fit vicinius plus time-
te studiis pietatis intendite. De quo scriptum
est quod promissionem habeat vite presentis et future.
Potens autem est omnipotens deus vitam vestre ex-
cellentie in quo tempore consuevit et per multa
annorum curricula ad gaudia eterna perducere.
Dulcissimas filias meas dominam Barbaram
et dominam Anthoninam mea peto vice salutari
quas oro ut superna gratia protegat, eis quoque prospe-
ra in omnibus concedat. Greg. Maximo
episcopo salonitano. C xxviii.

Susceptis fratris et coepiscopi nostri Mariniani
epistolis sed et castorio cartulario nostro reme-
ante fraternitatem vestram plenissime de
his quibus dubitatis fuerat satisfecisse cogno-
vimus, magnas quoque omnipotenti deo gratias
solvimus, quia de meo corde medullitus omnis
rancor sinistre suspicionis evulsus est.
Pro qua re communem filium Stephanum dya-
conum vestrum cum summa volui celeritate
laxare, sed hunc apud me ubi paucis diebus
morari dolores corporis mearum egritudinum
compulerunt. Et postquam melioratus vel
modicum cepi eum protinus cum gaudio re-
transmittere curavi. Itaque pallium ad sacra miss-
arum utendum sollempnia ex more transmit-
timus cuius nos volumus per omnia genium
vendicare. Huius enim indumenti honor
humilitas atque iusticia est. Tota ergo mente
fraternitas vestra se exhibere festinet in prospe-
ris humilem et in adversis si quando eveniunt
cum iusticia erectam amicitiam bonis pre-
sis contrariam. Nullius umquam faciem pro
veritate loquentis premens misericordie operibus
iuxta virtutem substancie insistens compaciens
benevalentibus congaudens, aliena pro-
pria deputans. De alienis gaudiis tam-
quam de propriis exultans. In corrigendis
viciis seviens, in fovendis virtutibus
auditorum animum demulcens. In ira iudi-
cium sine ira tenens. In tranquillitate au-
teritatis sue censuram non deserens.
Hec est autem frater karissime pallii accepti quam
si sollicite servaveris quod foris accepisse
ostenderis intus habes. Preterea fratrem et
coepiscopum nostrum Sabinianum fraternitati vestre
in omnibus commendo, et si que cause sunt
interim postponantur. Caritas inter vos
fixa permaneat ut si de exterioribus si qua
contencio oritur examen veniat quibus
mentem caritas non relinquat. Communem
quoque filium honoratum archidyaconum commen-
damus. De quo si ita est sicut per castorium
cartularium nostrum didicimus quia penitus
iam tres antea archidyaconi sunt contra
consuetudinem ecclesiasticam quam reprehendendo ex-
pleto exeundo compulsi sunt, tue quidem
volumus ut caritate sanctitatis inveniat.
Nam flagiciorum iudicium non debet de causa
quam ipse iudicavit. Qui vero itaque est om-
mentis timore deposito omni quoque odio post-
posito debet in caritate recipi et nullatenus
a loco in quo inventus amoveri. Messianum
quoque clericum qui ad nos confugerat com-
muni filio Stephano dyacono fiducialiter.
Certa quia quem nos vestre fraternitati trans-
mittimus, vos in eo non odium sed gratiam potes-
tis ostendere. Omnipotens autem deus sua vos
protectione custodiat detque vobis ita agere

ut post huius qualitatis fluctus ad eterna va
leamus gaudia pervenire. Greg. Con
stantio epo mediolan. C. xxix.

Licet si multum fraternitatem vestram
ad servandam sibi iustitiam phila
grii portitoris presentium flagellum caritatis
invitet. verum quia ad restituenda que
sibi preiudicialiter asserit detineri per nos nos
voluit fieri promptiores presentia ad nos scrip
ta providimus dirigenda. Questus autem
est campum cum vinea sua a beate memorie
hominibus irrationabiliter occupatum. Quod
si ita est quamquam ante iudicium possessio ei
debuerat violenter ablata restitui tamen
quia pervenit quod domnus filius eventius
diaconus vester consentiente prefato lato
re constituit per quosque testes prefate eccle
sie satisfacere posse eiusdem ecclesie iuris il
lum esse. Ideo fraternitas vestra predictum phi
lagrium contra iustitiam laborare non faci
at. Sed modis quibus potuerit veritatem
diligenter inquirat. Et si manifeste sicut
hic stetit probari potuerit iuris vestre ecclesie hunc
ipsum decum certius faciendum est ut a sua in
tentione sine labore discedat. Alioquin
ante omnem contentionem res eius culta
vestra provisione reddatur ut sua cuique p
ti integra post hoc maneat de proprieta
te cognitio. Quia vero pro eo quod nobis nesci
entibus inde discessit vos se extimat ani
mos offendisse fraternitas vestra ei dulce
dinem sue caritatis ostendat, ut cognoscat
se longe aliter quam debuit de sacerdote
credidisse. Sed quia et sanctorum apostolorum se li
minibus sepe ut ait presentare desiderat quia
eius venire voluntas nullius impedimen
to sed vestrum magis habeat in hac parte solaci
um. Indicavit preterea suprascriptus por
titor quod collata vestri alios civitatis gen
nensis habitatores et ipse dare pariter compel
latur, et miramur ut qui magis vestra dig
nus est nobis presentibus peregrinatur. Quod
si ita est denuo ab eo per que libet exi
gi vestra sanctitas non permittat. Quia cum
quem cecitas sua gravat inhumanum in
minus est in collatione affligi tum si esset
magna utilitas debuit ex collatione im
peri. Item quia abbatia terdonensi prevenerat
sui iniuste quedam detineri fraternitas
tua predicte civitatis episcopo curet scribe
re ut si ita est sine aliqua illum conten
tione restituat. Nam si aliter esse forte

responderit aut apud nos aut apud arbitros
causa hec cognoscenda sine excusatione est aliquo
facienda. Nam isdem philagrius puel
lam suam ac filiis et nepotibus de qua nul
la ut ait est questio eundem priorem nomi
ne maurum secum innotuit. Ergo quare ac
tum est ut preter eum de quo est contentio etiam
alii de quibus nulla est questio teneantur.
Quod si veritate subsistit puella ei cum filiis
et nepotibus sine aliqua altercatione redden
da est. Et tunc de subscripto mauro questione
ventilata quod ratio suaserit teneatur. Et
si forte de uxore ipsius aliqua dicitur esse et hoc
quoque ita intuenti iudicium finiatur, ut
nobis illic presentibus ad nos de incoratis
causis denuo predictus portitor necessita
tem remeandi non habeat. Explicit
indictionis nona mensis septembris indic
tionis nona mensis octobris indictione nona. Gregorius
Romano defensori. C. xxx.

Nichil proficiat sacerdotum culpas vel
nescit, et commissa delictione cumacom
dicare. Sed eis qui committente facinore de
posuit amissi honoris solacium et casus
sui cepit esse solacium. Questus itaque nobis
est frater et coepiscopus noster traianus lucillum
quondam insule melitensis episcopum flagicium sui
iniquitate pertritum non solum res ecclesie cuius
non rector sed inimicus potius extitit abstulis
se. verum etiam plurima eum eiusdem ecclesie
competentia de preteritis retinere. Quippe qui
in fabrica vel sarta tecta ipsius nichil pro
tulit expendere, sed mente sacrilega suis totum
studuit compendiis applicare. Et quia grave
nimis ac contra deum est ut sua illi directo
non sit penas commodium. Experientia tua
eum districte commoneat ut quicquid abstu
lit vel apud se de preteritis retinet sine
mora restituat. Nam si in dictis negociis
negare fortasse voluerit quia facile dicitur
posse communicata una cum reverendissimo et coepiscopo
nostro Johanne syracusano residens subtili in
quisitione huius rei veritatem rimamini.
Et cuius probatione habita quicquid eum tulisse
vel pressisse claruerit palam verecundia
constituat quod inverecunde clam abstu
lit. Petrus autem predicti lucilli filius solli
citudine tua sit ambitus, ut quia ipse sue ecclesie
tulisse plurima perhibetur honesta ei consi
deratione restituat. Alioquin ipse et ipse
est iudicio presentandus. Ut procedente sub
tali inquisitione utrorumque eum uno va

-leat fine concludi. Preterea peruenit a nobis
supradictus Tranquillus frater noster ut in monasterio suo
quod in ciuitate Syracusana situm est
in quo a quibus quamque monachi dari debuissent
quod pro eius solacio nequaquam estimauimus de-
negandum quia ad locum prefati strenui
peruentum si apparuerint quorum consolatione
letatur non habeat mens affecta tristicia
minus ad ea que utilitati sunt erigit
et ante incipit succumbere quam laborem,
in qua re ne supradicti reuerentissimi
fratris nostri Iohannis priuilegiorum uideamur pro
[illegible] imminere. Ita hoc illi nouerit
esse concessum ut tamen fratris et coepiscopi nostri Io-
hannis sit arbitrio per omnia reseruandum.
Quia igitur petitionem sue predictus frater in-
dicat ut pueros quos de propria pecunia
comparauit ac suos patribus sui cedidit, aut
res alias proprias quas in eodem monasterio habet
ei sit tollendi licentia tanto nobis hoc negare
non potuit. Oportet ne postulata uideamur
indistincte concedere. Hanc tenendam obser-
uantiam sancto id est ut quicquid postquam
ab abbatis est remotus officio comparauit
uel quolibet titulo adquesiuit libera illi tol-
lendi facultas sit. Oportet et hoc quod de monas-
terio illo in quo conuersus est ex impensa ualen-
tium possessione uirorum sui prouenit eius manife-
stum est construxisse pollente hospitali-
tate discedens abstulit. Scriptumque detulit sine
aliqua dubietate reddendum est. Quia
alterius adquisitionis uim effugit quod
semel monasterio fuit dono sociatum. Et
quid autem dum adhuc illic abbas fun-
geretur officio adquisiuit non suum sed monas-
terii esse cognoscat. Et ideo de uiro illud
eiusdem monasterii auferri alterius quolibet modo
non patimur. Legatum igitur quam antedictum
fratrem nostrum illum capitulum condicione sin-
gulis monasterii singulis annis de eodem monasterio per-
ultimam uoluntate sua habere constituit
experientia tua sollicitate iusticia fauente
sine aliqua faciat dilatione peruenire. Gregorius

Sabino subdiacono. C xxxvi.

Cum plerumque quod in laicis culpa est
hoc tamen in sacro sit ordine con-
stitutis quanto in eis districtione puniendum
sit piaculare flagitium qui zelo rectitudinis
utitur non ignorat. Peruenit ad nos siquidem
relatione perlatum est quia Sisinnius
regitane ciuitatis presbiter quod auditu ipso in-
tollerabile nimis est proh dolor uenerator ac
cultor sit adeo ut in domo sua quoddam
ydolum positum habere presumeret. Oportet et quod
non dissimile nefas est sodomitice illum
scelere maculatum. Et ideo quia tanta
facinoris iniquitas districte ac subtili
inuestigatione querenda atque plectenda
hac tibi auctoritate praecipimus ut uigilanti stu-
dio et diligenti animo perquiras, et si qua
indicia adprehendere huius rei potueris eum
in custodia districta quousque nobis re-
nuncias redigas, ut qualiter immanissimi
facinus distruti debeat ac puniri delibera-
re possimus. Scito autem quia studium
zelum que tuum qualis contra nephan-
dissima sit crimina hec causa est sine dubio
monstratura per quam te apud nos aut
multum de sollicitudine commendat aut
periculose de neglectu nouimus accusari.
Unde necesse ut ita te uigilantem in hac
requisitione studeas exhibere quatenus et
nos de sollicitudine tua letifices, et deum
tibi facias esse placabilem. Hoc quoque
de supradicto nobis presbitero insinuatum est quod
uictorianus quidam presbiter eius cum diuer-
sis rebus uel ornamentis auctorum sue atque
pecuniam commendasset. Et cum dum depo-
situm abnegaret iudicio habito conuictus
ut reddere debuisset addictus sit. Et quia ac-
restitue id quod condempnatus est differen-
te is qui deposuisse dicitur obiuit et necessi-
tate eius presbiteri cuntur filii laborare. Ergo
experientia tua diligenter inquirat atque
ita salua ratione ad fidem hanc causam
perducat. Dummodo si ita est nec ille res
alienas perfida mente retineat et orphani
quod suum est uel amisso prece recipiat.

C xxxvii.

Dilatoris presenti stephanus in
querela ueritate subsistit omnino nos
fraternitas tua contristatos intelligat
tantum pigra res ualde extitit ut
ante ad nos facta peruenias quam contemptio
peruenire. Incestus itaque est quod cognata
tam eius cum aliquando pecatus quondam ne-
quissimus dyabolico instinctu de monasterio ex-
ire suaserat, atque agitatio sub notario inno-
ficat iniunctio habitu unde reuocata expi-
ciat nequissimus uir iniqua suasione
de monasterio rursus eiectus apud se nunc usque
impudice retineat. Ex qua re ualde se [illegible]
dixerimus tua desidia contristauit cur nec
dum in monasterio reuocata sit aut retrusa uel

nunc ergo propositi tui consideratio et zelus
te castitatis attendat ad summopere modis
quibus potueris stude ut asperitate quam
de tante iniquitatis perpetratione concepi
mus eius circa nos valeas perceptione mol
lire. Nam et Vitali defensori precepimus ut
vobis hac in causa solacium non differat.
Sed quia memoratus Petrus ab homine filii
nostri magnifici Filoxeni dicitur defensari a
prudentia nobis tua omni studio et caritate
instanter agendum est ut eam sine aliqua
faciat dilatione restitui que credimus hoc
quia bonus homo vir dicitur sine mora fac
turum. Qui si forte quod non credimus aliqua
hoc fuerit excusatione dilatus, tunc etiam
publice contestandus est atque firmitas ulla
nobis remaneat ut exinde in urbe regia
scribamus qualiter quod fieri honeste negligi
ea qua dignum est ultione plectatur.

Gregorius Romano defensori Sicilie ·C.xxxiii·

Perlatum ad nos est
reverendissimum fratrem nostrum Basilium
episcopum velut unum de vulgaribus in causis
occupari et pretoriis inutiliter observare
que res quam et ipsum vilem reddit et reveren
tiam sacerdotalem adnichilat. Statim ut
experientia tua hoc preceptum acceperit
si steterit eum ita ad revertendum distric
ta executione compellat quatenus in Sicilia
sistentem quinque diebus sub qualibet excu
satione morari non liceat. Nam si quolibet
modo eum ibidem moram habere permiseris
cum ipso apud nos graviter mereris esse
culpabilis. Mense octobri indictione
iiii. Gregorius Gugistalco Duci Ca
panie ·C.xxxiiii·

Illa prepositorum sollicitudo utilis, illa
est cautela laudabilis in qua totum
ratio agit et furor sibi nil vendicat.
Restringenda ergo sub ratione potestas est ne
quicquam agendum prius quam concitata
ad tranquillitatem mens redeat. Nam com
motionis tempore iustum putat ira quod
fecerit. Pervenit itaque ad nos magnitu
dinem tuam usque ad hoc esse impetu
furoris impulsam ut non solum fran
geres ianuas monasterii sancti Archangeli verum
etiam diripi exinde quod ibi inventum
est feceris. Insuper autem et contra abbatem eius
dem monasterii diceris exarsisse ut nisi occul
tans se iracundie tue tempore latuisset non
leve discrimen incurreret. Deinceps ut metu

tuo perterritus de domo in qua se olim rece
perat nunc usque non audeat. Sed ne sicut
forsitan fecisse videris et fugam monachi
ipsius qui ad hostes abiit eius quantum ad
nos perlatum est crimen impingis asserens
quod cum ipsius voluntate fugerit. Quod
si ita est contristamur et valde mirari sapi
entiam tuam miramur. Nam si licitum putat
ut aliorum culpa alii sit noxia nulla hinc
puto crimen subtrahi. Diversorum enim nobis lu
sive nos militum etiam clericorum diversorum mo
nasteriorum monachi multorum indicio homines
sepe se hostibus tradiderunt. Ergo si hoc
creditur sine utique dum clericorum episcopi mona
chorum abbates diversorum fugitivorum iudicio
omnes sub culpa sunt et tamen constituti.
Nuper in diebus magnitudinis tue
multi de civitate in qua consistis ad Lon
gobardos milites fuga non lapsi sunt.
Et quibus tante indiscretionis tante
propositi stultitie reperiri ut eorum iniqui
tatem tibi extimet applicandam. Hoc
itaque sollicite pensa atque ex te aliorum
existima et in quorundam adversitate
falsis suspicionibus non ducaris. Si vero
aliquis est qui prefato monasterii abbati possit
quid dicere quod ad culpam reatumque
eius pertineat, nos hoc non negligi sed
magis volumus quidem eius quorum in
est tam omnino districte et sollicite vo
lumus perscrutari ut aut feriat vindicta
culpabilem aut absolvat veritas inno
centem. Si autem nullus inveniri potu
erit contra eum hoc quod solum tempore prebes
asserere hortamur magnificentiam filii ut a me
morati monasterii abbatis et ipsius te adversita
te contineas et potius tuitionem illis et pre
sidium caritate impendas. Et si quid est un
de animum tuum fortassis offensi sunt pro
eius intuitione remittite. Et ita vos
sicut sanos convenit et prudentes in
eorum ... veniamque concedatis quos nos
nobis gratias referimus et ab omnipotente
domino mercedem pro impensis famulis eius
solacia adquiratis. Mense Martio
indictione iiii. Gregorius Clementine
patricie ·C.xxxv·

Amandum presbiterum a Sorrentino ad
episcopatum gloriosa filia electum esse
cognoscas. Tamen quia hunc sepissime de
bere tristitia contristari de eius absentia
non debet quia nec abscedere creditur quem mente

nobiscum est. Et qm pastorem queri
ebus is qui nobis olim placuit gratus
omnipotentem deum benedicentes vana
magis in hoc deuotione gaude et ut ad nos
celerius aliis profuturus venire debeat hi
lare stude. Et ita sint caritatis exultatione
in eo qui diligit ad hoc vocatur ut prestat

Gregorius Anthemio subdiacono Campanie. C. xxxvi.

Postquam is qui ad episcopatum florentie
ciuitatis electus fuerat aptus nobis
non visum est amandum presbiterum ora
torii sancti seuerini quod in castro lu
cullano situm est elige et ea prout experien
tie tue precipimus ut eundem presbiterum excu
satione postposita sub omni ad nos stude
as festinatione transmittere quatenus pentecostes
desideria cum christi auxilio si nichil est quod
eum impediat impleantur. Cuius vita
sub actus quia melius preter que ad sacrum
ordinem obsistere valeant ad nos debet omni
postposita tarditate transmitti. Sed et cum
gloriosa filia nostra clementina hec moleste
non sapiat ad eam experientia tua pergat
et cum eius voluntate hoc faciat. Si vero
remitti fortasse voluerit hunc eum sicut diximus
mus sine mora experientia tua mittat. Ita
ita animum filiorum nostrorum a nobis placandi
sunt ut tamen amicitiarum utilitas non debeat
impediri. **Greg. Johi epo. C. xxxvi.**

Quicquid tribuitur pauperibus si subtili
consideratione pensetur non est donum
sed mutuum. Quia quod datur multiplicato sine
dubio fructu recipitur. Scripsistis autem nobis
ut dulcitio viro agenti vices vestro dici de
beremus ne quid super diacoinam auderet
expendere. Et quamquam sit laudabile futura
prospicere quia tamen in sua omnino cautela est
que pietatis adiutorio non munitur et hec
sollicitudine vestra est quod nos pro vobis con
tristari inuenimus. Fertur itaque quod anno
nas atque consuetudines dyaconie que
neapolim exhibentur eminentia vestra sub
traxit. Quod minime fortasse fuerat obstu
pendum [lacuna] si iohes defensor [lacuna] non
fuisset [lacuna] tempore institute. Si igitur hic
ille angelus [lacuna] timet notum est quam sine
grauis actio negauit quantum sit sapientia
vestra consideret si ubi in aliquo bono ope
malus homo nos superat. Nulla enim
occasione hoc subtrahere nos debuit. Et
si forte nullus vos voluisset tractemus

imputare hoc de proprio nos impendere non
debuit grauari percario et huiusmodi pietas
in vestra patrona esset immanitate que mi
nistra fuisset in opere. Hoc itaque
eminentia vestra potentia qua
pollet inspiciat atque hoc quod de
successoribus eius non est ad [illegible] cepta
ut solite valeat ministrari bo[illegible] mea
sue largitatem debeat magis onde
quatenus ne in his que secundum iussionem agit
aduersitatem aliquam incurrat et hic
nobis officium amministrato coram omnipo
tenti deo possit reddere mercedem etc.

Mense Aprilis Indictione iii. Greg. Fortunato Epo. C. xxxviii.

Dum fraternitas vestra nimis erga
monasteria sibi subiecta studet
esse sollicita et ipsa aliquam reprehensio
nis incurrit et nos de sua ignauia
contristat. Peruenit ad nos mauricium
quendam qui nuper in monasterio barba
tiani commissus est ablatis secum aliis
monachis fugam de eodem monasterio distes
sisse. Quia in re pater noster barbatia
nus sua papitate vehementer accusatur
qui tam inexpertum hominem et non ante
probatum consecrauit. Quicquid vero vos
scripsimus ut prius eum probaret et tunc
aptus esset abbatem facere debetis. Vel nunc ipso
cata eum que me eligeris estote solliciti. Nam
vos illo delinquente delinquit. Si ita
se cepit exhibere ut se ad firmum ostendat re
gimen indignum. Preterea monasteriis omnibus
fraternitas vestra districtius interdicat ut eos
quos ad conuersationem susceperint priusquam
biennium in conuersatione compleant nullo
modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita
eorum mores quod sollicite comprobent. Ne quis
eorum aut non sit contentus quod voluit
aut ratum non habeat quod elegit. Nam
durum quique sit inexperto homini obsequiis pre
cari quis possit dicere. Tanto sit quis ad
dei seruicium improbatos applicari. Milites
vero si conuerti voluerint prius quam nobis re
nuncietur nullus eum sine nostro consensu
qualis presumat ratione suscipere. Quod nisi
diligenter fuerit custoditum omnem sube
corum inter culpam inexcusabiliter nouimus
redundare. Quia minime te ne erga eos
rebus ipsis testaris esse sollicitum etc.

Mense Maii Indictione iii. Gregor. Januario magistro militum. C. xxxix.

Epistolas uestras greco sermone dictatas
me mediocriter suscepisse in quibus dic-
tis quod quedam religiosa loca respon-
sum uiri publico de rebus ei com-
petentibus reddere contempnant que
res omnino me contristauit. Gra-
uis est hic itaque non solum pudi-
cia minime facere, sed etiam facta
equanimiter portare nisi forte quod res
pauperum defendere racionabiliter cogimur
ne apud omnipotentem deum culpabi-
les inueniri valeamus. Proinde San-
tino defensori que scripseram inte glo-
riosissimi ut ipse religiosos quosque in
panormitanis quibus preest ubi apud electos
iudices uenire compellat et suorum actu-
um racionem reddant. Ipse deus celestis
nobis inde largitor prebeat ut precep-
ta que agitis eius gloria seruatis.

Gregorius Constantino Episcopo
Mediolanensi . C.xl.

Relictis epistolis quas ad nos per ma-
rinianum latorem presencium transmi-
sistis grauitati nobis sollicitudinem mag-
nam fecisse respeximus quod ea que ad nos de
fratre et coepiscopo nostro Pompeio quadhuc
ita a nobis non mandum peruenit dissi-
mulare minime pertulistis. Sed si qualis fuit
in requisicione causa talis fuisset in discus-
sione subtilitas nichil esset quod de eo
dubium esset sed ambiguum. Sed vtrum verum
an esse compositum potuisset quia
iam coram ipsius dudum in ysalia apud
venerande memorie fratrem nostrum maximum
autem episcopum talis questio ut cognouimus
mota est. Sed quia cum ipsius subtili or-
dine inuestigacione quesita est inuentus
est innocens qui fuerat accusatus in
tempore. Nunc igitur quando illa que coram eo da-
sunt non sub illa qua decuit districcione
quesita sunt, et gesta que exinde apud
fraternitatem uestram confecta sunt neque
ad condempnacionem neque ad absolucionem
eius probantur posse sufficere. Non leuius
res agitur ut in ambiguo ubi in utramque
sit debeat deffiniri. Nam grauie est satis
et indecens ut in re dubia certa dicatur
sentencia. Et hec quidem gesta esse po-
terant pro non si accusacio ea confessio
sequitur. Si tamen eandem confessionem
subtilitas examinis ex occultis eruerit
et afflicto vehemens extorqueret que

frequenter hoc agit ut noxios se fateri cau-
sa cogant innoxii. Nam postquam prefatus in-
dicatur custodia cruciari tormentisque affecit sa-
cerdotis si ita est verum noscat si sic fuit ex-
torta confessio. Nunquid qui sinam tales
cause suscipiunt, et ad sedem apostolicam appel-
latur, nomine persona que indicatur prius est
ut districtissime atque ab omni latere veritas
queratur, vt tunc si debeat nec remanere
sine dicciatur. Vicarium si predictus episcopus ad
sedem apostolicam appellare noluit, eam repug-
nantibus, et cum omni est diligencia perscrutan-
da. Et ideo postquam et persona absens est, et
gesta que ad nos transmisistis nobis sicut
prefati sumus, prouece satisfacere non videntur
temere aliquid de eius persona decernere non
debemus, nec quod absit reprehensibiles
inueniamur in his quibus aliorum iure com-
petit retractare sinas. De alamandis at-
quod nobis indicatum est nos et longius
nos positi sumus, et quod verum non sit minime
dubitamus. Vestra tamen fraternitas bene faciat
per informacionem uestra quod audiunt scribere.

Mense Julii Indiccione iii. Gregorius
Libertino expretori . C.xli.

Quia uos seculi huius premat angu-
stia incognitum non habemus. Sed
quia in summa tribulacione positus sola est
consolacio nostra creatoris mentem spem nostram
ponite, ad ipsum tota uos mente conuertite
qui et iuste quem uult punitur affligi, et
confidentem in se misericorditer liberabit. Ipsi
ergo gracias agite et paciencie quecumque illata sunt
sustinete. Nam rectae mentis est deum non solum
in prosperis benedicere, sed etiam in aduersitatibus col-
laudare. Inhis que pacimini nullus con-
demnum murmur cordi uestro subripiat, qua
ad quid hoc creator uester operetur ignotum est.
Forsitan enim magnifice fili aliquid illum
in prosperis positus offendisti unde clemen-
cia amaritudine te uult purgari. Et ideo nec
temporalis te frangat afflictio nec rerum dampna
destruent, quia si in aduersis gracias refe-
rendo eum tibi paciencia feceris esse placabilem,
et que commissa sunt mihi [illegible] plicata
reddentur et super hoc gaudia [illegible] dia et-
na prestantur. Preterea autem t[illegible] curiosi
ducatus quod xxti annos uestitus ad pre-
uios per tamiani defensor semper sumus prebeni
Quia de bona petri apostoli rebus quibus quia
sunt que offeruntur pro magna sit benedic-
cione. Nam et hic nobis maiora impende-

et apud omnipotentem deum beneficia eterna prestare. Greg. Castorio episcopo Clusino. C.xlii.

Gloriosus filius noster Gausfridus ad nos scripta transmisit in-
dicans quod in castro balneo regis una cum
habitatoribus loci ipsius sibi Iohannem diaco-
num elegerit episcopum ordinandum. De cuius
omnino vita bona testatus est. Sed quia sunt
canonica nescit ut nos in expertis vel
incognitis manus temere non audemus
imponere, fraternitas vestra cum omni sollicitu-
dine ac vigilancia diviciis quibus potuerit
de vita actibusque ipsius inquirere studeat,
et si nichil est quod ei canonice possit obsi-
stere, requirendum quoque est si in opere dei stu-
dium habuerit vel psalmos noverit, et si talis
fuerit eum ad nos cum testificationis sue
epistola dirigat. Si vero aliter fuerit vestris nobis
similiter epistolis indicate. Et habitatores loci
illius adhortamini ut si iste aptus non
fuerit, sicut et subscripto Gausfrido filio nostro
scripsimus aliud sibi eligant qui ad hoc offi-
cium cum dei gratia aptus valeat inveniri.
Mense Julii indictione iii. Greg. Eulo-
gio patriarche Alexandrino. C.xliii.

Transacto anno sanctissima caritatis
vestre scripta suscepi quibus pre egritu-
dinis me immensitate rescribere nunc usque non
valui. Ecce enim iam biennium plene comple-
tur quod lectulo teneor tantisque podagre
doloribus affligor ut vix in diebus festis
usque ad horarum trium spacium surgere valeam
solemnia celebrare. Mox autem cum gravi com-
pellor dolore decumbere ut cruciatum possim
gemitu interrumpente tollerare. Cum dolor
meus modo lentus est modo nimius, sed
neque ita lentus ut recedat neque ita ni-
mius ut interficiat. Unde fit ut qui cottidie
in morte sum depellar a morte. Nec mirum
quia peccator gravis talis corruptionis carce-
re teneor inclusus unde compellor ex-
clamare Educ de carcere animam meam
ad confitendum nomini tuo. Sed quia meis
ad huc precibus obtinere non mereor rogo ut
vestre sanctitatis oratio sit michi intercessi-
onis adiutorium, quatenus me a peccati et
corruptionis pondere liberum reddat in illa
qua sicut nostis libertate glorie filiorum dei.
Scripsit autem michi dulcissima et semper hono-
randa beatitudo vestra quod ei communis filius
Anatholius diaconus de constantinopo-
litana urbe scripserit ad me quosdam mo-
nachos de iherosolimorum partibus venisse qui
me aliquid de Agnoitarum errore requisie-
rint. Et dicitis quia petiit ut vestra michi
sanctitas scriberet quid de eadem debuissem
inquisitione sentire. Sed nos ad me de ihero-
solimorum partibus requirentes aliquem mona-
chum venerunt, neque eundem communem filium nobis
potuisse aliud quam erat scribere, sed imperite
suspicor in eius epistolis errasse. Nam idem
diaconus mihi iam ante biennium scripsit
quia a predictis partibus ad constantinopo-
litanam urbem talia requirentes monachi
venerunt, meque studuit requirere quid
sentirem. Cui ego ante longum tempus
quam vestra suscepissem scripta contra eandem heresim
ipsa rescripsi que postmodum in vestre caritatis
epistola inveni. Atque omnipotenti deo magnas
gratias retuli, quia de cunctis inquisitionibus
romanorum atque grecorum patres quorum nos se-
quaces sumus uno spiritu sunt locuti. In michi-
cum eandem vestram epistolam ita repperi ac si con-
tra eandem heresim scripta latinorum patrum legerem.
Sed quantum potui de sanctissimo fratre meo
amare bonum et laudare perpendite, maiorem
venerandos patres quos multum diligo reverenciam
novi. Sit ergo illi laus sic in excelsis gloria
cuius dono adhuc in sede petri clamans vox
marci de cuius effusione spiritus cum sacerdos
penetranda misteria scilicet ad sancta sanctorum
intrat, in sancta ecclesia vel in thabernaculo
ex verbis predicationis spiritualia tintinabula
resonant. Recta itaque et valde laudabilis
est vestra predicatio. Sed omnipotentem dominum de-
precamur ut diu nos etiam in hac vita cus-
todiat, ut de dei organo quod estis in hoc
mundo latius vox veritatis sonet. Pro me autem
peto intercedite ut hinc peregrinationis via
que michi asperior est facta cum celeritate fi-
niatur. Quatinus qui ex meis non valeo ex
vestris meritis possim ad eterne patrie promis-
sa pertingere, et cum celi civibus gaudere.

mile

C.xliiii

Ad romanam urbem veniens
dominus filius presbyter
veteranus ita me podagre doloribus debilem
repperit ut fraternitati tue epistolis per me rudere
nullatenus valuissem. Et quidem de scla-
vorum gente que nobis valde imminet et affli-
gor vehementer et conturbor. Affligor in his
que iam in nobis patior, conturbor quia
istrie aditum iam ad ytaliam intrare ce-
perunt. De iuliano autem scribo, ne quid dicam
quando ubique video quia nos peccata nostra re-

Sclavi intraverunt Ytaliam

spondeant ut et foris agentibus et intus
a iudicibus conturbemur. Sed nolite de ta
libus omnimodo contristari, quia qui post
nos venient deteriora tempora videbunt ita ut
in comparatione sui tempus felices nos exi
stiment dies habuisse. In quantum vero prevales
fraternitas opponere se pro oppressis debes
que etiam si perficere minime valuerit, ipsa
omnipotenti deo mentes devotas sufficit
quam dederit. Scriptum est enim. Eripe eos
qui ducuntur ad mortem et qui trahuntur ad
interitum liberare non cesses. Et si dixe
ris vires non suppetunt qui inspector
est cordis ipse intelligit. In omni ergo
quod agis inspectorem cordis appete habere
placatum. Certissimum est unde illi place
as facere non omittas. Nam humani favo
ris et gratie fumo sunt similes qui leni
aura raptus evanescit. Hoc certissime
scito quia placere deo et pravis hominibus
nullus potest. In tanto ergo se extimet frater
nitas tua omnipotenti deo placuisse,
quanto se pravis hominibus displicuisse cog
noverit. Ipsa tamen defensio pauperum mo
derata et gravis sit, ne si quid nimis
rigide agimus ex iuventute nos arbi
trentur homines superbire. Sed talis necesse
est ut inveniatur pro oppressis vestra de
fensio quatenus et humiles protectorem sentiant
et oppressores non facile inveniant quod
ex malivola mente reprehendant. Atten
de ergo quod ad Ezechielem dicitur. Fili hominis
increduli et subversores sunt tecum et cum
scorpionibus habitas. Et beatus Iob ait. Frater
fui draconum et socius strucionum. Et pau
lus discipulis dicit. In medio nationis prave
et perverse inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo. Tanto ergo debemus cautius
ambulare, quanto nos scimus inter dei ini
micos vivere. De Frontinianistis autem
fraternitas tua sit omnino sollicita et sicut ce
pit studeas quatenus ad statum suum ecclesie revoce
tur. Si qui vero ad me venire voluerint
et rationem reddere, prius insinuando prebe
ant quia non permittant sibi qui in eorum
errore etiam ratione recepta persistunt.
Et postmodum eis tua sanctitas permit
tat quia a me nullam violentiam pati
untur, sed rationem reddo si veritatem cog
noverint illesos dimittam. Si qui vero com
nos ex eis ad nos venire voluerint in
me eos fraternitas tua retineat quia veni
entes aut rationem recipient aut facto ca
strum illam ulterius non videbunt.

Greg. Innocencio episcopo affrice. C. xl.

Lutulenta enim exterius et condita cor
dis melle scientia ita sui nos sapo
rem medullitus infudit et in suo amore
nos rapuit ut nobis et dulce sonet quod
scribitis et sapiat suave quod agitis. Nec miri
to quia bonis studiis conditus est in iudicio
magnus est non favore. Fatemur autem nos
suscepisse epistolas cognoscentes letitia se
permiscuit nostra tristicia. Nam ex una parte
letati de profectu dulcissimi filii consistenti
sumus ab altera quia quam grave sit confu
sis temporibus lotis moribus esse prepositos ex in
prorsus dolore sentimus. Unde omni stu
dium est ut res aspera fiat mercedis occa
sio. Nam sicut nostis de terra plena carduis
frumentum egreditur, et de spinis rosa produ
citur. Dum ergo seminandi nobis congruum
tempus est bonorum operum semina spargere non
cessetis, ut maiores in die messis letitie
manipulos reportetis atque ad eternam glo
riam exstirpatorum honoris merito veniatis.
Cognoscentes quale studium in precandis
rumoribus gessistis sollicitudinem vestram
desiderato nuncio revelamus. Indicantis
tamen longobardorum rege usque ad mensem
marcii future quarte indictionis de pace pro
piciante deo convenisse que si retineant
ignoramus. Et idem rex obiisset postea
nuntiatum est licet adhuc ut dicatur incertum.
De ananmidario autem que scripsistis secun
dum voluntatem utinam sequatur effectus, qua
quantum ad nos pertinet afflictis intercessio
nis nostre solacium non negamus. Quod vero
in expositione sancti Iob transmitti nobis
codicem voluistis vestro omnino studio gaude
mus. Nam illi rei eminentiam vestram sa
gere conspicimus que nec totos foris exi
re permittat et ad cor iterum scelestis aut
dispersos recolligat. Sed si delicatiore cupitis
pabulo saginari beati Augustini patrie
vestri opuscula legite, et ad comparationem illi
um furfurem nostrum non queratis. Quale preterea
proemium qualemque effectum in utilitatibus
pauperum beati Petri apostolorum principis ama
toris sui gloria vestra prebuerit Ylario cartula
rio nostro testificante didicimus. Et quia re
uberes gratias exsolventes omnipotentis
dei misericordiam exoramus ut et per sue protectione
nos muniat et malos circum nos hostes

et

exterius nec malignos spiritus interius
prevalere permittat. Sed ita actiones vestras
in suo semper pietatis amore disponat ut sicut
facit vos homines itaque per longevi-
tatis decursus in sanctorum suorum fa-
ciat numero gloriosos. Gregorius Iohanni Episcopo
Caralis. C. xlvii.

Qualiter in Sardinia minores vel
pauperes ab eis qui illic maiores
sunt opprimantur reverentissimi fratris nostri Domi-
ni carthaginensis episcopi atque eminentissimi
filii nostri Innocentii ... epistolae quorum quae nobis
facta sunt nostris exemplaria per has episto-
larum portitores transmittenda sunt ideo ea quae
petenda sunt offerunt studiose agen-
dum est ut ea quae permittuntur opere com-
pleantur. Hi qui corporis de quibus est quaestio
in ecclesia fortasse refugerint ita debet
causa disponi ut nec ipsi violentiam
patiantur nec hi qui dicuntur oppressi dispen-
dia sustineant. Curae ergo vestrae sit ut eis
sacramentum cum abbatibus quorum interest ser-
vanda lege et iustitia permittat. Et per
omnia commoneatur exire atque suorum actu-
um reddere rationem. Cui etiam ecclesiae vestrae
deputare vos defensorem convenit cum
sollicitudine ea quae illis fuerint permis-
sa fiunt quatinus nec aliis noxia sit et
ipsis ecclesiastica salvatione possint prodesse
refugia. Ita ergo fraternitas vestra faci-
at ut licet quae cum studio emendanda
sunt moram per eam vel impedimentum
aliquod non contingat. Gregorius
Adeodato abbati neapolitano. C. xlviii.

Quotiendam monachorum eiusdem mo-
nasterii ad nos relatione pervenit
monachos monasterii gratiensis quod situm
in platea est et monasterium sancti Sebastiani quod
neapoli in domo quondam Romani con-
structum est. Ubi deo miserante sicut
deinceps abbatis geris officium se monasterio tuo
cum suis omnibus magnopere proposuisse ad-
ut cartas omnes eiusdem monasterii tuo monasterio
dicantur tradidisse. Sed quia monasterium ipsum in
neapolitana est diocesi constitutum ne
quando quod absit constitutio prudenter aliter
videamus, volumus ut quousque nea-
polim ordinetur antistes tuo interim monasterio
ante fatum gratiense monasterium cum omnibus ad
se pertinentibus sit unitum. Cum vero pro-
curante domino neapolim fuerit episcopus ordina-
tus utrum in perpetuo haec unitio extendi
ac talis esse debeat mature ac sollici-
tius pertractabimus. Prima vero monasterium puteo-
lis constitutum quod facilis dicitur ita esse de-
stitutum a monachis perhibetur ut non solum
dei illic opus minime celebretur sed etiam pe-
ne pro delicto quod dici grave est habeatur.
Idcirco tuo illud monasterium praesenti auctoritate cum omnibus
ad se pertinentibus in perpetuo duximus unien-
dum admonentes ut monachos in praedicta
utraque monasterio debeas deputare qui et curam
illic diligentem habeant et opus dei regulari
studeant institutione peragere atque ita sol-
licitudinem sicut convenit exhibere ut nec illos
de neglectu nec te de minori sollicitudine
culpa confundat. Cartas vero ad eadem
monasteria pertinentes cognoveritis si ab aliquibus
irrationabiliter detinentur exigat vestra auctoritate
repetendi exigendi quoque atque tuo monasterio vin-
dicandi habebis per omnia deo iuvante licen-
tiam. Prima dignum est ut quorum cuiuscumque
generis nullomodo fraudetis. Monachos
autem quos in monasterio puteolis siti ...
de putaneis subtua quidem disciplina
sed tamen puteolano episcopo cuius diocesis est vel
neapolitano nomine subiaceant. Gregorius
Clero et nobilibus civitatis neapolitane
C. xlix.

Nec novum nec repre-
hensibile in eligendo episcopo populi se
vota in duas partes dividere, sed grave est
quando in huiusmodi causis non episcopi iudicio
sed de solo favore venit electio. Duo enim episcopi
scripta ad nos vestra discernunt. Iohannem dia-
conem qui ab altera parte electus est parvulam
habere filiam quorundam relatione cognovi-
mus. Unde si rationem voluissent attendere
nec alii eum eligere nec ipse debuerat consen-
tire. Nam quia praesumptione ad episcopatum audet
accedere qui adhuc longam corporis sui con-
tinentiam filiola teste convincitur non habere.
Petrus autem idem diaconus quem a nobis
electum asseritis omnino quantum dicitur simplex est
et nostis quia talis hoc tempore in regimine
debet arte constitui qui non solum de
salute animarum verum etiam de externa
subiectorum utilitate et cautela sciat esse
sollicitus. Nam de eo insuper ad nos perve-
nisse cognoscite quia solidos dederit ad
usuras, quod nos oportet cum omni subtilitate
requirere et si ita constiterit aliud eligere et
ab huiusmodi nos persona sine mora suspendere.
Nam nos amatoribus usurarum nulla ra-
tione manus imponimus. Si vero subtili

hita inquisitione hoc falsum esse putamus
quia persona nobis eius ignota est et utrum
ita sit de simplicitate quod ad nos prolatum
est cum decreto a nobis facto ad nos veni-
re necesse est ut de vita moribus quoque ipsius
sollicitius requirentes sensum praecognos-
camus. Et si hinc iudicio aptus extiterit
nostra in eum adiuvante domino desideria
compleamus. Studii praeterea vestri sit ca-
am alium qui aptus sit providere ne forte
hunc ordinari hic non videatur idoneus
sit in quo se vestra declinare possit electio.
Nam quae cleri illius est obprobrium ut si
hic fortasse approbatus non fuerit alium
se dicant qui eligi debeat non habere.

Mense Augusti Indictione iii Gregorius
Dominico episcopo Carthaginensi. C xliij r.

Quanta in Africanis partibus lues
inolevit iam dudum agnovi-
mus et quia nec Ytalia a cladis percus-
sione est libera geminata in nobis do-
lorum sunt gemitus. Sed inter mala et
alias calamitates innumeras desperata
cor nostrum hinc firma tribulatione deficeret
nisi fragilitatem nostram vox dominica prae-
monuisset. Olim enim fidelibus evangelice
e tuba lectionis insonuit appropinquante
fine mundi pestilentiam bella et alia mul-
ta que adhuc sicut nostis in metu sunt
eventura. Et nunc ergo patienter patimur
affligi ex eis nimium tamquam de incogni-
tis non debemus. Nam plerumque et genus
mortis in alterius mortis consideratione
libamen est. Quantas devastationes quantas
quoque crudelitates vidimus quibus mors so-
la remedium et erat vita tormentum.
Nonne cum David optio esset mortis ob-
lata recusatis fame vel gladio pestilen-
tiam dei elegit manum subcumbere. Ex qua
re colligitur in hac qua divina percussione
interimur quanta sit gratia quam ea vocatione
obtinuit quam propheta sancto pro munere con-
stat oblatum. Itaque creatori nostro in cunctis
adversitatibus gratias referamus atque de eius
misericordia confidentes paenitentie tollamus cura
satis minus patimur quam meremur. Ceterum
tamen ita temporaliter flagellamur ut sine eterne
vite consolatione minime relinquamur
necesse est. Ut quando hiis signis imminen-
tibus venturo iudici iam proximo
nos tamen tanto tenemur stare quibus in eius
sinum examine positum bone actionis stu-
dio et fletu penitentie muniamur ut tante
nobis percussionis sauciatur eius gratia non
dampnationis in nostram set beneficium purgationis
existant. Quia vero ea insinuat vestra natu-
ra est ut non possimus de obeuntibus non
dolere, fraternitatis vestrae doctrina doceat sit
solamen. Mansura illis bona que promittun-
tur insinuet ut spe centesima robusta in
comparatione futuri muneris distat de amis-
sione temporalium non dolere. Vestra eos lingua sti-
mulet et ardenti magis ac magis a pravis
operibus pertractatione coherceat. Bonorum prae-
mia, malorum penas edisserat ut qui bona
minime diligunt saltem mala pertimescant
et abhorreant que sine plectenda committant.
Nam in flagellis positos flagellis digna
committere contra ferientem superaliter superbire
et ferientis acrius iracundiam irritare atque
est primum genus dementie nolle quempiam
a malis suis iuste quiescere et demum iuste
alia velle vulneratione cessare. Sed quia in hiis
divino adiutorio opus est in cunctis dilectis-
sime frater precibus omnipotentis dei clementiam
exoremus ut et nos digne ista tribuat ex-
hiberi et populorum ad haec operanda misericordie
corda compungat quatenus in timore ipsius
actus nostros salubriter ordinantes et ab
ingruentibus malis eruamur et ad superna veni-
re gaudia eius ducente gratia sine qua nichil
possumus mereamur.

Gregorius Eulogio
patriarche Alexandrino. C. l. r.

Sicut aqua frigida anime sitienti sic
nuntius bonus qui venit ad sancte ecclesie
adiutorium pertinet ubi vita atque incolumitas
suavissime vestre sanctitatis que ex perpe-
tua luce veritatis et candem ecclesiam predicatio-
nis verbo illuminat et ad meliorem viam morum
suorum exemplis informat. Quotiens autem
in corde meo unanimitatem vestram colligo
atque in corde vestro fixum me permanere cognos-
co ego omnipotenti deo gratias ago quod divelli
locis caritas non potest. Nam et corpore longe
distinguimur mente tamen semper indivisibiles
sumus. Dominus autem filius Anatholius diaco-
nus meus ut suis michi scriptis innotuit in ur-
be regia nonnulla ecclesiastica quedam de
causis vestris sunt mota. Sed credo quod plus
michi innuaverit haec quam de causa ecclesie beatitudo
vestra loquetur. Et gaudeo quia vos nobis ad-
esse contingat non arbitror defuisse. Nam
veritatis magister Petri sequaces et sancte pre-
dicator illa sit quia loquimini potuisti que de

iudex venturus

apostolici per os doctoris sonare debuerit. Sed
ante hos dies Abraamio Alexandrino veni-
enti sanctitati vestre rescripseram, ubi quid
de sapientibus viris que contra hereticos Agnoi-
tas dicitis sensimus, ubi autem tarde videremur.
Sed eisdem Abraamius navigii vicissitudine com-
pulsus diu prohibetur in Neapolitana civi-
tate demoratus, atque in eo sensu quo dudum
scripseram ita rescribo. Quia de doctrina
vestra contra hereticos qui dicuntur Agnoite fuit val-
de quod admirarer, quod autem displiceret
non fuit. In eodem autem sensu iam dudum
communi filio meo Anatholio diacono scrip-
seram. Ita autem doctrina vestra per omnia Latinis
patribus concordavit, ut mirum mihi non esset
quia diversis linguis spiritus non fuit diversus.
Nam hoc de ficulnea dixistis, meo sensu
ipse beatus Augustinus loquitur. Quia cum
evangelista subiungit: non enim erat
tempus ficorum, aperte cognoscitur quod per ficum
dominus fructum in synagoga quesierat, que
folia legis habuit, sed fructum operis non habe-
bat. Non enim poterat creator omnium nescire
quia fructum ficus non habuit, cum dum tempus
ficorum non esset omnes poterant. De eo vero
quod scriptum est quia diem et horam neque
filius neque angeli sciunt, omnino vestra sanctitas sen-
sit, quia non ad eundem filium iuxta hoc quod ca-
put est, sed iuxta corpus eius quod nos sumus
est certissime referendum. Qua de re in multis
locis idem beatus Augustinus eo sensu utitur.
Dicit quoque et aliud quod de eodem filio pos-
sit intelligi, quia omnipotens deus aliquando
more loquitur humano, sicut ad Abraham dicit:
Nunc cognovi quia times deum. Non quia
deus tunc timeri se cognovit, sed quia tunc
eundem Abraham fecit agnoscere quia deum
timeret. Sicut nos letum diem dicimus, non
quia ipse dies letus est, sed quia nos letos
facit. Ita et omnipotens deus nescire se
dicit diem quem nesciri facit, non quia ipse
nesciat, sed quia hunc sciri minime permit-
tit. Unde et pater solus dicitur scire, quia consubstancia-
lis ei filius ex eius natura que est super
angelos habet et hoc sciat quod angeli igno-
rant. Unde et hoc intelligi subtilius potest,
quia incarnatus unigenitus factusque
pro nobis homo perfectus in natura quidem
humanitatis novit diem et horam iu-
dicii, sed tamen hunc non ex natura humanita-
tis novit. Quod ergo in ipsa novit, non ex ipsa
novit. Quia deus homo factus diem et

horam iudicii per divinitatis sue clementiam
novit. Sicut enim in nuptiis cum mater virgo
diceret vinum deesse, audivit: Quid mihi et tibi
est, mulier? Nondum venit hora mea.
Neque enim angelorum dominus hore subiectus erat,
qui inter cuncta que creavit horas et tempora
fecerat. Sed quia mater virgo vinum defuit,
per eam miraculum fieri volebat, statim
ei responsum est: Quid mihi et tibi est, mulier?
ac si aperte diceretur: Unde facere miracula
possum, hoc mihi ex patre, non ex matre est.
Ex matre autem mori poterat, qui ex natura
patris miracula faciebat. Unde et in cruce
positus eandem matrem moriens recogno-
vit, quam discipulo commendavit dicens:
Ecce mater tua. Ait ergo: Quid mihi et tibi est, mulier?
Nondum venit hora mea. Id est, in mi-
raculo quod ex tua natura non habeo te mi-
nime recognosco. Cum hora mortis venerit,
cognosco te matrem, quia unde mori possum
hoc ex te habeo. Itaque scientiam quam ex huma-
nitatis natura non habuit, ex qua cum an-
gelis quidem creatura fuit, hanc se cum
angelis qui creatura sunt habere denega-
vit. Diem ergo iudicii et horam scit deus
et homo. Res autem valde manifesta est quod
quisquis Nestorianus non est, Agnoites
nullatenus esse potest. Nam qui ipsam dei
sapientiam fatetur incarnatam, qua mente
valet dicere aliquid quod dei sapientia ignoret?
Scriptum est: In principio erat verbum, et verbum
erat apud deum, et deus erat verbum. Omnia
per ipsum facta sunt. Si omnia, procul dubio
etiam iudicii dies et hora. Quis ergo ita
desipiat ut dicere presumat quia verbum
patris fecit quod ignorat? Scriptum quoque est:
Sciens Ihesus quia omnia dedit ei pater in
manus. Si omnia, profecto et iudicii diem
et horam. Quis ergo ita stultus est ut di-
cat quia accepit filius in manibus quod
nescit? De eo vero loco in quo mulieribus de
Lazaro dicit: Ubi posuistis eum? quia
specialiter sensimus quod sensistis, quia
si negant dominum scisse ubi fuerat Lazarus
sepultus atque ideo requisisse, procul dubio
compelluntur fateri quia nescivit dominus
in quibus locis se Adam et Eva abscondi-
rant, cum in paradiso vocat: Adam ubi
es? Aut cum Cain corripit dicens: Ubi
est Abel frater tuus? Qui si nesciebat,
cur protinus adiunxit: Sanguis fratris tui
clamat ad me de terra? Sive hec in loco

potentiam

Sed iam nunc Gabbali aliud loquatur dicens: Cum hoc mulieribus dominus qui per Martham dixerat quia mortuum Lazarum ubi posuerunt requisivit, sic si aperte eum aliquam ignorans mulieribus: Ego vivo in paradyso positus quem vos posuistis in sepulchro. Sed hoc verbo iniecti ipsum filius domnus Anatholius dyaconus viderit aliam questionem dicens: Quid si obiciat quia sicut immortalis mori dignatus est ut nos liberaret a morte, et eternus ante tempora fieri voluerit, qualiter ita dei sapientia ignorantiam nostram suscipere dignatus est ut nos ab ignorancia liberaret. Sed ad hoc necdum rendi quia gravi intercisque infirmitate detentus sum. Iam mutant nobis ex preceptis ordo ne convalescere, et ei si ita presto convaluero ut dictare valeam adiuvante domino respondebo. De quibus nobis in dictis est ne videar docere que nostis, quia me dicamina virtus medendi prohibent que membris sanis ac fortibus proficiunt.

Indicamus preterea quia gravem hic interpretum difficultatem patimur. Dum enim non sunt qui sensum de sensu exprimunt, sed transferre semper verborum proprietatem volunt, omnem dictorum sensum confundunt. Sic agitur ut ea que translata fuerint nisi cum gravi labore intelligi nullomodo valeamus. Indicatum vero sancti Marci evangeliste et vestre beatitudinis accepi. Ligna autem transmittere nolui, sed navis parva fuit que venit, ea portare non potuit. Sed naves [illegible] quam viderunt Alexandriam venientes parva sit. Nam alia nobis omnino iuncta que necdum ad romanam civitatem tracta sunt, quia expectamus ut veniente alexandrina navi trahi debuissent, et in loco ubi missa fuerant remanserunt. Ipse deus vitam vestram ad edificationem sancte ecclesie per tempora longa custodiat, nobisque aspirante [illegible] orationis ut quem pia pectora exprimunt ad omnipotentem deum preces levent. Mense Septembri Indictione iiii.

Gregorius Palladio presbytero de monte Syna. C. li.

Epistolis dilectionis tue susceptis, fili, meum simplicium regimen [illegible] Et qua tamen caritate vegetetur intelligimus. Et qua tamen [illegible] mei consolatione non indiget, cum ipsa veritas dicat: Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius. Qui iterum dicit: Si de hoc mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret; sed quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mundum videlicet corda carnalium designans que diligunt mundum. Hec ergo cum perfecte sacre te audiam minor dilectionem tuam verbis hominum contristatam. Inter verba ergo laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum est. Et si in ea non invenitur bonum quod de nobis dicitur, magna tristicia esse debet. Et rursum in ea non invenitur malum quod de nobis homines locuti sunt, in magna debemus leticia prosilire. Quid enim si laudant cuncti, cum conscientia accusat? Aut que debet esse tristicia si omnes accusent et sola conscientia nos liberos dimittit? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Iob quoque dicit: Ecce in celo testis meus. Qui ergo testis in celo testis in corde. Dimitte stultos loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt nisi quod in pulverem sufflant atque in oculos suos terram excitant? Unde plus detractiones prosufflant, inde magis nichil veritatis vident. Rogandi tamen sunt etiam in tranquillitate ammonendi, eisque satisfaciendum sibi ex veritate voluerint. Hec consolacionem quam in sacris eloquiis assumas, quia cum dominus docens fuisset, Petro dicente: Audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit: Sinite illos, ceci sunt et duces cecorum. Paulus quoque apostolus ammonet dicens: Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Quia hec difficile esse premisit si fieri potest, et tamen admonuit quod posset fieri cum diceret: Quod ex vobis est, quia si vos in mente caritatem erga odientes servare contingit, et illi pacem in vobiscum pacem non servant, vos tamen cum illo sine dubio habentis. In omnibus ergo, fili karissime, cor custodi, sicut scriptum est: Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hoc breviter pro caritatis commemoratione rescripsi. Sed peto ut pro me orare debeas, quatenus omnipotens deus ut animalibus me sensibus et a perversis hominibus custodire dignetur. Quia in hac vita mee peregrinationis mala me simul et multa circumdant, ita ut cum psalmista merito dicam: In me transierunt ire tue, et terrores tui conturbaverunt me. Tamen

derunt me sicut aqua tota die circumdederunt
me simul. Celestis gratia et nos in urbibus
et vos in heremo protegat, quia antiquus
hostis a cunctis locis a temptatione non exclu
ditur. Nam si in paradyso hominem stravit
quis locus esse contra paradysum potest in
quo mentes hominum penetrare non valeat.
In sola enim creatoris nostri protectione fiden
dum est cui ex intimo corde clamemus
Esto michi in deum protectorem et in locum
munitum ut salvum me facias. Transmisi
mus vobis cucullam et tunicam quae ea
petimus caritate suscipi qua a nobis trans
missa sunt. **Gregorius Castorio episcopo.**

Scripta fraternitatis vestre. **C. lxii.**
suscipientes contristati sumus
quod vos per ea et graviter infirmatos et
adhuc debiles esse cognovimus. Et licet
sanctitatem vestram videndi desiderium habe
mus, bene tamen fecistis isto vos illic tempore con
tinere ne venientes hic de egritudinis vestre
recidiva nobis tristiciam faceretis. De episcopo
autem laudavimus quod personam non
temere elegistis sed cauta sicut decuit exti
tistis. Revenientibus autem vobis si deo pla
cuerit communi deliberatione tractabimus
et quod utile visum fuerit deo auxiliante
disponimus. Unum autem caballum vobis
qualem invenimus potuimus de benedictione
sancti petri transmisimus ut sedatis in quo
post infirmitatem vectari possitis. De cau
sis vero pro quibus latores presentium hic venerunt
quid actum sit ipsorum omnium renunciatione
cognoscatis. Ceteras causas ad quas sine
labore potestis accedere fraternitas vestra
officium visitationis impendat. Plebs
quam illic deo propicio baptizavit inconsig
nati non debeant remanere. **Gregorius**
Leontio exconsuli. C. lxiii.

Cautionis et exemplar libertini
ad me studuit gloria vestra transmit
tere quibus michi ostenderet cui qua obliga
tione vel mente ad preterire dignitatem
idem libertinus accessit. Sed que a glorioso
fratre meo palatino patricio vel consilia
rio meo viro magnifico theodoro relic
ta michi subtiliter insinuata est atque
execrabilis et michi et cunctis apprime
qui cognoscere valuerint. Sed debeat gloria
vestra meminisse quia nunquam meas epistolas
pro commendatione alicuius accepit nisi ut
per actionem vestram favente iustitia prestaretis.

Et quia de eodem libertino tota simul
provincia gloriosus referebat indicavi. Nam
vel quid esset quales causas habuerit
neque unquam professus sum, neque hactenus
subtiliter scio. Nam si et in ista causa actionis
culpabilis invenitur de aliis causis quas
ipse allegat nescio. Unum tamen hoc bene atque
constanter novi quia et si quam rebus
publicis fraudem fecerat substantia eius
teneri debuit non libertas. Nam in hoc quod
liberi tenduntur ut taceam quod omnipotens
deus offenditur ut taceam quod vestro opere
vehementer gravatur, pessimum tamen imperatoris
nostri omnino tempora suscitantur. Hoc enim inter
reges gentium et imperium romanorum distat
quia reges gentium domini servorum sunt. Im
perator vero romanorum dominus liberorum. Un
de vos quicquid agitis primus quidem serva
ta iustitia deinde custodita per omnia liberta
te agere debetis. Scriptum est: Quod tibi non
vis alii ne feceris. Et per semetipsam veritas
dicit: Que vultis ut faciant vobis homines
et vos eadem facite illis. Libertatem ergo
eorum qui vobis in discussione commissi sunt
vestram specialiter attendere debet. Et si ipsi a
maioribus vestris iniuriam libertate vestram
non vultis subiectorum vestrorum libertatem hono
rando custodite. Beatus qui dixit: Scelera
et tua custodiunt verba autem mea custodiunt
Cumque quia verba non custodiunt sed per omnia
implentur, metuamus quod iterum dicit: In
qua mensura mensi fueritis in ea reme
tietur vobis. Deinde autem gloria vestra existi
mat quia si simpliciter si crudeliter agimus
despecto deo nobis hominem placamus
nullomodo. Nam ipse despicit cum cont
nos quem despecto placare nolumus
irritat. Curemus ergo per omnia placare deo
qui potens est etiam iratos homines ad
mansuetudinem reducere. Nam sicut dixi
etiam mansueti homines indignante deo
ad iracundiam provocantur. Si autem deo gratia
sine verberibus atque terroribus fraudes publice
inveniri non possunt hoc admittere poteritis nisi
in rectorum causa dominus leontius non venisset.
Nam verum est quia illi solent manibus ex
cedere qui in sensu et lingua deficiunt. De qua
re michi vestra sanctitas non valet excusare.
Nam ubi que auditis ut quae dicatis subti
liter exquirens invenit quia homines sine
causa ceditis qui auxiliante deo verbis agere
omnia potestis. De causis vero quos discutit

alio cautionis

distinctio inter reges gentium et romanorum

irascitur inimicos meos

verum fateor quia multa audiens que
quondam caguovi vehementer erubesco Sed
et nobis et piissimo domino imperatori tacuo
Nam si michi constare potuisset ex ipsis
causis de suis racionibus habent, et pius per e-
pistolas nos pulsare habui et si auditus
minime fuissem serenissimo domino imperatori
suggerere. Sed quia mihi de eorum racionibus
nichil constat ideo sicut dixi et nobis et
piissimo principi hactenus nichil dixi
Turpe est enim defendere quod prius michi
non constiterit iustum esse. Etenim ego
homines propter iusticiam diligo, non autem
iusticiam propter homines postpono. Ita ergo
age glorios[e] fili ut in accione commissa pri-
us illum habeas placatum qui continet
omnia, ac deinde serenissimi principis vo-
luntatem cum sollicitudine impleas. Nam
et eius accione atque tibi commissa esse
negligentem existimo. Sed quia omnipoten-
te deo largiente ydonea vita est sapien-
tia et racionis vigilanti ac subtiliter exqui-
rere, et creatoris nobis iudicium per mansue-
tudinem placare. Euocares ita animum ma-
dit mentem eadem, vincere tempus dif-
ferre tempus furoris. Cum tranquilla
mens fuit quod placet iudicare. Ita ea
in vindicta malorum sequi debet racionem
animi non preire, ut quasi ancilla iusti-
cie post tergum veniat, et non lasciua an-
te faciem prorumpat. Aliquando vero ostenden-
da est et non cohibenda. Aliquando cohiben-
da est si nunquam sequenda. Unde cum
execucione iuste placata mente nascitur
iracundiam et non sequimur et cohibemus
iracundiam que animum perturbat quanta consi-
deracione cauenda est. Unde quia scriptum est
Sit autem omnis homo velox ad audiendum
tardus autem ad loquendum et tardus ad
iram. Ira enim viri iusticiam dei non operatur.
Hinc rursum scriptum est. Cum iracundo
habitare cum homine tanquam facilis est
ad irascendum. Hinc item dicit. Noli esse
cum homine iracundo neque ambules cum
viro furioso ne forte discas semitas eius
et sumas scandalum anime tue. Non hac
in laude paciencie scriptum est. Melior vir qui
vincit iram quam qui capit civitatem
magnam. Hinc dauid personam in se in-
morum sumens ait. Turbatus est pre ira
oculus meus. Ceterum ex ipsa turbacione quod
sequatur admonet. Inveteraui inter omnes

inimicos meos. Ex ira quippe conturba-
tus fuit oculus cordis inter inimicos meos
ad vetustatem reducitur quia inter malignos
spiritus ad vetustatem hominis similitudinem reuo-
catur. Cum igitur iram que est premonet
sacra eloquia tot testimoniis detestentur
perpendamus qua intencione debemus hoc
vicium fugere quod deo iudice in testimonio
illius totus reprobatur. Alia est occurrit
opinio, quia alii grauatur, et quibusdam
que ex principali iussione expensa sunt
minime reputantur. Quod si verum sit nescio
Si tamen ita est hoc omnino facere et pro timore
eterni iudicii, et per ipsius humane considera-
cionis racione minime debetis. Sed gloriose
fili amore dei tuo est prouocatus cuncta que
scripsi audita que audiui breuiter indicaui
Sapientis autem viri est et breuiter audita la-
tius pensare, et quecumque deo displicent in ce-
leritate corrigere. Omnipotens deus celestis
nos gracie proteccione custodiat ut hic nos et
a prauis actibus et a peruersis hominibus tueatur
et apud se postmodum in eterna piarum re-
muneracione letificet. Gregorius Theodolinde
Dulci Illustri femine. C.lxiii.

Ut moram in derigendis reliquiis quas
gloria vestra petiit faceremus non volunta-
te distulimus, sed procedentis rei nos casus
fecit ambigere. Deus autem omnipotens cordis
vestri deuocionem intuens miraculorum signis
admonentibus a vestra nos intencione fraudari
non pertulit. Sed ideo desiderium vestri mo-
dica noluit dilacione differri ut decenabus
miraculis et amor nobis accresceret in vene-
racione sanctorum. Quia vicarius sancti
ambrosii indiguius credentur ordinatur
si electus a talibus ordinatur. Nec enim est
quod nos hac ex causa detineat ut ali-
quam nobis vanitatem inuenerat. Etenim
unde possit alimenta sancto ambrosio
famulantibus clericis reipublice partibus deo
protegente consistit. Hoc igitur mordi-
nando eo quem a nobis electus est nulla
possit mora contingere. Panthaleone
notarium nostrum tuis misimus qui cum ut
moris est admittente consensus vestri
auctore faciat consecrari. Sed cum eciam quia de
possessionibus quas magnus quod presbiter
commissas habuerat ut de aliis ecclesie vestre
vtilitatibus curam gerere ut quid agere debeat
in prima mandauimus unde se et dilecto in
omnibus deuota ut decet studeat exhibere.

hic deficit vna Epistola 177.
Clero et plebi Mediolanensi
de electo Episcopo /

Mense octobr(i) indict(ione) Gregor(ius) Innoc(entio) p(re)f(ect)o Affrice. C. lv.

Qui in pravor(um) actuu(m) eminencie v(est)re vindictam esse desiderat, q(ui)d de equitatis eius bono senciat estimat(e). Proinde reverendissimus frat(er) (et) coep(iscopus) n(oste)r plenam nobis dolorib(us) q(ue)relam deferens (et) ut malos ab accione p(er)versa correctionis (et) oppressos ab iniusticia eruat. Referunt siquidem seu(?) fratres m(ihi)? in locis suis violencias multaq(ue) alia contra edicti morem affricanos iudices exercere. Petim(us) q(ue) ut dupplicia illic c(on)stituta q(uam) auditu ipso intellegendum est exigatur. Et q(uia) hui(us) mali emendacio vestre specialiter autem dignitatis expectat, petim(us) ut subtili indagacione p(er)quirite (et) ita h(oc) deo nobis (et) beatis imp(er)ante corrigite, quib(us) afflictos p(ro) mercede a(n)i(m)e v(est)re p(ro)teccione iusticie subveniatis. Et hui(us) emendacionis exemplo alios a p(ra)vis de futuris accionib(us) arceatis.

Gregor(ius) Allexandro Sicilie. C. lvi.

Qui de f(i)lia caritate non licet emendare ei quos diligit no(n) recusat. Et ideo patrimonii eccl(es)ie ravennatis q(uo)d in Sicilia constitutu(m) est ita d(icitu)r diminutum ac si melius esse q(uam) illic utilitates ip(s)ius age(re) potuisset curare fuit reverentissimi fratris (et) coep(iscopi) n(ost)ri Mariniani de ordinando p(re)sbitero ipse ne amplius detrimentum cogitaret. Ad quo(d) quidem gubnacioni Iohem diaconu(m) suu(m) tr(ansm)isit. P(rese)nti no(s) salutantes affectu petimus ut ei taq(ue) a nobis misso sicut de nobis confidimus caritatem in omnib(us) impendatis etc.

Prepositor(um) sollicitu(dini). C. lvii.

Pro subiectorum cautela est q(uo)d q(uia) nu(m) semper eorum accitam vigilat hostis insidiis declinat. Quantum autem sollertis generis fratrib(us) quanto q(ue) studio in cor(de) sis custodia vigilans reverentissimo frat(re) (et) coep(iscopo) n(ost)ro memoria referente cognovimus. Et sicut vos auditu detractionis tue incauta remissio sepius contristavit, ita p(ro)visionis tue sollicitudo letificat. Lima studii cautella (et) tibi ad veneracionem (et) aliis ad utilitatem exemplum p(ro)fuisse non dubium est. Sed quia quantum se ad u(er)satus in(?) exp(er)imento perfectioni cognoscit tanto p(er)culta querit irrumpere et repugnantes sub callida nitit(ur) arte decipere. Dileccionis tue vigilancia acce-

cioni se semp(er) cura succedat, (et) ita cuncta deo adiuvante p(re)muniat ut lupus seviens hunc illucq(ue) discurrens in ovile di-cas ingrediendi locum no(n) habeat. Eos g(ra)q(ui) tibi co(m)missi sunt a gula, a sup(er)bia, ab avaricia, a malloquio (et) ab om(n)i immundicia redemptoris n(ost)ri suffragante gra(cia) p(ro)hibere ac studium tuu(m) sit p(ro) animarum custodire. Ut tanto tibi maior de commissa gub(er)nacione merces accrescat quanto subditi tui contra adv(er)sarii nequicias te vigilante fuerint victores. Itaq(ue) te boni dulcem, p(ra)vi sentiant correctorem. In qua videlicet correctione hunc esse ordinem nov(er)is observandum ut p(er)sonam diligas et vicia p(er)sequaris. Nisi aliter age(re) fortasse volueris transeat in crudelitate(m) correccione ut p(er)das quos emendare desideras. Sic enim debet absc(i)ndere ut non possis vulnerare quod sanum est, ne si plus q(uam) res exigit ferri impresseris noceas cui prodesse festinas. Ipsa enim in te dulcedo cauta sit non remissa. Correctio vero diligens sit non severa. Sed alt(er)u(m) condiatur ex altero ut (et) boni habeant amando q(uo)d caveant et p(ra)vi metuendo quod diligant. Hec dilectissime fili sollicite atte(n)de, studiose custodi, ut dum tali moderacione deo n(ost)ro incolumes quos suscepisti reddes in die extreme retribucionis audire sis meritus: Euge serve bone (et) fidelis, q(ui)a in pauca fuisti fidelis sup(er) multa te constituam, intra in gaudiu(m) d(omi)ni tui. (Et) filium p(re)dicta(?) in(?) Calumpnium p(re)sbit(er)um qui caritati tue sup(er) est melius commendandus in tua dilectione p(er)ficere optam(us).

Gregor(ius) Sereno ep(iscop)o Massiliensi. C. lviii.

Litterarum tuarum p(ri)mordia ita sacerdotalem mentis benivolentiam demonstrabant ut maior nobis fieret de fraternitate leticia. Sed tanto cor(de) finis a suis dissensit iniciis ut no(n) unius s(e)d diversorum esse mentem talis crederet epistola. Ex illo aut(em) quod de scriptis meis que ad te misimus dubitasti qu(am) sis incautus apparuit. Nam si diligenter ea que fr(ater)no amore admonuimus attendisses non solum minime dubitasses, s(ed) i(m)mo quid te sacerdotali gravitate oporteret agere cognovisses. Neque enim Cyriacus abbas qui scriptorum nostrorum portitor extitit ita discipline vel erudicionis fuit ut vel ipse

de ymaginibus
et adoratione

aliud facere sicut putas audeat vel istud
de eius tibi persona suspicionem falsitatis
assumeres. Sed dum monita salubria
pensare postponis contigit ut non solum
actu verum etiam ex interrogatione culpa
bilis. Perlatum siquidem ad nos fuerat
quod inconsiderato zelo succensus sanctorum
ymagines sub hac quasi excusatione ne
adorari debuissent confregeris. Et
quidem quia adorari vetuisses omnino
laudamus, fregisse vero reprehendimus.
Dic frater a quo factum sacerdote aliquando
auditum est quod fecisti. Si non aliud
vel illud te non debuit revocare ne de
spectis aliis fratribus solum te sanctum et
crederes sapientem. Aliud est enim
picturam adorare, aliud per picture histo
riam quid sit adorandum addiscere. Nam
quod legentibus scriptura hoc ydiotis
prestat pictura cernentibus. Quia in ipsa
ignorantes vident quod sequi debeant
in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde
et precipue gentibus pro lectione pictura est
quod magnopere a te qui inter gentes habi
tas attendi decuerat. Ne dum recto zelo in
caute succenderis ferocibus animis scandalum
generares, frangi ergo non debuit quod
non adorandum in ecclesiis sed instruendas
solummodo mentes fuit nescientium colloca
tum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum
depingi historias non sine ratione ve
tustas admisit si zelum discretione con
disses sine dubio et ea que intendebas
salubriter obtinere et collectum gregem non dis
pergere sed dispersum pocius poteras con
gregare, ut pastoris in te meritum nomen
excelleret, non culpa dispersoris incumberet.
Hoc autem dum in hoc animi tui se
nimis motus exequeris ita tuos
scandalizasse filios perhiberis ut maxima
eorum pars a tua se communione suspenderet.
Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves
adducas qui quas habes retinere non prevales.
Proinde hortamur ut vel nunc studeas esse
sollicitus, atque ab hac te presumpcione com
pescas et eorum animos quos a tua disiunc
tos unitate cognoscis paterna ad te dulce
dine cum adnisu omnique studio revocare
festines. Convocandi enim sunt dispersi
ecclesie filii eisque scripture sacre testimo
niis ostendendum quia omne manufactum
adorare non liceat, quoniam scriptum est Dominum

Deum tuum adorabis et illi soli servies. Ac de
inde subiungendum quia picturas ymagi
num que ad edificationem imperiti populi fuerant
facte ut nescientes litteras ipsam historiam
intendentes quid actum sit discerent, transisse
in adorationem videras, idcirco commotus es ut
eas ymagines frangi preciperes. Atque eis di
cendum. Si ad hanc instructionem ad quam
ymagines facte sunt habere vultis in ecclesia
eas modis omnibus et fieri et haberi permittas,
atque indica quod non tibi ipsa visio historie
que pictura teste pandebatur displicuerit
sed illa adoratio que picturis fuerat incompe
tenter exhibita atque in his verbis eorum men
tes demulcens eos ad concordiam tuam revo
ca. Et si quis ymagines facere voluerit minime
prohibe, adorare vero ymagines modis
omnibus devita. Sed hoc sollicite fraternitas
tua admoneat ut ex visione rei geste
ardorem compunctionis percipiant, et in
adoratione solius omnipotentis sancte
trinitatis humiliter prosternantur. Cuncta vero
hec ex amore sancte ecclesie et tue fraternitatis
loquimur. Non ergo ex mea correctione fran
gatur a zelo rectitudinis sed magis adiuve
tur in studio pie dispensationis. Preterea

de lapso presbitero familiari

pervenit ad nos quod dilectio tua libenter ma
los homines in societate sua recipiat adeo
ut presbiter quidam qui post lapsus est
et nunc adhuc talis iniquitatis pollucione
versari familiaris habeatur. Quod quidem nos
ex toto non credimus quia qui talem reci
pit scelere non corrigit sed magis aliis ta
lia perpetrare videtur dare licenciam. Sed
ne forte aliqua tibi subrepcione vel dissi
mulatione veritate reciperetur, atque adhuc habea
tur gratiis suasit non solum hunc a te
longius expellere verum etiam excessus ipsi
us sacerdotali te zelo modis omnibus conve
nit resecare. Illos vero qui preterea esse
meruerint pastoria adhortatione sua pra
vitate compescere et ad viam studeat recti
tudinis revocare. Nam si quod absit salu
bria monita eos videris in nullo perficere
et hos quoque a tua basilica paulatim abicere
ne pravitates eorum ex eo quod recipiuntur
displicere minime videantur, et non solum
incorrecta remaneant, sed etiam eorum
receptione alii corrumpantur. Et considera
te quia et hominibus execrabile et periculosum
ante dei sit oculos si per eum a quo plec
tenda sunt cuncta nutriri vicia videantur.

Hoc igitur dilectissime frater diligenter attende ut per vos salubriter corrigatis et scandalum de malorum sacerdotum filiorum vestrorum animis non inducatis. Gregorius clero ecclesie Mediolanensi. C. lx.

Latorem presentium Arthalem presbiterum causam allegasse quod ei contingeret ubi filius prius Laurentius reverende memorie episcopus indixerat dum apud nos est ut redeuntes memorata. Unde scripta nostra recordande memorie fratri et coepiscopo nostro Constantio misimus ut cum eo sacerdotali studio causam ipsam definire iurgiorum cessante strepitu debuisset. Quod sicut fratre nostro Cardinus se olim facere voluisse et adhuc facere velle respondebat. Sed quia latorem horum diu in hac urbe demoratum atque illuc distulit remeare inutiliusque decedi non poterat. Ideo dilectioni vestre scriptis presentibus adhortamur ut memoratum virum illic venientem caritatem vestram quam decet esse impertiatis. Et cum auctore deo ecclesia fuerit ordinata id agatis quatenus causa ipsa que ex immenso dilata est ita sine mora equitate servata debeat terminari ut nec antedicta femina amplius fatigari nec vos videamini contra ecclesiasticum propositum petentibus negasse quod iustum est. C. lxi.

Participes procul dubio mercedis existat qui bonorum se operum exhibet adiutorem. Cum ergo multi de barbaris et provincialibus ad Christianam fidem ducuntur deo propicio devotissime festinat magnitudo vestra studium suum hac in causa decenter accomodet et fratri coepiscopo nostro victori in convertendis baptizandisque eis studiose concurrat. Ut dum de multitudine animarum per baptisma vobis fuerint solacia libere et apud homines laudem habere et apud omnipotentem deum quod summopere studendum est magnam mercedem possitis acquirere. Sed quoniam vobis gratias referentes magnitudini vestre possimus in omnibus omnibus consistere debitores. Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. C. lxii.

Gratam nobis fraternitatis vestre sollicitudinem fuisse cognoscite quam pastoralis evigilancia pro tuitione animarum ut oportebat exhibuit. Indicatum siquidem nobis est quod in domo quondam Epiphanii lectoris ecclesie vestre ideo secundum voluntatem ipsius monasterium constitui vetustas ne procedo quod domus ipsa ancillarum dei monasterio ad habitandum deputata exinde contingeret animarum. Est valde laudabile quia antiquus hostis insidias provisione congrua ut decuit precavistis. Sed quia prelatum ad nos est Pompeianam religiosam feminam velle de eodem monasterio ancillas dei tollere et ad sua unde collecte fuerant monasteria revocare atque illic congregationem constituere monachorum necesse est ut si impletum hoc fuerit defuncti mo[...] omnibus confunditur. Si vero fratrem nostrum ne testatoris voluntas in toto videatur esse frustrata volumus ut quia monasterium urbanum quondam abbatis positum foris civitatem Caralitanam ita dicitur destitutum ut ne unus illic monachus remaneret. Hoc in quem memoratus Epiphanius in monasterio quod sicut dictum est in domo sua fieri decreverat abbatem esse constituit. Si tamen nichil est quod eum impediat abbas debeat ordinari atque reliquie que ibi in domo antedicti Epiphanii condende fuerant recondantur et ei modis omnibus applicetur quicquid deputaverat edificium contulerat. Quibus si de loco presentis subscriptam cautelam voluntas eius disponitur meritus nichilominus illibata servetur. Est hoc quidem omnia fraternitas vestra una cum vitale disponat et ita ea vali studeat ordinare ut sicut de laudabili prohibitione ita quoque de bona hac possit constitutione mercedem. Ipsum vero monasterium fraternitati vestre sit suffragium commendare. Hortamur [...] habundanti ut id salva iusticia sicut vos decet beate commendatum. Gregorius Panthaleoni notario. C. lxiii.

Experiencia tua presente auctore suffulta Genuensem urbem auxiliante domino proficiscens deus dedit diaconus ecclesie Mediolanensis si tamen acutum aliud est et si nichil est quod ei ex ante acta vita per sacros possit canones obviare episcopum sollempniter faciat ordinari. Et ideo quia multe illic ecclesie utilitates sunt que deo propicio pagan sollicitudine esse necesse est et ita omnia secundum capitulatorem subter annexam requirere valeat et disponere ut nulla de neglectu vel [...] sed magis vigilancia deo et hominibus valeat commendari. Anno incarnationis domini dei et salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino Mauricio Tiberio perpetuo augusto anno

voluntas

dissolvuntur

xiii Eodem quo Constantinus anno xvi die iii nonarum octobris indictione iiii. C.lxiiii.

Presidente beatissimo et apostolico papa Gregorio atque considentibus reverentissimis meina episcopo Telesino, Basilio Capuano, Constancio numentario, Montano sconense, Victore fanense, Johanne presbitero tituli Johannis et Pauli, Andromachus presbitero tituli Eudoxie, Rusticus presbitero tituli sancte Susanne, Rubelius presbitero tituli sancti Marcelli, Dominicus presbitero tituli sancti Cyriaci, Johannes presbitero tituli sanctorum Johannis et Pauli, Agnatius presbitero tituli Eudoxie, Felix presbitero tituli sancte Sabine, Gaudiosus presbitero tituli sanctorum Nerei et Achillei, Bonifacius presbitero tituli sancti Sixti, adstantibus eciam diaconibus et clero, pariter secretarius dixit: Probus abbas monasterii sanctorum Andree et Lucie intus si preceptis desiderat aspectibus presentari. Gregorius episcopus sancte ecclesie catholice urbis Rome dixit: veniat. Cumque ingressus fuisset dixit: cur adesse volueris fateri te convenit. Probus abbas dixit: Peticionem pre manibus habeo, postulo a beatitudine domini mei ut eciam suscipi et vobis relegi iubeatis. Dixit: fiat. Que cum suscepta fuisset pariter in hiis verbis recitata: In nomine domini dei nostri imperante domino Mauricio Tyberio perpetuo augusto anno xv imperii eiusdem domini xxii die iii kalendas octobris indictione iiii. Magne inter beatitudini me desiderio olim domino meo bene comperta se. Veritasque michi conscienciam testem est qua suggero. Cum dudum ante hos annos ad religiosum migrassem officium disposuerim in cellula semper solitarius habitare ibique unus paucis diebus quod superest vite transigere ipse quod nec aliquid de substanciola mea ante ordinarem sine disposicione. Sciens tamen ab intestato quam ex testamento filium posse succedere. Quadam autem die dum inter alios ad obsequium domini mei fuissem ingressus subito atque inopinato mandato in monasterium atque onera abbatis debuissem suscipere preceptis. Veritasque surgentes non indulto ad deliberandum vel tractandum michi spacio ad monasterium iam monachus ambulare coactus sum. Unde quia nichil antea de substanciola facti vel potui ordinare deprecor lacrimabiliter supplico ut per concessa per constitucionem decreti licencia fas michi sit de omnibus rebus meis voluntatem meam disponere quibus nec michi obedientia mea officiat nec filio et pauperi possit esse dampnosa. Notum autem notum est quia illos legalis sanctio qui de substancia sua prohibet postquam monasterium ingressi sunt ordinare quibus disponendarum rerum suarum suppetit ante licencia. Non autem eos quos ad hunc quod inque lactaverant prepositorum suorum parte cogit instancia, quam sicut legis voluntas hoc ex indeliberacione facientibus contradicit, ita eis qui compelluntur malere succurrit. Hanc autem suggestionem supplicacionemque meam Emiliano notario sancte ecclesie romane noto in ea scribendam dictavi, atque propria manu ego Probus supra scriptus subscripsi et vobis beatissimo domino meo pape Gregorio porrexi. Ego Probus supra scriptus in hanc peticionem a me oblatam subscripsi. Gregorius dixit: Pro quia textus oblate nobis peticionis innotuit, Probus abbas paulisper abscedat ut de hiis que petit cum fratribus filiisque meis quid statuendum sit deliberare possimus. Quo recedente postquam de eius peticione tractatum est, dixit: Probus abbas qui abesse paululum fecerat rursus adveniat ut ea que nobiscum fratribus filiisque meis in commune visa sunt censeamus. Cumque presentatus fuisset dixit: Ubi veritas cum racione concordat desideria petentis implere non minus iustum est quam benignum. Pensa igitur serie peticionis oblate quia que in ea locutus es ita esse recolimus. Neque enim aliquem intra unumquemque antea cogitacionem ascendat ut in quocumque monasterio abbatis tibi curam debuisse iniungere, sed quodam die dum de ordinando monasterii cui posse cognosceris cum meis filiis tractaremus atque aptam personam huic officio quereremus ex impulsu ingrediente cordi meo et corpori quando nobis ad tractandum adesse subito natum est ut te illic abbatem deo propicio constituere deberemus, quia quod te intra tibi constat impositum et voluntatis tue rigorem iussio mea potuerit exhortacionis inflectere nequaquam sicut ne forte hanc potuisses pro te spacium tedendi iterum ordinatum abbatem ad ipsum te monasterium nec monachus fuisti antea mittemus. Ne ergo hec obediencia vel dileccionem tue tristitiam vel alius possit ferre iacturam universas res tuas

alienandi vel quicquid volueris disponendi libertatem
tibi privilegiis constituti in tuo nomine statutalibus
licentiam. Propter quae eam te in disponendis rebus
ut tibi placuerit habere nominis facultatem, quam
te poteras antequam monasterium intravisses. Nec quoniam
tibi abbatis officium quod sicut datum est recente ac invitus nostris suscepisse formi-
dans obsiste, quia in ordinandis disponen-
dis que rebus tuis non habes licentiam, dilec-
tionem tuam ne per se teneret ita ut diximus
exegit instancia. Proinde ne qua te dubie-
tatis de hiis que volueris ordinare suspi-
cio ullatenus umquam erit vel in monasterio tali sub-
iectus alio nomine ex monastice conversationis
statu vel abbatis officio quocumque ingenio vel
cuiuslibet excusationis specie contra praesentis sci-
tum constituti venire decernimus, sed tamquam
si ingressus monasterium non fuisses, ita omnia
de universa facultate tua ordinaveris et
disposueris velut illibata et sine aliqua dubitatione
auctoritate statuimus refragatione servanda.

Gregorius Iohanni subdiacono Ravenne.
Qualiter Iohannes argentarius. Capitulum XXV.

Quantus indigentibus fideiussoribus fuit
saepe remedium experientia tua bene novit.
Sed non contingit ut nunc importuno quondam
Iulianus fideiussor accedens utilitatem eius non
modicam praeparatur adeo ut in ecclesia diu-
tiam residens vehementius affligatur. Sed
quia quibusdam erat suspicio quod praedicto
Iuliano non simpliciter sed compendio ad
fideiussorem accessit, ad sacratissimum corpus
beati Petri apostolorum principis districta omnino
sacramenta quantum nobis renuntiatum est
praebuit non solum nullum se ab eo ex toto
commodum recepisse. Propterea etiam ne aliquid
habuisse promissum, sed ei ut ceteris simpli-
citer assistisse. Et quia tam longo tempore in ecclesia
eius hominis affligi simplicitas non debet,
experimentissimum filium nostrum praefatum modis
quibus valueris age ut ipsa una statio quae
in Roma civitate remansit eius temporibus
laudari non debeat, sed ei pro mercede sua
hac afflictione subveniat atque eum dura
missione dignetur absolvere et amplius illum
in hac [?] civitate esse minime patiatur. Ita
quemadmodum simplex benignus quem
sit vel diversis fuerit saepe in tribulatione re-
medium, nec ipse habeatur incognitum. Et
ideo ita sicut diximus tu omni dulcedine
apud eum stude agere ut in hanc absolu-
tione in illis possit ferre consultum. Et hoc
via remedii eius sicut diximus temporibus non
claudatur. Mense decembri indictione
IIII. Gregorius Iohanni religioso. Capitulum XXVI.

Licet eos qui pia intentione sollici-
tudinis curam debilibus ac egenis
impendunt sua apud omnes valeat tueri
devotio, melius tamen est si pro quiete sua
de hiis fuerint munita quae egerunt,
ne inde eis inquietudinis occasio ve-
niat unde magis laudandi sunt. Oriatur. Quia igitur
te Iohannem religiosum intentionis tuae stu-
dio provocatum mensam pauperum exhibendae
diaconiae elegimus praeponendum, ne qua tibi
ex hac vel statuta administratione dubietas
habeatur te munitione praesenti praeceptionis fulciendum
constituentes ut de hoc quod ad mensas
pauperum vel diaconiae exhibitionem per-
cepisti sine subtractione perpetuis erogandis
nulli umquam hominum quolibet modo seu in-
genio cogaris ponere rationem vel aliquam
debeas molestiam sustinere. Et quia ita
humanis te omnibus esse volumus rationibus
absolutum ut deo non hominibus de hiis
quae tibi commisimus rationem te noveris po-
stulandum, hortamur ut fidei in te sinceritas
vigeat, sit mens in rebus intensior,
cura propensior, studium vigilantius, devo-
tio clarior, exhibitio efficacior, quatenus divino
munitus auxilio hoc opus sollerter
implevisse et illi per quibus sollicitudinem
geris studii tui solatio utiliter conplevent
ut tale mercedis tuae bonum in aeterna vita
redemptoris nostri gratia compensante
recipias. Mense Ianuarii indictione
IIII. Gregorius Venantio episcopo
Syracusano. Capitulum XXVII.

Debitum salutationis alloquium sol-
vens ea volui loqui quae pateor,
sed incongruum puto narrare quae nostis.
Podagrae enim doloribus torqueor qui et
maxime et vobis non dispariliter noti sunt,
apud nos vehementer exarsit, nos de-
cerere a vita fecerunt. Inter quos non
debemus aliud nisi semper ad memoriam
delicta nostra revocare atque omnipotenti
deo gratias agere. Nam qui ex carnis blan-
dimentis multa peccavimus, ex carnis
afflictione purgamur. Sciendum quoque nobis
est quia poena praesens si affligit animum conver-
tit finis est culpae praecedentis. Si autem
ad timorem domini minime convertit, initi-
um est poenae sequentis. Curandum ergo

nobis est et summopere et fletibus cotidiane mentis
cum lassatione vigilandum ne de tormento
ad tormenta transeamus. Considerandum ergo est quanta erga nos dispensatione
pietatis agat conditor noster qui morte
dignos assidue percutit et tamen adhuc
minime occidit. Comminatur enim quod facturus
est nec tamen facit ut dolores nos percutientes terreant et commissos ad timorem districti
iudicis ad eius nos misericordiam diffusione
in timo abscondant. Scimus enim dictis
quibus contigerit quia in sua luxuria demersi, in blasphemiis quoque et superbia
perurientes in rapinis et iniquitatibus permanentes usque ad diem mortis ita in
hoc seculo vixerunt ut nec saltem dolorem vel capitis sentirent, sed subito perpetuis ignibus
inferni sunt traditi. Nos ergo homines indicamus
quia delicti non sumus qui assidue flagellamur teste scriptura que dicit: Quem diligit dominus castigat, flagellat omnem filium
quem recipit. In operibus itaque omnibus dei
recurrentes ad memoriam et eius munera
et nostri reatus dampna pensemus quanta
bona semper in nostram maliciam fecerit et quanta
mala sub eius bonitate commisimus. Impleamus quod per prophetam dominus dicit: Reduc
me in memoriam ut iudicemur simul. Iudicemur nos in nostra cogitatione cum deo ne
districte postmodum iudicemur. Quod etiam
Paulus dicit: Si nosmetipsos iudicaremus non
utique adeo iudicaremur. Cunctis ergo festinat evadere districtionem sententie iudicis
sequentis per amaritudinem presentis omnem
dulcedinem intimat vite futuris. Crucian
quod autem hominis mundi bona sunt eius dona
sunt nisi conditoris. Quod libere nobis non
debet domini dei quod per delectationem sui separat a dilectione. Nec data dandis preferenda
sunt dum bona percipimus etiam mali unde
triste in eius timore debemus ne de
timore illius disiungamur. Creator autem
omnium ipse omnipotens deus hec que nobis
in epistulis loquimur menti vestre aspiratione sui
spiritus infundat, nos ergo ab omnibus culpe inquinationibus tergat, et hic nobis consolationis
sue gaudium et apud se regna perpetua eterna
concedat. Dulcissimas filias dominam Barbaram et dominam Anthoninam mea pro vice
salutate. Gregorius Pastasio episcopo
Neapolim. C. Hoom

Iohannes famulus et actor domini venantii

sanctuaria beati Severini confessoris oblata
petitione sub scripto domino suo postulat debere
concedi quatinus in eius oratorium nomine
proprijs constructum sumptibus possit sollempniter
consecrari. Et ideo frater karissime prefatis desideriis ex nostra te preceptione convenit obedire
ut devotionis sue in consecratione quam
postulat potiatur effectu. Gregorius Infirmitatis sue penas exponit. Clove

Latorem presencium hunc Candido abbate
pro petendis reliquijs que et concesse sunt veniente quanto de fraternitatis
tue munimento letatus sum quia in eum caritatis
tue fraternitatis apparuit tanto contristatus sum quia eius ut nolui presentia propter quod
me et egrotum repperit et discedens in infirmitate adhuc positum dereliquit. Multum
enim iam tempus est quod surgere de lecto non
valeo. Nam modo podagre dolor cruciat
modo nescio quis in toto corde cum dolore
consurgat et corpus in me animum quod deficiat. Et inter alias quas intrinsecus extra hec
que retuli infirmitatis afficiat enarrare
non valeo sed breviter dico. Quia sic me
infecto noxii humoris imbibit ut vivere
in pena sit sed mortem desideranter expectem quam gemitibus meis salam esse credo
posse remedium. Proinde frater sanctissime
domine pro me pietatis vestram deprecare ut
passionis sue erga me flagella propitius
mitiget et paciam tolerandi concedat.
Ne in animo quod absit tedio impaciam corrumpat et ei qui detrimentum per plagam potuerat culpa crescat ex munere. Gregorius
Mariniano episcopo Ravenne. CLXX

Venientes quidam Ravennates homines gravissimo me merore perculsum quia fraternitatem tuam retulerunt
de vomitu sanguinis egrotare. Ex qua re
solliciti et sigillati eos quos doctos
lectione novimus medicos singulos requisivimus
et quid singuli senserint, quid ne dicta
nomine sanctitati vestre scriptum transmisimus quod
quietem et silencium pre omnibus dictant. Quia
si tua fraternitas in sua ecclesia possit habere
valde sum dubius. Et ideo videtur michi
ut ordinata illic ecclesia, vel qui missarum
sollempnia explere valeant, vel qui episcopi curam gerere hospitalitatem et susceptiones possit exhibere qui ne in monasteriis custodiendis pessit tua fraternitas ad me ante
extremum tempus debeat venire ut egritudis

ne ego spiritaliter in quantum valeo gerere curam
senectutem tuam custodiam, quia hinc est tudi-
ni estiuum tempus medici vehementer
dicunt periculosum. Et valde pertimesco ne si
curas aliquas ac adversitate que hiemem a-
plius ex eadem molestia pertuleris. Ego enim
ac valde sum debilis et omnino est utile
ut cum dei gratia simus ad tuam ecclesiam rede-
as. Aut certe si vocandus me manus tuas
occeis et ego qui me proximum morti video si
me omnipotens deus ante vocare voluerit
inter tuas manus debeam transire. Si autem
qualitas temporis adveniendi aliquo modo
remo dato apud agone agi potest ut ipse
nobiscum usque romanum suum hominem cus-
todiat. Si igitur eadem egritudine gravari
te sentis et venire disponis tu pannas tibi
temendum est quia mecum in episcopio pro ma-
gnis cottidiana obsequia de hac causa habe-
bis. Et iterum nec hortor nec admoneo sed
iste precipio ut reinmare minime presumas
quia dicunt medici valde hinc molestie
esse contrarium ubi nisi forte grandis sol-
lempnitas exigit quinquies in anno vicibus accedo
ad vigilias quod grandium est. Sed et presbiter ille
qui super cerorum in Lancinati civitate di-
ci solent, ubi expositiones celebrantur quia cera
paschalem sollempnitatem sacerdotibus fuit
solitum dicitur, ut tua dilectio cum studium
laborem minime imponat. Hoc autem
dixi ut si te melius senseris et venire dis-
tuleris scias quid debeas ex meo mandato
custodire etc. Gregorius Pastasio episcopo
Neapolis. C lxxi etc.

Tempore quo fraternitas vestra ad episcopatus
officium deo auctore provecta est consti-
tuisse nos recolimus ut ex pensionibus ecclesie vestre
clero dei vel pauperibus quam immediate de se-
dibus ut provenerat i. quadringenti sol. se-
cundum sicut debes iussit qui eiusdem eccle-
sie pauperibus erogati preficiunt quod quia
non est dubium dissidendum volumus
eorum distributionem presentibus scriptis in istam
per... anthemino subdiacono nostro sine dif-
ficultate aliqua fraternitas vestra debeat eroga-
re. Prebendi itaque sunt clericis vestris per singu-
los sicut preteritis omnibus summa solidi
secretaris quos C xxxvi etc toquomini
tradi sunt solidi lxiii i medium soli per sin-
gulos presbiteros ac diaconibus et clericis peregrinis
sol. l. hominibus honestis ac egenis quos pu-
blice petere verecundia non permittit sol. c. l.

Ita ut quidam eorum ad singulos tremisses
quidam ad binos quidam ad singulos sol-
idos si visum fuerit amplius dimittantur.
Reliquis vero pauperibus qui elemosinam
publice petere consueverunt sol. xxxvi. Frater
noster quantum vel quibus dari debeant distribu-
imus. Sed quia sicut prudentium non omnibus
equaliter est prebendum necesse est ut una cum
predicto subdiacono prout prudenter dare
singulis debeatis, atque id modis omnibus stu-
deatis quatinus hoc quod aliter iniuste detinu-
it nos devote ac celeriter impendendo ad
vestram possitis applicare mercedem etc.
Gregorius Barbare et Anthonine. C.
Susceptis glorie vestre epistolis ·lxxv·
que pro verbis lacrimis loquebantur
non miror vos dulcissimi filii vestri presidium
quam nos de patris egritudine meror
afficiat. Nec enim extraneum possimus
reputare tristitiam quippe que nos cari-
tatis relegit gratia. Sed quia in nulla dis-
peratione redemptoris nostri est una dif-
fidendum animos vestros ad consolationem pietas
exigit, spem vestram in omnipotentis dei ma-
num ponite, et in ipsius protectione confi-
dite, quia et ab omni vos adversitate cus-
todiat atque tribulationem vestram exhilaret
et secundum vestra desideria prosperatus vos ordi-
nari concedet. Si vero debitum humane sortis
impleverit nec tunc desperatio vos aliqua
comprimat vel quorundam vobis verba ter-
rorem incutiant. Nam post deum qui
orphanorum gubernator atque protector
est et dulcissima gloria cuius vestra sollici-
tudini atque utilitati vestre providere non possu-
mus adiuvante domino festinamus, ut
nec vos ministrorum hominum concussio ulla
perturbet. Et nos debitum quod de patris
vestri bonitate contraximus vobis per
omnia rependamus. Gratia itaque celestis
suo vos favore muniat sua protectione a
malis omnibus defendat ut vite vestre in-
columitas gaudium nostrum fiat etc.
Gregorius Romano defensori
Sicilie. C lxxvii etc.
Pervenit ad nos quod si quis contra
quoslibet clericos causam habeat despi-
ciens eorum episcopis, eosdem clericos in tuo facias
iudicio exhiberi. Quod si ita est valde nos
contristat. Hac tibi ante
precipimus ut hoc denuo facere non presu-
mas. Sed si quis contra quemlibet clericum

causam habuerit episcopum ipsius adeat, ut
aut ipse cognoscat, aut certe ab ipso iudi-
ces deputentur. Aut si fortasse ad arbi-
tros eundum partes ad eligendum ab ipso
executore deputato compellat. Si quis vero
vel clericus vel laicus contra episcopum causam
habuerit, tunc te interponere debes ut inter
eos aut ipse cognoscat aut certe te a-
monente sibi iudices eligant. Nam
si sua unicuique episcopo iurisdictio non ser-
vatur, quid aliud nisi ut per te per quem ec-
clesiasticus custodiri illic ordo debuit
confundatur. Item indicatum est nobis
quia quosdam clericos qui a reverentis-
simo fratre nostro Iohanne episcopo exigente
culpa in penitentia commissi sunt, nesciente
eo tua illos exinde auctoritate eieceris. Quod
si verum est, rem te omnino inhonestam et
non leviter increpandam fecisse cog-
noscas. Eosdem ergo clericos episcopo suo sine
mora restitue, et hoc de cetero cave com-
mittere, quia si neglexeris, nostros te no-
veris non mediocriter motus incurrere.

Greg. Iohanni episcopo Syracusano. L

Fraternitatis vestrae scripta lxxiiij
suscepi quae mihi de dulcissi-
mi filii mei domni Venantii aegritudine
loquebantur, et cuncta circa eum qualiter
acta sint enarrabant. Sed uno tempore
audivi et illum desperate atque graviter
aegrotare et in rebus orphanorum ho-
mines iniquos insistere, unde se in corde
meo dolor capere poterat. Sed in hoc sunt
solacia quae per gemitus erumpebant. Fra-
ternitatis igitur sanctitas primam quam debet curam
negligere non debet, ut de anima eius co-
gitare debeat, exhortando, rogando, ter-
ribile iudicium proponendo, ineffabilem
eius misericordiam promittendo, ut ad habitum
suum redire vel in extremo debeat, ne
ei reatus tantae culpae in aeterno iudicio
obsistat. Ac deinde minus est cogitare
quo filiae eius domna Barbara et Antho-
nina debeant ordinari, ut nulla occasio
malis hominibus praebeatur. Nam postquam
me de eis sollicitudinis curam gerere
cognoverint, addere ut earum debeam ordi-
natione prospicere. Illud in epistula sua scrip-
tum est pro hoc indicii studenti dubium
non est quia possit obsistere. Sicut enim
ut serenissimo domno Imperatori saepius
supplicem quatinus ipse eas faciat ut pro-
videat ordinari. Quod quia diversum sit pietati
voluntati perpenditis, coaequare dubitatione
hominibus in Italia positis et quaerentibus occasionem
in rebus ipsius aperta detur occasio. Nam
hoc cognoscite quod factum sit, quia in nulla
existente causa iam singulis in scripto pro-
quantum dare mittebant imponere. Unde id in
illos videtur iratus ad faciem ad iudicium
et ad hoc illis instantiam quae praebet materiam.
Si directe domno Imperatori commendatae sunt,
negligere non possumus, periculi nostri mens
est res instituti faciamus quousque domni
Imperatoris Constantinopolim domna papet. Ic-
circo quid ad hoc factus sum qui hanc una
pietatem prena videtur commendatio commen-
dare. Age enim conatur ut ita eas ordina-
tione providentiam quae aut in civitate Romana sunt
aut de Italia non tollant. Et ille id agat
ut eas nulla nec hinc deducendi nec il-
lic retinendi. Vos tamen in quantum po-
testis malis hominibus obviate, earum quas subsidia
ipse omnipotentis Dei velut providentiam defen-
dite. Et si adhuc licet quo omnes occasio-
nes removeat in propria vero domini ven-
tum testamento providere. Si autem ita placet
ut palatio commendetur, in non debes po-
nere imponere ut in anima mea curam ordina-
tionis earum velit impingere, de quarum or-
dinatione qualiter cogitem omnipotenti
sufficiat scire. Unde statim dilectissimo
filio meo Anatholio diacono vel quid
cum glosa patricia Rusticiana loqui stud-
eat, et qualiter de personis quarum in nomine
sunt transmissa debeat cognoscere et indi-
care scribere curavi, ut nobis omnia sub
celeritate indicet et quae facienda sunt Deo or-
dinante disponatur. Praeterea in scripto
quae ad nos misistis fraternitatem vestram
constitutam invenimus eo quod hic quasi per
magnitudinem aliquam venire voluissemus.
Dum quidem non illud ob aliud nisi sola
utilitatis causa fecimus, scientes quae per-
sonas ibidem consistentes valde vestram
illic vestram fuisse praesentiam. Sed ne forte ex
hoc ingratum erga nos animum indicat quod ab-
sit caritatis conscientiae, si veniendi vobis volun-
tas est, apto nos tempore apostolorum liminibus
praesentate. Nam quantum ad nos pertinet ita
caritatem vestram diligimus ut videre nos
saepius cupiamus. Gregorius Rusti-
cianae patriciae. C. lxxv.

Excellentiae vestrae scripta suscepi q

in grauissima egritudine positum de salute de deuotione ac de dulcedine sua omnino reuocauerunt, vir magnificus deo egre suscepi, quia in eisdem epistolis ad me quod semel esse poterat sepius dicebatur ancilla mea et ancilla mea. Ergo enim qui propter oneras singulorum omnium factus qua racione michi se ancillam illa dicit, cuius ante episcopatum susceptum seruus fui. Et ideo rogo per omnipotentem deum ne hoc verbum aliquando ad me scriptis inueniam. Ea autem que ex purissimo sincerissimo corde sancto petro apostolorum principi munera transmisistis propria omni clero suscepta atque illic suscepta sunt. Filius enim meus dominus ... Domnus symmachus qui podagre dolore egrotum me et pene desperatum repperit scripta vestra michi dare distulit et post multum temporis quasi vela suscepta sunt dedit. Post multo vero scriptis excellencie vestre inuenimus ut cum letania ad beati petri etiam portari debuissent, quod ideo minime est factum quia sicut predixi ante vela quam scripta suscepimus. Tamen presbiter vir tuus omni familia domus vestre hoc fecit quod nos cum clero voluistis. Quoque et si voces defuerint domnum hic ipsa vestra oblacio apud omnipotentem deum vocem suam. In eius enim pietate confido quia cuius vos corpus cooperuistis in terra eius vos intercessio a peccatis omnibus protegit in celo. Domum quoque domini mei sua prouisione tegit, sua vigilancia custodit. De podagre autem molestia quod vos uenisse signastis et contristatus vehementer sum et letatus. Letatus quia humor ex ... inferiora petens superiora perfecte deseruit. Contristatus vero quia vitam tenuissimo corpore dolores suos nimios perpeti pertimesco. Ubi enim predestinacio que fortis esse poterit doloribus resistens? Ne etenim quem qualis fuerim nostis ita infirmitudo animo et assidua exacerbacio atque hoc podagre molestia affecit ut corpus meum tamquam in sepultura ita siccatum sit unde fit ut iam raro de lecto surgere valeam. Si ergo mei molem corporis in tantum podagre dolor ariditatem redigit quid de vestro corpore sentiam quod minus certo ante dolores fuit. De elemosina vero quam beati andree apostoli monasterio fecistis quid necesse est me aliquid dicere cum scriptum sit: Absconde elemosinam in sinu pauperis

et hec pro te exorabit. Si ergo apud secretas aures domini habet ipsa bona operatio vocem suam siue nos clamemus siue taceamus. Hoc ipsum quod bene egistis clamat. Iudico autem quia tanta miracula, tanta cura, tanta custodia monachorum in eorum monasterio eiusdem apostoli est ac si specialiter dicto abbas monasterii ipse sit. Nam ut pauca de multis loquar que abbate ac preposito monasterii narrantibus cognoui quadam die duo ex eodem fratres transmissi sunt qui aliquid emere pro monasterii vtilitate debuissent. Unus iunior qui prudentior videbatur. Alter senior qui custos iunioris esset. Perrexerunt vtrique et de precio quod acceperunt ipse qui custos iunioris missus fuerat nesciente altero furtum fecit. Cum mox ut in monasterium sunt reuersi atque ante oratorii limen venerunt arreptus a demonio is qui furtum fecerat cecidit et vexari cepit. Dimissus autem a demonio concurrentibus monachis requisitus est ne forsitan de eo quod acceperat furtum fecisset negauit. Iterum vexatus est. Dimissus atque iterum requisitus negauit atque iterum vexatus est. Octo itaque vicibus negauit, octo vicibus est vexatus. Post octauam vero negacionem confessus est quantos inde nummos furto abstulerat et agens penitenciam prostratus se peccasse testatus est. Ulterius vero ad eum demonium non accessit. Filio quoque meo domino in die natalicii eiusdem apostoli iam mediantibus horis fratres quiescerent, subito quidam frater apertis oculis cecatus cepit tremere, voces ingentes mittere, quibus vocibus testabatur ferire se non posse quod paciebatur. Concurrerunt fratres viderunt eum oculis apertis trementem et clamantem, et a pratibus aliquid nichil quod foris agi poterat senciente eumque in manibus leuauerunt atque ante altare sancti andree apostoli proiecerunt. Quibusque pro eo in oracione prostratis sunt, qui statim ad se reuersus quid passus fuerat confessus est. Quia senex quidam ei apparuit et canem nigrum ad eum dilaniandum dimisit dicens. Quare fugere voluisti de monasterio. Cumque euadere de canis morsibus nullo modo potuissem, venerunt quidam monachi et eundem senem pro me rogauerunt. Qui statim iussit canem abscedere et ipse ad me

reclusus sum. Quia macar confessus est quia eodem die quo ista protuli consilium habueram de eodem monasterio fugere. Alius quoque monachus discedere de eodem monasterio latenter voluit. Cumque hoc mente tractasset voluit oratorium ingredi statim demonio traditus vehementissime vexatus est. Relinquebat vero a demonio quod si contra oratorium stetisset nichil patiebatur. Ad vero si conatus fuisset ingredi statim maligno spiritu traditus vexabatur. Cumque hoc sepius fieret culpam suam confessus est, quia de monasterio egredi cogitabat. Tunc pro illo fratres collati se per triduum in precibus adstrinxerunt atque ita curatus est ut ad eum postmodum minime spiritus malignus accederet. Dicebat autem eundem se beatum apostolum dum vexaretur Andream se quasi ab eo increpatum esse cur voluisset abscedere. Alii quoque duo fratres de eodem monasterio fugerunt. Cumque aliqua prius colloquendi fratribus signa dedissent quod per Appiam descendentes ultimam tenderunt, cum exeuntes converterunt se itinere et ut a sequentibus inveniri minime potuissent retrusas criptas intra Flameam portam incidentes in eis se occultaverunt. Cum vero vespertinis horis requisiti minime in congregatione inventi essent, ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt per Metroni portam exeuntes ut eos in Lapnam ubi Appiam viam sequentur. Subito eis consilium ortum est ut eos in Salaria via requirerent extra civitatem. Igitur pergentes deflexerunt iter et in Salaria eos vere minime invenientes per portam Flameam decreverunt reditum. Cumque redirent mox ut ex quam ad criptas illas venerunt in quibus se absconderant supervenit gradum pulsati et compulsi passim movere noluerunt. Consideraverunt in hoc rem talem sine misterio esse non posse. Accesserunt ad criptas, viderunt earum aditus missa maceria dampnatos et caballis suis invicem cunctis descenderunt. Deposuerunt lapides qui in ore criptarum positi fuerant, ingressi sunt, et eosdem tenebrosis latibulis consternatos ibi invenerunt. Qui ad monasterium reducti ex eodem miraculo ita meliorati sunt ut eis multum proficit ad pacem temporis de monasterio fuisse. Hec dixi ut excellentie vestre innotescerem. Aug oratorio elemosinam fecistis. Omnipotens autem Deus in anima et corpore et omni dono celesti vos protegat, custodiat et ad consolationem nostram diu vos vivere concedat. Dulcissimum filium meum dominum strategium cum gloriosis parentibus suis verbis meis peto vice salutari.

Gregorius Theoctiste patricie. C. lxxvi.

Magnas omnipotenti Deo gratias agere debemus quod piissimi imperatores ministros tales de suo genere iuxta se propinquos habent de quorum conversatione nobis omnibus grande sit gaudium. Unde pro vestra excellentia continue orandum est ut corporis vita cum suis omnibus protegente celesti gratia per longa tempora et tranquilla fruetur. Indico autem quod lecta te pro illa cum illud contra vos detractionis certum quibusdam murmurantibus agnovi. Quia ex te excellentiam vestram tedio fuisse non modico constatatum. Quod si ita est valde miror cur vos qui cor fixistis in celo verba hominum agitat in terra. Beatus quippe Iob cum amici eius qui ad consolandum venerant in increpationem prosilissent ait: Ecce enim in celo testis meus et conscius meus in excelsis. Nam enim qui in celo testem habet iudicia hominum in terra pertimescere non debet. Unde quoque beatus Paulus dicit: Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Et iterum dicit: Opus suum probet unusquisque et sic in se ipso gloriam habebit et non in altero. Si enim laudibus letamur, detractionibus frangimur. Gloriam nostram non in nobis sed in aliorum ore ponimus. Et fatue virgines in vasis suis oleum non sumpserunt, sapientes autem sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Lampades quippe nostre bona sunt opera de quibus scriptum est: Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus quando de bonis actibus nostris gloriam non a laudantibus proximis querimus sed eam in testimonio conscientie servamus. In nomine autem quod de nobis extra dicitur recurrere ad archana mentis debemus. Et si omnes vituperent liber est tamen quem conscientia non accusat. Et si omnes laudent liber esse non potest si hunc conscientia accusaverit. Unde de Iohanne vitas

ciat. Quid existis in desertum videre? aru-
ndinem vento agitatam? Quod videlicet
hic per negationem dicitur non per confirmatio-
nem subditur. Sed quid existis videre? homi-
nem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt. Quia iuxta
iuxta veritatem evangelii Iohannes vestimentis
asperis fuit indutus per significationem
eum mollibus vestiti sunt qui adulatio-
nibus ac laudibus delectantur. Negatur autem
quia Iohannes arundo vento agitata fuit
quia mentis eius fortitudinem nullius
venalis oris aura flectebat. Nos enim si lau-
dibus erigimur aut vituperationibus humilia-
mur, arundo vento agitata sumus. Sed
absit hoc a corde vestre excellentie. Ergo
[illegible] studiose legite qui
dicit: Ergo si hominibus placerem Christi servus non
essem. Si qua tibi vel pena tristicia ex-
orta mentem vestram exorta est credo quod fieri
per deus benigne permisit. Neque electis su-
is in hac vita permisit gaudia delectatio-
nes sed amaritudines tribulationes ut
medicine more per amarum poculum
ad dulcedinem eterne reducant salutis.
Quod namque dicit: Mundus gaude-
bit et vos lugebitis. Cuius spe qua pro-
missione paulo post additur: Iterum
videbo vos et gaudebit cor vestrum et gau-
dium vestrum nemo tollet a vobis. Sed mittitur
discipulis dicitur: In paciencia vestra possidebitis
animas vestras. Pensate queso vobis erat
paciencia si deesset tolleretur. Ergo abel
esse non sufficit quem cayn non habuerit.
Boni enim si sine malis fuerint perfecti esse
boni non poterunt quia minime purgantur.
Ipsa autem malorum societas purgatio bo-
norum est. Tres in archa filii noe fuerunt
unus irrisor patris extitit qui etsi in
benedictus fuit maledictionis tamen sententiam
in filio suscepit. Duos abraham filios quorum
ethiopissam (?) uxorem accepit filios habuit
sed tamen carnalis eius filius repromissionis
est filium persecutus. Quod magnus doctor
exponit dicens: Sicut autem is qui secundum
carnem persequebatur eum qui secundum spiritum
ita et nunc. Duos ysaac filios habuit sed
unus qui spiritualis extitit a carnalis fratris
carnalis fugit. Duodecim iacob filios
habuit sed unum qui rectius vivebat
decem in egipto vendiderunt. In david
prophetia quia fuit quod purgari debuisset

actum est ut persecutorem filium pateretur. Sed et
Iob de societate reproborum dicit: Frater fui
draconum et socius struthionum. Sed et Ezechi-
elem dominus ait: Fili hominis increduli et
subversores sunt tecum et cum scorpionibus
habitas. Inde duodecim apostolis unus reprobus
mixtus est ut esset cum persecutore videat
temptaretur. Apostolorum princeps discipulis
loquitur dicens: Iustum loth oppressum
a nefandorum iniuria et conversatione eripuit.
Aspectu enim et auditu iustus erat habitans
apud eos qui de die in diem animam iusti
iniquis operibus cruciabant. Paulus quoque
apostolus discipulis suis scribit dicens: In me-
dio nationis prave et perverse inter quos lucetis
sicut luminaria in mundo verbum vite con-
tinentes. Cum ergo scriptura testante cog-
noscimus in hac vita bonos sine malis esse
non posse, de stultorum vocibus excellencia
vestra turbari nullatenus debet, maxime
quia omnipotente deo teste certa fiduci-
a est quod pro bono opere ad iustitiis
aliquid in hoc mundo recipit ut plena
merces in eterna retributione fruetur, ut
in sancto evangelio veritas dicit: Beati
eritis cum ad odium vos omne malum
dixerint homines mentientes propter nomen
meum. Cuius consolationem in sua exem-
pla adducit opera significatur dicens:
Si patremfamilias beelzebub vocave-
runt quanto magis domesticos eius. Quid
aut plurimi qui vitam bonorum fortasse
amplius quam debent laudant, et ne quid
elatio de laude subripiat, permittit omnipotens
deus malos in obtrectationem et obiurgationem
prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudan-
tium in corde nascitur ab ore vituperantium
suffocetur. Hinc est quod doctor gentium se
in predicatione currere testatur per infamiam
et bonam famam. Tum etiam dicit: ut se-
ductores et veraces. Si igitur fuerunt qui
malam famam paulo imponerent qui
hunc seductorem vocarent quis rogo
christianus debet indignum ducere pro christo in-
iurias audire. [illegible] autem [illegible]
in redemptoris fuit nomen qui per sacre
eloquium non solum plus quam propheta
etiam angelus vocatus. Et tamen sicut
mortis eius historia testatur pro mor-
tem a persecutoribus corpus eius incisum
est. Sed quid ista de sanctis hominibus dicam
de ipso sancto sanctorum id est de deo qui per

nobis homo factus est loquimur qui ante
mortem iniuriam quia demonium habere au
divit. Post mortem vero a suis persecutori
bus seductor appellatus est cum dicerent.
Recordamur quia seductor ille dixit. Post
tres dies resurgam. Cuncta ergo peccatores
aliqua ubi manibus iniquorum hominum por
tare necesse est qui in adventu eterne mor
tis iudicandi sunt, si et ipse tanta pro
morte pertulit qui iudex venit. Hec dul
cissima et excellentissima filia karissime
dixi ne quociens stultos homines derro
gare cognoscitis qualibet parvula mentis
tristicia tangaris. Sed quia sedari hoc
ipsum stultorum hominum murmur tranquilla
racione potest, prius tandem si bonum quod va
let fieri negligitur ut fiat. Nam cum pla
care insanas mentes atque ad salutem
reducere possimus scandalizare eas mi
nime debemus. Sunt enim quedam scanda
la que omnino despicienda sunt, ne tamen
culpa foveantur, quod sacro evangelio
predicante cognovimus. Nam cum veritas
diceret Non quod intrat in os coinqui
nat hominem sed quod procedit de ore hoc
coinquinat hominem. Et discipuli respon
derunt dicentes Scis quia pharisei au
dito hoc verbo scandalizati sunt. Ipse con
tinuit. Omnis plantatio quam non plan
tavit pater meus celestis eradicabit.
Sinite illos ceci sunt et duces cecorum.
Et tamen tributum petitur prius racionem red
didit per quam rem tributum solvere non debe
ret. Atque illico subiunxit Ut autem non
scandalizemus eos vade ad mare et
mitte hamum et eum piscem qui prius
ascenderit tolle et aperto ore eius invenies
staterem illum sumens et da illis pro me et
te. Quid est autem quod de scandalizatis aliis
dicit Sinite illos ceci sunt et duces ceco
rum. Et alii ne scandalizentur a domino
tributum solvitur etiam quod non debetur.
Quid est quod aliud scandalum esse permisit
aliud vero venire prohibuit nisi ut nos do
ceret illa scandala que nos implicant in peccato
contempnere et ea que placare sine peccato pos
sumus modis omnibus mitigare. Vestra itaque
excellencia potest peragente domino peccatorum
hominum scandala cum magna tranquillitate
declinare. Priores enim sponte eorum nobis
secreto vocandi sunt atque ipsis racio redden
da et promissa quedam capitula que tenent ex

terminare coram ipsis anathematizando et
si etiam dari anathema ficte suspican
tur iurando firmandum. Et nos
eadem capitula usque tenere usque tenemus.
Licet nobis indignum tali eis modo satisfa
cere nec de imperiali questione cum eos aliud
in nostra mente fastidium. Omnes etenim
fratres sunt unius imperatoris potestate conditi
et sanguine redempti. Et ideo fratres in quo
licet parvos et abiectos in nullo despicere
debemus. Certe petrus potestatem regni
celestis acceperat ut quecumque in terra ligaret
et solveret essent in celo ligata ac soluta.
Super mare ambulavit, egrotantes um
bra curabat, peccantes verbo occidebat, mor
tuos oracione suscitabat. Et quia ex
inspiratione spiritus ad cornelium gentilem
fuerat ingressus contra eum a fidelibus ques
tio facta est cur eos in baptismate re
cepisset et tamen isdem apostolorum primus tan
donorum gratia repletus, tanta miraculorum
potestate suffultus querele fidelium non ex
potestate sed ex racione rendidit tamen per ordinem
exposuit quo vas quoddam velut linthe
um in quo quadrupedia terre et bestie
reptilia atque volatilia inerant de celo
submitti viderit vocem que audierit Surge
petre occide et manduca. Qualiter tres
viri venerunt ad eum ad cornelium vo
cantes. Qualiter spiritus sanctus hunc ad
eis ire precepit. Qualiter idem spiritus
sanctus qui venire in baptizatis
iudea per baptismum consueverat in
gentibus ante baptismum venit. Quod
cum a fidelibus appareretur auctoritate qua
in sancta ecclesia acceperat attendisset respon
dere poterat ut pastorem suum oves que
ei commisse fuerant reprehendere non auderent.
Sed si in querela fidelium aliquid de sua po
testate diceret profecto doctor mansuetudinis
fuisset. Humili ergo racione placavit ac
in causa reprehensionis sue etiam testes ex
hibuit dicens Venerunt autem mecum et se
xti isti. Si igitur pastor ecclesie apostolorum
princeps signa et miracula singulariter
faciens non dedignatus est in causa re
prehensionis sue racionem humiliter reddere
quanto magis nos peccatores cum de re aliqua
reprehendimur reprehensores nostros racione
humili placare debemus. Ordine etenim si
cut nostis cum apud vestigia dominorum
in regia urbe demorarer multi ex eis v

vivere consueverant qui de praedictis capitulis
accusabant. Sed teste conscientia fateor in quibus
mentis aliquid erroris aliquid pravitatis
aliquid de hiis que contra eos dicebat
inveni. Unde et eos opinione contempta
familiariter suscepi et magis ab insequentibus
defendere curabam. Dicebat namque contra
eos quia sub obtentu religionis coniu
gia solvunt. Et quia dicunt quod baptisma peccata
penitus non auferret. Et si de iniquita
tibus suis quis per annos triginta egerit peni
tentiam ei prius vivere licet. Et quia si com
pulsi aliquid de quibus reprehendebatur
anathematizant se dicunt anathematis
vinculo nullomodo teneri. Et si sunt qui
certissime talia sentiunt non teneri quia
iam non sunt dubium non est eos quos et
ego et omnes christiani catholici episcopi universa
ecclesia anathematizamus quia veritati
contraria sentiunt contraria loquuntur. Si
enim dicunt religionis causa coniugia de
bere dissolvi sciendum est quia etsi lex
humana concessit lex tamen divina prohibuit.
Per se enim veritas dicit: Quos deus coniunxit
homo non separet. Que etiam ait: Non licet dimit
tere uxorem excepta causa fornicationis. Quis er
go huic celesti legislatori contradicat?
Scimus quia scriptum est: Erunt duo in car
ne una. Si igitur vir et uxor una caro
sunt et religionis causa vir dimittit ux
orem vel mulier virum in hoc mundo re
manentem vel fortasse ad illicita mi
grantem que est ista conversio in qua una
eademque caro et ex parte transit ad conti
nentiam et ex parte remanet in pollutione.
Si vero utrisque conveniat continentem
vitam ducere hoc quis audeat accusare?
Quin certum est quia omnipotens deus qui
minora concessit maiora non prohibuit.
Et multos nonnullos cum suis coniugibus pri
us continentem vitam duxisse et post
modum ad sancte ecclesie regimina migras
se novimus. Cum in cibis sancti viri etiam
a licitis abstinere solent aliquando ut merita
sua apud omnipotentem deum augeant
aliquando vero ut anteacte vite culpas de
tergant. Tres etenim pueri in regis babi
lonici obsequio deducti leguminia ad ves
cendum petentes cibis regiis uti nolue
runt, non quia culpa esset sed ea que deus
creaverat edere ut per continentiam virtus cre
sceret. David vero qui alienam coniugem

tulerat et valde pro sua culpa fuerat fla
gellatus aquam bibere longe petitam de beth
leemitica cisterna noluit, quam cum ei
fortissimi milites detulissent bibere recu
savit eamque fundendo domino libavit.
Licebat ei bibere si voluisset sed quia illi
cita se fecisse meminerat laudabiliter et
a licitis abstinebat. Et qui prius pro cul
pa sua morientium militum sanguinem
fundi non timuit postmodum si aquam
biberet etiam vincentium militum se sanguinem
fudisse iudicavit dicens: Num sanguinem.
Parva autem exenia transmisi que vobis parva
non erunt cum vobis ex beati petri apostoli
fuerint benedictione suscepta. Ipse itaque
deus in vobis gratiam suam quam cepit
perficiat atque vitam vestram et hic per multorum
annorum curricula extendat et post longa
tempora in celestis vos patrie congregatione
recipiat. Greg. Virgilio episcopo Arelaten
si. L. [illegible]

Quam dire lectionis testimonio prolatus
simoniacus avaritia nuncupetur quo
studio de templo dei sit pellenda cognoscat
sed a quibuslibet sacerdotibus quod gementes
dicimus non cavetur. Tenet enim captivum cor
fera cupiditas et licitum suadet esse malum
quod imperat atque id agat ut uno cordis
gladio et dantem et accipientem interimat.
Quibus igitur post hoc locus contra avaritiam
tutus esse prevaleat si dei illi a pluribus sa
cerdotibus aperitur ecclesia quam omni septa muni
mine custodiat qui intra claustrum immittat
nefas illicito manus munere polluit
et alios benedictione credit erigere cum ipse etiam
sit propria iniquitate substratus et sua in
tentionis ambitione captivus. Hinc ergo
mali rapacitas quia ceterorum iniquos invenit
initiante et in eorum hiis(?) si nos ma
nus de ordinationibus prohibetis omnipoten
ti deo gratias agite et tanto ei nos debitores esse
cognoscite quanto illesi absque morbi con
tagio eo custodiente mansistis. Sed hec no
bis nunquam potuerint bona proficere si
hoc in aliis solliciti non vitastis. Qualiter
autem istud mihi tibi malum displiceat
in fraternitatis zelare debueras. Nam dum divina p
recepta moneant proximos nos sicut nosmet
ipsos debere diligere non parve culpe est despicere
et quod sibi quisque metuit alii non timere.
Vel nunc ergo dilectissime frater da operam ut
quod a correptione quiescendo in aliis p

[illegible]

dedisti(?) sacerdotes et abbates quos potueris pluralitate compescas atque in synodo ad eradicandam predictam heresim congregari possit insiste quatenus dilectionis vestre mercedem melius ab hominibus caveat quod auctore deo omni fide constitutione dampnatur. Preterea venit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Serenum pravos omnino homines sua societate recipere. Primum ut presbiterum quendam qui post lapsum adhuc in suis dicitur iniquitatibus volutari familiarem habeat quod a nobis subtiliter requirendum est. Et si ita constiterit aut nobis sit incertum hoc sit nisi correctus(?) ut et qui talem recipit excessus non familiaritatis fore sed distat potius ultione comprimi. Et qui receptus est idem distat lacrimis peccata diluere non iniquitatem in immundiciis cumulare. Monachos vero quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum transmisimus fraternitas vestra habeat in omnibus commendatos ad proficiscendum solaciari studeat atque concurrere ut nobis opitulantibus celeste deo protegente quo directi sunt valeant pervenire.

Gregorius Etherio episcopo Galliorum. C lxxviii(?)

Epistolarum vestrarum plena venerabili gravitate locutio semper liceat mutuam(?) sermonem quibus et si corporali situ nos presentia non valemus, inlustrare(?) nos absentia hec interveniente valeat commercio vendicare. Multus namque in nobis ecclesiastici ordinis amor emicat quanta sit electio discipline quantum observantie studium salubrium decretorum ex illo quod vestram sub misso et omni hebent(?) ad ordinem accipitis et servandam inviolabiliter providentiam ostenditis. Quia igitur ad aliorum emendationem prompti estis generis et vetustatis malum libera sicut decet voce dampnatis. Postquam talis fratribus coepiscopis quoque vestris ipsa voluntas est oportet ut unanimes contra dominicos hostes insurgere et anathemati(?) de domino dei synodali debeatis diffinitione prohibere. Nihil in sanctis ecclesiasticis ordinibus auri seva fames inveniat. Nihil blandimenta subripiant. Nihil gratia conferat honoris. Primum vita sit perfectus incrementum modestia ut obtineat sanguinis(?) observantia et indignus qui primus qui mereretur(?) ascendere indicatur et dignus cui bonum testimonium actio perhibet honoretur. Hec nobis dilectissime frater cura sit. Hec animus vester sollicitudo semper invigilet ut zelum quem verbis ostenditis cordis vestri testem esse operibus demonstretis. Itaque assidue instantes pro congregando synodum imminentes et ita nos operibus exhibete ut nominis dignitatem officii administratione compleatis. De eo quod etiam vestre ex antiqua consuetudine concedendum de prosapatis(?) regimini instimo(?) fecimus et nichil mentitum est. Unde vestris nobis epistolas quas nos dictatis hec tuete(?), ut ex eis quod concedendum est colligimus. Gesta vero ubi scripta beati Herenei(?) diu est quod sollicitate quesivimus sed hactenus ex eis aliquid invenire non valuit. Preterea fraternitas vestra monachos quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum direximus habere studeat in omnibus commendatos suamque ipsis debitam caritatem exhibeat atque ita studio sacerdotali obnixe conveniat et suos solatio ad agendum iter adiuvare festinet ut dum vestra eis illic res morandi occasionem mansit(?) et hii celeius proponere(?) et nobis eadem de prosperitatibus(?) invenire possitis.

Gregorius Menteloni(?) Sereno Maximiano Lupo Canalo(?) Sigilsomeius(?) Simplicio Parasio(?) Melancio Botymo(?) et Lucinio(?) episcopis Francorum a pari. Eo(?)

Licet fraternitatem vestram suscepti officii cura commoneat ut religiosis viris precipue in causa animarum laborantibus omni debeat affectu concurrere, non abre est si sollicitudinem vestram epistolis nostris pulsamus. Etenim sicut ignis aura flante fit grandior ita bone mentis studia commendatione proficiunt. Quia igitur redemptoris nostri gratia cooperante tanta de anglorum gente ad sancte fidei gratiam multitudo convertitur ut reverentissimus communis frater et coepiscopus noster Augustinus asserat secum sunt ad hoc opus exequendum diversa loca adferat non posse sufficere, diligentissimos ad eum monachos cum dilectissimis et communibus filiis Laurentio presbitero et Mellito abbate direximus. Et ideo fraternitas eis vestra caritatem quam decet exhibeat atque ita illis ubi necesse fuerit auxiliari festinet qualiter dum nobis opitulantibus nullas illic remorandi causas habuerint et ipsi vestra se relevatos consolatione congaudeant et vos solatiorum exhibitione in causa pro qua directi sunt possitis participes inveniri.

Greg(orius) Siagrio ep(iscop)o Galliarum. C. lxxx

Cum in fraterna dilectione vinculo cor unum sit utrumque, sicut in alterius prosperis mens letatur ita in adversis affligitur, quia in utroque participes esse lege caritatis adstringitur; atque ideo nos maior tristicia vestra meror invaserat ne plus forte tasse luctus afflicto assiduo cor vestrum dolore pulsaret et vitam gemitibus oneraret. Sed susceptis caritatis vestre epistolis optato sumus gaudio consolati, atque omnipotenti deo gratias agimus quia et unanimitatem vestram incolumem et animum ad consolationem redisse cognovimus. Nec enim aliter de nobis fuerat estimandum nisi quia quicquid adversitatis esset sacerdotali studio prima vinceretis. Qualiter autem in abscidenda symoniaca heresi olim fraternitatis vestre zelus exarserit bene recolimus. Conhortamur ut operam studiosius impendentes districta inter alia que specialiter concilii diffinitione dampnentur. Ut eius du[illegible] voluntatis vestre intentio sollicitudinis vestre fuit opere completa. Et omnipotenti deo oblationem gratissima de viciorum correptionibus offeratis et aliorum edificatione qualiter in nobis pastoralis officii cura fulgeat ostendatis. Experiencia autem vite vestre nos provocat quam valde presumere quoniam ut de vobis hec in te grande solacium presumimus. Et ideo fervorem vestrum sicut auctore domino expetitis expletur, ut bona que in nobis ita intentione cepta sunt iuvante creatore omnium recta impleantur. Preterea monachos quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum [illegible] simus caritatem suam fraternitas vestra ut consuevit impendat, et ita cum eis tam ipse quam per alios quos poterit ad proficiscendum solaciari studeat, ut dum nobis pervenientibus nullas illic difficultates vel moras invenerint, et nos quod de nobis confidimus sentiamus. Et deus nobis opere promissione animarum pro quibus tuissimi (?) sunt recompenset.

Gregorius Siagrio ep(iscop)o Galliarum. C. lxxxi

Insignita apud nos memoria fraternitatis vestre sit caritas cordis vestri secretum requirite et episcopo que ea nos hec amore colligatis et quem sincera in dilectione nec vires absentia nec loci habet oblivio, ita sibi sepius ymaginata fraternitatis vestre presencia mentis nostre representatur, ac si corporeis nos oculis coram posita cernamus, quia nec abesse accidendum est quod per dilectionis vinculum animis inheret. Prima ergo tanta in nobis sacerdotalis gravitatis ornamenta conspicimus ut de vestro omnino instituto in moribus letaremur. Multa animis nostris de sollicitudine vestra promittimus. Unde quia sic ea que dei sunt agitis sic in commissi vobis gregis custodia vigilatis ut et ea que ex latere sunt prudenti moderamine dispensetis, latorem nobis presencium candidum presbiterum communem filium commendamus ut opem illi in quibus vestre fuit possibilitate pauperum impendatis. Ita dum fraternitatis vestre fuit sicut confidimus iusto auxilio in eius consolatione nos venisse se senciat.

Greg(orius) Virgilio ep(iscop)o arelatensi. C. lxxxii

Quantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendendus ex eo quod plerique solent caritatis causa invitari cognoscitur. Et si communem fratrem Augustinum episcopum ad nos venire contigerit, ita illum dilectio vestra sicut decet affectuose dulciter que suscipiat, ut et ipsum consolationis sue bono refoveat, et alios qualiter fraterna caritas colenda sit doceat. Et quoniam sepius evenit ut hi qui longe sunt positi prius ab aliis que sunt emendanda cognoscant, si qua fortasse fraternitati vestre sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, una cum eo residentes subtili cuncta investigatione perquirete, ita nos in ea que deum offendunt et ad iracundiam provocant districtos ac sollicitos exhibete, ut aliorum emendatione et vindicta culpabilem fiat (?), et innocentem falsa opinione affligat.

Gregorius Brunichildi regine francorum. C. lxxxiii

Cum scriptum sit iustitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum. Tunc regnum stabile creditur cum culpa que cognoscitur citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione pervenit quod dici sine afflictione cordis nimia non valemus, ita quosdam sacerdotes in illis partibus impudice ac nequiter conversari, ut et audire nobis obprobrium et laudabile sit referre. Nec ergo postquam hec nequicie [illegible] tendit opinio aliena presumptas et vestram animam et vestrum regnum

pecta sui iaculo feriat ardentes.
Ad hec debemus blasfemanda con-
surgere. Nec paucorum scelera multorum
possit esse perditio. Nam cum sint ruine
populi sacerdotes mali, quis enim pro populo se pec-
catis intercessor obiciat, si sacerdos qui exo-
rare debuerat graviora committat. Sed quia
eos quorum hec locutus est in se quis nec sol-
licitudo ad regimen (?) suscitat nec zelus excitat
ad vindictam, scripta ad nos vestra dirigatis,
et personam si placuerit cum vestre auctoritatis
assensu transmittimus, que una cum aliis
sacerdotibus hec et subtiliter querere et secundum de-
um debeat emendare. Nec enim sunt dissi-
mulanda que dicimus, quia qui emen-
dare potest et negligit, procul dubio se participem
delicti constituit. Providete ergo ani-
me vestre, providete nepotibus quos cupitis reg-
nare feliciter, providete provinciis, et prius-
quam creator manum suam ad feriendum
extendat, de correctione huius sceleris stu-
diosissime cogitate, ne tanto postmodum
acrius feriat, quanto modo diutius et clemen-
ter expectat. Satagite autem quod magnum deo
nostro sacrificium placationis offertis, si tanti
labem facinoris de vestris citius finibus am-
putatis.

Gregorius Theodorico Regi Francorum. C. lxxxiiii.

Excellentie vestre index cordis epistola
quanta in nobis fulgeat cum regia
potestate prudentia, ita liberalitatis copia ser-
monis edocuit, ut dubium esse non valeat
quicquid laudabile de vobis fama narra-
vit. Et quia ad hortationem nostram adeo re-
gis animus pro laudibus predicamenta pla-
cuisse signastis, ut quicquid ad dei nostri
cultum, quicquid ad ecclesiarum reverentiam,
quicquid ad honorem pertinet cognoscatis
sacerdotum et studiose statuatis et velitis
moribus custodiri, iterata nos proinde
mercede magis adhortatione pulsamus, ut
congregari synodum iubeatis, et sicut
dudum scripsimus, carnalia sacerdotibus
vitia et symoniace heresis pravitatem omnium
episcoporum diffinitione dampnari, atque de regni
vestri amputari finibus faciatis. Nec plus
illic pecunia obtineat quam precepta dominica
permittant. Nam dum omnis avaricia ydo-
lorum sit servitus, quisquis hanc et maxime
in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter
non prohibet, infidelitatis perditioni subia-
cet, etiam si tenere fidem quam negligit
videatur. Sicut ergo cum hostes exteros,
ita quoque cum interiores animarum adversarios
studete esse solliciti, ut per hoc quod di-
vini inimicis fideliter repugnatis et hic
liceat ipsius protectione regnetis et ad eter-
na postmodum gaudia eius ducente gratia veni-
atis. Quanta preterea bona reverentissimo
fratri et coepiscopo nostro Augustino ad Anglorum gen-
tem proficiscenti excellentia vestra (?)
sic reverentes abbas quidam monachi
retulerunt. Unde uberes gratias refe-
rentes petimus ut hiis quoque monachis qui-
bus dicta sunt suffragia vestra copio-
sius prebere atque eos ad proficiscendum iube-
atis, ut quanto beneficia vestra eis am-
plius exhibetis, tanto maiorem vicissitudinem
ab omnipotenti deo cui feceritis expectetis.

Gregorius Brunigulde Regine Francorum. C. lxxxv.

Gratias omnipotenti deo referimus
qui inter cetera pietatis sue dona
que excellentie vestre largitus est, ita vos
amore christiane religionis implevit, ut
quicquid ad animarum lucrum, quicquid ad pro-
pagationem fidei pertinere cognoscitis devota
mente et pio operari studio non cessetis.
Quanto autem favore quantaque opitula-
tione excellentia vestra reverentissimum fratrem
et coepiscopum nostrum Augustinum proficiscentem ad An-
glorum gentem adiuverit, nec ante silens
fama conticuit, et postea quidam ab
eo monachi ad nos redeuntes subtiliter
retulerunt. Et quidem hec de christiani-
tate vestra mirentur a quibus beneficia vestra
adhuc sunt cognita. Nam nos quibus
experimentis iam nota sunt non mi-
randum est sed gaudendum, quia pro hoc
quod aliis impenditis nos munia (?)
Tanta igitur quanta quam in conversione
predicte gentis redemptor noster fieri
operatus miracula excellentie vestre ra-
tionum (?) est. Ex qua re magnam vos
oportet habere leticiam, quia maiore
sibi partem hac in re prestitorum merito
solacia vendicant, cuius post deum
auxilio verbum illic predicationis inno-
tuit. Nam qui alterius bonum adiuvat
suum facit. Sed ut mercedi vestre magis
magisque sit fructus uberior, petimus
ut monachis presentium portitoribus
quos cum dilectissimo filio nostro Lau-
rentio presbytero et Mellito abbate ad predi-

reverentissimum virum pro eo quod illos qui secum
sunt sufficere sibi dicit non posse carissimi-
mus presbiterum vestri suffragia benignius
instructio atque ita eis in omnibus adesse dig-
nemini quatenus dum bonis excellencie vestre
operibus meliora successerint, ut nullas
illic moras vel difficultates inveniant
tanto erga vos ad dulcissimos nobis
nepotes vestros dei nostri gratiam provocetis
quanto pro eius amore in huiusmodi causis
misericordie exhibetis. Gregorius Bru-
nichilde Regine francorum. C lxxvi.

Quanta in nobis bona divino munere
sint collata quantaque vos superne
gratia pietatis impleverit inter cetera vestrorum
testimonia meritorum illud etiam cunctis
patenter insinuat, quia et ferocia corda gen-
tilium provido gubernatis arte consilii, et
regiam quod maioris laudis est ornatis
sapiencia potestatem. Et quia sicut multis vestris
que mentibus dominamini ita quoque eas fi-
dei sinceritate precellitis magna de vob-
is emendacionis illicitis fiduciam capimus.
Nam qualiter adhortacionem nostram excel-
lencia vestra amplexa sit quantaque eadem
devocione gestiat adimplere scriptorum
vestrorum emissa dudum pagina testata est.
Et quia ipse bonorum meritum esse consue-
vit adiutor qui etiam eorum largitor est.
Confidimus quod tanto propicius causas vestras sua
pietate disponat quanto ipse de suis vos
videt esse sollicitos. Facite quod dei est
et deus faciet quod vestrum. Itaque synodum
congregari precipite, et pravum symoniace
heresis de regno vestro inter alia sicut an-
te scripsimus diffinicione consilii studiosius
prohibete. Sacrificium deo devoto meliore
hoste offerte ut exteriores adversarios
ipso adiuvante vincatis. Ut quale vos
contra inimicos vestros studium gesseritis ta-
lem illum in vestro iuvamine senciatis
michi aut credite quia sicut multorum
iam experimento didicimus in dampno
expenditur quicquid cum peccato congrega-
tur. Si igitur nullatenus nil iniuste perde-
re cupitis studere de iniusticia nil habere.
In terrenis etenim rebus gentibus semper
causa dampni est origo peccati. Vos ita-
que si eminere adversantibus gentibus vul-
tis si eis auctore domino victis resiste-
re festinatis, Eiusdem omnipotentis domini
cum timore precepta suscipite ut ipse
pro vobis contra adversarios vestros pugnare
dignetur qui per sacrum eloquium pollici-
tus est dicens Dominus pugnabit pro vobis et
vos tacebitis. Gregorius Theodoberto
Regi francorum. C lxxvii.

Quam pacatae adhortacionis verba libenti
animo susceperit et sinu cordis amplec-
titur emendacionem se vestrorum fore procul
dubio profitetur/ ex qua re satis nos excel-
lencie vestre certos reddit absoluta promissio.
Nam eius que sermone absolvendum esse
cognoscimus verba pro pignore retinemus.
Itaque excellencia vestra deum in mandatis
inherens studium ad congregandum syno-
dum pro sua mercede adhibere dignetur
ut omne a sacerdotibus corporale vicium et sy-
moniaca heresis que prima in ecclesiis nostris
ambicione surrexit/ potestatis vestre munimi-
ne censura consilii diffinicione tollat et
abscisa radicitus amputet. Ne si plus il-
lic aurum quam deus diligitur qui modo tran-
quillus in preceptis suis despicitur iratus
in vindicta postmodum senciatur. Et hec qui-
dem quia pro vobis ideo monere sepius
non cessamus ut prodesse excellentissimis
ac dulcissimis filiis nostris vel importuni-
tate possimus. Nam vestro regno per omnia
proficit si quod contra deum in illis partibus
geritur emendacione vestre excellencie cor-
rigatur. Quanta preterea bona prefacienti
ad anglorum gentem reverentissimo fratri
et coepiscopo nostro Augustino excellencia
vestra impenderit referentibus quibusdam mo-
nachis qui ab eo sunt reversi cognovimus.
De qua re maximas gratias exsolventes
petimus ut et monachis presencium portitori-
bus quos ad eundem fratrem nostrum direxi-
mus vestra ubertius beneficia impertiri quatenus
dum nobis predicantibus nullas illic
difficultates invenerint, susceptum iter fa-
cile christo adiuvante peragant uberius
mercedis vestre fructum ante dei nostri
faciatis oculos. Gregorius Clotario
Regi francorum. C lxxviii.

Inter tot curas et sollicitudines quas
pro subiectorum nobis gencium regi-
mine sustinetis existere nobis in ca-
usa dei laborantibus adiutores eximie lau-
dis et magne mercedis est et quia ta-
les precedentibus ostenditis ut presumere
de vobis meliora possimus petere ea
que pro mercede vestra sunt libentissime

provocamur. Quidam igitur qui cum reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Augustino ad Anglorum gentem perrexerant remeantes quanta eundem fratrem nostrum excellentia vestra inpensa positum caritate refecerit, quantis eum suffragiis profitiscentem adiuverit narraverunt. Et quia illa deo nostro semper opera grata sunt paterno affectu salutantes petimus ut monachos presentium portitores quos ad predictum fratrem nostrum una cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbitero et Mellito abbate transmisimus beatitudinis peculiariter commendatos. Et quicquid illi ante exhibuistis his quoque ad laudis vestre cumulum uberius impendatis. Quatenus dum nobis providentibus ceptum sine mora iter expleverint bonorum vestrorum deus operum recompensator existat atque nobis et in prosperis custos et in adversitatibus sit adiutor. Preterea pervenit ad nos quod sacri illic ordines cum datione pecunie conferantur. Et vehementer affligimur si ad dei dona non meritis accedatur sed premiis prosilitur. Et quia hec symoniaca heresis prima in ecclesia surrexit apostolorum est auctoritate dampnata. Petimus ut pro mercede vestra congregari synodum faciatis. Quatenus omnium sacerdotum diffinitione compressa et radicitus amputata nullas illic vires de cetero in periculum animarum inveniat, nec ulterius sub quolibet excusatione permittatur existere. Ut tanto nos omnipotens deus noster contra adversarios vestros exaltet quanto in suis vos mandatis zelum habere et pro animarum salute que huius sceleris ferunt gladio perire viderit cogitare. Mense Iulii indictione iiii. Gregorius Quirino episcopo et ceteris episcopis in Hibernia catholice ecclesie capitis i C. lxxxxv(?) etc.

Quia caritati nil longe est quos dividunt loca iungit epistola. Lator itaque presentium ad beati Petri apostolorum principis ecclesiam veniens fraternitatis vestre se asseruit ad nos epistolas accepisse eos qui in Ierosolimorum urbe eam rebus aliis perdidisse. In quibus sicut ipse ait studiositas requirere sacerdotes ac plebes que Nestoriane heresis errore confusi sunt. Cum ad matrem omnium ecclesiarum catholicam ecclesiam redeuntur utrum baptizari debeant an certe solius vere fidei confessione eiusdem matris ecclesie visceribus adiungi. Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus ut quilibet apud heresim in trinitatis nomine baptizantur cum ad sanctam ecclesiam redeunt aut unctione crismatis aut impositione manus aut sola professione ad sinum matris ecclesie revocentur. Unde Arrianus per impositionem manus occidens per unctionem vero sacri crismatis ad ingressum catholice ecclesie reformatur. Monachositas vero et alios ex sola vera confessione recipit, quia sanctum baptisma quod sunt apud hereticos consecuti tunc in eis vires emundationis accipit cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint, vel isti per professionem vere fidei sancte et universalis ecclesie visceribus fuerint uniti. Hii vero heretici qui in trinitatis nomine minime baptizantur sicut sunt Bonosiaci et Cathaphrige quia et illi Christum dominum non crediderunt, et isti sanctum spiritum perverso sensu per esse quendam pravum hominem Montanum credunt quorum similes multi sunt. Alii cum ad sanctam ecclesiam veniunt baptizantur, quia baptismum non fuit quod in errore positi in sancte trinitatis nomine minime perceperunt. Nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratum quod sicut dictum est in trinitatis nomine non erat datum. Nestorianos vero qui in trinitatis nomine baptizantur sed eos iudaice perfidie similes ignorantiis vincente heresis error obscurat ad sanctam catholicam ecclesiam venientes de vere fidei firmitate et confessione docendi sunt ut unum eundemque dei et hominis filium dominum Ihesum Christum credant ipsum existentem in divinitate ante secula et ipsum factum hominem in fine seculorum. Quia verbum caro factum est et habitavit in nobis. Verbum vero carnem dicimus factum non inmutando quod erat sed suscipiendo quod non erat, eorum nomina etiam in celo teneatur ad scripta. Veritatis eterni discipulis esse gaudium non debet nisi de eo bono quod commune cum omnibus habent, et in quo finem letitie non habent. Restat itaque frater karissime ut inter ea que operante deo exterius facis semper interius subtiliter iudices ac subtiliter intelligas, et temetipsum qui sis et quanta sit in eadem gente gratia pro eius conversione etiam faciendorum signorum dona

recepisti. Et si quando te creatori nostro seu per linguam sive per opera te meministi deliquisse semper hec ad memoriam revoces ut surgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis signis acceperis vel accepisti, hec non tibi sed illis deputes donata pro quorum tibi salute collata sunt. Occurrit autem menti ista cogitanti quid de uno dei famulo actum sit etiam egregie electo. Certe moyses dum dei populum ex egipto educeret mira sicut tua fraternitas novit signa in egipto operatus. In syna monte xl^ta diebus et noctibus ieiunasse legis tabulas accepit inter coruscos et tonitruos pertimescente omni populo omnipotentis dei famulatu solus familiari etiam collocutione coniunctus est. Rubrum mare aperuit, itineris ducem habuit nubis columpnam. Esurienti populo manna deposuit, carnes desiderantibus usque ad satietatem nimiam in heremo per miraculum ministravit. Sed cum iam sitis tempore ad petram ventum fuisset diffisus est, se ex eadem aquam educere dubitavit. Quam tamen iubente domino percussit aque influentes apparuit. Quanta autem post hec per xxxviii annos in deserto miracula fecerit quis enumerare quis investigare valeat. Quociens res dubia animum pulsat, sed recurrens ad tabernaculum secreto dominum requirebat atque de ea protinus de eo loquente docebatur. Iratum dominum populo placabat sue precis interventione. Surgentes in superbiam atque in discordiam dissidentes dehiscentis terre hiatibus absorbebat. Victoriis premebat hostes signa monstrabat civibus. Sed cum iam ad repromissionis terram ventum fuisset vocatus in monte est et quam culpam ante xxxviii et viii^o annos fecerit audivit. Et propter quam terram repromissionis intrare non possit agnovit. Qua in re nobis considerandum est quantum timendum omnipotentis dei iudicium per illum famulum tot signa faciebat eius culpam tam longo qui adhuc servabat in cogitatione. Igitur frater karissime si illum agnovimus preter signa pro culpa mortuum quem omnipotenti deo nominatim precipue electum, quanto nos debemus metu contremiscere qui necdum adhuc nominatim si electi simus. De reproborum vero miraculis quid dicere debeo cum tua vere fraternitas noverit quid in ewangelio veritas dicat. Multi venient in illa die dicentes michi: Domine in nomine tuo prophetavimus et in tuo nomine demonia eiecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Sed dico illis: Nescio qui estis, recedite a me operarii iniquitatis. Valde ergo premendus est animus inter signa et miracula ne fortassis in his propriam gloriam querat et privato sue exultacionis gaudio exultet. Per signa enim animarum lucra querenda sunt et illius gloriam cuius virtute ipsa eadem signa geruntur. Unum vero nobis deus signum dedit de quo et vehementer gaudere et electionis in nobis gloriam possimus agnoscere dicens: In hoc sciatur quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad invicem. Quod signum propheta requirebat cum diceret: Fac mecum domine signum in bonum ut videant qui me oderunt et confundantur. Hec autem dico quia auditoris mei animum in humilitate sternere cupio sed ipsa tua humilitas habeat fiduciam suam. Nam peccator ego spem certissimam teneo quia per omnipotentis creatoris ac redemptoris nostri dei domini nostri ihesu christi gratiam iam tua peccata dimissa sunt et ideo electus es ut per te dimittantur aliena, nec habebis luctum de quolibet reatu in posterum qui de multorum conversione gaudium conaris facere in celo. Idem vero conditor et redemptor noster cum de penitentia hominis loqueretur ait: Ita dico vobis gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustos quibus non opus est. Et si de uno penitente grande fit gaudium in celo quale gaudium fieri credimus de tanto populo a suo errore converso qui ad fidem veniens mala que egit penitendo dampnavit. In hoc itaque celi et angelorum gaudio repetamus ipsas quas prediximus voces angelorum dicamus omnes: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Gregorius Adilberto regi anglorum. C. xx. Nota

Propter hoc omnipotens deus bonos quosque ad populorum regimina perducit ut per eos omnibus quibus prelati fuerint dona sue pietatis impendat quod in anglorum gente factum cognovimus cui vestra gloria ideo est preposita ut per bona que vobis concessa sunt etiam subiecte vobis genti superna beneficia prestarentur. Et ideo glorio-

fili eam quam accepisti diuinitus gratiam
sollicita mente custodi xpianam fidem
in populis tibi subditis extendere festina
zelum rectitudinis tue in eorum conuersatione
multiplica ydolorum cultus insequere
fanorum edificia euerte subditorum mores
in magna vite munditia exhortando
terrendo blandiendo corrigendo et boni
exempla monstrando edifica ut illum
retributorem inuenias in celo cuius no
men atque cognicionem dilataueris in terra
Ipse enim uestre quoque glorie nomen etiam
posteris gloriosius reddet cuius uos hono
rem querritis et seruatis in gentibus Sic
enim constantinus quondam piissimus
Imperator romanam rempublicam a prauis
ydolorum cultibus reuocauit omnipoten
ti domino deo nostro ihesu christo secum subdidit
seque cum subiectis populis tota ad eum
deuocione conuertit Unde factum est ut
antiquorum principum nomen suis viri
laudibus vinceret Et tanto in opinione
precessores suos quanto et in bono opere
superaret Et nunc itaque uestra gloria cogni
cionem unius dei patris et filij et spiritus sancti
regibus ac populis sibimet subiectis fes
tinet infundere ut antiquos gentis sue
reges laudibus ac meritis transeat Et
quanto in subiectis suis etiam aliena de
terserit tanto etiam de propriis peccatis
omnipotentis dei terribile examen secu
rior fiat Reuerentissimus autem frater no
ster augustinus episcopus in monasterio regule doc
tus sacre scripture sciencia repletus bonis
auctore domino operibus deditus quecumque
nos amonet libenter audite deuote per
agite studiose in memoria reseruate
Quia si uos eum quod pro omnipote
te deo loquitur auditis isdem omnipotens deus
hunc pro uobis exorantem celerius exaudiet
Si enim quod absit uerba eius postponitis
quando eum omnipotens deus poterit au
dire pro uobis quem uos negligitis
audire pro deo Tota igitur mente cum
eo uos in feruore fidei stringite atque ad
iuuamen illius uirtutem quam uobis
diuinitas tribuit adiuuate ut regni sui
uos esse participes cuius fidem in regno
uestro percipi facitis custodiri Pre
terea scire gloriam uestram uolumus quia sicut
in scriptura sacra ex uerbis domini omnipoten
tis agnoscimus presentis mundi iam terminus

baptismus omne
tollet peccatum

iuxta est et sanctorum regnum uenturum est quod
nullo umquam poterit fine terminari Appro
pinquante autem eodem mundi termino multa
imminent que antea non fuerunt videlicet
inmutaciones aeris terroresque de celo et con
tra ordinaciones temporum tempestates bella fa
mes pestilencie terremotus per loca Que
tamen non omnia nostris diebus ventura sunt
sed post nostros dies omnia subsequentur Vos
itaque signa horum si que euenire in terra uestra
cognoscitis nullo modo animum perturbetis quia
ideo hec signa de fine seculi premittuntur
ut nos debeamus esse solliciti de morte
suspecti et uentura iudicia in bonis actibus
inueniamur esse parati Hec interim gloriose
fili paucis locutus sum ut cum uestra
des in regno excreuerit uestra quoque apud uos
locutio latior excrescat Et tanto plus lo
quelibeat quanto se in mente uestra gaudia
gentis uestre perfecta conuersatione multiplicant
Homines istorum qui perfecti sunt et duo
bibant Pro inde cum boni coniuges
aut meritum augere desiderant aut antea
te vite culpas delere ut se ad continen
ciam astringant ut meliorem vitam appetere
liceat Si uero continenciam quam vir ap
tit uxor non sequitur aut quam appetit
recusat diuidi coniugium non licet quia
scriptum est mulier sui corporis potestatem
non habet sed vir Et vir potestatem sui corporis
non habet sed mulier Sunt qui sunt qui dicunt
peccata in baptismate superficietenus dimit
ti Quid est hac predicatione infidelius
in qua ipsum fidei sacramentum festinat so
lue in quo principaliter ad celestis munditie
misterium anima ligatur ut absolute
radicitus a peccatis omnibus soli inhereat
de quo propheta ait Michi autem adherere deo
bonum est Rubrum etenim mare rubri tinc
tus figura sancti baptismatis fuit in quo
hostes a tergo sunt mortui sed alii contra
faciem in heremo inuenti Sic quippe
omnes qui in baptismate tinguntur eorum peccata preteri
ta omnia laxantur quia eis velut egipcii
hostes a tergo moriuntur Sed in heremo
alios hostes inuenimus quia in hac vite
omnimodis prius quam ad promissionis patriam
peruenimus multe nos temptaciones fatigant
et ad terram uiuencium tendentibus iter in
cludere festinant Qui ergo dicit peccata in
baptismate funditus non dimitti dicat
in mari rubro egipcios non veraciter

Verum dic[endum] quod tempus penitencie liberum peccata peccat

secunda semel h i

mortuos. Si autem fatentur expiatos veraciter
mortuos, fateantur peccata in baptismate funditus
mori. Prima minime plus valet in absolu-
tione infra veritas quam umbra veritatis. In
evangelio veritas dicit: Qui lotus est non
indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus
totus. Si igitur peccata in baptismate funditus mi-
nime dimittuntur, quomodo is qui lotus est mundus
est totus? Totus enim mundus dici non potest
cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo re-
sistit voci veritatis, qui lotus est mundus est
totus. Nihil ergo de peccati sibi contagio rema-
net quem totum fatetur mundum ipse qui
redemit. Si qui sunt qui dicunt quia de pec-
cato quolibet tempore penitencia agenda est, et post
tempus in voluptatibus vivendum, isti adhuc
nec sacramenta vere fidei nec sacre scripture
precepta cognoverunt. Contra hos predicator egre-
gius Paulus dicit: Qui seminat in carne
sua de carne et metet corruptionem. Contra
hos iterum dicit: Deo placere non possunt. Ubi dis-
cipulis subiungit: Vos autem non estis in car-
ne sed in spiritu. Hii quippe in carne sunt qui
in carnalibus voluptatibus vivunt. Contra hos
dicitur: Neque corruptio incorruptionem pos-
sidebit. Si autem dicunt pauci temporis peni-
tenciam contra peccatum sufficere debere, ut iterum
liceat ad peccatum redire, contra eos pastoris primi
in sentencia prorumpit qui ait: Contigit
illis verum proverbium: canis reversus ad su-
um vomitum, et sus lota in volutabro
luti. Magna est enim contra peccatum virtus
penitencie, sed si quis in eadem permaneat, cui
hinc scriptum est: Qui baptisatur a mor-
tuo et iterum tangit, quid proficit lavacio illius?
Mortuum quippe est omne opus perversum quod
pertrahit ad mortem, quo vita iusticie non
vivit. Baptizatur ergo a mortuo et iterum
tangit eum qui prava opera que se egisse
meminit deplorat, sed in eisdem se iterum post
lacrimas implicat. Et in ista itaque quelibet
eiusdem mortui lavacione non proficit qui
hoc iterum faciendo non plangit, nec per la-
menta penitencie ad latitudinem iusticie
consurgit. Penitencia enim vere agere est
commissa plangere, sed iterum plangenda decli-
nare. Si vero qui sunt qui dicunt quia com-
pulsus quispiam invitus si anathematiza-
verit anathematis vinculo non tenetur. Hu-
ius testes sunt quia iam non sunt qui li-
gamenta sancte ecclesie vana esse existimant,
donationibus solutionem. Et per hoc nec absolutio-

nem sancte ecclesie quam prestat fidelibus
veram putant, si ligaturas eius valere non
existimant. Contra quos diucius disputandum non est, quia destruendi per omnia
et anathematizandi sunt, ut unde se falle-
re veritatem credunt, inde in penis suis vera-
citer ligentur. Si qui sunt qui sub nomine
sano licet genere predictorum errorum capitula aut
predicare audent aut taciti apud semetipsos
tenere, hos procul dubio et anathematizavi-
mus et anathematizamus. Ecce omnibus
his capitulis in eis sicut predixi qui ad me
in regia urbe venire consueverant nullo
modo credere cunctis sed predicti capituli cogno-
vi. Sed neque fuisse existimo. Nam si fu-
isset agnovissem. Plura vero sunt in ista
fidelitate qui incauto zelo succenduntur, et
sepe dum quosdam quasi hereticos in-
sequuntur hereses faciunt. Eorum infirmitati con-
sulendum est, et sicut predixi cum omni man-
suetudine sunt placandi. Illis quippe
sunt similes de quibus scriptum est: Testimonium
perhibeo illis quod emulacionem dei habent, sed non
secundum scientiam. Vir itaque excellencie que
in lectione in lacrimis atque in elemosinis
incessabiliter vivit, eorum sicut pectus ipsius
cum placide mansuetis exhortationibus
ac responsionibus debet vel non solum
de senectute sed etiam de illis gratiam eterne
retributionis inveniat. Hec me nobis
dicere nimius amor suasit, quia et in vestra
me leticia accepto et in vestra tristicia me ex-
istimo inmorari. Omnipotens deus gratia vos ce-
lesti custodiat, et salva domini nostri pieta-
te et piissime domine tranquillitate pro par-
vulorum duorum munimento vitam vestram lon-
gius extendat. Gregorius Isaac
episcopo Ierosolimitano. C xci.

Servata veritate hystorie quid est
aliud quod diluvium quo humanum
genus extra archam moritur, ad vitam
vero in archa servatur, nisi hoc quod aperte
non teneamus, quia infideles quosque ex-
tra ecclesiam peccati sui unda perimit, et fideles
suos in fide atque caritate sancte ecclesie uni-
tas quasi arche compago custodit. Que archa
videlicet de imputribilibus lignis com-
pingitur, quia de animabus fortibus atque
in bono suo perseverantibus edificatur.
Que post archa cessante diluvio in
monte requievit, quia huius vite cor-
ruptione cessante cum malorum operum

Archa Noe

fluctus cursitent in celesti patria sancta ecclesia
velut in excelso monte requiescit. In hac nimi-
rum arche edificatione nos tamen relata
fraternitatis vestre epistola vestre fidei compage gau-
demus magnasque omnipotenti deo grates
solvimus qui et unitatis gregis sui pas-
toribus fidem quam semel sanctis patribus
tradidit etiam post eos immutabilem
custodit. Predicator autem egregius dicit:
Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod
positum est quod est Christus Iesus. Qui ergo
igitur cum dilectione dei et proximi fidei que
in Christo est firmitatem tenet, eundem Iesum
Christum dei et hominis filium apte posuit fun-
damentum superandum ergo quia ubi Christus
fundamentum est bonorum quoque operum sequatur
edificium. Ubi quoque per se veritas dicit:
Qui non intrat per ostium in ovile ovi-
um sed ascendit aliunde ille fur est et latro.
Qui autem intrat per ostium pastor est ovium.
Atque paulo post subiciat dicens: Ego
sum ostium. Ille ergo ad ovile intrat per
ostium qui intrat per Christum. Ipse autem
per Christum ingreditur qui de eodem crea-
tore ac redemptore humani generis vera sentit
ea predicat predicata custodit. Culmen re-
giminis ad officium portandi oneris susce-
pit non ad appetitum glorie transitorii honoris.
Hic quoque susceptis ovibus sollicite in-
vigilat ne oves dei aut perversi homines
prava loquentes dilaniant, aut maligni
spiritus oblectamenta viciorum persuadentes
devastent. Sed in hiis omnibus ipse nos
instruat qui pro nobis homo factus est qui
dignatus est fieri quod fecit. Ipse et in fra-
ternitati vestre et vestre caritati spiritum sui amo-
ris infundat atque in omni sollicitudine
et custodia cunctis pectoribus oculos vestri cordis
aperiat. Quod vero ad sacros ordines vestre
fidei perducit, eidem omnipotenti deo
gratie sine cessatione solvende erunt et pro
vita piissimi et christianissimi domini nostri
Imperatoris et tranquillissima eius coniuge
et mansuetissima sobole semper orandum
est quorum temporibus hereticorum ora contices-
cunt. Quia et si eorum corda in insaniam
perversi sensus ebulliunt, orthodoxi tamen Impera-
toris tempore prava que sentiunt eloqui non
presumunt. Ita ut apte videamus impleri
quod scriptum est: Congregans sicut in
utre aquas maris. Aqua enim maris
sicut in utre congregata est quia amara

hereticorum scientia quamvis hodie prava sentiat
in pectore comprimit et apte dicere non presumit.
Tua vero fraternitas tractam per omnia fidem con-
tulit specialiter edoctam que quedam erant
sub aliis enarravit. Fides itaque vestra fides
est nostra. Ea tenemus que dicitis. Ea dicimus
que tenetis. Quia ergo pervenit ad nos
in orientis ecclesiis nullum ad sacrum ordi-
nem nisi ex premiorum datione pervenire;
Si ita esse vestra fraternitas agnoscit hec
primam oblationem omnipotenti deo offe-
rat ut a subiectis sibi ecclesiis errorem symoniace
hereseos compescat. Nam et alia taceamus
quales esse in sacris ordinibus poterunt
qui ad hoc non merito sed premio perveniunt.
Symon autem quanta habuit animadversione a-
postolorum princeps instructus est qui primus
dampnationis sententiam contra Symonem
protulit dicens: Pecunia tua tecum sit in per-
ditionem quia donum dei existimasti pecu-
nia possideri. Ipse quoque creator ac
redemptor generis humani dum deus in-
carnatus flagellum de resticulis fecisset
de templo cathedras vendentium colum-
bas evertit. Quid est enim aliud in tem-
plo columbas vendere nisi in sancta eccle-
siam per quem spiritus sanctus datur ad precium
manus impositionem dare? Sed cathedre
vendentium columbas evertuntur quia talium
sacerdotium in sacerdocio non reputatur. Pre-
terea venit ad me quia cum ea extra
que enea dicitur sepe in Ierosolimorum
urbe inter ecclesie iurgia nascuntur. Unde fraterni-
tas vestra debet sollicite cuncta pensare et
quedam mansuete corrigere, quedam vero
que corrigi nequiunt equanimiter tollera-
re. Scriptum etenim videmus quod per psalmi
vocem ad sanctam ecclesiam dicitur: Supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores. In dorso qui-
ppe onera portantur. Supra dorsum ergo nostrum
peccatores fabricant, quando eos quos corri-
gere non possumus patiendo portamus. Na-
vis etenim gubernator cum adversus ven-
tum considerat, quosdam fluctus directo
clavo conspirat, quosdam vero quos supera-
ri non posse perpendit inflexo cursu pru-
denter declinat. Sic itaque sanctitas vestra
quedam compescendo quedam tollerando
ita agat ut in sancta Ierosolimorum
ecclesia pacem cohabitantium per omnia custodi-
at. Scriptum namque est: Pacem sequimini
cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo

Supra dorsum

letania contra mortes

videbit deum. In ira etenim mentis ipsum lumen clauditur bone intentionis, unde psalmista ait: Turbatus pre ira oculus meus. Et quid iam in bonis operibus remanet si pacem ex corde perdimus, sine qua deum videre non valemus. Vos itaque ita agite ut de his quoque qui per iurgium prius peccaverant in dei vos caritate colligatis. Omnipotens dominus dilectionem tuam gratia celesti custodiat, et de his qui tibi commissi sunt fructum multiplicem ac nimium superaffluentem ad eterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Anastasio episcopo Constantinopolitano. C. xcii.

Scripsit michi tua dilectio piissimum dominum iussisse reverentissimo fratri meo Johanni prime Justiniane episcopo pro egritudine capitis quam patitur pape suaderi ne fortasse dum episcopum una eadem civitas non habet quod absit ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones preceperunt ut pro egritudine episcopo succedatur et omnino iniustum est ut si molestia corporis irruit honore suo privetur egrotus. Et ideo hoc per nos fieri nullatenus potest ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerendum est ut si is qui est in regimine egrotat dispensator illi talis requiratur qui possit eius curam omnem agere et locum illius in regimine ecclesie ipso non deposito ac in custodia civitatis implere ut neque deus omnipotens offendatur neque civitas inveniatur esse neglecta. Si vero idem reverentissimus Johannes fortasse pro molestia sua petierit ut ab episcopatus honore debeat vacare eo petitionem scripto dante concedendum est. Aliter autem nos id facere pro omnipotentis dei timore omnimodo non valemus. Et si hoc petere ille noluerit quod piissimo placet quicquid iubet facere in eius potestate est sicut novit ipse provideat. Nos in depositione talis viri non faciat permisceri. Quod vero ipse fecerit si canonicum est sequimur. Si vero canonicum non est in quantum sine peccato nostro portamus.

Gregorius Adriano notario Panormo. C. xciii.

Agathosa latrix presentium questa est maritum suum contra voluntatem suam in monasterio urbica abbatis esse conversum. Quod quia ad eiusdem abbatis culpam et invidiam non est dubium pertinere experientie tue precipimus ut diligenti inquisitione discutiat ne forte cum eius voluntate conversus sit vel ipsa se mutare promisit. Et si hoc reperit et illum in monasterio permanere provideat et hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nichil horum est nec quoddam fornicationis crimen propter quod viro licet uxorem relinquere predictam mulierem commisisse cognoverit, ne illius conversio uxori relicte in seculo fieri possit perditionis occasio volumus ut maritum suum illi ubi si iam tonsoratus est reddere omnino debeas excusatione cessante. Quia etsi mundana lex precipit conversionis gratia utrolibet invito solvi posse coniugium divina lex non permittit fieri. Nam excepta causa fornicationis virum uxorem relinquere nulla ratione concedit, quia postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum corpus efficitur non potest ex parte converti et ex parte in seculo remanere.

Gregorius universis episcopis Italie consistentibus. C. xciiii.

Super afflictiones et gemitus quos assidua hic continuatione de hostibus sustinemus maior nos metus extenuat quia inimicos in vos omni adnisu ad Italie mansionem cognovimus festinare. Sed ne hac re molientibus prosperitatem multitudo iniquorum prebeat peccatorum toto nos corde ad redemptoris remedia referamus et quibus resistere viribus non possumus lacrimis obviemus. Nam quid nobis cavendum quid ne sit pertimescendum formidandum ex istius provincie debetis desolatione colligere. Itaque hortor fraternitatem vestram ut omni observantia in vestris locis letaniam inexcusabiliter indicatis. Et contra barbarorum crudelitatem manu superne protectionis auxilium imploretis. Sed ut ante dei oculos precibus faciat vigilantius studendum est ut vestris actibus adiuvetur. Nam inanis fit oratio ubi prava est actio. Cura igitur quanto imminente civitatis periculum tanto sollicitius omnes in fletu et gemitu [illegible] filios vestros [illegible] sacerdotali [illegible] ad hortatione compescite. Distantes iniusta contemptu et que deo placita sunt [illegible] vos possitis habere ad impetrandum divine nunc gratiam adiutores ne si neglexeritis anime eorum peccatis oratione [illegible] et sententia summa quod absit gladius resecet quos monentium verba non corrigunt. Deus autem ut misericors et pius est et sicut penitentibus in prosperitate districtus ita est commissis in correctione. Quidnam ergo tota mente ad ipsum contriti cordis eiulatione curramus. Ut his ipso ereptionis

nre solacia postulemus quam qui benignus
et mitis est si nos a malis prius emendatos
et viderit sua mandata diligere et hic nos
potens est ab hoste defendere et in futuro eter
na nobis gaudia preparare. Gregorius
Dono episcopo Messanensi. C. xcv. iudicata compleri

Nullis umquam contentionibus finis
imponitur si implere ea que iudi
cata fuerint differantur. Filius itaque no
ster Placidus questus nobis est ea que inter
eum et actores ecclesie vestre iudicio diffini
ta sunt fraternitatem vestram nolle com
plere. Quod si ita est miramur et dum
quieti vestre nos doceat studere contentio
nis nobis scrupulum refunderetis. Unde
scriptis nos presentibus adhortamur ut sub
tiliter vos requirere debeatis et si quid
minus impletum est si tamen nichil est quod
possit obsistere sine dilatione compleatur.
Ita ut nec sint quibus magnificus vir
se queratur irrationabiliter fatigari
Nec vos contra ordinis vestri propositum vide
amini despexisse quod iustum est. Data
Mense Januarii Indictione iiii. Gregorius
Gladiano notario. C. xcvi.

Pervenit ad nos quod quosdam incan
tatores atque sacrilegos fueris inse
cutus et quomodo nobis sollicitudine zeli
cepti tui gratum fuisse cognoscas. Sed
moleste tulimus quod te dubitare ne ab
eis nobis contra experientiam tuam subri
peri potuissent diciamus dum quanto
rectius esse ac stare debueras. Hoc tibi
apud nos ad commendationem magis profi
cit non ad culpam ascribi. Et ideo stu
dii tui sit sollicite querere et quoscumque
inimicos Christi inimicos inveneris ita di
stricta ultione corrigere ut eos de experien
tia tua melius possimus hic iudicando
et deo te modo quod maxime studendum
est valeas commendare. Gregorius Desi
derio episcopo Gallie. C. xcvii. Gregorius Desiderio episcopo

Cum multa nobis bona de vestris
fuissent studiis nunciata ita
cordi nostro est nata letitia ut negare ea
que sibi fraternitas vestra concedenda po
posceret minime possemus. Sed post hec
pervenit ad nos quod sine verecundia
memorare non possumus fraternitatem
tuam grammaticam quibusdam exponere
Quam rem ita moleste suscepimus
ac sumus vehementius aspernati ut ea

que prius dicta fuerant in gemitum et tri
sticiam verteremus. Quia in uno se ore cum
Iovis laudibus Christi laudes non capiunt.
Quam grave nephandumque sit episcopis can
tare quod nec laico religioso conveniat
ipse considera. Et quamvis dilectissimus fi
lius noster Candidus presbiter postmodum ve
niens ac de re subtiliter requisitus nega
verit atque nos conatus sit excusare
de nostris tamen animis non recessit. Quia
quanto execrabile est hoc de sacerdote
enarrari tanto utrum ita nec ne sit
districta et veraci oportet satisfactio
ne cognosci. Unde si post hec evidenter
hec que ad nos perlata sunt falsa esse
claruerint neque vos nugis et secu
laribus litteris studere constiterit et deo nostro gratias agimus
qui cor vestrum maculari blasphemis nefan
dorum laudibus non permisit et concedenda
sine ulla dubitatione tractamus. Monachos vero
quos una cum dilectissimo Laurentio pres
bitero et Mellito abbate ad reverentissimum
fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum trans
misimus vobis in omnibus commendamus
ut fraternitate vestra solaciante nulla
illos ad proficiscendum mora valeat
impedire. Gregorius Berthe re
gine anglorum. C. xcviii.

Qui post terrenam potestatem celestis
regni gloriam cupit adquirere ad a
crescendum lucrum creatori suo debet omni
bus laborare ut ad ea que desiderat ope
ris sue gradibus possit ascendere sicut vos
fecisse gaudemus. Remeantes igitur dilec
tissimus filius noster Laurentius presbiter
et Petrus monachus qualiter erga reverentissi
mum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum
vestra extitit quantaque illi solacia vel qua ca
ritatem impenderit retulerunt. Et omnipo
tentem dominum benediximus qui conversionem
gentis anglorum mercedi vestre dignatus
est propitius reservare. Nam sicut per recor
dande memorie Helenam matrem piissi
mi Constantini imperatoris ad Christia
nam fidem corda Romanorum accen
dit ita et per glorie vestre studium in
anglorum gentem eius misericordiam confidimus
operari. Et quidem iam dudum gloriosi fi
lii nostri coniugis vestri animos prudentia ve
stre bono sicut revera christiane debuimus
inflectere ut pro regni et anime sue salute

frontem quam colitis sequitur. Certus
et de eo et pecuniam totius gentis conversatio-
ne digna nobis in celestibus gaudium re-
bus nascetur. Nam postquam sicut dixi-
mus et ita fide gratia vestra munita et litteris
docta est, hoc nobis nec tardum nec de-
sinit esse difficile. Et quoniam deo volente aptu-
mum tempus est agite ut divina gratia coope-
rante cum augmento possitis quod neglec-
tum est reparare. Itaque mente gloriose fili
mi in dilatione christiane fidei adhortatione
assidua roborare vestra illi sollicitudo aug-
mentum in deo amoris infundat atque ani-
mos eius etiam subiectione sibi gentis ple-
nissima conversatione sustendat, ut et ma-
gni omnipotenti domino devotionibus vestre stu-
dio sacrificium offeratis, et ea que de nobis
narrata sunt et restant et veracissime mo-
dis omnibus approbent. Fama bona vestra non
solum iam apud romanos qui pro vita
foris vestra orant, sed etiam per diversa loca et
usque ad constantinopolim ad serenissi-
mum principem pervenerunt. Unde sicut
nobis de christianitatis vestre solacijs letitia
facta est, ita quoque de perfecta operatione
vestra angelis fiat gaudium in celis.
Hic nos in adiutorio supradicto reveren-
tissimi fratris et coepiscopi mei et filiorum dei quos
illuc misimus in conversione gentis vestre
devote ac totis viribus exhibete, ut et
feliciter cum glorioso filio meo coniuge vestro
regnetis. Et post longa annorum tempora fu-
ture quoque vite gaudia que finem habere
nesciunt capiatis. Oramus autem omnipote-
tem dominum ut glorie vestre cor et ad operanda
que diximus gratie sue igne succendat
et eterne mercedis fructum nobis de pla-
cita sibi operatione concedat. Gregorius augus-
tino episcopo anglorum. C. xciv.

Gloria in excelsis deo et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Quia granum
frumenti mortuum cadens in terra
ne solum regnaret in celo, cuius morte vivi-
mus, cuius infirmitate roboramur, cuius pas-
sione a passione eripimur, cuius amore in
britannia fratres querimus quos ignorabamus,
quos invenit quos nescientes querebamus
invenimus. Quis autem narrare sufficiat
quanta hic letitia in omnium corda fidelium fu-
erit exorta quod gens anglorum operante om-
nipotentis dei gratia et tua fraternitate labo-
rante expulsis errorum tenebris sancte
fidei luce perfusa est, quod mente inte-
gra iam calcat ydola quibus prius
vesano timore subiacebat, quod omnipo-
tenti deo puro corde substernitur, quod a pravis
operibus lapsibus sancte predicationis regulis
ligatur, quod preceptis divinis animo subiacet
et intellectu levatur, quod usque ad terram se in
oratione humiliat ne mente iaceat in terra.
Cuius hoc opus est nisi eius qui ait: Pater
meus usque modo operatur et ego operor.
Qui mundum ut ostenderet non sapientia ho-
minum sed sua virtute converti, predicatores
suos quos in mundum misit sine litteris ele-
git. Hoc etiam modo faciens quia in anglorum
gente fortia dignatus est per infirmos opera-
ri. Sed est in isto dono frater karissime quod cum
magno gaudio vehementissime debeat
formidari. Scio enim quia omnipotens deus
per dilectionem tuam in gente quam eligi voluit
magna miracula ostendit. Unde necesse
est ut de eodem dono celesti et timendo gau-
deas et gaudendo pertimescas. Gaudeas
videlicet quia anglorum anime per exteriora mi-
racula ad interiorem gratiam pertrahuntur.
Pertimescas vero ne inter signa que fiunt
infirmus animus in sui presumptione se elevet,
et unde foras in honorem extollitur inde
per inanem gloriam intus cadat. Memi-
nisse etenim debemus quod discipuli cum gaudio
a predicatione redeuntes dum celesti magistro
dicerent: Domine in nomine tuo demonia no-
bis subiecta sunt, protinus audierunt: Noli-
te gaudere super hoc, sed potius gaudete quia
nomina vestra scripta sunt in celis. In privata
enim et temporali letitia mentem posuerant
qui de miraculis gaudebant. Sed de priva-
ta ad communem, de temporali ad eternam letitiam
revocantur quibus dicitur: In hoc gaudete
quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non
enim omnes electi miracula faciunt, sed tamen eorum
nationibus eorum sunt in celo unigenitus patris
ma auxit, sua non minuit. Una itaque
persona est verbum et caro sicut ipse ait: Ne-
mo ascendit in celum nisi qui de celo de-
scendit filius hominis qui est in celo. Cum iam
filius dei in celo erat filius hominis qui lo-
quebatur in terra. Hinc iohannes ait: Scimus quia
filius dei venit et dedit nobis sensum.
Quem nobis quem sensum dederit illico sub-
iungit: ut cognoscamus verum deum quem
hoc loco verum deum insinuat nisi
patrem omnipotentem? Sed quid etiam de co-

potente filio senciat adiunxit. Et sicut
in vero filio eius ihesu xpo. Et re ver-
bum patrem verum filium eius ihm xpm
Quem verum filium eius quid esse sencia-
at apertius ostendat. Hic est verus de-
us et vita eterna. Si igitur iuxta erro-
rem nestorii alius verbum atque a-
lius esset homo ihesus xpus qui verus
est homo utique verus deus non esset
et vita eterna. Sed unigenitus filius ver-
bum ante secula factus est homo. Hic est
ergo verus deus et vita eterna. Certe
cum hunc sancta virgo conceptura esset
et loquentem de se angelum audiret
ait. Ecce ancilla domini fiat michi secundum
verbum tuum. Tunc cum eum concepis-
set et ad elizabeth cognatam suam
pergeret ab eadem elizabeth protinus
audivit. Unde ergo digna ut mater
domini mei veniat ad me. Ecce eade(m)
virgo et ancilla domini dicitur et mater. Ancilla
enim domini quia verbum ante secula uni-
genitus equalis patri. Mater vero quia
in eius visceribus ex spiritu sancto de eius
carne factus est homo. Nec alterius ancil-
la alterius mater. Nam dum unigenitus
dei existens ante secula, ex eius utero
natus est homo. Investigabili mira-
culo est facta et ancilla hominis per divini-
tatem et mater. Ubi per carnem. Non autem
prius in utero virginis caro concepta est
et postmodum divinitas venit in carne.
Sed mox verbum venit in utero mox ser-
vata proprie virtute nature factum est
caro et perfectus homo. id est in veritate car-
nis et anime racionalis natus est per
uterum virginis filius dei. Unde unctus
pre participibus suis dicitur sicut psalmis-
ta ait. Unxit te deus deus tuus oleo
pre consortibus tuis. Unctus quippe
est oleo dono videlicet spiritus sancti, sed pre
consortibus unctus est, quia nos prius
peccatores homines existimus, et postmo-
dum per unctionem sancti spiritus sanctifica-
mur. Ipse autem existens deus ante
secula per spiritum sanctum in utero
virginis homo conceptus est in fine se-
culorum. Ibi ab eodem spiritu unctus
est ibi conceptus et postmodum unctus
est. Sed hoc ipsum de spiritu sancto et carne
virginis concipi a spiritu sancto ungere
fuit. Hanc igitur veritatem nativitatis

eius quamquam a prisco errore nestorii re-
silitur coram sancta fraternitate tua con-
gregacione fateatur. Eundem nestori-
um omnibus suis sequacibus ac reliquas he-
reses anathematizantes venerandas quoque
synodos quas universalis ecclesia recip-
it se recipere et venerari promittat. Et absque ul-
la dubitacione sanctitas eos iam suis
eis propriis ordinibus in suo cetu recipi-
at ut dum et per sollicitudinem occulta ve-
eorum discutitis atque eos per veram scientiam
ita que tenere debeant doceatis et per man-
suetudinem nullam eis contradictionis
difficultatem de propriis suis ordinibus fa-
citis eos ab antiqui hostis ore rapiatis
et tanto vobis apud omnipotentem deum
crescat glorie retributio quanto multos
colligitis qui nobiscum in domino sine fi-
ne glorientur. Sancta itaque trinitas caritatem
pro nobis sua vos proteccione custodiat v-
bique in amore suo dona adhuc am-
pliora concedat.

Gregorius Anthe-
mio subdiacono campanie. C C.

Cum fortius punienda sint cri-
mina que insontibus et maxime
sacris ordinibus ingeruntur quam sit tolera-
biles omnes qui in causa [illegible] dia-
conum resedistis attende ut hylarium
torem ipsius multa ex diffinicione mi-
pena vehemens castigate. Nec illud a-
ccusationem vanam esse credatis quoniam
quod nobis qui iudicare volentibus solus p-
recepit in pascasius dicitur distulisse
Nam si zelus in nobis rectitudinis vi-
geret facilius ambitus racionabilis suade-
re quam multa ab uno potuerant sine ea diffi-
cultas. Nimia ergo tante nequicie malum sine
non debet ulcione transire. Supradictum fra-
trem pascasium nostrum ammonere ve-
rum Hylarium prius subdiaconatu quo in-
dignus fungitur privet officio atque ver-
beribus publice castigatum faciat in con-
silio deportari, ut unius pena multorum pos-
sit esse correctio. Tu si forte levitatem
diaconi sui adhuc episcopo laceratam
commovet et in hoc quod non credimus cor-
ripiens extiterit experiencia tua hec que di-
ximus faciat et de ulcius neglectu no-
verit. Hortandus praeterea idem fr-
ater noster mandato est ut se in omnibus vigi-
lantem exhibeat et ecclesie sue amplius
disciplinam non negligat ne et pati

rebus qui ei sunt commissi substineat
et nos tunc se vehementer stimulet si in
officii sui curam quod non optamus
incautus vel lentus extitit. Volumus
aut ut memoratus frater in pastasius
vite dum se ordinet et maiore domus
sue possit vel hospitibus supervenien
tibus vel causis que evenerint providens
paratus existere. Si vero negligentem eum
persenseris et ea que diximus implere differ
re, omnis clerus eius adhiberi debet ut
commum consilio sibi eligant quorum
persona ad ea que diximus valeat or
dinari. Gregorius Agapito Ab-
bati. C. C. I.

Ne rebus venerabilibus vel quido
licet cultus desit obsequium
nos debet sollicita cura prospicere.
Quia igitur monasterium quod in fundo
marciano provincie campanie situm est
ita hostilitate faciente a congregatione
funditus dicatur desolatum ut ne unus
exinde monachus qui aliquam sollicitudi
nem vel curam debet adhibere remansit
tuo illud monasterium cum omnibus rebus suis vel
que ei competunt actionibus utile perspexi
mus iniungendum ut res eius tenendi
vel attinentibus vendicandi libera tibi sit
et sine aliqua dubietate licencia. Cuius
etiam studii tui sit monachos deputare
qui illic tempore quo intellexeris de hoste
sub et opus dei celebrare et decenter debe
ant deservire. Nec aliqua illud persuas
excusacione negligere. Quod ideo curam tu
e ut sollicitudinem illic debeat adhibere
committitur. Ipsum autem monasterium sic tue nos
ordinacioni commisisse cognoscatis ut tamen
iurisdictionem illic non episcopus fuerit intimari
aut civitate monasterium tuum situm est sed inveni
mus tamen est diocesi habeat. Nam sic singula
loca ordinacioni disponamus ut tamen iura
sua singulis episcopis inviolata servemus.

Greg. Eusebio epo Thesal. C. C. II.

Lator presencium theodorus ecclesie vestre
lector ad sanctorum apostolorum limina
veniens dum homo quippe nomine habet
incognitus Andream monachum qui ad
sanctum paulum inclusus res et cartas quas
detulit ut tenera olim noto inoccenter de
posuit credens quod mens ipsius sicut et nos
ante habueramus cum habitu concordaret. Ex
tante ille pravitatis inventus est ut si eius

stulticie sub inclusionis specie paulo ad
huc amplius licuisset multorum animas
maliciae sue falsitate deciperet. Et quoniam
quod potuisset nam leviora scandala generaret.
Nam inter alia que idem Andreas pes
sime cogitavit et fecit eam quoque quam
ad nos misistis dum apud ipsum a prefa
to lectore esset deposita ita falsavit ut
quicumque eam legeret nos nec catholica
nec ita sapere evidenter argueret. Ex qua
re contigit ut dum veritatem studiose
quereremus eius que latebat iniquitas
vulgaretur, et tanta in ea reperta sunt
quanta nec de scelerato quocumque laico cre
deretur. Et quia inter diversa mala ali
quos etiam sermones scripsit atque eos ex
meo nomine titulavit et suspecti sumus
ne eos alicubi transmiserit fraternitas tua
sollicitudine querat, et si quid tale reperit
et exinde et omnino faciat aboleri ut quod impe
rius litterarum et scripture dictione nescius meo sicut
diximus nomine prenotavit quorundam ani
mos non possit inficere. Nam nos nec quicquam
novimus nec aliquod opus aliquando quicquam
scripsimus. Alia vero mala ipsius vel quid de eo
a nobis in consilio statutum sit, ostenditur por
titoris quem fraternitati vestre in omnibus com
mendamus qui probus inventus est relatione
cognoscatis. Hortamur preterea ac monemus
ut communem filium lucam presbiterum de quo po
pulus quantum dicitur non modica suspicione move
detur publice de se satisfacere et fidem suam mo
neas confiteri atque sanctas synodos quas
apostolica veneratur ecclesia a se suscipi et venerari
sequi modis omnibus fateatur atque inter alia nes
torium et sequaces ac sequaces eorum specialiter ana
thematizando condempnet, ut hac satisfac
tione in filiorum vestrorum cordibus nullum per illius
occasionem contra nos possit scandalum remanere.
Nam si forte quod non credimus facere hoc aliqua
excusacione distulerit nichil nobis cum illo
commune sit, sed a familiaritate atque communione
vestra per omnia segregandus est. Nam sicut
ante iam scripsimus melius de omni domino
morbosam ovem eicere quam unius vicio sanas
amittere. Hec igitur frater diligenter attende
et ita stude ut et filios vestros vincto bac deno
tos sicut decet hic possitis et hec denuo ad
nos querela non redeat. Latorem vero presencium
ut prefati sumus in omnibus commendamus. Dum
qui prius a malo monacho inocenter deceptus
est, et postmodum in communione eius fortiter

restat laboris sui retributionem hic apud nostram fraternitatem inveniat, quatenus quia incuria ei patria compensetur certus ex isto. Si autem rursus ad ordinem hic ad sanctos apostolos venire noluerit, eum fraternitas vestra sine aliqua mora transmittat.

Gregorius Mellito abbati in Francias. C. lii.

Post discessum congregationis nostre que tecum est valde suspensi redditi, quia de prosperitate itineris audisse nos contigit. Cum vero deus omnipotens vos ad reverentissimum virum fratrem nostrum Augustinum perduxerit, dicite ei quid diu mecum de causa anglorum cogitans tractavi, videlicet quia fana ydolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa que in eis sunt ydola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquie ponantur. Quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est ut a cultu demonum in obsequium veri dei debeant commutari, ut dum gens ipsa eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, et deum verum cognoscens ac adorans ad loca que consuevit familiarius concurrat. Et quia boves solent in sacrificio demonum multos occidere, debet etiam aliqua sollempnitas immutari, ut die dedicationis vel natalicii sanctorum martirum quorum illic reliquie ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias que ex fanis commutate sunt de ramis arborum faciant, et religiosis conviviis sollempnitatem celebrent. Nec dyabolo iam animalia ymmolent, et ad laudem dei in esu suo animalia occidant, et donatori omnium de sacietate sua gratias referant, ut dum eis exterius aliqua gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus omnia abscidere impossibile esse non dubium est. Quia is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus elevatur. Sic israhelitico populo in egipto dominus se quidem innotuit, sed tamen eis sacrificiorum usus que dyabolo solebat exhibere in cultu proprio reservavit, ut eis in suo sacrificio animalia ymmolare preciperet. Quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent. Ut etsi ipsa essent animalia que offerre consueverant, vero tamen deo hec et non ydolis ymmolantes, iam sacrificia ipsa non essent. Hec igitur dilectionem tuam predicto fratri necesse est dicere, ut et ipse in presenti positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare.

Gregorius Petro episcopo ydruntino. C. liii.

Opportunus abbas monasterii sancti Leonis quod in castro romane urbis [illegible]liario situm est, sanctuaria eiusdem martiris que de ecclesia ipsius nomini dedicata [illegible] astruit furto ablata sunt, sibi de[illegible] postulat debere concedi, ut in eadem loca recondantur. Et ideo frater karissime quia eiusdem beatissimi martiris corpus in Brundisi[illegible] etiam tui visitationis impendiis officio esse dinoscitur, prefati viri desiderio convenit obedire, ut devotione qua postulat sortiatur effectum.

Gregorius Bonifacio defensori corsice. C. lv.

Experientia tua non sine culpa sua est quod aleria atque adyacium civitates corsice diu sine episcopis esse cognoscens, clerum et plebem eorum ad eligendum sacerdotem distulerit commonere. Nunc quia sine proprio amplius non debet esse rectore, prefata autem suscepta clerum et plebem singularum civitatum hortari festina ut inter se dissentire non debeant, sed uno sibi consensu unamquamque civitatis consecrandum eligant sacerdotem, et facto decreto ad nos is qui fuerit electus adveniat. Si autem in uno consentire noluerint, sed in duarum personarum electione diviserint, simul decretis ad nos ex more fac ambos venire, ut requirentes de vita actu et moribus eorum is qui visus fuerit ordinetur. Quia vero multi illic pauperes opprimi pati preiudicium perhibentur, experientia tua sollicitudinem gerat, et Gennadium contra iusticiam non permittat, sed ita satagat ut nec agentes contra iusticiam rectorem dari, nec hi contra quos agitur iniuste valeant dispendium sustinere. Preterea pervenit ad nos quosdam clericorum te illic positos alacrius teneri. Quod si ita est, tunc culpe hoc nominis reputari, quia hoc fieri homo esse non debuit reputari. Et ideo tecta sollicitudine te hoc necesse est ut hoc fieri non permittas. Quod si quis contra aliquem clericorum causam habuerit, episcopum ipsius adeat. Cui si forte suspectus extiterit vel alibi aut si et hoc auctor refugerit, a tua experientia deputandi, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere a quibus

quatenus finit, definiti ita ut tua uel epi
sollicitudine seruata lege modis omnibus
compleatur ut non sit unde possit litigijs
fatigare. Gregor(ius) Barbare et antho
nine. CC.VI.

Susceptis epistolis uestris omnino de cogni
ta uestra sospitate letatus sum atque
omnipotentem dominum deprecor quo nos et a
malignis spiritibus in cogitatione et a prauis
hominibus atque ab omni contristatione sua pro
tectione custodiat. Hic quoque nos eius timoris
sui gratia dignis conuersationibus ordinet ut
omnes nos in uestra ordinatione letificet.
Vos autem dulcissime filie meus adiutorio
spem uestram ponite et sub umbra defen
sionis illius semper et orando et bene agendo
malorum hominum insidias declinate. Quecumque
enim humana solacia uel aduersitates fuerint
nulla sunt nisi aut eius gratia protegat aut
eius offensa perturbet. In nullo ergo homini
spem ponatis, tota mente in fiducia dei
omnipotentis adstringite. Vobis ergo dormi
entibus ille nos protegit de quo scriptum est:
Ecce non dormitabit neque dormiet qui cus
todit israel. Orantes autem ad beati petri apostolorum principis
limina festinate, nos dictis opto minime
estuanti desiderio expectent dignus mereatur
inuitans in eius uos etiam uideam. Et tu
et nos de me solamen aliquantulum et ego de
uestra presentia non paruam letitiam acquiram.
Viro autem reuerentissimo fratri meo Iohanni
episcopo et romano defensori tam uestras studui
commendare ut que expetunt debeant deo ac
tore perficere. Xenia autem uestra duas racanas
quas de labore uestro esse mandatis libenter
accepi sed tamen cognoscite quia non meipsum
mandatum accidi. Nam uos de labore alie
no laudem quesiuistis que fortasse ad suscepti
onem uindicem misistis. Sed tamen me
res ista contristat quia opto ut sacra scrip
turam legere ametis ut quamdiu uos omnipo
tens deus uiuere concesserit, sciatis et qualiter uiuere
et domum uestram quo disponere debeatis.
Mense Septembri indictione V. Greg(orius)
Dominico episcopo carthaginensi. CC.VII.

Quam copiosa cordis uestri sit caritas
lingua interprete demonstratur, dum sic
eius suauitate epistolarum uestrarum uerba conditur
ut dulce et iocundum sit omne quod scribi
tis. Vnde fit ut fraternitatem uestram quamuis
corpore non possimus dilectionis brachijs am
plectamur. Nam quod animus concordi-

bus longitudo negat itineris prestat officia
um caritatis. Et quoniam sicut amantissimorum
fratrum sanitate reficimur ita egritudine con
tristamur. Omnipotenti deo gratias agimus
qui mestitiam uestram initio solatus est
prosperorum quia audientes nos infirmitate
grauissimam incurrisse prius quam scripta
uestra susceperimus, maiorem tristitiam tene
bamus. Sed quia quando de periculo mortis vir
eripimur ad quid frater karissime sumus
intertum est, indicia ergo tempore ad utilitate
anime conuertamus ut positum uenturo
iudicio tones tam uestram apud eum lacrimis
et operibus muniamus ut securitatem de
his que gessimus accipere mereamur. Nam
et causis salaribus ad hoc frequentibus beinq
uos terreret, initio indicias ut qui an
paratus non fuerat postmodum paratus ad
iudicium ueniat. Et quale est si quod in
terrenis negotijs pro salute anime ne
gligamus. Et ideo quia uos Iohannis
apostoli uocem nullus sine peccato est cogi
tationum illecebris lingue incontinen
tiam delictorum opera ad memoriam reuo
cemus. Et diuina lucet magno pulsatu
iniquitatum nostrarum maculas deleamus
ut iustus et pius redemptor non non
ui merita nostra uindictam exerceat sed
secundum iustitiam suam flectatur ad ueniam.
Et quia officium nostrum solum sua flere non
sufficit nisi et de aliena sollicitudinem
gesserit, curam in commissi gregis custo
dia studiosius impendamus. Et suadendo
hortando terrendo predicando in quantum
superna gratia clementia uires donauit offi
cium implere ope festinemus ut desidera
tum creatore nostro largiente premium ex
pectemus. Sed quia bonum aliquod opera
ri sine diuino auxilio non ualemus in totis
omnipotentem dominum dulcissime frater precibus
exoremus ut in mandatorum suorum uiam
cum commisso grege gratia sua duce nos
dirigat, atque ipse uobis et intelligere et
agere que sibi placita sunt concedat, qui
nunc sue diuino nomine uos uoluit habere
pastorem. Preterea ex transmissione uestre sa
tis beati agilegi uiri benedictionem ea caritate
te qua nobis est a uobis transmissa percepimus.
Gregor(ius) Gabinelle columbe
et galle patribus. CC.VIII.

Satis me gloriosa filia operationis tue
audita bona letificant ex illa

fere prohibetis per que dum egenis misericorditer subvenitis ipsa misericordiam consequamini, et aliis temporaliter impertiendo bonis mereamini celestibus saciari. Est ideo quia fidelis est cui credidis, secura commenda que habes ut in die retribucionis recipias quod impendis. Dicit namque egregius predicator: Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Dicente glosa: Filia, quanta sit bonorum operum retribucio considera, et larga sit manus in opere ut fiat vobis quod scriptum est: Absconde elemosinam in sinu pauperis et hec pro te orabit. Curiosius igitur copiosum in celis fructum habere desiderat, seminare dum tempus est non omittat ut manipulos in die messis cum leticia colligat. Nam qui seminant in lacrimis in gaudio metent. Sed qualis messis ex huiusmodi semente futura sit dicat apostolus: Qui seminat in carne sua de carne et metet corrupcionem, qui autem seminat in spiritu de spiritu et metet vitam eternam. Ne vero inopia nos egestatis metuamus, hanc nobis messem in sacione multiplicari precavimus. Et quanto uberius faciamus, tanto ei a quo totum accepimus largius confidamus. Nam ipse dicit dominus: Esurivi enim et dedistis michi manducare, sitivi et dedistis michi bibere, hospes fui et collegistis me, nudus et operuistis me, et cetera. Atque in conclusione subiungit: Amen dico vobis quamdiu fecistis uni ex hiis fratribus meis minimis michi fecistis. Hoc ergo studiosius agite, et hec agentes in hac vobis retribui nichil queratis quia superna desiderantibus temporalia nulla sunt. Sed ibi desideria vestra figite ubi quicquid retribuitur finem non suscipit. Bonum ergo facientes non deficiatis ut illic vobis thezauros thezaurizare possitis ubi neque tinea neque erugo demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Porro gloriam vestram prenominatus salutantes [illegible] indicamus per latorem presencium [illegible] clavium nos a sacratissimo corpore beati Petri apostolorum principis transmisisse, in qua de cathenis eius quibus vinctus fuit continetur, que collo vestro suspensa hoc vobis commendante gracia absolucionis fiat quod illi fuit causa martirii. Per eius beneficium suo vos timore custodiat, atque sit cor vestrum ad bonam semper operacionem attendat, ut et hic vobis suam graciam tribuat et ad gaudia post in dum vos eterna perducat.

Gregorius Columbo Episcopo Numidiae. C. xx.

Quam gravis et auditu ipso intollerabilis sonat de eo latores presencium qui asserit fuisse diaconum, sit querela data ab eo porrecta que tenetur in subditis fraternitati vestre faciat manifestum. Sed quia pervenit ad nos quod corporali fuisset culpa depositus, electa vestra subtili hoc inquisicione perquirite, et si ita est in penitencia restituendum in ea et commissi flagicii vinculum lacrimis possit absolvere. Si vero insons ab huius peccati [illegible] claruerit, una cum primate consilii vel aliis fratribus coepiscopis, quia iuris ordine omnia que peticio eius continet diligenti a vobis examinacione querenda sunt, et si querela veritati fulciatur, et in episcopo eius victore qui condempnatus et sacerdotalem propositum tanti commisi nefas non meruit, et canonici rigoris in districcione teneatur, ut episcopo diffinicione iudicii sit unicuique quod fecerit intelligat, et sic suo ordini reformetur, quia satis perversum et contra ecclesiasticam probatum est contrarium, ut frustra quod quorundam voluntatibus quis pervertitur, quem sua culpa faciat ab officio quo fungitur gradu decidat.

Gregorius Passivo Episcopo acense Octobr. Indictione quinta contra Novembr. Indictione v. C. xxi.

Bene novit fraternitas vestra quam longum sit tempus quod Aprutium pastoralis cause sollicitudine destitutum vel diu quesivimus qui ordinari debuisset et nequaquam potuimus invenire. Sed quia Opportunus michi in moribus suis et psalmodie studio in amore oracionis valde laudatur, et religiosi vitam quomodo agere dicitur, volumus ut fraternitas vestra faciat venire, et de anima sua admoneat quatenus in bonis studiis crescat, et si nulla ei crimina que per legis sacre regulam morte mulctanda sunt obviant, tunc hortandus est ut vel monachus vel a nobis subdiaconus fiat, ut aliquantum tempus si deo dictum placuerit ad pastoralem curam debeat promoveri. Si quia vero crimina obviant multo magis ammonendus est ut seculum relinquat et hec perfectius defleat. Peto autem ut pro me orare debeas, quia cum tribulacionibus cordis fatigor nimis doloribus corporis.

Gregor' Oportuno de aprutio .CC.xvi.

Pervenit ad me quod ex eo tempore quo dilectionem tuam nobis absentibus corripui quedam que michi inmense displicuerunt contristatum magna tibi sit aborta tristicia atque commotus animi meror. Unde te dilectissime fili nolo agnoscere quia illa ego verba non asperitate cordis sed amore tue anime sum locutus. Tu itaque ad omnipotentem deum conversus mentem convertere quam nichil sit fugitiva presentis vita considera, etiam luctam proxima festina in quantum vires sufficiunt castiga carnem que quando in voluptatibus vixit animam castigavit. Benignitatem tuam proximis exhibe psalmodie et lacrimis horas vite frequentius impende, illata mala a proximis equanimiter tollera. Et cum veritatem iniuriam pertuleris lucrum puta, ut hec agens per spatia que despiciendo pateris ad celestia regna pertingas. Omnipotens autem deus et cor et corpus tuum celestis gratie salute perfundat, ut de eius spiritu et ita internus sentire et ita exterius sufficias agere. Mense januar' indiction v.

Greg' Johi subdiac' Ravenn'

Venientes monachi .CC.xvii.

Venientes monachi monasterii quondam abbatis Claudii petiverunt sibi Constantium monachum abbatem debere constitui. Quos valde ego in sua peticione detestatus sum, quia in tantum inventus esse omnimodo apparuerit quam tantum in unius hominem abbatem habere quesierunt. Cognovimus enim quod idem Constancius peculiaritati studeat, maxime testatur enim cor monachi non habere. Sed inde cognovi quia ad monasterium quod in provincia situm est solus pergere sine aliquo fratrum suorum presumpsit. Ex qua causa acto ne cognovimus quia qui sine teste ambulat recte non vivat, aut quo alius regulam teneat qui sibimet ipse nesciat tenere. Sed hoc igitur recedentes cellarium quendam nomine Maurum petiverunt cuius vita atque industrie multa testificantur. Quia et quondam abbas Claudius eum in quibusdam laudavit. Tua igitur experiencia sollicite requirat, et si eius vita ad loci regiminis digna est a reverentissimo fratre et coepiscopo meo Mariniano hunc abbatem ordinari faciat. Si vero est quod ei omnino obviet, aut ex sua congregatione aptum invenire minime prevaleant sibi aliunde eligant, ut is quem elegerint fiat. Hoc autem predicto fratri et coepiscopo meo omnino dicere stude ut peculiaritatem a quatuor aut quinque monachis in quibus corrigi hactenus minime potuit studiosissime compescat, et hoc ipsum monasterium a tali peste mundare festinet. Quia si illic peculiaritas a monachis habetur neque concordia neque caritas in congregatione eadem poterit permanere. Quid est autem habitus monachi nisi despectus mundi? Quomodo ergo mundum despiciunt qui in monasterio positi aurum querunt? Ita igitur tua experiencia faciat ut neque loci ordinacio differatur neque ad nos ulterius hac de re querela perveniat. Preterea quia isdem carissimus quondam filius meus Claudius aliqua me loquente de proverbiis, de canticis canticorum, de prophetis, de libris quoque regum et de eptatico audierat, que ego scripto tradere pre infirmitate non potui, ipse ea suo sensu dictavit, ne oblivione deperirent, ut apto tempore hec eadem michi inferret et emendatius dictarentur. Que cum michi legisset inveni dictorum meorum sensum valde inutiliter fuisse permutatum. Unde necesse est ut tua experiencia omni excusatione atque mora cessante ad eius monasterium accedat, convenire fratres faciat et sub omni veritate quantascumque de diversis scripturis cartulas detulit ad medium deducant, quas tu suscipe et michi celerrime transmitte. De tuo autem reditu quia molestiam te valde incurrisse cognovimus, deo propicio in subsequentibus cogitamus.

Illud quod a me quorundam platum est, quia reverentissimus frater et coepiscopus meus Marinianus legi commenta beati Job publice ad vigilias faciat non grate suscepi, quia non est illud opus populare et rudibus auditoribus impedimentum magis quam profectum generat. Sed dic ei ut commenta psalmorum legi ad vigilias faciat que mentes secularium ad bonos mores precipue informant. Neque enim volo dum in hac carne sum si qua dixisse me contigit ea facile hominibus innotescere. Nam quia dilectissimus meus pie memorie Anatolius diaconus quondam in urbe regia domino imperatori librum regule pastoralis dedit, quem reverentissimus frater et coepiscopus meus Anastasius Antiochenus in grecam linguam transtulit, et sicut

peculiaritate

Illud quod ad me ... relatione platum

corrigetur

in scriptum est valde ei placuit sed michi
valde displicuit ut qui meliora habet in
minimis occultetur. In parte autem tertia beati
Iob in eo versu in quo scriptum est Scio
quod redemptor meus vivit, Responsor
quia predictus frater et coepiscopus meus
Marinianus mendosum codicem habeat.
quia in scrinio nostro isdem locus aliter
habetur quam habent in aliorum codicibus esse cognovi.
Atque ideo eundem locum emendari
faciat ut sicut in scrinio nostro est ita que
habeat. Hunc et sepefatus frater meus habeat.
Quatuor enim verba sunt que si eidem loco
defuerint non modicum prebent lectori scrupulum
generari. Hec omnia subtiliter et celeriter
exequere, et si apud excellentissimum exarchum
nichil prevales, ubi hoc non videaris
neglexisse que potes. De loco autem Albini
quid dicam de quo nobis aperte contra iustitiam
videtur? De quo tamen debet districtius
cogitare. Preterea aliquantis temporis experientie
tue precepimus ut apud eminentissimum filium
nostrum prefectum agere quatenus cura formarum
comiti Augusto iniungi debuisset, pro eo quod omnino
sollicitus atque strenuus vir est, et ita
hactenus distulisti ut nobis nec quid egeris
indicaveris. Et ideo apud eundem eminentissimum
filium nostrum omni agere
intentione festina ut forme predicto clarissimo
viro pro omni committantur quatenus sollicitudine
aliquid in eis valeat reparare. Nam
sic desperate atque neglecte forme pereunt
ut nisi maior sollicitudo fuerit intra paucum
tempus omnino depereant. Sicut ergo nosti
quam necessaria causa sit et qualitati utilibus sic
studendum tibi est ut perficiatur sicut diximus
vino per tuam sollicitudinem modis omnibus
committantur. Mense febr. Indic.
v. Promissio quam fecit In nomine
domini imperante domino et die et indictione supra.

Quotiens cordis oculus in nostris
hec erroris obductus serpentis illustratione
[illegible] sic sereniis magna cautela
mittendum est ne latens auctor scismatis
invadat, et a bonitatis radice eos qui eam
reversi fuerint telo iterum erroris abscidat.
Et ideo postquam ego civitatis illius episcopus
comperto divisionis laqueo quo tenebar
diutina mecum deliberatione pertractans
propria et spontanea voluntate ad unitatem
sedis apostolice divina gratia duce reversus sum,
ne non pura mente sed simulate reversus ex-
istimer spondeo sub ordinis mei casu et ana-
thematis obligatione, atque promitto tibi et per te
sancto Petro apostolorum principi atque eius vi-
cario beatissimo Gregorio vel successoribus eius
me numquam quorumlibet suasionibus vel quo-
que alio modo ad scisma de quo redemptoris nostri
misericordia liberante ereptus sum reversurum, sed sem-
per me in unitate sancte ecclesie in communione
Romani pontificis per omnia permansurum. Unde ius-
iurando dico per deum omnipotentem et hec sancta
quatuor evangelia que in meis manibus teneo
et salutem gentium quod illi atque illius dominorum nostrorum
rempublicam gubernantium me in unitate
sicut dixi ecclesie ad quam deo propitio sum reversus
et communionem pontificis Romani semper et sine
dubio permansurum. Et si quod absit aliqua oc-
casione vel argumento ab hac unitate me
divisio perversum reatu manifestis etiam periurii
obligatus inveniar, et eo auctore scisma-
habeam in futuro portionem. Hanc autem confessio-
nis promissionis que mee illi notario meo
cum consensu presbiterorum et diaconorum atque
cleri qui mecum in hac unitate obligantur
se in suprascriptis omnibus pari similiter vol-
untate sciunt atque propriis manibus subscripti
sunt scribendum dictavi, et propria manu
subscribens tibi tradidi ac tam loco illo
die, et quod suprascriptus et subscriptus episcopus ego
illius episcopus civitatis illi hunc confessio-
nis promissionis que mee prestito de conservandis
subscriptis omnibus sacramento subscripsi.
Mense Marcii Indictione v. Gregorius
Columbo Episcopo. C. C. xiii.

Quia bene olim nobis est cognita
fraternitatem tuam sacerdotali gravitate
et zelo esse ecclesiastico decoratum satis optime
prospeximus ut interesse ad cognoscendum ea
que correptionis indigent debeant. Ne
fuerint dissimulatio postposita licuit fuisse
quisque credat esse quod presbiter Vitalis an-
paulum fratrem nostrum regisse civitatis eius
clericus suus vel hi qui in sacro sint gradu
constituti in se presumpserint corporaliter c-
cessisse audivit non indigetis. Tempore qui-
bus quod hec ad nos querela pertingit
iam fratrem est sicut eis asserentibus didicimus
manifestum. Et quia propositis in subiec-
torum penam fas esse non debet. Scire autem
vitalem fratri et coepiscopo qui primatum inter vos
locum tenet scribendo ut una tecum fra-
ternitate vel cum aliis fratribus nostris episcopis
adhibeas prospexeritis invenit incorrectum fratrem

consacerdotem nostrum et clericum prius causa subtili debeat investigacione cognoscere. Et ideo dilectio tua immineat atque sollicitudinem gerat ut ea que ad nos prolata sunt inaudita non tuseant ne discordia in ecclesia vestra magnopere pellenda est imitatur. Et si quidem cum clericorum suorum vere querela et culpa suam quam sponte consideraverit deprehenderit ita ecclesiastici vigoris diffinicione cognoscat ut et de senciendi senciat quam sit grave quod fecit et discat de futuro in exempla agere posse quam liceat. Pro omnibus igitur hortamur ut zelum quem propter deum habere te novimus ardencius studeas exercere. Et quia incorporatus est frater paulinus ecclesiasticos ordines per symoniacam dare heresim quod auditu nefas est dicatur una cum antedicto primate vel aliis subtilius hoc et cum omni tibi diligencia sit causa perquirere. Et si ita quod absit inventum fuerit studendum atque agendum est ut eum qui primo accepit et eum qui dedit non metuit canonice ultionis sentencia feriatur. Cetus horum emendacio multorum posse esse correctio. Et plus quam hec radix mortifera male crescat et plures inficiunat totius concilii diffinicione damnet ut nullus omnino pro quovis ordine accipere nullus dare aliquid audeat. Nec quisquam ex gracia si promoveatur ex merito, ne aut ordo ecclesiasticus confundatur, aut sit probitas vite despectus si primum meriti indignus accesserit. Hylarum autem cartularium nostrum in vobis ut si ea proposita cognicioni vestre intresse non renuat. Sit ergo necesse fuerit vobis illum atque ipsius ut illuc venire debeat faciat accedere. Et vos sibi cum ipso tractantes melius decernere que statuenda sunt debeatis. Gregorius Victori episcopo. C. C. xv.

Quantum leticie nobis est fratres nos cognoscere erga filios suos prima caritate decrevit esse sollicitos, tantum tristicie deputamus quando eos ab illicitis neque aliorum fratrum reverenciam nec sacerdocii prevalet consideracio reparare. Cum igitur gravius et assiduus frater noster paulinus tegostenus civitatis episcopus clericorum eius vel corporum in sacris sunt ordine positi querela sit fraternitati tue liquere non dubium est. Causa tamen tempore vicino non potuit quod ad nos in longinquo perveniat. Et quam valde cavendum est ne hoc quod eum frustra in se corporali iniuria queritur excedere, aut illi aut proximam aut fiat dissimulacione delictus sed manifesti excessus canonica semper moderacione puniendi sunt, et una res et preteritorum correctio et esse possit regula futurorum. Itaque simul cum dilectissimo communi fratre columbo episcopo vel aliis sacerdotibus quos memoratum subscriptum fratrem nostrum et clericos ipsius ad examinandum convenerit. Et si simpliciter cum querela veritate subsistit ita hoc regulari emendacione corrigite ut et quam sit malum quod fecit agnoscat et iudicio suo discat de ceteris timorem non exire. Nec locum sicut dicitur ab eo postponi ordinem paciatur. Nec illi despectus ad predictum et fiat ad culpam. Nam ad personam in priori loco positam respiciat quicquid in minore committitur nisi sollicite cognoscatur. Illud autem quod ydem frater noster paulinus ecclesiasticos ordines dare sub precio prohibetur, subtilius a nobis et omino districte querendum est. Et si ita quod non putamus esse claruerit sit ad ulciscendum hoc in se propter deum zelus attendat ut et ordinanti avaricia sua ad penam et illicita ordinato officio carens ambicionis sue desiderio non fruatur. In qua re hortamur atque per omnia ammonemus ut ita fraternitas vestra studeat esse sollicita quam unus vestrum illic hereticos nequicia contestatur sentencie vestre falte facto ex operte concilio radicitus amputetur. Nam cessus ad hec facinus emendandum officii sui consideracione vehemencius non arcessit cum ipso se hec non potuerit dubitet a quo per ipsos hoc piaculare flagicium sumpsit exordium. Et ideo hoc sicut diximus vigilanter atque studiose agendum ut concilium vestrum quod nunc sine huiusmodi prava opinione deo custodiente servatum est huius sceleris venena nec pollere possint nec possit. Preterea hylarum cartularium nostrum percipimus ut sede sancti sacerdotali interesse nobiscum non differat. Unde si necesse fuerit vobis illi ad nos et ad nos venire debeat exemplis indicate. Fratres hec omnia una cum eo salubriter deo posita adiuvante dirimere. Gregorius Iohanni episcopo Prime Iustiniane. C. C. xvi.

Quando mala que prius fletu plangenda sunt agitur excessibus, ita maior est delinquentibus adhibenda correctio ut et ipsi facinus suum pena saltem vindi-

Marginal notes: vult; augent

tante cognoscant et alios ab illicitis ecclesiasticae cautionis inhibeat timor. Dilectissimus itaque lator praesentium Nemesion ad nos veniens indicavit, sicut et gestorum exemplaria quae huc detulit continebant, Paulum Doclaenae civitatis episcopum inter alia mala incorporali crimine lapsum a suis finisse clericis accusatum atque hac ita cognitione, itaque sine dolore dicere non possumus clarius, sed etiam insuper postea convictus est etiam libellum cum in quo ea de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est obtulisse. Cuius de re sententia illum episcopali depositum et sic eius loco tunc fraternitatis vestrae consensu esse episcopum ordinatum. Sed nunc eundem Paulum cum auxilio sclarum militum venientem episcopi more pedibus ingressum abbatibus et violenter rebus ecclesiae ab eo se proiectum et ad summam iniuriam ac necem productum. Et quia tantae nequitiae pravitas nec dissimulanda nec leniter attendenda est, fraternitas vestra haec omnia curet addiscere. Et si ita se, ut edocti sumus, veritas habet, praedictum Paulum districta faciat executione compelli ut quaecumque abstulit omni mora vel excusatione cessante restituat. Si vero nihil ecclesiae se, sed propriis sibi dixit abstulisse, quamvis quae et numquam fuit ut non aliquis vel metropolita eius hoc peteret, sed ausu temerario manu propria simul atque violenta pervasit, si quid proprium tulit sub fraternitatis vestrae debet exclamatione constare si verum est. Sed et illud diligenter quaerendum est, si quid male de rebus dilapidaverit ecclesiae vel nunc abstulit, hoc reformare ac satisfacere modis omnibus compellatur. Si autem differre temptaverit quousque omne quod dilapidavit vel de substantia tulit ecclesiae restituat, in monasterium mittendus est, ut saltem coactus reddat quod male auferre non timuit. Nam si forte, quod non credimus, post depositionem suam in retractionem ac perversa mente aliquid de episcopatu loquatur, rursus ad hoc qualibet adspirare praesumptione temptaverit, fraternitatis vestrae se contra improbitatem eius omni vigore attendat, atque dominici corporis et sanguinis communione privatum in monasterium eum usque ad diem obitus sui ad agendam curet paenitentiam retrudendum. Et ubi perpetrati sceleris maculas diutius distat fletibus emundet quas

magnus in interitum animae suae nequiter augere desiderat. Subscriptus dilectissimus frater vester Nemesion in suo loco in episcopatus officio Pauli dubio reformetur. Et ne domini hac de re inquietudinem ac molestiam patiatur, sollicitos nos esse necesse est. Et hoc non solum ad huius moniam verum etiam ad aliorum constat emendationem proficere, ut pravorum hominum praesumptio nihil de cetero contra sacrorum canonum statuta vel ecclesiasticam disciplinam nullomodo habeat attentare.

Gregorius Constancio episcopo Scodritano. CCxvii.

Quae dilectissimus nobis lator praesentium Nemesion, qui se diaconem civitatis esse dicit, antistitem de facinore Pauli diaconi, dedicavit, ut ipse asserit, quaedam episcopi quaestus sit fraternitati tuae fuerant subtilius indicanda, nisi sic eo omnia testatur. Nempe et compassum sibi et noluisse subvenire sed prohibere nunc potuisse. Et quia visa tanta causa flagitii neglegi vel tacitum non debet, impunitaque conivatione scelesta ab aliis, quod absit, sumatur audacia, fraternitas tua excommunia sacratorum huius subdita quae ad te dicitur sanctissimum fratrem nostrum Nemesion nunc civitatis episcopum pertinentem praedictas dirixit diligentius relegat. Et si sedem corporis scelem explere secuta professo cognoscit ea quae illi mandavimus in omnia eo mandante exequatur et faciat. Si vero hoc tibi quibusdam forte obsistantibus obstaculis videas esse difficile, studendum est ut eadem scripta nostra ad antedictum fratrem sine excusatione perveniant. Decet enim et te convenit iustum ut ea quae etiam a nobis mandata sunt districta exactione et nulla debeant cunctatione lentari, ut quae nequiter acta sunt emendatione congrua corrigantur, quatenus una res et ulto competens delinquentia et formido sit aliis in eodem ordine constitutis.

Gregorius universis episcopis concilii Vizaceni. CCxviii.

Sicut laudabile decentiusque est reverentiam et honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis et dei timoris est si qua in eis correctionis indigent nulla dissimulatione postponere, ne totum quod absit corpus incipiat morbus inficere si languor non fuerit curatus in capite. Cumulatio siquidem temporibus quodam ad nos

e fre nro Clemento primate nro plata
sunt que cor nrm no modico memore
afflixerunt, quod preventibus diversis tribulacionibus
maxime tursementibus hostibus ea nobis
no fuit spacium requirendi. Et quoniam ita
sunt gravia ut tunsim indiscussa nullo modo
debeant, fraternitatem vestram hiis hortamur
affatibus ut cum omni sollicitudine ea vi-
vacitate veritatis indagare studeam multis
modis debeat ut aut si ita sunt ultione
canonica resecentur, aut si falsa fuerint
in innocenciam dicm sub nefande opinionis
dilaceratione non iaceat. Unde ne quis
presidie tempore in requisitione sit amone
mus ut non cuiusdam persone sit gratia
non favor, non blandimenta vel quodlibet
aliud quecumque nrm vel adiscutiendis que
nobis nunciata sunt molliat vel a tramite
veritatis evocat, sed sacerdotaliter ad inve
stigandum nos propter dei veritatem accingite.
Nam si quis in hoc eum piger esse aut
negligentem se presumpserit exhibere dig-
nitatibus apud omnipotentem dominum se noverit
esse privatum, cum zelo ad perscrutandas
subtiliter nefandi causas facinoris non
monetur. Gregorius Firmino episcopo
Istrie. C. C. xix. r.

Quem redemptor vir de suorum
sanctorum numero preire non patitur
ita nunc sine inspiratione cor eius illustret
ut deserto erroris obscuro ad cognicionem lucis
et viam redeat veritatis. Unde suscepta
karissime fraternitatis epistola ingenti
dilectionis exultacione gaudemus, quod divinitatis
te gratia ad unitatem ecclesie a qua pertina-
citer et imperitorum hominum instinctu disiunc-
tus fueras revocavit. Sed quia quociens an-
tiquus hostis separatum se conspicit
tanto insidiari non quiescat omni solli-
citum vigilantem quam te esse convenit atque
statum constantie contra iacula nequissimi sepa-
re ut illusa frangantur et vim interius
penetrandi non habeant. Nulla ergo frater
karissime recto desideria nullis adhortaciones nulla
blandimenta nulle seditiones que vene-
natis verborum sagittis animas feriunt
a reversionis tue fervore te molliant aut
retro redire compellant ne quam forte
superandas quem inter sirpencis et capitinum quod
absit per victoriam teneat, sed magis
ut nunc eciam per totum deo propicio orbem
diffusa ad sinum te redisse gremium no-

merite agnoscat studiosissime tibi vigilan-
dum atque laborandum est ut in certa possis
et alios revocare. Ceterum dampna que
aversionis tue exemplo commiseras non
solum reversionis bono resarcias sed
eciam lucrum exhibeas ut et ad pro-
merendam pertitorum veniam et futurorum
premia capescenda plus domino tuo vide-
aris revocasse quam tuleras. Nos igi-
tur omnino cure erit de fraternitatis tue quiete
ut dignum est cogitare. Quia postquam
nobiscum iam deo protegente unus es
non aliter utilitates tuas quam nostras atte-
dimus. Aliqua vero nobis de utilitatibus
nris. Iohannes subdiaconus sepissime
suggessit de cuius in potentia quia sanctus
petrus ad quem reversi estis vos deserere
non debet. Modo aut de benedictione eius
dem sancti petri transmisimus fraternitati
tue patuitam unam quam nos mitte
est cumea caritate qua a nobis est trans-
missa suscipere. Mense aprilis in-
dictione v. Gregorius deusdedit episco-
po mediolanensi. C. C. xx. r.

Nulli ergo dubium quia sicut sac-
erdotibus res in ecclesia acquisitas
nulla est alienandi licencia ita de eis
que ante habuerint quicquid iudicare
voluerint non vetatur. Itaque fratern-
itate tuam tempore quo adfuit questa esse
recolimus quod quedam immobilia que con-
stancius decessor vester luminose ancille
dei filie fratris sui testamenti serie et lega-
ti titulo dereliquit iam eius adquisi-
tisset detrimenti et ut si hoc constaret
nullum ex hiis eciam vestra preiudicium
pateretur, quod et nos oportet recole-
ut molestiam aliquam ancille dei non
facit, nec ei sine cognicione de hiis que
possidet quicquam auferat. Sed si hec ecclesie
vestre auctores probari esse confidunt vires
nos epistolis indicate ut qualiter hec nostram
constare debeat disponamus dummodo
cognita veritate nec eciam vestra pati
preiudicium nec illa iniuste videatur af-
fligi. Et quia quociens aliquam prohibent
hoc suprascriptus decessor vester non repa-
tur sed dum esset adhuc dyaconus acqui-
sivit necesse est ut sicut diximus facta proba-
tione debeat constare quod verum est.
Eandem vero ancillam dei fraternitati
tue commendamus ut a nullo eam pateatur

In eiusdem epistola adquirit ecclesiastice

ficari ubi oportuni. Nec si inquietatio fuerit ex huius cause occasione hoc pati quod non deceat extimetur. Et ideo si quid forte fuit quod debeat emendari, a apostolico adhortacionis vestre moderamine corrigatur quatenus et vos ab invidia sitis extranei et nos quod sancte convenit vullaterimus ob

Mense Augusto Indictione quinta Gregorius Ulitado Episcopo Leontinis. C. xxi.

Filius noster Johannes abba presbyterum sibi in monasterio suo ex congregatione eadem petiit ordinari. Ideo quod fraternitati vestre presenti auctoritate duximus adhortandum quatenus virum quem nobis de congregatione sua ad ordinationem presbyterii obtulerit consecrandum. De eo sicut est consuetudinis queque sunt discutienda subtiliter perquirat. Et si nichil in eo repertum fuerit quod ei possit obviare canonice sicut mos est constituatur. Nichil ei aliud privilegii concedentes nisi quod in congregatione sua quotiens oportunum fuerit sacra missarum debeat tantum celebrare misteria.

Gregorius Eulogio patriarche alexandrino. C. xxii.

Latores presencium ad Siciliam venientes a monofositarum errore conversi sunt atque sancte universali ecclesie semetipsos adunaverunt qui ad beatorum apostolorum limina pro ecclesia prevenientes poposcerunt a me ut eos meis epistolis vestre beatitudini commendare deberem quatenus ab hereticis a quibus ipsos sunt nullam violenciam pati permittant. Et quia unus eorum dicit monasterium in quo fuit a parentibus suis fuisse constructum auctoritate desiderat a sanctitate vestra precipere ut hi qui in eo sunt heretici ad sinum sancte ecclesie redeant aut de eodem monasterio repellantur. Hec quo vobis indicata esse sufficiant. Nam de vestra beatitudine novimus quia quicquid ad zelum dei omnipotentis pertinet cum omni sancte fervore festinabat. Pro me vos ut oretis peto quia inter gladios Longobardorum quos sustineo podagre doloribus vehementer affligor.

Epistola Johannis episcopi ad Gregorium papam de usu pallii et mappulis. C. xxiii.

Reverentissimus consiliarius meus Castorius apostolice sedis vestre notarius dedit michi domini mei epistolam cohortem mellis et vulneris que sic tamen inspirit aculeos ut locum non substrahet meditationi. Nam qui superbiam divinum sequens indicium reprehendit merito se interna placidum quodammodo profitetur. Commemorastis igitur quod ego novitatis ambitione pallii usum supra antecessoribus meis indultum fuerat usurpassem. Quamquam Christi domini conscia que divina dextera regit nullomodo credere paciatur. Vero opinionis inito auctoris sanctissimas aures primum quia licet peccator nomini tamen congue sit timor a patribus affixos tu sciente et quod omnis nichil aliud habeat quam ruinam. Nam si maiores nostri in regibus superbiam non tulerunt quanto magis non in sacerdotibus sustinenda. Deinde recte lo me in sinum atque gremio sacro sancte ecclesie nostre romane conuictum et deo auxiliante preceptum. Et quibus excessibus ego sanctissime illi sedi que universali ecclesie iura sua transmittit presumpserim obviare propter cuius confirmandam auctoritatem sicut deo manifestum est multorum contra me imminentium invidiam graviter exacui. Beatissimus dominus meus nichil mecum pristinam consuetudinem extimet temptasse. Quod et a multis et ipse ab omnibus civibus huius urbis, etiam vestre gesta acquiescimus et subscriptus reverentissimi notarius potuleat attestatur. Cum iam de secretario descendentibus filiis vestris et ingredientibus diaconibus ut mox precedat tu primus diaconus episcopo ravennati, ecce et pallium consueuit induere quod et in letaniis uti presbiter consueuit. Nullus autem me domino meo conetur surripere. Ra si vult deo custode non potest quam a me aliqua fuisset novitas introducta. Qualiter enim in missionibus ubi utilitatibus vestris ubique exigit perveniunt. Ipse deus cordi in purissimo faciat manifestum. Et hec peccatis meis imputo nec pro tot labores atque angustias quas intus foris quam sustineo talem vicissitudinem merear invenire. Quapropter nulla res me inter alia consolatur quam medium sanctissimum patres ob hoc turcasagant filios ut eos faciat pociores. Et pro hac devotionem ac satisfactionem sancte ravennati ecclesie que peculiarem vestra est non solum vetera privilegia consuetis set et maiora vestre quibus conferatis. Nam

quod de mapplis apsbus et diaconibus
meis psumptum a plaetis est sepsit vere
fateor tedet me aliquid commemorare cum p
de veritas que apud deum meum sola pre
valet ipsa sufficiat. Nam ad hoc inmori
bus circa urbem constitute ecclesie licitum
non potuit earum a plactus dni mei si ve
nerabilem decessoris sme aplice sedis sue
regimine dignatus fuisset modis omnibus
memine. Et tamen quociens ad ordinem maioris
spatus seu responsi sacerdotes uel levite
tenenat ecclesie romanam venerunt cum vos
in sanctissimorum decessorum meorum cum
mapplis sine reprehensione aliqua p
cedebant. Quare etiam eo tempore cum ista
pterea habita a predecessore meo petro ordina
tus sum cuncti presbiteri et diaconi mei in
obsequio dni pape meam precedentes visi
sunt. Et quia providens deus in omnia
in manum meam et consilio prouissa collo
cavit. Ad nunc nos per ipsam sedem apostolicam
quam antea moribus etiam honore
debito gubernat ut in nullo tenenat
ecclesie que familiariter meo est p modo mei
to privilegia quibus hactenus usa est im
minuat. Et secundum vocem propheticam in me
et in domo patris mei secundum sum meritum
diffidentie quia ego universa privilegia
que sancte ravennati ecclesie a predecessori
bus meis indulta sunt p maiori satis
factione subiecti earum in scrinus venera
bilibus secundum consecrationis decessoris
meorum ipsa fidem nichilominus repiente
Nunc vero in diecturna est ptate quicquid
veritate cognita fieri iussistis. Nam ego
domini mei iussionibus aplactus pate de
siderantes cum vos antiqua consuetudo ob
tinuit usque ad sedium iussionem abstine
atram

Exempla preptita ut CCxxiiii

Dilectissimo fratri petro Johanni
Convenientis nominis tom ut eos
amictu pallii decorem quos in illis
civitatibus divina inspirante una sac
dotum honore illuminat in quibus hoc etiam
illis qui pteritis temporibus sunt pontifices
ab aplica sede constat esse indultum
Ideo quia caritati tue usum pallii sicut
decessores tui habuisse noscuntur pri
ti auctoritate concedimus atque ea omnia cir
honorem tui privilegium volumus p ma
net que antecessoribus temporibus ecclesie tue co
stat esse firmatum ut ii presbiter de pru

legiis eius doleas diminutum. Hec
sub scripto domini pape. Deus te incolu
mem custodiat. Datum v kalend
octobris. Imperante dno Justino
Augusto etc.

Incipit ex registro domini Gregorii pape
mense septembris Indictione vi. In
nomine domini dei salvatoris nostri ihesu xpisti.

Post indictionem sextam
die vicesimatercia men
sis novembris quibus
dominus beatissimus papa
Gregorius coronatus est, Fo
cas et leoncia augusta in septimo in
pallatio quod dicitur secundianas et continuo subsecutus est
martirus imperator cum omnibus filiis suis
masculis id est theodosio iam corona
to Tyberio Petro paulo et iustiano
simul et petrus subscripti mauricii aug
usti et aliquorum procerum qui ei adherebant id
est Constantinus Patricius et curator de
placidias. Et a Gregorio Notarius principis ve
nit autem icona suprascriptorum Focae et leoncie
Augusti Rome vii kl maiarum et acclama
tum est eis in lateranis in basilica Julii
ab omni clero uel senatu. Exaudi xpiste Focae
augusto et leoncie auguste vita. Tunc
iussit ipsam iconam dominus beatissimus
et aplicus Gregorius papa reponi eam in
oratorio sancti Cesarii intra palacium.

Denunciatio pro septiformi letania

Oportet fratres karissimi ut flagella que
metuere ventura debuimus saltim
presentia et experta timeamus. Conversionis
nobis auditum dolor aperiat et cordis
nostri ipsa duricia sanet longobardorum rex an
tharith in ytalia regnaret et pelagius
papa Romanam gubernaret ecclesiam eodem
tempore sunt aque diluvium in finibus venetia
rum et ligurie seu ceteris regionibus ytalie
quale post noe tempora creditur non fuisse
facte sunt lamine possessionum seu villarum
hominum quoque pariter et animantium magnus interi
tus. Destructa sunt itinera, dissipate
sunt vie. Tantumque tunc athesis flumi
nis excrevit ut circa basilicam beati
zenonis martiris que extra veronensis
urbis muros sita est, usque ad superio
res fenestras aqua pertingeret licet si
cut et beatus gregorius post ipsa scripsit
in eandem basilicam aqua minime in
troierit. Urbis quoque eandem veronensis

muri eadem sunt inundacione subruti.
Facta autem hec inundacio xvii novembris
et tante coruscaciones et tonitrua fue-
runt quante fieri in estivo tempore solent.
Post duos quoque menses eadem urbs
Veronensium magna ex parte incendio
concremata. In hac diluvii effusione
in tantum apud urbem Romam fluvius
Tiberis excrevit ut aque eius super mu-
ros urbis influerent et maximas eius
regiones occuparent. Tunc per alve-
um fluminis cum multa serpentium mul-
titudine draco eciam mire magni-
tudinis per urbem transiens usque ad
mare descendit. Subsecuta statim
est hanc inundacionem gravissima pesti-
lencia quam inguinariam appellant
que tanta strage populum devastavit
ut de inextimabili multitudine vix
pauci remanerent. Primum quoque Pelagium
papam venerabilem perculit et sine mo-
ra extinxit. Deinde pastore sese per po-
pulum extendit. In hac tanta tribu-
lacione beatissimus Gregorius qui tunc levi-
ta erat a cunctis generaliter papa electus est. Cum
dum septiformem letaniam fieri ordinasset
intra unius hore spacium dum sic deum
precarentur octoginta ex eis subito ad terram
corruentes spiritum exalaverunt. Septiformis
autem letania ideo dicta est quia omnibus or-
dinibus populus a beato Gregorio in septem par-
tibus deputatus dum est divisus.

In primo namque choro fuit omnis
clerus divisus.
In secundo omnes abbates cum mo-
nachis suis.
In tercio omnes laici.
In quarto omnes abbatisse cum con-
gregacionibus suis.
In quinto omnes mulieres coniugate.
In sexto virgines et vidue.
In septimo omnes infantes et pa-
uperes. Denunciacio pro septiformi
letania

Oportet fratres karissimi ut flagella dei
que metuere ventura debuimus
saltim presencia experta timeamus. Conversio-
nis nobis aditum dolor aperiat et cordis
nostri duriciam ipsa quam patimur pena dis-
solvat. Ut enim propheta teste predictum est perve-
nit gladius usque ad animam. Ecce etenim cunc-
ta plebs celestis ire mucrone percutitur et
repentina singuli cede vastantur. Nec
languor morte prevenit sed languoris moras
ut cernitis mors ipsa prevenit. Percussus quisque ante rapi-
tur quam ad lamenta penitencie convertatur. Pensa-
te ergo qualis ad conspectum districti iudicis
pervenit cui non vacat flere quod fecit. Habita-
tores quoque non ex parte subtrahuntur sed pariter
corruunt. Domus vacue relinquuntur, fi-
lios funera parentes aspiciunt et sui eos
ad interitum heredes precedunt. Unusquisque
ergo nostrum ad penitencie lamenta confugiat
dum flere ante percussionem vacat. Revoce-
mus ante oculos mentis quicquid erran-
do commisimus et quod nequiter egimus flendo
puniamus. Preveniamus faciem eius in con-
fessione et sicut propheta ammonet levemus
corda nostra cum manibus ad deum. Ad deum
quippe corda cum manibus levare est oracio-
nis studium cum merito bone operacionis erigere.
Dat tremori nostro fiduciam qui per prophetam
clamat: Nolo mortem peccatoris sed ut conver-
tatur et vivat. Nullus autem de iniquita-
tum suarum inmanitate desperet. Veternos-
as namque Ninivitarum culpas triduana pe-
nitencia abstersit et conversus latro vite
premia eciam in ipsa sentencia sue mortis emeruit.
Mutemus ergo corda et presumamus nos
iam percepisse quod petimus. Citius a-
precum iudex flectitur si a pravitate sua pe-
titor corrigatur. Imminente ergo tante
animadversionis gladio nos importunis
fletibus insistamus. Ea namque que in-
grata esse hominibus importunitas sole-
t iudicio veritatis placet. Quia pius ac mi-
sericors deus a se precibus veniam exigi
qui quantum meremur non vult irasci. Hic
enim per psalmistam dicit: Invoca me in
die tribulacionis tue, et eripiam te et magni-
ficabis me. Ipse ergo sibi testis est quia
invocantibus misereri desiderat qui monet
ut invocetur. Proinde fratres karissimi contrito
corde et correctis operibus crastina die
diluculo ad septiformem letaniam iuxta
distribucionem inferius designatam devo-
ta cum lacrimis mente veniamus. Nul-
lus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nul-
lus quodlibet negocium agere presumat,
quatinus ad sancte dei genitricis domum etiam
venientes qui simul omnes peccavimus
simul omnes mala que fecimus deplore-
mus ut districtus iudex dum culpas
nostras punire considerat ipse a sentencia

posite dampnationis parcat.

Letania clericorum exeat ab ecclesia beati Iohannis Baptiste. Virorum

Letania virorum ab ecclesia sancti martyris Marcelli.

Letania monachorum ab ecclesia martyrum Iohannis et Pauli.

Letania ancillarum dei ab ecclesia beatorum martyrum Cosme et Damiani.

Letania feminarum coniugatarum ab ecclesia beati Petri et martyris Stephani.

Letania viduarum ab ecclesia beati martyris Vitalis.

Letania pauperum et infantum ab ecclesia beate martyris Cecilie.

Fecit et in basilica sancte Sabine substationes in iiii° kl. septembriarum indictione sexta.

Mense Februario indictione sexta. Gregorius gratia dei episcopus dilectissimis filiis suis civibus Romanis. 227

Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines prava inter vos aliqua et sancte fidei adversa seminasse, ita ut die sabbato aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi predicatores dixerim, qui adveniens diem sabbatum atque dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se et resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem, et quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem ritum legis revocet et sibi iudeorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim quod per prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati, tamdiu teneri potuit quamdiu legem licuit ad litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis dei domini nostri Ihesu Christi apparuit, precepta legis que per figuram dicta sunt ad litteram servari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato esse servandum, dicat necesse est etiam carnalia sacrificia persolvenda; dicat preceptum quoque de circumcisione corporis adhuc usque retinendum. Sed contra se Paulum apostolum audiat dicentem: Si circumcidimini, Christus vobis nichil proderit. Nos itaque hoc quod de sabbato scriptum est spiritualiter accipimus, spiritualiter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem nostrum Ihesum Christum dominum habemus. Et fidem eius agnoscit, qui si peccata concupiscentie ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati onera per portas introducimus, si interioris gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam isdem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus, ita ut iudeos reprehenderet dicens: Quis vestrum bovem aut asinam suam non solvit in die sabbati et ducit adaquare? Si ergo ipsa precepta veritatis non custodiri iussit litteram sabbati, precepit quisquis observat sabbatum secundum legis litteram custodiri, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse predicatum, ut dominico die nullus lavari debeat. Et quidem si pro luxu animi atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum quippe est: Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam. Et rursum scriptum est: Carnis curam non feceritis in concupiscentiis. Qui ergo carnis curam in concupiscentiis prohibet, in necessitatibus concedit. Nam si dominico die corpus lavare peccatum est, lavari ergo die eodem faciem non debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc urgente necessitate toto corpori negetur? Dominico vero die a labore terreno cessandum est atque omnimodo orationibus insistendum, ut si quid negligentie per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominice precibus expietur. Hec, karissimi filii, conscientia recta, pura fide custodite, stultorum hominum verba despicite, omnia que ab eis dici cognoscitis nolite facile credere, sed in rationis trutina pensate, ut dum erecti vento forti stabilitate resistitis, ad solida celestis regni gaudia pervenire valeatis.

Gregorius Adeodato abbati Neapolim. 228

Quantum bene disposite fratrum congregationi animus noster ex interiori desiderii intentione congaudet, tanto ex destitute et pene in desolatione posite fratrum Marcellum pastoralis sollicitudinis curam sibi nunc magis vehementi merore concutit. Iohannis quondam monasterium quod in territorio Neapolitane urbis videtur fundatum

Porrecta nos petitione informasse nos-
citur, locum ipsum ita pene funditus
servorum dei obsequiis destitutum ut vix
illic remanserint qui hoc ipsius soli do-
valeant esse custodes. Ob quam rem lac-
rimabiliter supplicantes a nobis popos-
cisse noscitur ut monasterio nostro ipsum uni-
re modis omnibus debemus. Actus per solli-
citudinem tuam, et deinceps succeden-
tibus aliis locus ipse auctore deo regu-
lari valeat ordinatione disponi. Sed
dum frater et coepiscopus noster
Basilius capuane ecclesie presens fuisset,
inventus extitit valde contrarius asse-
rens locum ipsum olim monasterio alio dyoc-
esis sue fuisse coniunctum et ideo nunc in
alterius ius ecclesie debere contendi. Cum-
quam obiectionem neapolitane rursum
clerus ecclesie multo esse aliter quam dicebat
oppositis allegationibus replicabat,
Cumque diversa sentenciarum contentione
tueretur quantumque dubie videremus de pri-
vate cognitoribus instituimus in esse
iudicium quibus renunciantibus manifes-
ta ratione compertum fratrem et coepiscopum
nostrum Basilium nullum in predicto monasterio
ceterorum ius habere. Quo cognito mo-
nachis pia poscentibus necessarium duxi-
mus prebere consensum. Statuimus itaque
in precepti auctoritate idem celeritate mo-
nasterium celle tue constituimus uni-
endum. Hoc proprie commonentes ut
locus ipse ita cum divino solacio per nos
deinceps debeat ordinari. Altius dum
ab hoste liceret deputati a nobis illic
monachi debeant iugiter in dei laudibus
permanere. Perturbationis vero tempore intra
urbem in cella quamque predicta revocari.
Res vero omnes eidem monasterio competen-
tes diligenti volumus cura perquiratis
recolligi eas quam ut tibi visum fuerit ap-
te disponi. Nichil quam quod eidem monasterio
competit a quoquam detineri permittas
sed omnia in ius celle iam tue refor-
mare non negligas. Ut cuncta salubri
ordinatione disposita que deo placita
iure sint auctoritate suffulta. Gregorius
Adeodato servo dei.

Effectus iusta postulantibus in-
dulgere et vigor equitatis et ordo
exigit rationis presertim quando petentium
voluntati et pietas adiuvat et vel
tas non relinquit. Quia igitur postquam in
monasterio sancti adriani ubi es congregatio in
tantis rerumque tuarum illic donatione con-
tentus et domos ortos intra civitatem sed
etiam seculares vel vineas in fundo
sicut nos docuisti carissimano presente et pre-
dictas tuas in fundo fallomaca et alibi
manapriis tuis quibus ante concessa li-
bertas est. Ideo largitus es ipsa quam de-
cet habere possit iure subsistere proprie in
hoc quod ab illis tribuit qui tempore
pius suis seculum relinquentes ad dei ser-
vitium se eligunt. Quoniam tamen ne
futurorum temporis oblivionis nubilo ob-
scurare quisquam valeat largitati spiri-
tuali hoc desideras tradere monimento quod utique
firmum ac robustum existere a nobis tibi post-
dare licenciam. Ideo huius precepti in per-
petua liberam tibi hoc faciendi concedimus
facultatem quatenus omnia ante dilige-
ter expressa et designatione tua nominata
esse quod suum est quod autem iure com-
petens est ut ipsi sine contentione longe
possideant et voluntas tua quando ad
quem pertinere voluerit esse non possit
ambigua. Quamquam enim huiusmodi scriptura
inutiliter facta sit stabile tamen ex
ex rei ipsius veritate ex hac iure auctoritate
non dubites. Nempe quando nomina
aliquid facit quod lege est vetitum sed de
dum factum videris expedire et salubra
amputandi causa litigii litis in ordine
servanda depone. Gregorius Ianuario
Episcopo Caralis.

Quando inter religiosas personas de
terrenis rebus controversia nasci-
tur ita sacerdotali est sollicitudine finien-
da ut deesse non possit ex mora coter-
tio. Desideria siquidem abbatissa late-
ranensis huc veniens questa est servam pri-
mum suorum pretium et germanam eius irratio-
nabiliter competentem a Iohanne abbate
indebite detineri. Et quia eandem cum
inducimente petit iudicio terminari fra-
ternitas vestra adhibitis sibi innocentio
atque libertino fratribus et coepiscopis meis
cum eis negocii huius qualitatem dili-
genter examinet et pari consilio con-
munione tractatum ita se in definiendo
ex omni latere festinet exhibere sollici-
tam quatenus et ipsa omni invidia favore
ac negligentia careat et inter illos post

responso d

mone apposuit, diesque nostros in tua pace disponi, atque ab eterna dampnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari etc.

231

Stationes per basilicas vel ·xviii· beatorum martyrum cimiteria secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo vivente certatim discurrit, sollicitus ordinavit. Per quas et ipse sicut ibi discurrens dum adhuc loqui prevaleret ·xx^ti^· omelias evangelii coram ecclesia diverso tempore declamavit. Reliquas vero eiusdem numeri dictavit quidem, sed lassescente stomacho laboriose continuo aliis pronuncianda commisit.

Sequebatur exercitus domini ·xix· ultra citraque Gregorium pergentem et auditurus verbum doctrine innumerabiles undique diversi sexus etatis ac professionis voluntarie confluebant cohortes. Quibus ille utpote doctor celestis milicie cunctis [illegible] armata arma spiritualia suggerebat. Pauperibus vero et advenis qui pro conditione temporis Rome influxerant cottidiana stipendia ministrabat.

232

Super corpora beatorum Petri ·xx· et Pauli apostolorum missarum sollempnia celebrari decrevit, acquisitis munere possessionibus quorum summam in tabulis marmoreis pro foribus eiusdem basilice adnotavit, luminaria superaddidit, officia cedula deputavit. De sepultura iuxta ecclesiam connexum spacium prohibuit. Septem cardinalibus regionalis honore decorari decos indixit. Lectiones extra pentecostem [illegible] dici ad missam fecit. Subdiaconos despoliatos procedere statuit. Kyrieleyson cantari precepit, et orationem dominicam mox post canonem super hostiam censuit recitari.

233

De quibus cum postea ·xxi· quosdam murmurare sentiret tamquam qui Constantinopolitane ecclesie consuetudines sequeretur, piissimus pater non dedignatus est reddere rationem dicens: Nos in nullo horum aliam ecclesiam secuti sumus. Nam ut alleluia hic non diceretur, de Iherosolimorum ecclesia ex beati Ieronimi tempore beate memorie Damasi pape traditur tractum. Et ideo magis in hac re illam consuetudinem amputavimus que hic a Grecis fuerat tradita. Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerem antiqua consuetudo fuit ecclesie. Sed quia placuit cuidam nostro pontifici nescio quos vestitos procedere precepit. Nam si alie ecclesie unquam traditionem a Grecis acceperunt, unde habent ergo hodie ut subdiaconi in eis in tunicis procedant, nisi quia hodie a matre sua Romane ecclesie perceperunt.

Kyrieleyson autem nos neque ·xxii· diximus sicut a Grecis dicitur, quia in Grecia omnes simul dicunt, apud nos vero a clericis dicitur, a populo respondetur, et totidem vicibus etiam Christeleyson dicitur, quod apud Grecos nullomodo dicitur. In cottidianis autem missis alia que dici solent tacemus, tantummodo Kyrieleyson et Christeleyson dicimus, ut in hiis deprecationis vocibus paulo diutius occupemur. Orationem vero dominicam ideo mox post precem dicimus, quia mos apostolorum fuit ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et valde michi inconveniens visum est ut precem quam scolasticus composuerat super oblationem diceremus [illegible] et ipsam traditionem quam redemptor [illegible] noster composuit super corpus eius et sanguinem non diceremus. Sed dominica oratio apud Grecos ab omni populo dicitur, apud nos vero a solo sacerdote cantatur. In quo ergo Grecorum consuetudines secuti sumus, qui aut veteres reparavimus aut novas et utiles constituimus, in quibus tamen alios non probamur imitari. Ergo vestra caritas cum occasio dederit ut Cathanensem civitatem pergat, vel in Syracusana ecclesia eos quos credit aut intelligit quia de hac re murmurarent facta collatione doceat, et quavis alia occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana ecclesia quod dicunt quis eam dubitat sedi apostolice esse subiectam. Quod et piissimus dominus imperator et frater noster eiusdem civitatis episcopus assidue profitentur. Tamen si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo primum se existimat, ut bona que viderit discere contempnat etc.

Tante hospitalitatis Gregorius ·xxiii· tamen in ipso etiam patriarchio permansit, ut exceptis quos tam per diversas regiones quam Rome quoque Longobardorum perfidie gladios fugientes ecclesiastica stipe misericorditer sustentabat, cottidie ad mensam suam peregrinos quoslibet invitaret. Inter quos die quadam unus accessit, in cuius manibus dum

ipse ex humilitatis iussio aquam fundere vellet non invenit. Commissus urceum accepit et repente in eius manibus aquam fundere voluerat non invenit. Cumque hec secum ipse miraretur eadem nocte dominus ei per visionem dixit: Ceteris diebus me in membris meis hesterno autem die me in memetipso suscepisti.

XXIII. Alio quoque tempore idem Gregorius iuxta consuetudinem suam precepit sacellario ut XII peregrinos ad prandium invitaret. Qui pergens iussa complevit, eos quoque ad mensam pater ordinavit. Dum autem simul discumberent intuens papa XIIIcim invenit. Et accersito sacellario ait: Cur contra iussionem meam XIIIcim invitare presumpsisti? Inquisivit ille eos stupefactus connumerans peregrinos duodecim invenit et XII so[...]los inveniens velut securus in[...]dit: Crede mihi honorabilis pa[ter] non sunt nisi XII sicut ipse iussisti. Ergo dum sepius XIIIcim demptis decem iterat, ac tertiumdecimum quem solus papa videre poterat non videt, animadvertit spiritalis pater Gregorius vero prandio discumbentes vultum commutare et nunc adolescentem nunc vero vetulum venerandi quadam canitie simulare. Finito convivio XIIcim quidem abire permisit, tertiumdecimum vero manu suscipiens in cubiculum induxit vehementer adiurans ut ei se nomenque suum sibi prodere dignaretur. Cui ille dixit: Cur interrogas de nomine meo quod est mirabile? Verumtamen scito me recognoscens quia ego sum naufragus ille qui quondam veni ad te quando scribebas in cella monasterii tui ad clivum Scauri cui dedisti duodecim nummismata et argenteam scutellam quam tibi miserat cum infusis leguminibus beata Silvia mater tua. Et hoc tibi sit cognitum quia ab illo die quo mihi hylari animo hec tribuisti destinavit te dominus fieri presulem sancte ecclesie sue pro qua et proprium sanguinem fudit, et esse te successorem atque vicarium apostolorum principis Petri cuius et virtute imitatus es cum substantias offerendo dimitteres pro vinculis operis exatie. Hec audiens Gregorius dixit: Et tu unde nosti quod tunc me dominus preesse sancte sue ecclesie destinaret? At ille inquit: Quia angelus eius sum et tunc ab eo ad tuum inquirendum propositum destinatus. Tunc Gregorius quia nondum manifeste viderat angelum pressus expavit, sibi quoque hunc taliter dicentem audivit: Ne timeas neque formides ecce enim transmisit me dominus ut sim tibi custos quamdiu fueris in isto mortali seculo, quatenus quecumque petieris per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Illico Gregorius in faciem suam corruit dicens: Si propter parvulum mee parvitatis munusculum tanta tribuit omnipotentissimus dominus ut et pontificem me sancte sue ecclesie faceret et custodem michi suum angelum deputaret, quanta putem michi restitui si in preceptis eius totis viribus permanens plura studuero de pluribus erogare.

XXIV. Igitur incipiens tanto largior esse de collato quali comodo quanto certior de recipiendo primo sempiterno cunctorum patrimoniorum prediorumque redditus et ecclesiastico politico eius nimirum studiosissimus videbatur pedissequus esse. Ex pensionibus in anno argentoque collatum cunctis ordinibus ecclesiasticis vel palatinis monasteriis ecclesiis cimiteriis diaconiis xenodochiis urbanis vel suburbanis quoque solidi quater in anno distribuebantur pascha scilicet natale apostolorum andree natalicio quoque suo pro politico quod hactenus erogatur induxit.

XXV. Extra quos primo dominice resurrectionis diluculo in basilica quidem doctissimi pape Vigilii iuxta quam consuetudinaliter habitabat ad imperciendum pacis osculum residens cunctis episcopis presbiteris diaconibus aliisque extisimative(?) aureos erogabat. Natalitio vero apostolorum vel suo [illegible] solidos offerens peregrinis michilominus vestimenta donabat.

XXVI. Omnibus enim kalendis pauperibus generaliter eiusdem speciei que congregabantur ex redditibus erogabat. Natalitio vero apostolorum vel suo in octo et suo tempore frumentum suo vinum suo caseum suo legumina suo lardum suo manducabilia animalia suo pisces vel oleum patrifamilias domini discretissime dividebat. Pigmenta vero aliaque delicatoria commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita ut nichil aliud quam communia quedam horrea communis putaretur

Tribus millibus ancillis dei **xxvij** quas greca monasterias vocat xv libras auri pro lectisterniis dedit, eisque cotidianis stipendiis octoginta libras annualiter conferebat. De quibus Theotiste patricie scribens: Harum, inquit, talis vita est atque in tantum lacrimis et abstinencia districta, ut credamus quia si ipse non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset.

Cotidianis quibusque **xxix** diebus per omnes regiones vicos competenti misericordia seu quibuslibet corporis pressuris debilibus cocta stipendia per constitutos cursores emittebat. Verecundioribus vero ante quam ipse cibum caperet, a mensa sua benedictionis plene ostiatim dirigere curabat scutellam, ita ut neminem prius ipse caperet misericordissimum benivolentia compunctionis que ad fidem traxerat omnipotentis cognitor creatoris.

Horum dum quendam **xxx.** pauperem in angustiis andronarum recentibus a vespillonibus inveniri mortuum contigisset, estimans eum stipis inopia perisse, ita per aliquot dies ut dicitur a missarum celebratione vacanda contristatus est tamquam si eum propriis manibus, quod dictu nefas est, peremisset.

Extat usque hodie in sacra **xxxi** tissimo Lateranensi palatio scrinio suo confectum ex cartaceo pregrande volumen in quo communes sexus cuiuscumque etatum ac professionum nomina tam Rome quam per suburbana vicina sue civitatis necnon longinquas maritime urbes degentium cum suis cognominibus, quibus et remunerationibus expressius continentur. Quorum videlicet summam ne fastidiis tussiliar ego tussifert diffugio, meique lectoris oculum ad illius venerandi scrinii plenitudinem, cuius ipse pene in cunctis auctoritatem propria largiente scrutaus sum, retransmitto.

Porro cum Arrianorum basi **xxxij** lica in regione urbis Subure que Suburra dicitur clausa usque ad Gregorii pontificatum permansisset, placuit ei ut in fide catholica introductis illic beati Sebastiani et sancte Agathe martyrum reliquiis dedicari debuisset. Quam cum magna populi multitudine Gregorius laudes canendo veniens basilicam psallentium ingressus est. Cum venerabilis pontifex iam missarum sollempnia celebraret ac pre eiusdem loci angustias populi se turba comprimeret, quidam ex hiis qui extra sacrarium stabant porcum subito inter suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret et iuxta se stantibus indicaret, idem porcus ecclesie ianuas petiit et omnes per quos transiit in admirationem commovit. Sed videri nil potuit quamvis sentiri potuisset. Quod ideo divina pietas ostendit ut cunctis pateret quia veniente cum reliquiis sanctorum Gregorio de loco eodem inmundus habitator exiret.

Peracta igitur missarum **xxxiij.** celebratione cum plebe iam recessisset, adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesie tectis strepitus factus est ac si in ea aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit. Qui subito tanto terrore insonuit ac si omnis illa a fundamentis fuisset eversa. Protinus recessit ac nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit. Sed per terroris sonitum quem fecit innotuit a loco quem diu tenuerat, que per invocationem Gregorii coactus exibat.

Post paucos vero dies magna **xxxiiij** serenitate aeris ~~frater~~ [super] altare eiusdem ecclesie nubes celitus descendit suoque illud velamine operuit, omnem quoque etiam tanto terrore ac suavitate odoris implevit ut patentibus ianuis nullus illic presumpsit intrare. Et sacerdos atque custodes ubi hii qui ad celebranda sollempnia missarum venerant rem videbant, ingredi minime poterant et suavitatem miri odoris trahebant. Sic vero alia in ea lampades sine luce sunt accense.

Post paucos iterum dies **xxxv** cum completis missarum sollempniis extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit et lampades quas extinxerat lucentes repperit. Quas negligenter extinxisse se credidit atque eas iam sollicitius extinxit. Qui exiens ecclesiam clausit, sed horarum trium spacio regressus lucentes lampades quas extinxerat invenit, ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret quia per beatum Gregorium locus ille de tenebris venisset ad lucem. **xxxvj.**

Sedem gregorius pro conuersione anglis saxonibus quemadmodum in monachio suo proposuerat assiduus cogitacionum fluctibus vrgetur mox vbi statu ecclesie composito iiii^tum sui pontificatus anno mittauit augustinum cum alijs de suo monasterio monachis in britanias ewangelizandi gracia destinauit Cum suscepte peregrinacionis per dies aliquot incitati tedio pmati redire domum pocius quam barbaram feram incredulamque gentem cuius nec linguam quidem intelligerent decreuerunt Nec mora augustinum quem eis epm consecrandum si ab anglis exciperentur indicauerat romam remittunt summum presulem deprecantes vt tam laboriosam tam incertam tamque periculosam peregrinacionem sibi impositam remouere suos que reuerti permitteret Quibus ille reddit dicens

Gregorius epus seruus xxxvij
seruorum dei et domini nostri ihesu christi
Quia melius fuerat bona non incipere quam ab hijs que cepta sunt cogitacione retrorsum redire Summo studio dilectissimi filij oportet ut opus bonum quod cepistis auxiliante domino compleatis Nec labor uos ergo itineris nec maledicorum hominum lingue deterreant sed omni instancia omnique feruore que incoastis deo auctore peragite Scientes quod laborem magnum maior eterne retribucionis gloria consequatur Remeante autem augustino preposito uestro quem et abbatem uobis constituimus in omnibus humiliter obedite Scientes hoc animabus uestris per omnia profuturum quicquid a uobis fuerit in eius admonicione completum Omnipotens deus sua uos gracia protegat et uestri laboris fructum in eterna me patria videre concedat quatenus et si uobiscum laborare nequeo simul in gaudio retribucionis inueniar quia laborare scio xxxviij

his cohortacionibus augustinus
tam fratribus roboratus per etherium arelatensis natis per quos aliorum eporum gallie reguinque quibus eos precessimus patrum ipsius bte ciuitatis hospicia Britanniam pergit ad ethelbertum regem cantuariorum veniens dei cooperante gracia non solum licenciam predicandi verum eciam victus et mansiones in ciuitate doru nensis que erat regionis eius metropolis facile impetrauit Ad quam augustinus cum socijs prelata cruce seu saluatoris appropinquans decantauit dicens Deprecamur te domine in omni misericordia tua ut auferatur furor tuus et ira tua a ciuitate ista et a domo sancta tua quia peccauimus Predicantibus autem eis et in nomine uirtutis miracula facientibus crediderunt multi et baptizati sunt imitantes innocentis uite simplicitatem complectentes quoque dulcedinem celestis doctrine

Quapropter augustinus xxxix
Quarelas venit et sedem gregory pro responsionem ab etherio epus consecratus in britanniam remeauit Mox per laurencium presbiterum et petrum monachum pape gregorio commissionem gentis anglorum fidem quam consecratum innotuit Suggessit ut mitteret plurimos ibi ministros eo quod messem quidem multam haberet operarios autem paucos

Quibus relacionibus gre xl
gorius in christo letificatus misit augustino plurimos ibi ministros in quibus precipui erant mellitus iustus paulinus et rufinus et per eos uniuersa que ad cultum erant ecclesie necessaria vasa videlicet sacra et vestimenta altarium ornamenta ecclesiastica vestimenta clericalia apostolorum et multorum sanctorum reliquias et codices multos misit ei et pallium iubens ut sub metropoli sua duodecim epos ordinaret ad lundoniam et eburacum singulos epos mitteret cum sub se duodecim epos consecrantes pallium ab apostolica sede percipientes et post augustini obitum ipse inter eos primas haberetur qui prius consecrari meruisset Precepit quoque ut in anglorum gentilorum fana non destrueret sed sanctificaret aquis respersa in basilicas dedicaret et quia saxones solebant in sacrificio demonum boues multos mactare iussit ut dedicacionibus uel natalibus sanctorum martyrum quorum illic reliquie ponerentur sibi circa easdem ecclesias quas ex fanis commutate sunt de ramis arborum faciens et religiosis conuiuijs sollempnitates debitas celebrarent et quia quibusdam super capitulis augustinus eum interrogauit qualiter epus cum suis conuersari deberet clericis re[illegible]

doctor humillimus inter cetera sic scripsit. Quia tua fraternitas monasterii scilicet regulis erudita seorsum vivere non debet a clericis suis in ecclesia anglorum que nuper ad fidem perducta est. Hanc debet conversacionem instituere que in initio nascentis ecclesie fuit patribus nostris in quibus nullus eorum ex hiis que possidebant aliquid suum esse dicebat sed erant illis omnia communia.

Cum una sit fides cur xli.
in missarum celebracione gallicanarum ecclesia a romana discordet augustino querenti gregorius ait. Novit tua fraternitas romane ecclesie consuetudinem in qua se meminit enutritam. Sed michi placet ut sive in romana sive in galliarum ecclesia aliquid invenisti quod plus omnipotenti deo possit placere sollicite eligas et in anglorum ecclesia que adhuc nova est in fide institucione precipua que de multis ecclesiis colligere potuisti infundas. Non enim pro locis res sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia que religiosa que recta sunt eligas et hec quasi in fasciculo collecta apud anglorum mentes in consuetudinem convertas. Adiungitur etiam quod ea que furtu de ecclesiis abstulerunt reddere debeant. [illegible] absit inquit ut ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus videtur amittere et lucra vana requirere.

Sane requisitus ab eodem xlii
augustino usque ad quotam generacionem fideles debeant copulari gregorius dicitur sic respondisse. Quedam terrena lex in romana republica permittit ut sive frater et soror seu duorum fratrum germanorum vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut iam in tercia vel quarta generacione fideles licenter sibi iungi debeant. Nam secunda quam prediximus omnimodo debent abstinere. xliii

Verum post multum temporis a felice messanensi presule requisitus utrum augustino scripsisset ut anglorum in quarta generacione contracta matrimonia minime solverentur, humillimus pater gregorius inter cetera sic rescribit talem. Quod scripsi augustino anglorum gentis episcopo alumpno videlicet ut recordaris tuo de consanguinitatis coniunctione ipsi et anglorum genti que nuper ad fidem venerat ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet specialiter et non generaliter me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis romana civitas testis existit. Nec ea intencione hec illis scribens mandavi ut postquam firma radice in fide fuerint solidati si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint non separentur aut infra affinitatis lineam id est usque ad septimam generacionem iungantur. Sed adhuc illos neophitos existentes sepissime eos prius illicita docere et verbis ac exemplis instruere et que postea de talibus egerint racionabiliter et fideliter excludere oportet. Nam iuxta apostolum qui ait lac vobis potum dedi non escam. Ista illis modo non posteris ut prefatum est quibus tenenda indulsimus ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur sed aliquatinus firmaretur et usque ad perfectum custodiretur.

Hec ego ideo perstringendo xliiii
narravi ut hi qui occasione non vere dispensacionis illicita matrimonia contrahunt eruditissimi patris gregorii non regulariter sed temporaliter permisisse cognoscant. Cuius immensis precibus deus omnipotens tantam augustino eiusque sociis faciendorum signorum graciam contulit ut donum vite quod ore predicabant signorum efficacia confirmaret. Unde factum est ut paucis elabentibus annis etiam tocius saxonie reges ad christi domini fidem discipulos eius accederent. De cuius gentis conversione simul et miraculorum prodigiis que ibidem fiebant ita gregorius in libris moralibus prescribit dicens. Ecce lingua britannie que aliud nichil noverat quam barbarum frendere iam dudum in dei laudibus hebreum cepit alleluia resonare. Ecce quondam tumidus iam substratus sanctorum pedibus servit oceanus. Eiusque barbaros motus quos terreni principes ferro domare nequiverant hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant, et qui catervas pugnancium infidelis nequaquam metuerat iam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim percepti celestibus verbis clarescentibusque miraculis virtus ei divine cognicionis infunditur eiusdem divinitatis terrore refrenatur.

ut prave agere metuat ac totis desideriis ad eternitatis gloriam venire contendat. Eulogio quoque patriarche alexandrino de doctrina sue et de conversione hereticorum et concordia fidelium plausibilia gratulanti gregorius ita respondit. Quod in bonis que agitis tam ego quam et aliis congaudentibus mecum nobis gratias vite reddo. Cum gens anglorum in mundi angulo posita in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc usque remaneret ex eo quod mihi orationibus adiutorio placuit ut ad eam monasterii mei monachum transmitterem. Pro auctore debuissem qui data a me licentia a germanie episcopis episcopus factus cum solaciis ad predictam gentem in fine mundi perductus est. Etiam nunc de eius salute et opere ad nos scripta venerunt. Quia tantis miraculis vel ipse vel hi qui cum eo transmissi sunt in gente eadem coruscant ut apostolorum virtutes in signis que exhibent imitari videantur. In sollempnitate autem dominice nativitatis que prima indictione transacta est plus quam decem milia angli ab eodem nostro fratre et coepiscopo nostro baptizati sunt. Quod idcirco narravi ut cognoscatis quid in alexandrini populi finibus loquendo et quid in mundi finibus agitis orando. Vestre enim orationes in eo loco ubi non estis, quorum opera vestra sancte monstrantur in eo loco ubi estis.

Nichilominus eidem augustino pro eisdem miraculis inter alia scribit inquiens. Scio quia omnipotens deus per dilectionem tuam in gente quam eligi voluit magna miracula ostendit. Unde necesse est ut eodem dono celesti et timendo gaudeas et gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet quia anglorum anime per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur. Pertimescas vero ne inter signa que fiunt infirmus animus in sui presumptione se elevet et unde foras per honorem tollitur, inde per inanem gloriam cadat intus.

Que autem de gregorii miraculis perhibent eiusdem anglorum gentis, ne studiosi lectoris animum audiendi fraudasse similiter aut negligentie preteriisse videamur, cogimur inserere quia sufficere matrona quedam beato gregorio per stationes publicas missarum sollempnia celebranti solitas oblationes obtulerat. Cui postquam sacratissimum corpus domini traditurus esset dicens, Corpus domini nostri ihesu christi conservet animam tuam, lasciva subrisit. Ille continuo dexteram ab eius ore convertens partem illam dominici corporis super altare deposuit. Expletis vero missarum sollempniis matronam coram populo interrogat quare dominicum corpus sumptura subriserit. At illa musitans tandem dixit. Quia panem quem meis manibus me fecisse cognoveram tu corpus dominicum perhibebas. Tunc gregorius pro incredulitate mulieris cum tota plebe in orationem se prostravit, et post paululum surgens particulam panis quam super altare posuerat carnem factam repperit. Quam cunctis astantibus matrone demonstrans ad credulitatis gratiam tam illam revocare potuit quam totum populum confirmavit. Rursus itaque in orationem cum se prostravit, carnis frustum in panis speciem reformavit.

Alio quoque tempore vir dei gregorius miraculum pene simile perpetravit. Namque petentibus quibusdam occidentalibus per legatos in singulis provinciis suis nominibus petitorum martyrum reliquias, ipse solito more condidens dalmaticas sigillatas legatis largitus est. Illi suscepta reliquias veneratione congrua deferentes postquam quedam itineris miliaria transierunt, stulte se tanti viatici esse murmurare ceperunt nescientes sanctorum ossa an magis taciles a romano pontifice suscepissent. Itaque continuo sigillo remoto pontificali signaculo reserato quod pro vestibus panniculas invenerunt repperierunt. Ad urbis menia cum furore mox revertentes per archidiaconum se delusos fuisse ut pro reliquiis vilem pannum suscepissent flebiliter querebantur dicentes dominos suos pulcherrimis palliis honorare per romanorum vilibus pannis providentia egerat. Forte tunc gregorius missarum sollempnia celebrabat. Quibus expletis ab eis legatis predicta tamen unum super altare composuit et cum omnibus ad orationem conversus est quod pro reliquiis iure venerari deberet. Deinde ab oratione surgens mox delegatos prius stare precepit cultellum

ore sanctissimum ipse leonis prudentum pu
git & aliis pulsantibus sanguis ema
navit. Quo miraculo tam legati quam ipsi
omnes qui aderant tremefacti ipsi
gregorio tamen eo tunc prostrati sunt, nec an
orationibus cessaverunt quousque acta prudorum
raima divinitus clauderentur.

Quidam preterea divitum
romanorum relicta coniuge fuerat
a pontifice communione privatus. Quod ille
molestissime ferens et auctoritatem tanti ponti
ficis evacuare non prevalens magorum suf
fragia requisivit. Qui magicis incanci
us persuasi posse se suis cantibus age
re immisso demone tam diu caballus po
tificis vexaretur quousque cum sessore suo
adlacaretur fiducialiter promiserunt. Hac
ractus vidisset pollicitatione letatus ma
gos iuxta viam quam pontifex ad sta
tionem profecturus erat medicto stare per
misit ut vide transeuntes non vidc a tur
mabus potuissent. Cumque magi explanta
trium ex processionibus dum magnum pon
tificem cognovissent immisso demone ca
ballo equum vexari fecerunt ut nusquam assessore
sine astratoribus teneri posse putaretur.
Tunc gregorius revelante spiritu demo
niacam summissionem cognoscens facto
crucis signaculo tam caballum a pertur
batione liberavit quam maleficos ex latente
malicie videns deponere perpetua cecitate
multavit. Quos reatum suum sugges
tione mentis indicavit confitentes, ac
postmodum ipsis ad sacri baptismatis
gratiam venientes lumen quidem ne ma
gicam relegerent reddere noluit eos tamen
ecclesiastica stipe nutriri precepit.

Legitur etiam penes
Anglorum ecclesias per quod
forum traiani quodam die ipse quondam pul
cherrimis ornatus ve instaurat predictus
quidam eius quo viduam consolatus
fuerat recordatus atque miratus est ad
hoc sicut a patribus traditur ita se habet.
Quodam tempore traiano ad imminentis
belli procinctum vehementissime festi
nanti vidua quedam processit flebi
liter dicens: filius meus innocens
te regnante peremptus est, obsecro ut
qui eum michi reddere non vales sangui
nem eius digneris legaliter vindi
care. Cumque traianus si sanus redi
ret a prelio hunc se vindicaturum potentia
videret. Vidua dixit: Si tu in prelio
mortuus fueris quis michi prestabit? Tra
ianus dixit: Ille qui post me imperabit.
Vidua dixit: Et quid tibi proderit si alter
michi iusticiam faciat et tu pro hoc mercedem
tuam non recipies? quia alteri habet tunc iusti
tas. Traianus tunc pietate et pietate com
motus equo descendit nec ante descendit
quam iudicium vidue per semetipsum imminens
profligaret. Huius ergo mansuetudinem
iudicis asserunt gregorium recordatum
ad sancti petri apostoli basilicam pervenisse
ibique tam diu super errorem tam clementis
principis deflevisse quousque sequenti
nocte cepisset se pro traiano fuisse au
ditum tantum pro nullo ulterius paga
no preces effunderet. Sed cum de superioribus
miraculis romanorum sit nemo qui dubi
tet de hoc quod apud saxones legitur pre
cibus traiani animam ab inferni cruciatibus
liberatam, ob id vel maxime dubitare
videntur quod tantus doctor nequaquam pre
sumeret pro pagano prorsus orare qui
quarto dialogorum suorum libro docuerit
eandem causam esse cur non orent sancti
in futuro iudicio pro peccatoribus eterno igne
dampnatis, que nunc etiam causa est
ut non orent sancti homines pro infideli
bus hominibus impiis quod defuncti. Non
advertentes quia non legitur pro traiano
gregorius exorasse sed tantum flevisse. Die
em cum non oraverit gregorius plangen
do potuit clamasse videri. Cum domi
tacenti labiis quid clamas inquit ad
me. Nimirum deus omnipotens corda re
nesque scrutatur et frequenter ea misera
tus concedit que homo quamvis ut carna
lis desideret tamen petere non presumit.
Unde psalmista: Desiderium pauperum
exaudivit dominus, desideria cordis eorum
exaudivit auris tua. Et notandum
quia non legitur gregorii precibus traiani
anima ab inferno liberata et in paradyso
reposita quod omnino incredibile videtur
propter illud quod scriptum est: Nisi quis re
natus fuerit ex aqua et spiritu sancto non in
trabit in regnum celorum. Sed simpliciter
dicitur ab inferni solummodo cruciatibus libera
ta. Quod videlicet potest videri credibile quod
pe cum ita valeat anima et in inferno es
se et inferni cruciatus per dei misericordiam non

sentire, sic et minus de iehenne ignibus valet omnes peccatores penitus detinere, sed per Dei iustitiam cunctos equaliter non valet cruciare. Nam unusquisque quanto meruit culpa iusto Dei iudicio tantum sentiet et penam.

Nichilominus ex libro qui Grece limon dicitur a Latinis vero intelligitur campus vel pratum preceptor meus inter alia toto orbe iam diffamata miracula inspiratus est inscribens enarravit nobis presbyter nomine Petrus de sancto Gregorio papa Rome. Illic enim erat reverentissimus hic presbyter. Hic inquit effectus papa edificavit monasterium virorum magnum et dedit mandatum ut nullus monachorum proprium aliquid haberet usque ad unum obulum. Frater ergo de monasterio habebat fratrem secularem et postulavit eum dicens: Casulam non habeo, sed fac caritatem eme michi. Dicit ei secularis frater: Ecce nummismata suscipies, compara qualis tibi placet. Susceptis itaque manibus monachus tribus nummismatibus habebat ea apud se. Alius autem frater videns eum habentem tria nummismata pergens indicavit abbati. Abbas vero audiens vadens retulit beatissimo pape. Beatissimus autem Gregorius discens hoc ab abbate segregavit eum a communione tamquam eum qui solverat regulam monasterii. Igitur post modicum temporis moritur frater segregatus nesciente papa. Post duos ergo aut tres dies pergens abbas indicavit ei: Frater requievit. In hoc itaque non mediocriter tristatus est quia antequam exiret de hac vita non solvit eum ex excommunicationis vinculo. Et scribens orationem in pittacio dedit uni dyaconorum suorum iubens ei ire et super fratrem legere. Erat autem oratio solutio ab excommunicatione defuncti. Vadit ergo dyaconus sicut preceptum ei fuerat legit pittacium habens orationem. Et ipsa nocte vidit abbas fratrem defunctum et dicit ei: Non es mortuus frater? Ille respondit: Etiam. Et interrogavit iterum cum abbas: Ubi eras usque hodie? Respondit frater: Vere domine in custodia et usque heri non sum absolutus. Notum itaque factum est omnibus quia in hora qua dyaconus orationem dixit super sepulcrum in ea hora absolutus est ab excommunicatione et liberata est a dampnatione anima eius.

Igitur Gregorius non solum Saxones in propriis sedibus commonens Deo dedicavit, verum etiam pueros eorum per exteras regiones diffusos suis preciis comparatos amabiliter ad cognitionem fidei deducebat. Unde Candidum presbyterum commonet dicens: Pergens auxiliante Domino Deo nostro Ihesu Christo ad patrimonium quod est in Galliis gubernandum volumus ut dilectio tua ex solidis quos acceperit vestimenta pauperum vel pueros Anglos qui sunt annis XVII vel XVIII ut in monasteriis dati Deo proficiant comparet. Ut solidi Galliarum qui in terra nostra expendi non possunt apud locum proprium utiliter expendantur. Si quid vero de pecuniis redditum que dicuntur ablate recipere potueris ex his quoque vestimenta pauperum comparare te volumus vel sicut prefati sumus pueros qui in omnipotentis Dei servitio proficiant. Sed quia pagani sunt qui illic inveniri possunt volo ut cum eis presbyter transmittatur ne quid egritudinis contingat in via ut morituros conspexerit debeant baptizare.

Sardinie quoque rusticos sanctissimus iste Gregorius in errore vetustatis adeo permanere condoluit ut Ianuarium Karalitanum episcopum pro negligentiis increpando inter cetera scribit: Aliud autem aliud valde lugendum quia ipsos rusticos quos habet ecclesia nunc usque infideles remanere negligentia fraternitatis permisit. Et quod vos admoneo ut ad Dominum extraneos adducatis qui vestros corrigere ab infidelitate negligitis. Unde necesse est vos per omnia in eorum conversione vigilare. Nam cuiuslibet episcopi in Sardinia insula paganum rusticum invenire potero in eodem episcopo fortiter vindicabo. Nam vero si rusticus tante fuit perfidie et obstinationis inventus ut ad Dominum venire minime consentiat, tanto pensionis onere gravandus est ut ipsa exactionis sue pena compellatur ad rectitudinem festinare.

Quod cum Gregorius fructuose et salubriter in Sardinie rusticis expressisse cognosceret, etiam in Iudeos et in minorum suorum rusticos non dissimiliter est conatus extendere. Unde Cypriano dyacono scribit dicens: Pervenit ad nos esse Hebreos in possessionibus nostris qui

mita ad Deum nullatenus volunt. Sed
detur michi ut per omnes possessiones in quibus
hebrei esse noscuntur epistolas tue sinceritatis
debeas eis ex me specialiter transmittens ex quibus
qui ad verum deum et dominum nostrum ihesum christum
eis conversus fuit, omnis possessionis eius
aliqua parte diminuetur. Quod ita fieri
neque volo ut si quis ex eis conversus fuerit
solidum pensionis habet tremissis ei relaxa-
ri debeat. Si tres vel quatuor unus solidus
laxatur. Si quid amplius iam nunc eius
modum debet relaxatio fieri vel certe minus
nos dilectio tua perpendit, ut et ei qui convertun-
tur onus relevetur et ecclesiastica utilitas
non gravi dispendio primatur. Nec hoc in-
utiliter facimus si pro levandis pensionibus
oneribus eos ad christi gratiam perducamus. Quia
si ipsi minus fideliter veniunt, hii tamen qui de
eis nati fuerint iam fidelius baptizantur
aut ipsos ergo aut filios eorum lucrabimur
et ideo non est grave quicquid de pensione
pro christo dimittimus.

Reiuncto tam longis actionibus digressio-
nis qui promissionibus regni celorum
iudei per diversa loca redire ad christum quem
patres eorum negaverant venientem ceperunt.
Quibus cum salute anime vestimenta quoque
baptizandis habilia conferebat. Unde
Fantino defensori. Domina inquit abbatissa
monasterii sancti stephani quod in agrigen-
tino territorio constitutum est indicante agnovi-
mus multos iudeorum ad christianam fidem
divina gratia inspirante velle converti, sed ne-
cessarium ut aliquis illuc de nostro mandato
debeat proficisci. Unde huius tibi auctoritatis
tenore precipimus ut omni excusatione summo-
ta ad predictum locum pergere et desiderium eorum
cum deo iuvante adhortationibus adiuvare
festines. Quibus tamen si longum vel triste
videtur sollempnitatem sustinere paschalem
et eos nunc ad baptisma festinare cognoscis
ne quod absit longa dilatio eorum retro
possit animos revocare. Cum episcopo loci primus
loquere ut penitentia ac abstinentia quadra-
gesima diebus indicta ante diem dominicum quo
celeberrima festivitas fortasse occurrerit
eos omnipotentis dei misericordia protegente bapti-
zet. Quia et temporis qualitas propter eam que
sibi imminet cladem impellit ut desideria
eorum nulla debeant dilatione differri.
Quos saltem vero pauperes et ad vestem emen-
dam non sufficere cognoscis, te eis vestem
quam ad baptisma habeant comparare
volumus ac prebere. In quibus precium de rebus
tuis nostris rationibus imputandum. Si vero
sanctum pascha elegerint expectare. Item
cum episcopo loquere ut nunc quidem catecumini
fiant, ad eos frequenter accedat, gerat ergo
sollicitudinem et animos admonitione sue
adhortationis cathezizat. Ut quanto ex-
pectatur elongetur festivitas tanto se pre-
parare et desiderio ferventi debeant susti-
nere. Item petito episcopo corsice mittit alia
transmisimus ut fraternitati tue quinquagin-
ta solidos ad vestimenta eorum qui bapti-
zandi sunt comparanda. Nichilominus et
arrianorum parvulis fidei catholice solven-
dis gregorius pastoris cure sollicitudi-
nem prorsus extendit. Quippe universis
episcopis ytalie scribens ait. Quia nefandis-
simus autharith in hac que nuper excep-
ta est paschali festivitate longobardorum
filios in fide catholica baptizari prohibuit.
Pro qua culpa eum divina maiestas extinxit
ut sollempnitatem pasche alterius non videret.
Vestram fraternitatem decet cunctos per loca
vestra longobardos admonere ut quia gravis
mortalitas imminet eosdem filios suos
in arriana heresi baptizatos ad catholicam
fidem reconcilient, quatinus iram super eos dei
omnipotentis placent. Item preiectitio
episcopo narniensi. Pervenit ad nos peccatis
imminentibus in civitate vestra mortali-
tatem omnino grassari, que res nos ni-
mis addixit. Quamobrem salutantes
fraternitatem tuam instantissime suade-
mus ut a longobardorum sive romanorum
qui in eodem loco degunt admonere
nulla ratione cesses et maxime agentum
hereticorum ut ad veram rectamque fidem
catholicam convertantur. Hic enim divina
misericordia pro sua forsitan eis conversione
et in hac vita subveniet aut si eos migra-
re contigerit a suis quod et magis opta-
dum est transeant facinoribus absoluti.

Igitur prudentissimus
paterfamilias christi gregorius singulis
dyaconiis vel xenodochiis viros pro-
neos deputavit. Quos etiam ut specia-
ximo sagacius in opere pietatis ac miseri-
cordie laborarent huiusmodi privilegiis mu-
nitos esse decrevit. Licet eos qui pia
intentione sollicitudinis curam debili-
bus ac egenis impendunt sua apud

omnes valeat tueri devotos melius tunc est
si pro quiete sua de hiis fuerint muniti
que gesserint ne inde eis inquietudinis
occasio unde magis laudandi sunt oria
tur. Quia igitur te virum religiosum
intencionis tue studio provocati mensis
pauperum exhibende dyaconie eligimus
proponendum, ne qua tibi ex hac nasca
tur administracione dubietas, hac inun
cione prospeximus fulciendum. Con
stituentes de hoc quod ad mensas paupe
rum vel dyaconie exhibicione percepisti
sive subinde perceperis erogandum nulli
umquam heredum quolibet modo seu ingenio
cogaris ponere racionem vel aliquam de
beas molestiam sustinere. Sed quia ita
liberari te omnibus esse volumus racionibus
absolutum ut deo in hiis que tibi
commisimus reum te noveris positurum.
Hortamur ut fidei vite sinceritas vige
at, sit mens in rebus intensior, cura
propensior, studium vigilancius, devocio
clarior, exhibicio effectuosior. Ut tu dum divi
no intus auxilio hoc operis sollerter im
pleveris et illi pro quibus sollicitudinem
geris studii tui solacio utiliter consolentur,
et tu mercedis tue bonum in eterna vita
redemptoris nostri gracia compensa
te recipias.

Hec quidem Gregorius intra vel
extra urbem studio pietatis exer
cuit. Ceterum presbiterum religiosissimum abbatem
cum multis preciis Ierosolimam destina
vit. Cuius instancia venerabile xenodo
chium constituit, et tam ibi quam in monte
Synai penes Arabiam dei famulis sub
regimine Palladii constitutis cotidianam
victus et vestimenti copiam quamdiu vivere
potuit annualiter paravit.

Nichilominus per diversas provincias
pro custodia sacre religionis rebus
que pauperum strenue gubernandis ecclesie
sue viros industrios rectores promovere
astruit. In quibus Cyprianum dyaconum pa
trimonii Sicilie, Pantaleonem notarium Sy
racusanum, Fantinum defensorem Panor
mitanum, Sergium defensorem Calabri
tanum, Romanum notarium Apulie, Benena
tum defensorem Samniticum, Anthelmum
subdyaconum Neapolitanum, Petrum sub
dyaconum Campanum, Candidum defen
sorem Tusci, Urbicum defensorem Sa
binum, Optatum defensorem Nursinum, Be
dictum notarium Carsolanum, Felicem sub
dyaconum Appie, Castorium cartularium
Ravennatis, Castorium notarium Hys[illegible]
in, Anthemium subdyaconum Dalmatinum, [illegible]
hem notarium Illiricanum, Simachum
defensorem Sardinie, Bonifacium no
tarium Corsicanum, Panthaleonem nota
rium Ligurie, Vitonium defensorem A[illegible]
hitinarium, Hylarium notarium Afri
canam, et Candidum presbiterum Gal
liarum.

Hec autem prudentissimus pater Gre
gorius non solum in Romana se
per diversas ecclesias specialiter observanda cen
sebat. Unde Ianuario Caralitano episcopo in
ter cetera scribit dicens: Indicatum nobis e[st]
quod laicis quibusdam vices curam primo
committentes postmodum in rusticorum
vestrorum depredacionibus atque per hoc ex fa
gacionibus fuerint deprehensi. Quod si ve
rum est, districte a nobis discuti convenit. At
vero nos ecclesie nisi rusticos causam exami
ne subtilius et quicquid in eis fuit fra
udulentium cum pena legibus statuta
de compellantur. De cetero ubi tamen
a fraternitate vestra est ne secularibus viris a
non sub regula vestra degentibus curis ec
clesie committantur, sed probatis de vestro offi
cio clericis. In quibus si quid reprehensionis
pravitatis ut in subditis emendare quo
libere gestum fuerit valeatis. Quod non
licet apud nos habitus sui officio magis
conveniat quam exaudet.

Singuli ecclesiastici viri officia singu
lis quibusque personis singillatim
committi debere iubebat, asserens quia sicut
in uno corpore multa membra habemus,
omnia autem membra non eundem actum ha
bent, ita in ecclesie corpore secundum veridicam Pau
li sentenciam unius in uno eodemque spiritu aliud con
ferendum est, hoc officium alii committen
dum est illud. Neque uni quantumlibet exercitato
sive uno tempore duarum rerum officia commen
da. Summa, si totum corpus oculus, ubi au
ditus? Sicut enim varietas membrorum per diver
sa officia et robur corporis servat et pulchri
tudinem representat, ita varietas personarum
et diversa nichilominus officia distributa et
fortitudinem et venustatem sancte ecclesie
dei manifestat. Et sicut indecorum est
in humano corpore alterum membrum alterius fungi

fiat. Ita nimirum novimus simbolis turpissimum
singula rerum ministeria personis totidem no
cunt distributa. Huic est quod quibusdam
ambitiosis sicut in suis libris quas ego studio
veritatis omnino potui invenire moderatio
nis frena frequenter imposuit. Unde au
relio subdiacono pro pastasio epo qui
semetipsum sibimet maiorem domus et vice
dominum permanebat. Iuste ceteraque scripsit dicens
plurimus aut ut frater pastasius et vice
dominum ordinet et maiorem in causis
que evenerint ydoneus paratus existere.
Si vero vel negligentem eum personas vel
a que diximus implere differentem omnis
clerus eius adhiberi debet ut communi con
silio ipsi eligant quorum persone ad ea
que prediximus valeant ordinari. Item
faventinatibus clericis ad monasteriorum re
ctima importune tendentibus restitit
Iohanni faventinati epo scribens aliqua lo
ca monasteriis consecrata, nunc habitacula cleri
corum aut etiam laicorum facta sunt. Dum
hii qui sunt in ecclesiis fingunt se religiose
vivere monasteriis preponi appetunt et per
eorum vitam monasteria destruunt. Ideo
in pte et ecclesiasticis obsequiis deservire et in
monachica regula ordinate persistere, ut
pre distructionem monasterium teneat quem cotidie
in ministerio ecclesiastico cogitur faciunt erime
fore festinet. Decrevimus ergo nullo parrochorum
loca sacra ut prelatorum ambitu destituat.
Item mariniano epo ravenne. Dudum
ad nos relatione multorum pervenerat monaste
ria in ravennatibus partibus constituta omnino
clericorum vestrorum dominio pergravari. Ita ut
occasione quasi regiminis ea quod dici grave
est velut in proprietatem possideant. Cui
ius non modicum condolentes decessori
vestro litteras misimus ut hoc emendare fer
vida debuisset. Sed tamen vite est tempore circa
occupatus ne hoc omnis in ministerio remanet
inemendata nunc eadem nos scripsisse recoli
mus. Et quia nec compingi in huiusmodi rei
gravis correctione cessatum est. Rec
ad nos iterum prediximus scripta dirigere
hortamur ergo ut omni mora omnique excu
satione submota ita monasteria ipsa ab
huiusmodi studeatis gravamine relevare quatenus
nullam deinceps in eis clerici vel hii qui
in sacro sunt ordine constituti ob aliud
habeant nisi orandi tempore causa accedendi
licentiam, aut si forte ad peragenda

sacra missarum sollempnia fuerint invitati
ministra. Sed ne vel per cuiuslibet monachi de
abbatis promotionem omnis aliquod fortasse
sustineat scandalum est nobis ut si quis
piam abbatum aut monachorum ex quo
cumque monasterio ad clericatus officium vel
ordinem sacrum accesserit non illic aliquid
habeat vel dicimus ulterius potestatem. Ne
monasteria huius occasionis velamine ea
que prohibemus sustinere onera compel
lantur. Hec itaque omnia vigilanti cura
emendare iam sed commonita sanctitas
vestra non differat. Ne si post hoc negligen
tes vos esse quod non credimus senserimus
aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur.
Illam notum vobis sit quia tante necessi
tati servorum dei congregationem amplius
subiacere non patimur.

Item maximiano epo syracusano
Post aliquem presbiteros diaconos cete
rosque cuiuslibet ordinis clericos qui ec
clesiis quo militant abbates fieri per mo
nasteria non permittas. Sed aut omissa
clericatus militia monachicis provehantur
ordinibus, aut si in abbatis loco perma
nere decreverint clericatus militarum
permittantur habere militiam. Satis enim
incongruum est si cum unum eorum ex suis
magnitudine diligenter quibus non possit
complere ad utrumque iudicetur ydoneus.
Sicque invicem et ecclesiasticus ordo vite
monachice et ecclesiasticis utilitatibus regu
la monachatus impendat.

Qualiter sane gregorius per pro
curatores ecclesiasticorum patrimoni
orum velut largus quidam elemosinis
per totius mundi latitudinem sue pasto
ralis sollicitudinis oculos extenderit
non ab re forsitan duximus perstringendum
aut enim in epla anthemio subdiacono
dirigenda sibi mandavimus et postmodum
receptis distrahentibus innovasse ne im
ve curam pauperum gereres et si quos illic
egere cognosceres scriptis recurrentibus
indicares et vir de paucis habet facere
curasti.

Volo autem ut domne patricie matri mee
vel parentem missionem suscepisse
tuas ad calcearium puerorum solidos quadraginta, tri
tici modios quadringentos. Domine
palatine relicte urbici solidos viginti et
tritici modios trecentos. Item omnis simul

octoginta solidi in tuis rationibus impu
tentur. Summa vero pensionis sub festi
natione adducito et ad paschalem diem do
mino auxiliante occurrite. Item fidez

Insinuatum est nobis ancillas dei
quadam nolane civitatis in abolli
tana domo commanentes nimia
victus vestitusque penuriam sustinere.
Quibus ex precepto dei subvenire nos
convenit et inopiam earum quantum possu
mus donante domino sublevare. Pre
terea experientie tue presenti iussione man
damus ut de hac presenti nona indic
tione xl in auro eis dare debeas et
deinceps succedentibus indictionibus
annos xx solidos ministrare quos tu
is possint rationibus imputari. Preterea
paulino presbitero monasterii sancti erasmi
quod in latere montis sirapti situm
est, et duobus monachis in orato
rio sancti archangeli servientibus quod
in lilaullano castro iuxta sancti petri
basilicam esse dinoscitur binos te
tiis solidos dare praecipimus qui et tui
tuis rationibus imputentur. Ita ergo
fac ut impense mercedis tue participa
tionem sortiaris. Item eidem

Si in proximorum necessitatibus habita
compassione benigna mente
concurrimus, nobis procul dubio petitioni
bus clementem deum reddimus. Pa
latina siquidem illustris femina
continua hospitalitate insinuamur
se pluribus necessitatibus subiacere. Proinde ex
perientie tue presenti auctoritate praecipimus ut
pro sustentatione eius annos xxx
solidos rationibus imputandi. Ita ergo
fac ut et tu bene ministrate mercedis
commoda percipias et nostra ad effectum pre
cepta perducas.

Item petro subdiacono. Insinua
tum nobis est marcellum baru
initate catalice ibidem in civitate
panormitana in monasterio sancti adriani
in penitentia deputatum non solum
victus necessitatem pati sed et nudita
tis nimiam sustinere molestiam. Pro
qua re necessarium duximus strenuitati tue
presenti iussione praecipere ut ipsi pro victu
atque vestimento statimque ad continen
tiam puero qui eius quotidie perspiciens
satis esse constituas ut inopia nudita
que eius tali prudentia possit hoc consula
re ea que eidem viro deputaveris tuis pro
modum possint rationibus imputari. Ita
ergo fac ut et nostram iussionem impleas
et tu quoque hominem bene disponendo
hac ipsa possis participari mercede.
Item eidem.

Monasterium sancti archangeli qui
tropacis est constitutum indige
pretium portitore victus hoc necessitatem
diximus. Ideoque experientia tua dilig
ter invigilet et si eiusdem loci monachi
bene se tractare cognoveris, in quibus co
necessitatem manifesta veritate patien
cis subvenire hac auctoritate suffultus n
dis omnibus festinabis. Ceterum tue
rationibus quinquaginta nostra preceptione pa
bueris imputandum. Et singulari dic
ere viciniam sibi quam solidum unum
teremissos duos pensitam asserunt si a
est libellario nomine ad summam tremis
sium hoc concede. Studium ergo tuum sit h
omnia ita implere si sicut devenit e
monachi in dei servitio sicut decet sol
liciti existiterunt. Item eidem

Divina precepta nos ammonent
diligere proximos sicut nosmet ipsos
et cum hac eos precipiamur caritate dil
quanto magis debemus hiis in subsidium ne
cessitatem corporalem subvenire. Et ut
angustias si non ex omnibus saltem ali
bus sustentaculis sublevemus. Ammo
filius viri dignissimi non solum ami
sione visus sed etiam inopia victus ne
cessitate pati conspeximus necessarium
duximus in quantum possibilitas fue
rit ei prebere consultum. Proinde ex
perientie tue presenti iussione precipimus ut
annis singulis xxx quatuor modia
tritici fabe quoque modia xv et a
decimatas xxti pro sustentatione vite
beat ministrari quod tuis postmodum
possit rationibus imputari. Ita ergo fac
ut presentium lator nullis de paupertate
domini donis sustineat moras et tu
dispensate mercedis possis participia
invenire. Item eidem

Gregorius cypriano diacono.
Cosmas ex variis periculorum ne
cessitatibus multis se dicit debitis obli
gatum ita ut a creditoribus suis

nos dicat filios detineri. Que res si ita e-
nos omnino commovit. Quamobrem hor-
tamur dilectionem tuam ut quia de rebus
pauperum dandis agitur causam eius cum
summa subtilitate perquiras. Et si inve-
neris eum predictis debitis veraciter involu-
tum ut non sit substantia unde possit
et ipsa persolvere predictos creditores
eius videas et ipsos recolligendos filios
eius quantam cognoveris quantitatem com-
pellas. Et quia nimis sicut dictum est hic
non habet unde restituat, de rebus paupe-
rum experientia tua audite persolve. Pretium
autem quod illic te presidente datum fuerit pro-
nostri in pensionibus esse reputandum.
Item eidem.

Zeno frater et coepiscopus in quosdam
in civitate sua alimoniorum neces-
sitatem permovit sustinere. Quibus quam ut
possibile est aliquod desideramus ferre so-
latium. Ideo dilectionem tuam ando frat-
ri mille modios tritici, aut si plus le-
gere potuerit usque ad duo millia scriptis
de pretiis deputamus. Hortamur
ut in huiusmodi prebendis nullam moram
aut excusationem adhibeas, quatenus dum tempe-
rint ethe cum dei adiutorio sine periculo
tempora remeare et cuius necessitatem va-
leat patientibus subvenire. Item eidem.

Gregorius Candido
defensori. Necessitatem patien-
tibus pontificale convenit adesse subsi-
dium. Pro qua re experientie tue preci-
pimus quatenus Albino privato lu-
minibus filio quondam Martini colom-
singulis annis duos tremisses sine aliqua
dilatione prestare non desinat. Non
dubitura sub hoc sine dubio rationibus
imputari. Item eidem.

Gregorius Fantino defensori. La-
tor presentium Cosmas Syrus in ne-
gotio quod agebat debitum se contraxis-
se perhibuit. Quod multis et lacrimis
eius attestantibus verum esse credimus.
Et quia centum quinquaginta solidos
debebat nolui ut creditores ipsius cum
eo aliquid pasciscentur. Quoniam et
eo habet ut homo liber pro debito nulla-
tenus teneatur si res defuerint que pos-
sint eidem debito adici. Creditores eius
nos ut asserit ad octoginta solidos con-
dentie possibile est. Et quia multum est

ut a nihil habente homine octoginta soli-
dos petant, sexaginta solidos tibi per
notarium transmisimus ut tu cum eisdem
creditoribus subtiliter loquaris et eorum
reddas, quia filius eius qui tenet dicitur
secundum leges teneri non potest. Et si per sic-
ad minus quam nos debemus descendant.
Et quia quod de eisdem sexaginta soli-
dis remanserit ipsi trade ut cum filio suo
commode vivere valeat. Si autem nihil re-
manet, vel ad eandem summam eius de-
bitum invadere stude ut possit sibi libere
postmodum laborare. Hoc tamen soller-
ter age ut acceptis solidis ei plenariam
munitionem scripto confirmat. Item.

Gregorius Castorio
diacono et cartulario Ravenne.
Inter cetera Paleiam vestro monachum
quem emendatum in monasterio beati
Johannis ... posito tradidisti in eo
cum monasterio sine dubio volumus perma-
nere pretera nequaquam necessitatem in ex-
pensis tua experientia patiatur de reddi-
tibus sancte Romane ecclesie qui illic te
presidente aggregati sunt omnes expen-
sas tuas te facere volumus, et quantum sump-
serit nobis cum veneris defer. Item.

Gregorius Romano
defensori. Divinorum nos ammo-
nent eloquia preceptorum necessitatem
patientibus ecclesiasticam prebere subsidium.
Experientia ergo dilectissimus frater noster Sipa-
nus diaconus Gaudiosum defensorem
... qui ... degere ... paupertatis asserunt inopia constringi.
Ideo experientie tue presenti auctoritate manda-
mus ut a prima sexta indictione vi solidos
annis singulis ei dare non differas ut et
ille huius remedii solatio potiatur, et tu
quod dederis tuis sine dubio rationibus to-
lubus imputando. Item.

Gregorius Libertino expretori.
Quanta nos seculi huius premat an-
gustia incognitam non habemus. Sed quia in
summa tribulatione positus solacii conso-
lationis misericordia creatoris in eum specu-
larem ponite ad ipsum tota nos mente
convertite. Qui enim et iuste que vult permit-
tit affligi, et confidentem in se misericor-
diter liberabit. Ipsi ergo gratias agite, et
patienter quecumque illata sunt sustinete.
Item.

Nam vere mentis est deum non solum in prosperis benedicere sed etiam in adversitatibus collaudare. In his igitur que patimini nullum contra deum murmur cordi vestro subripiat, quia ad quid hec tribulatio vel operetur ignotum est. Forsitan enim magnificentia fili aliquid illum in prosperis positus offendisti. Unde te clementie amaritudini vult purgari, et ideo nec temporalis te frangat afflictio nec rerum dampna dissolvant. Quia si in adversitatibus gratias referentes deum tibi paratum feceris esse placabilem, et que amissa sunt multiplicata reddentur, et super hec gaudia etiam prestabuntur. Petro autem ne iniuriosum dicatis quod xx annos vestitus ad pueros vestros per Romanum defensorem scripsimus preberi. Quia beati Petri apostoli rebus convenit parva sint que offerantur, per magna semper benedictione supplenda sunt, quod et hic vobis valebit maiora impendere, et apud omnipotentem deum beneficia etiam prestare. Item.

Gregorius Philippo episcopo Custe[illegible]. Epistolas dilectionis tue in quibus michi innotescere curavit quod vir venerabilis Andreas presbiter de hac luce migravit. De tua ereptione gavisi sumus, quia ad ea que semper desideraverat gaudia etiam pervenit. De solidis vero quos pro faciendo xenodochio a filio nostro Probo abbate. Sed solummodo relicti sunt. Hoc quoque deliberatum fuerat ut fieri debuisset immutari non potuit. Sed benedictionem parvulam sanctitati vestre l solidos transmisi.

Longum est unumquemque specialiter elemosinarum eius saltem breviter prosequar actiones. Hoc breviter assero quia et non petentibus hilariter ministravit. Unde Helie [illegible] et abbati provincie Isaurie [illegible] sicut mandastis transmisimus et post pauca.

Solidos autem voluistis pro utilitatibus celle l transmitti, quos [illegible] esse estimatos ex eis nobis x donastis ut xl mitteremus. Sed ne forsitan vel hoc grave esset, alios nobis ex eis adhuc dignati estis largiri. Sed quia nos valde in continentia vestra benignos invenimus eidem benignitati vice simili respondentes l transmisimus. Et ne forsitan minus essent, alios x superaddidimus. Ne et hoc adhuc minus esset, alios xx inserimus. In hoc autem cognoscimus caritatem, quia de nobis ita presumitis sicut nos presumere debetis. Item eidem.

[illegible]liano. Epistole vestre scripta suscipiens legi, letus aperui sed tristis perlecta reposui. In eisdem quippe dicebat quod pro dictis causa fuerit michi vos ea que tenda erant tempore longo tacuisse. Et tertium est quia minus amat qui adhuc erubescitur. Absque modo contristatus sum quia me a vobis comperimus quem estimaverim amari. In hoc autem valde me contristatis, si mercedibus [illegible] assidue impendendis studiose requiritis. Debet esse verecundie ei aliquid de [illegible] sinis importune dicere que constat non suas, sed ad dispensandum res pauperum [illegible]. De causis itaque mercedis apud [illegible] libere agere debuistis. Nam si mens [illegible] qualis in amore vestro existat nescitis, postea et nos animo gloriam vestram diligimus et dispensationis locum in rebus sicut satis pauperum tenemus, pro [illegible] verecundia valde accusabilis [illegible]. Quam ideo tot verbis increpando [illegible] quorum ut hanc a corde vestro funditus expellam et in mercedis causis magis placari vere presumptionis. Beati Monasterii itaque vestro quod a vobis in Cathanensi urbe constructum est per Adrianum [illegible] et rectorem patrimonii eiusdem [illegible] pagina x annos solidos dari continens. Quos petimus sine murmure [illegible] accipi, quia non habet vestra oblatio, sed sancti Petri apostolorum principis benedictio [illegible]tur.

Sane quia sunt nonnulli qui ea que habent retribuunt, sed aliena que non habent rapere non desistunt, et sunt valde videri [illegible] appetunt, valde violenter ab habentibus auferunt, quasi misericorditer non habentibus largiantur. Has hic Gregorii epistolas insero, quibus eius innocentia mirabiliter docetur. Ait enim in epistola Panthaleonem notarium sapientia tua quod ubi quale apud sacratissimum corpus beati Petri apostoli [illegible] prebuerit memor est. Unde nos quos [illegible] scaui ei discussionis causas in primo[illegible]

[Pe]tris siracusane commisimus. Oportet ergo
fidem tuam et censum beati petri apostoli timo-
rem semper ante oculos habere, atque ita agere
ut neque ab hominibus in presenti vita neque ab
omnipotenti deo in extremo iudicio valeas
reprehendi. Valerio siquidem cartulario
nostro narrante cognovimus, quia modius
quo coloni ecclesie frumenta dare compelle-
bantur xx. et v. sextariorum inveniens qui-
busdam exceptis fuimus, atque eandem discus-
sionis causam te tarde fecisse dolemus
[..]maros eundem modium te fregisse et in-
[iu]m fecisse comperimus gavisi sumus. Sed
quia predictus cartularius summam quam nobis
indicare studuit que de fraudibus conduc-
torum apud experientiam tuam iam de du-
obus victoribus(?) est collata, sicut te studiose
fecisse fatemur(?) iniusto modio gaudemus
[ta]men in futuro nobis ita etiam de precede-
ntis cogitamus ne sic aque(?) fraudulente
conductores a rusticis abstulerunt ad
nos pervenire pecunia que ab ipsis percepta
sunt ad nos trahantur. Et ideo volumus
ut omni fide omnique puritate considerato tio
omnipotentis dei redducta ad memoriam
[be]ati petri apostoli per unamquamque massam
colonos pauperes et indigentes experi[enti]-
am tuam describere, atque ex eis pecu-
niis que in fraudibus sunt inventa vac-
cas oves porcos que comparare et in singu-
lis colonis pauperibus ea distribuere. Quod
tamen te cum consilio viri reverentissimi do-
mni Johannis episcopi atque adriani cartula-
rii et rectoris volumus. Qui aut necesse pre-
consilium fuerit etiam filius meus dominus
Julianus debet adhiberi. Ita ut nullus
alius hoc cognoscat, sed omnino secretum
sit. Vos igitur apud vos praticate(?) ve-
m animo an certe in pecuniis eisdem co-
lonis pauperibus dare eadem continen-
tia debet. Tantum quid vobis commodius fuerit pre-
[..] per discretionem sicut providi factores pro
modium singulis iuxta qualitatem pau-
pertatis sue distribuere stude. Ego enim sicut
magister gentium testatur habeo omnia et
habundo nec pecunias sed mercedem quero
Ita ergo age ut in die iudicii de eadem tan-
ta mercede que experientie tue commissa est
mihi fructum quem feceris ostendas. Si expu-
[..] et fidelis ac sollicite egeris et hic illum
[..] filiis tuis recipis et postmodum retribu-
tionem plenariam in eterni iudicis examina-
cione habebis

Item eidem petro subdiacono. Per
responsalem tuum tarde dimisimus
paschalis festivitatis occupationibus
implicati eum relaxare etiam nunc va-
luimus. Causas vero in quibus indicandum
curasti omnes subtiliter perquirentes qualiter
disposuerimus melius agnosces. Cogno-
vimus rusticos ecclesie vehementer in frumen-
torum precio aggravari ita ut instituta sum-
ma eis in comparatione habundantie tempore
non servetur. Et volumus ut iuxta precia
publica omni tempore sive minus sive am-
plius frumenta nascantur in eis compa-
ratio mensura teneatur. Frumenta autem
que naufragio perierint per omnia volu-
mus reputari ita tamen ut a te negli-
gentia ad transmittendum minime fiat.
Ne dum transmittendi tempus negligi-
tur dampnum ex vitio vestro generetur.

Valde autem iniquum et iniustum esse
perspeximus ut a rusticis ecclesie
de sextariaticis aliquid accipiatur et ad
maiorem modium dare compellantur
quam in horreis ecclesie infertur. Unde
presenti admonitione precipimus ut plus
quam decem et octo sextariorum modio in-
numquam a rusticis ecclesie frumenta debeat
accipi nisi forte si quid est quod naute
iuxta consuetudinem superaccipiunt quod
minime ipsi in navibus attestantur.

Cognovimus etiam
quod in aliquibus massis ecclesie exac-
tionem valde iniustissima fieri. Ita ut
septuagenum ternum semis quod dici ne-
fas est conductores exigantur et adhuc
neque hoc sufficiat sed insuper aliquid ex usu
iam multorum annorum exigi dicantur.
Quam rem omnimodo detestamur et
amputari de patrimonio funditus vo-
lumus. Sed tua experientia sive in hoc
quod per libram amplius sive in
aliis minutis oneribus et quod ultra
rationis equitatem a rusticis accipitur
penset, et omnia in summam pensio-
nis redigat, ubi prout vires rus-
ticorum portant pensionem integram
et pensantem ad septuagenum binas
persolvant, et neque siliquas extra libras
neque libram maiorem exigere debe-
ant, sed per estimationem tuam pro ut

virtus sufficiat in summam pensionis ex-
crescat, et sic turpis exactio nequaquam fiat.

Ne autem post obitum
meum haec ipsa onera quae super
pensionem illata subtrahimus, et in par-
te pensionis iterum accrescere, rursum in
quolibet addantur, et inveniatur summa
pensionis augeri, et onera adiectionis
insuper rustici compellantur, volumus
ut securitatis libellos ita de pensio-
nibus ita facias, quatenus in primas di-
cas tantam pensionem unusquisque de-
bere persolvere, sibi abiectis siliquis
oneribus vel grammaticis. Quod autem ex
his minimis in usu rectoris accedebat, vo-
lo ut hoc ex praesenti missione mea ex summa
pensionis in toto veniat. Ante omnia
hoc te volumus sollicite attendere, ne in-
iusta pondera in exigendis pensionibus
ponantur. Sed si qua talia inveneris,
frange, et nova recta constitue. Quia
et filius meus servus Dei diaconus iam
talia invenit quae ipsi displicuerunt, sed li-
centiam haec immutare non habuit. Exceptis in-
iusta ergo pondera praedicta excepta et illata
nihil aliud volumus a colonis ecclesiae
exigi.

Praeterea cognovimus quod prima illatio
burdationis rusticos nostros vehemen-
ter angustet, ita ut prius quam labores
suos venundare valeant compellantur
tributa persolvere. Qui dum de suo vendere
dare non habent, ab actionariis publicis mu-
tua accipiunt, et gravia commoda ex eodem
beneficio persolvunt. Ex qua re fit ut dispen-
diis gravibus coangustentur. Unde praesenti
admonitione praecipimus, ut omne quod mu-
tuum pro eadem causa ab extraneis accipe-
re poterant, a tua experientia in publico
detur, et a rusticis ecclesiae paulatim ut ha-
buerint accipiatur, ne dum in tempore co-
angustantur, quod eis postmodum suf-
ficere in fundum poterat, prius compulsi
vilius vendentes, et hoc eis minime
sufficiat.

Pervenit etiam ad nos quod de nuptiis
rusticorum immoderata commoda per-
cipiantur. De quibus praecipimus ut omne
commodum nuptiarum unius commodi sum-
mam nullatenus excedat. Qui qui sunt
pauperes etiam minus dare debent. Qui
autem divites, praefati solidi summam nullatenus
transgrediantur. Quod nuptiale commo-
dum nullatenus volumus in nostra ratione redi-
gi, sed utilitati conductorum proficere. Cognovi-
mus etiam quod quibusdam conductoribus mo-
rientibus parentes sui non permittuntur succe-
dere, sed res eorum ad usus ecclesiae pertrahi.
De qua re diffinimus ut parentes mori-
entium qui in possessione ecclesiae degunt he-
redes eius succedere debeant, nec aliquid de
substantia morientium subtrahatur. Si
filios parvulos aliquis reliquerit, quousque
ad aetatem talem veniant ut substantiam sui
regere valeant, persona eligatur caute[?]
peritum[?] eorum res tradi debeant ad cu-
stodiendum. Cognovimus etiam quod si quis
ex familia culpam fecerit, non in ipso sed in
eius substantia vindicatur. De qua re prae-
cipimus ut quisquis culpam fecerit, in ipso
quidem ut dignum est vindicetur, a com-
modo autem eius abstineatur omnino. Ne forte au-
tem aliquid quod in usu exercitatoris[?]
eiusdem tui missus fuerit proficere possit. Co-
gnovimus quia etiam quotiens conductor
aliquid a colono suo iniuste abstulerit,
hoc quidem a conductore exigitur, sed
ei non redditur a quo ablatum est. De qua
re praecipimus ut quicquid violenter cui-
quam ex familia ablatum fuerit, ipsi resti-
tuatur cui ablatum est, et utilitati nostrae
proficiat, ne nos ipsi auctores violentiae
esse videamur.

Praeterea volumus ut si quando coe-
simus[?] in obsequio experientiae tuae
in aliquibus causis quae sunt extra patri-
monium tuis[?] sumptibus, praemia quidem ex
commoda accipiant, sed tamen ita in cor-
utilitate proficiat. Quia nos sacculum
ecclesiae ex lucris turpibus nolumus in-
quinari.

Iubemus etiam ut hoc experien-
tia tua summopere custodiat, ut per ea no-
minum conductores in massis eccle-
siae numquam fiant, ne dum commodum quae-
[ritur], conductores frequenter mutentur. Ex
qua mutatione quid aliud agitur ni-
si ut ecclesiastica praedia numquam colantur. Sed
ipsa etiam libellatica pro summa pen-
sionis fuerit moderentur. Rectores et alia
ria non plus de massis ecclesiae te accipe-
re volumus nisi quantum consuetudo est. Illa
autem quae comparari iussimus ab extraneis
comparentur. Pervenit autem ad nos

sibus anni Petro conducti de sub patria
a iniuste ablatas. De qua causa fanti
defensorem subtiliter require. Et si ma
nifeste iniuste et incompetenter ablate sunt
sine aliqua tarditate restitue.
Cognovimus etiam rusticos burdina
tinae quam iam ab eis exactam Theo
sius nunc persolverat iterum dedisse
ita ut in duplo exacti sunt. Quod ideo
factum est quia eius substantia ad debitum ecclesie
non sufficiebat. Sed quoniam a filio meo
domno dei diacono edocti sumus quod ex rebus
substantie eius possit hoc ipsum dampnum
sufficienter resarciri volumus ut vii solidos
eisdem rusticis sine aliqua imminucione re
stituas ne in duplo videantur exacti. Erat
autem dampnum rusticorum etiam xl solidi
de rebus Theodosii remaneant quos rapiend
dictis heredes volumus ut filie eius reddat
Et res suas quas in pignore dederat re
cipere debeat. Tu etiam Bariola presbiter sui
restitui volumus. Campaniam gloriosus
magister militum vii solidos annos Iohan
notario suo reliquerat ex massa Narro
niana. Quos dare te annis singulis sine
aliqua dubitatione precipimus peticionem pli
conductoris ecclesie nostre omne mobile eiusdem
simpliciter percepit exceptis dumtaxat solidis
etiam de solidis illis te volumus solidos
xxv.

Suppositorum aliquod argentum
pro uno solido dicitur esse appo
situm et aliud pro sex solidis dicitur esse
appositus. Interrogato domino secreta
rio vel aliis qui sciunt prius debitum reci
pe et vascula prefata restitue.

Agimus autem gratias sollicitudini tue
quia de causa fratris mei percepit
ut argentum illis transmittere debuisses
et sic oblivioni mandasti ac si tibi ali
quid ab extraneo tuo diceretur. Quod iam
vel modo non experientia sed negligentia
tua studeat implere vel quidquid eius
apud te antehominum fuisse cognoveris
sub omni velocitate transmittere.

De causa Sapprumgi iudei
epistola aliqua est inventa quam
tibi fecimus transmitti ut eam relegens
et subtiliter causam eius vel vidue cuius
dam que in eodem negocio dicitur implicata
cognoscens de lta uno solidis qui red
di noscuntur, sicut iustum est visum fuit

visum fuerit. Ita ut res aliene nullo mo
creditoris defraudentur.

Antheminu medietas legati sui
data est medietas redimetur.
Quam medietatem ex communi substan
cia eius volumus adimpleri. Ut non
solum eius sed etiam defensoribus et peregri
nis quibus legati titulo aliquid dereliquit
Et familie legatum persolvi volumus quod
tamen ad nos pertinet. Sollicita ergo ratione
per tua pervitate debet per nonem unctis per
solvi.

De solidis ecclesie etiam sine volu
ntate ut aliquid clericis eiusdem
largiaris, quibus et his qui nunc inopiam
patiuntur sustentationem aliquam habeant.
Et si illic voluerit deus ordinari episcopum
habeat unde subsistat. De lapsis sacer
dotibus vel quolibet ex clero observare te volu
mus ut in rebus eorum nulla contami
natione misceatis, sed per prima ecclesia
ria monasteria require que secundum deum vi
vere sciunt, et in eisdem monasteriis ad pe
nitentiam lapsos trade, et res lapsorum
in eo loco proficiant in quo agere penitentiam
traduntur, quatenus ipsi ex rebus eorum sub
sidium habeant qui de correctione eorum sollici
tudinem gerunt. Si vero habeant parentes
vel res eorum legitimis parentibus dentur
ita autem ut eorum stipendium qui in peni
tentiam dati fuerint sufficienter debeant
prestari.

Si qui vero ex familia ecclesiastica
sacerdotes vel levite vel monachi
vel clerici vel quilibet alii lapsi fuerint dari
eos in penitentiam volumus, sed res eorum ecclesiasti
co iure non subtrahi ad usum tamen suum
accipiant unde ad penitentiam subsistant
ne si inveniuntur locis in quibus dati fuerint
onerati sint. Si qui parentes sunt in possessione
ipsis res eorum tradende sunt ut ipsis
iure ecclesie conserventur.

Ante triennium subdiacones omnium
ecclesiarum Sicilie prohibiti fuerant
ut more Romane ecclesie suis uxoribus
nullatenus miscerentur. Quod michi durum
atque incompetens videtur ut qui usum
eiusdem continentie non invenit neque casti
tatem ante promisit compellatur a sua
uxore separari atque per hoc quod absit de
terius cadat. Unde videtur michi ut a
presenti die episcopis omnibus dicatur ut nullo

facere nisi qui se victurum castitate promiserit
quatenus et preterita que propositum mentis ap-
petita non sunt violenter non exigatur
et futura caute caveatur. Eum vero qui post
eandem prohibitionem qui ante triennium
facta est continentes cum suis coniugibus
vixerunt laudandi sunt atque remune-
randi et ut in bono suo permaneat exhor-
tandi. Hos autem qui post prohibitionem factam
se a suis uxoribus continere noluerint
pervenire ad sacrum ordinem nolumus
quia nullus debet ad ministerium altaris
accedere nisi cuius castitas ante susceptum
ministerium fuerit approbata. Liberatio nego-
tiatori qui se ecclesie commendavit qui
habitat in massa ciciliana annonam con-
tinentiam volumus atque fieri. Cuius con-
tinentie summam ipse estima qualis
esse debeat, ut remaneat nobis ratus
possit coram nobis imputari. De puta de re-
tione iam a filio meo fratre dei diacono
perpenn

Faustinum defensorem. Iohannes
quidam monachus moriens
in vi. uncijs heredem dimisit. Cum hoc
quidem quod dimissum est tradere se
per contestare eum ut hoc facere ulterius
non presumat, sed pro labore suo statue quod
attinat ut ei vacuus labor suus esse
non debeat ut hoc meminerit ut qui
ecclesie stipendijs subsistit ad lucra propria
non anhelet. Si quod vos sine peccato
sine appetitu concupiscentie pro eos qui
causas ecclesie agunt ad ecclesiam venit
dignum est ut ipsi vacui ex labore suo
esse non debeant. Sed in tuo sensu iudi-
cio qualiter debeant remunerari

De argento rusticiani
Dt causam subtiliter requirere et quod
quid tibi iustum videtur exequere

Alexandrum virum
Amagnificum admone ut causam
suam cum sancta ecclesia decidere debeat.
Quod si facere forte neglexerit causam
tamen cum timore dei honestate servata
ut petes exequere. In qua re etiam largi-
re aliquid volumus et si potest fieri quod alijs
dandum est ipsi relaxetur dummodo
causam quam nobiscum habet peroccat

Donatum ancille dei
Dque lapsa est et monasterio da-
ta omni postposita tarditate restitue

Clius ipse locus ut sicut supra dixi rer-
stipendia habeat qui eius sollicitudini
labores portat. Sed et quicquid ab al-
terius substantia tenetur recollige
monasterio prefato trade

Pcusiones xenodochij de via
na quantas michi indicasti quam
apud te habes nobis dirige. Antonio
autem qui in eodem primomo depu-
ta prout tibi videtur ei aliquid larg-
De ancilla dei que cum theodosio sunt
nea nomine videtur michi ut ei con-
venientiam facias si utile conspicias an
certe donationem quam fecit reddas et
nun monasterium quam anthonius datis
solidis a monasterio tulerat recepto
solidis omni postposita tarditate restitue
quas per portitorem presentium retulisse
Damium uni si vacat et occupatus
te non est ad nos dirige. Felix con-
tor domine campane quem libertum
liquerat atque esse indignissimum insi-
nuerit. Si a maximo subdyacono lx
solidos tutos pro quibus dandis asserit
quia omnes res suas quas in sicilia
habuit venundavit ubi appositi sunt. Sed scien-
tia dixerunt quia de fraudibus in-
tussus esse non potest. Dum tamen ad nos
de campania reverteretur facta tem-
pestate mortuus est. Cuius te volumus
uxorem et filios requirere. Et quicquid
appositi erat ubi vendiderat apposita ab-
solue de venditis pretium restitue et mi-
ei aliquos alimentum prebe. Crama de...
nius siciliam miserat et ibi ei que ad...
bat abstulerat. Cognosce ergo que ab-
lata sunt et uxori filijsque eius sine ali-
qua mora restitue. Hec omnia sollicite ne-
ge omnemque illam familiarem tuam ne-
gligentiam postpone

Scripta mea ad rusticos que dixi
Sper omnes massas fac relegi ut
sciant quid contra violentias ex auc-
toritate defendere debeant eis quoque vel authen-
tica vel exemplaria eorum dentur

Uide ut omnia absque immi-
Unutione custodias quia de his
que tibi perspicua iustitia scribo ea ab
aliorum et tibi si negligis obligabis. Terribi-
lem iudicem venientem considera de
adventu illius mens tua considerato con-
tremescat. Ne tu sine causa iam t...

-et cum coram illo celum et terra tirum sit. Audisti quid volo, vide quid agas.

Ceterum de gregoriane liberalitatis innocentia me retulisse sufficiat, ceterorum quia famis tempore videlicet haberet unde Christi pauperibus subveniret frumenta comparare studebat nullo modo pretermittam. Sic enim in alia epistola eidem Petro subdiacono inter cetera: Quinquaginta auri libras dona, frumenta ab extraneis comparata in Sicilia in locis in quibus non pereant, ut mense Februario illuc naves quantas possumus dirigamus, ut eadem ad nos frumenta deferantur. Sed et si nos transmittere cessaverimus, ipse naves perinde et ad hoc auxiliante Domino Februario mense habeat, eadem frumenta transmitte, exceptis dumtaxat frumentis que nunc mense Septembrio vel Octobrio iuxta consuetudinem transmitti postulamus. Ita ergo tua experientia faciat ut sine aliqua vexatione colonorum ecclesiastica frumenta congregentur, fames vehementer immineat.

Cum igitur libertatis multitudinem quidam heremitarum vir magne virtutis qui nichil in mundo possidebat preter unam cattam, quam blandiens crebro quasi cohabitatricem in suis gremiis refovebat, cognoscere votis orasse fertur ad Dominum ut ei ostendere dignaretur cuius future remunerationis mansionem sperare deberet qui pro illius amore seculum deserens nichil ex eius divitiis possideret. Cumque nocte quadam dormiens cognosceret sibi revelatum fuisse cum Gregorio Romano pontifice mansionem sibi sperandam sperare deberet, cepit ille fortiter ingemiscens parum sibi profuisse voluntariam rerum inopiam tanta quam sic remunerationis ieiunia sectatus eorum mansioni recipit qui tantis mundialibus divitiis redundaret. Cumque vero Gregorianas divitias sue paupertati die noctuque suspirando conferret, alia nocte quiescens audivit sibi Dominum in sompnis dicentem: Quando divitem non possessio divitiarum sed cupiditas facit, cur audes paupertatem tuam Gregorii divitiis comparare, qui magis illam cattam quam habes cottidie palpando, nulli quam conferendo diligere comprobaris quam ille qui tantas divitias non amando sed contempnendo cunctis quam liberaliter largiendo dispergit. Ita solitarius inter spatia Deo gratias retulit qui et meritum suum detraxisse putaverat si Gregorio conferretur, orare vehementer cepit ut cum eo mansionem quandoque reperire mereretur. Sed istius etiam secundi libri finis adveniat, ut que secutura sunt auxiliante Deo tertius prosequatur.

Explicit liber secundus vite beati Gregorii Romani pontificis. Incipiunt capitula libri tercii.

sibi cardinalem sacrauerit
¶ Quod alterius ecclesie clericos aliis xx.
incardinari prohibuerit
¶ Quod numquam prioribus clericis xxi.
posterius ordinatos pretulerit.
¶ Qualiter defunctorum episcoporum xxii
ecclesias vicinis visitatoribus committebat
¶ Quod pro inuentario faciendo xxiii
nichil accipiendum esse decreuerit
¶ Quod consuetudines dationum xxiiii
vel exeniorum repulit.
¶ Quod episcopos non nisi semel xxv
in quinquennio venire statuerit
¶ Quod etiam rerum precia xxvi
recipere recusarit
¶ Quod suffraganeis suis spatia xxvii
vite prorogarit
¶ Quomodo curiose ab eisdem xxviii
sanctitatem sapientiam et liberalitatem
querebat
¶ Ubi maximianum episcopum pro xxix
auaricia notat.
¶ Ubi serenum episcopum pro confrac xxx
tis ymaginibus arguit
¶ Ubi ianuarium episcopum xxxi
suas iniurias vindicantem detestat.
¶ Ubi eundem pro etate ro xxxii
ne messis exasperat
¶ Ubi desiderium episcopum pro xxxiii
lectione librorum gentilium corripit
¶ Ubi natalem episcopum de negli xxxiiii
gentia simul et conuiuiis reprehendit
¶ Quomodo facetissime eundem xxxv
propriis assertionibus obligat
¶ Quod episcopos ab ecclesia sua de xxxvi.
esse vetuerit
¶ Quod episcopos per diuersa loca xxxvii
non vagari censuerit
¶ Quod lapsum proprie non xxxviii
dubitauerunt uxorie commendare.
¶ Ubi meabianum episcopum . xxxix
pro femina que religiosum habitum
mutauerit arguit
¶ Ubi sergium defensorem pro xl.
negligentia reprehendit
¶ Ubi pascasium episcopum pro xli
fabrica nauis et sui vtilitate compescit
¶ Ubi campanorum episcoporum xlii
et victoris panormitani negligentias
increpat.
¶ Quomodo moderate andream xliii.
episcopum pro concubina diiudicat.

¶ Quod a prauis consiliariis xliiii
abstinendum censuerit
¶ Quod lapsos vel criminosos ab xlv
episcoporum familiaritate repulerit.
¶ Quod restringendam prepositorum xlvi
iram et unius culpam aliis non esse no
ciuam statuerit
¶ Quod liberos homines verberari xlvii
vel includi vetuerit.
¶ Qualiter iudicum vicia xlviii
redarguens publicauerit
¶ Quod instigante diabolo iudi xlix
ces contra eum seuierint.
¶ Ubi mauricio imperatori . l.
pessimam legem ferenti viriliter con
tradicit.
¶ De ypocrisi iohannis . li
constantinopolitani episcopi se vniuersalem
fatentis.
¶ Ubi augustales litteras pro eo lii
supplicantes redarguit.
¶ Ubi tempora mauricii liii
moresque deturpet
¶ Ubi ypocrite superbiam liiii
sapienter eneruat.
¶ Ubi constanciam suam de lv
monstrans asserit se pro imperatore
nullatenus perditurum
¶ Quomodo ob eam postulatas reli lvi
quias imperatrici non dederit.
¶ Quod usque ad illa tempora roma lvii
nus pontifex pro reliquiis brandeum
conferebat.
¶ Quantis miraculis vestes lviii
sancti iohannis claruerint.
¶ Quid de eisdem vestibus sen lix
tiendum sit.
¶ Quod gregorius pestem vniuer lx
salis nominis a totius ecclesie vni
tate repulerit.

Explicitunt Capitula. Incipit liber tercius.

Talibus venerabilis papa
gregorius commissam sibi
diuinitus ecclesiam studiis ef
ficaciter gubernabat. Nam
ligures venetos hiberos aliosque a scisma
te sub libello confessionis calcedonensem
synodum venerari compellens ad vni
tatem sancte ecclesie reuocarat. Iam barbari
cinos sardos et campanie rusticos tam
predicationibus quam verberibus emendans

a ganizandi vnitate remoueat Nam
donatistarum heresim penes Affricam Ma-
nicheorum penes Ytaliam Arrianorum
penes Hyspaniam Agnoitarum pe-
nes Alexandriam scriptorum suorum vali-
dissimis auctoritatibus importunissimus
allegationibus domino suffragante a cor-
pore totius sancte matris ecclesie sequestrat
illa penes Galliam neophitorum heresis
symoniacis muneribus quasi in radici-
bus pullulans longe lateque per suos exte-
rat et manebat Contra quam venera-
bilis pater apud Brunhildim reginam
Teodoricum quoque et Theodebertum Franco-
rum reges fortiter expugnavit Donec collecta
generali synodo hanc subiectam anathe-
mathe dampnandam penitus imperaret
Hec ante Syagrio episcopo Augustinensis re-
gine et regibus pallium multis patribus fla-
gitantibus dedit qua prefato Syagrio suo
abbate ipsi quod de expellendis heresibus
Roma fecerant adimplerent Nam plures
Brunhildi regine invectus scribit dicens
Sacerdotale officium in tanta illic dicitur
ambitione perductum est ut sacerdos subito
quod grave nimis est ex laicis ordinetur
Sed quid acturus iste qui populo prelatus est
qui non ad utilitatem sed sicut ad honorem
episcopatum concupiscentie curis Hic igitur qui
necdum quod doceat didicerit Quid
aliud agitur nisi ut paucorum provectus
consiliatus fiat multorum interitus et in confu-
sionem ecclesiastice moderationis observantia
deducatur quippe ubi nullus regularis
ordo servatur Nam qui ad eius regimen
imperitus ut premittatur accedit qua ad
monitione subiectos edificet cuius exem-
plum non rationem docuit sed errorem Pu-
det profecto pudet aliis imperare quod ipse
nescit custodire Licet illud quidem quod
simili emendatione radendum pertimue-
rit omnino execrabile et esse gravissimum detesta-
mur eo quod sacri illic ordines per symoni-
acam heresim que prima contra ecclesiam or-
ta et districta maledictione dampnata est
conferantur Hinc ergo agitur ut sacerdo-
tis dignitas et sanctus sit honor in cri-
mine Perit utique reverentia adimitur disci-
plina quia qui culpas debuit emen-
dare committit et nefaria ambitione hono-
rabilis sacerdotii ducatur in despicationem
censura Nam quis denuo venerit quod

venditur Unde valde contristor et tibi
illi condoleo quia spiritum sanctum quem per
manus impositionem omnipotens deus ho-
minibus largiri dignatur divino munere
habere despiciunt sed premiis assecuntur Sa-
cerdotium illic subsistere diu non arbitror
Nam ubi dona superne gratie venalia iudi-
cantur ad dei servitium non vita queritur sed
magis contra deum pecunie venerantur

Item de eisdem Theodorico
et Theodeberto regibus Francorum

Inter aliqua fertur symoniaca here-
sis que prima contra dei ecclesiam dyabolica
plantatione subrepsit et in ipso ortu
suo telo apostolice ultionis percussa atque dap-
nata nunc in regni vestri finibus dampnat
Quum in sacerdotibus fides sit et elige-
da cum vita Si vita deest fides meritum
non habet Nunc enim opera esse valeant
sacerdotis qui honores tanti sacramenti
ti committitur optinent per premia Ex quo
re agitur ut ipsi qui sacros ordines
appetunt non vitam corrigere non
mores componere studeant sed divi-
tias quibus honor sacer emitur
congregat Hinc fit etiam ut insontes
et pauperes a sacris ordinibus prohibi-
ti despecti quoque resiliant et dum innocen-
tia pauperis displicet dubium non est quod
premium illic delicta commendet quia ubi
aurum placet ibi et vicium Hinc igitur
non solum in ordinatoris et ordinati
animam letale vulnus infigitur verum
etiam excellentie vestre regimen episcoporum
culpa quorum magis intercessionibus iuva-
ri debuerat pergravatur Si enim is digno
sacerdotio traditur cui non actionis meri-
ta sed premiorum copia suffragatur restat
ut nichil sibi in honores ecclesiasticos gra-
vitas nichil defendat industria sed totum
auri prophanus amor optineat Et dum
vicia honore remunerantur in locum
ultoris is qui forte fuerat ulciscendus
adducitur Atque hinc sacerdotes non profi-
cere sed perire potius indicant Vulnerato namque
pastore quis curandis quibusdam adhibet me-
dicinam Aut quid populum orationis clypeo
tueatur qui iaculis se hostium feriendum
exponit Aut qualem se fructum produc-
turus est cuius gravem peste radix infecta
est Maior metuenda est ergo locis illis
fore calamitas ubi tales intercessores ad

locum regiminis adducitur quam dei in se
magis iracundiam provocent quam per se
metipsos populis prelati debuerant. Nec hoc
quoque malum sollicitudo vestra patiatur
negligenter omittere quod quidam insti-
tu glorie manis illecti ex laico repente
habitu sacerdotii honorem arripiunt. Et
quid dicere qui tale est regendi recto-
res ne erubescant videri, nec metuunt
ducatum animarum impudenter assumere
quibus via omnis ignota doctoris et quo
ubi ipsi gradiantur ignari sunt. Nam
dum dux exercitus non nisi labore et
sollicitudine expertus eligitur quales
animarum duces esse debeant qui repente
culmen immatura cupiunt festinatione
conscendere. Hinc saltem rei comparatione
considerent, et aggredi repente inexper-
tos labores sustineant. Ne etiam honoris
ambitio et ipsis in pena sit, et aliis pesti-
fera errorum semina iaciant qui non di-
dicerunt quod doceant. Proinde pater-
no salutantes affectu petimus precellen-
tissimi filii ut tam detestabile malum
de regno vestro studeatis finibus prohibere.
Ut nulla apud nos excusatio nulla con-
tra animam vestram suggestio inveniat locum
quia consentiens procul dubio culpam
habet qui quod potest corrigere negligit emen-
dare.

Item per eisdem heresibus flagitio
episcopo augustinensi nuncio apud nos
disturbantem vulgatum est quod in
galliarum partibus sacri ordines per symo-
niacam heresim conferantur et vehe-
menti tedio cruciatus afficimur si in eccle-
siasticis officiis quicquam locum habet pecu-
nia et fit secularis quod sacrum est. Qui-
cumque ergo hoc pretii studet datione perci-
pere sacerdos non esse sed dici tantummodo
inaniter concupiscit. Quid si licet quid
per hoc aliud agitur nisi ut nulla de ac-
tu probatio, nulla sollicitudo de moribus,
nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo
dignus qui dare pretium sufficerit esti-
metur. Ex qua re si recti libraminis
examinatione pensetur, dum improbe ad
inanem gloriam festinat utilita-
tis arripere eo ipse magis quo honorem
querit indignus est. Si autem is qui in-
vitatus renuit quesitus refugit sacris
est altaribus admonendus. Sic qui ultro
ambit vel importunum se ingerit est pro-
cul dubio repellendus. Nam qui sic nititur
ad altiora conscendere quid agit nisi ut cre-
scendo decrescat, et ascendendo exterius
interius in profunda descendit. Itaque
hinc in sacerdotibus ordinandis sinceri-
tas vigeat, sit simplex sine venalitate
consensus, vita preferatur electio, ut ad
summa sacerdotii non suffragio vendito-
rum provectus, sed et dei credatur esse iudicio.
Nam quia grave omnino sit factum dei do-
num pretio comparare vel vendere evangelice
testis auctoritas. Templum autem dominus et re-
demptor noster ingressus cathedras vendentium
columbas evertit. Quid aliud columbas
vendere nisi pretio de manus imposi-
tione percipere, et sanctum spiritum quem omnipo-
tens deus hominibus tribuit venundare, quorum
sacerdotium ante dei oculos cadere cathedra-
rum utique patenter eversione signatum
est. Et tamen excrescit nequitie pravitas
vires suas dum cogit vendere quos com-
pulit ut emerent. Et dum non attenditur
quod divina voce precipitur Gratis acce-
pistis gratis date agitur ut crescat et ge-
minata fiat in uno eodem delicto conta-
gio ementis scilicet et vendentis. Ut dum
queat hanc heresim ante omnes radice
pestifera subrepsisse atque in ipso sua ori-
gine apostolica esse detestatione dampnatam.
Cur non cavetur, cur non perpenditur quia
benedictio illi in maledictionem convertitur qui
ad hoc ut fiat hereticus promovetur. Ple-
runque igitur adversarius animarum dum non
potest in his que ad scelerem sunt prava subri-
pere callide spectare quasi pietatis inserta nititur
supplantare suadet quod forsitan debere ab
habentibus accipi ut sit quod possit non
habenti erogari. Dum sint venena mor-
tifera elemosine celata obumbratione
transfundat. Nam nec venator feram
nec avem anceps decipit vel piscem piscator
capit, si aut ille laqueum in aperto proponat
aut illa esca hamum non tegit absconditum.
Summo ergo metuenda est et cavenda hostis
astutia, ne quos aperta nequit temptatione
subvertere, latenter telo se hinc valeat iu-
gulare. Neque enim elemosina reputanda est
si pauperibus dispensetur quod ex illicitis
rebus accipitur. Quia qui hac inten-
tione male accipit ut quasi bene dispensent
gravatur potius quam iuvatur. Si clem-

Nam redemptoris nostri oculis illa placet
hostia non de illicitis et iniquitate congesta
que de rebus concessis et bene acquisitis
impenditur. Unde etiam illud certum est
quia et si monasterium aut xenodochium vel quid
aliud construatur mercede non proficiat et
quo dum et prauus emptor honoris in lo-
cum se intromittit, et alios ad sui similitudinem
sub commodi datione constituit, plura male
ordinando destruit quam ille proficit edificare
qui ab eo pecuniam ordinatione accepit. Ne
ergo sub optentu elemosine tuum peccatum
aliquid studeamus accipere, aperte sacra scrip-
tura nos prohibet dicens: Hostie impiorum
abhominabiles que offeruntur ex scelere.
Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offer-
tur omnipotentis dei iracundiam non pla-
cat sed irritat. Hinc rursus scriptum est:
Honora dominum de tuis iustis laboribus. Qui
ergo male tollit ut quasi bene prebeat, constat
sine dubio quia dominum non honorat. Hinc
per salomonem dicitur: Qui offert sacrificium
de substantia pauperis ac si victimet filium in con-
spectu patris. Quantus autem dolor sit patris per-
pendamus si in eius conspectu filius vic-
timetur. Et hinc facile cognoscimus quanto
deus omnipotens dolore exasperatur quando
ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo
declinandum est dilectissime frater sub op-
tentu elemosine peccata symoniace heresis
perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemo-
sinas facere, aliud propter elemosinas peccata com-
mittere. Hoc quoque ad nos peruenisse non
dissimili dignum detestatione complectimur
quosdam desiderio honoris inflati defunc-
tis episcopis tonsurari et fieri repente ex laicis
sacerdotes atque inuerecunde religiosi propo-
siti ducatum arripiunt qui nec esse adhuc
milites didicerunt. Quid putamus
quid ista subiectis prestaturi sunt qui antequam
discipulatus limen attingant, tenere locum
magisterii non formidant. Quia durum ne-
cesse est ut si cuius moribus quamuis sit
meriti ante tamen per distincta ordinis ec-
clesiastici exerceatur officia videat quod imi-
tetur, quod teneat ut postea non debeat er-
rare qui eligitur viam errantibus demonstrare.
Diu ergo religiosa meditatione probatur
ut placeat, et sic lucerna super candelabrum
posita luceat ut ad usum ventorum viribus tri-
bus conceptam eruditionis flammam
non extinguat sed augeat. Nam cum scriptum

sit ut prius quis probetur et sic ministret
multo ante probandus quem ipsi inter-
cessor assumitur ne fiant causa ruine
populis sacerdotes mali. Nulla igitur
contra hoc excusatio nulla potest esse defensio
quia cunctis liquido notum est que sit
in hanc rem diligentia sancta egregii sollici-
tudo doctoris qua neophitum ad ordines
vetat sacros accedere. Sicut autem tunc
neophitus dicebatur qui initio in sancte
fidei erat eruditione plantatus, sic mo(do)
neophitus habendus est qui repente
religionis habitu plantatus ad ambien-
dos honores sacros irrepserit. Ordinate
ergo ad ordines ascendendum est, nam ca-
sum appetit qui ad summa loci fastigia
postpositis gradibus per abrupta querit
ascensum. Et cum idem apostolus doceat et
alia sacri ordinis instituta disciplinam ma-
num non esse cuiquam cicius imponendam.
Quid ne precipitanter quisquam ut exordiatur
a summitate principium, et antequam esse inci-
piat discipulus sit magister. Et qui sibi gra-
dum sacerdotii non ad elationis pompam sed
ad utilitatem adeptum desiderat prius vires
suas cum eo quod est subiturus honore me-
tiatur, ut et impar abstineat, et ad ea
cum metu etiam qui se sufficere existimat
accedat. Nouum autem non facimus, sed si ad
argumentum racionabilium usum rerum
irracionabilium colligamus. Recepta namque
edificacionibus de siluis ligna succiduntur
nec tamen viribus adhuc edificii pondus
imponitur nisi eorum viriditatem multorum
dierum mora siccauerit, et apta necessario
usum effecerit. Que si obseruancia forte
negligitur, cicius imposita mole fran-
guntur et gignunt ruinam ad auxilium
res prouisa. Hinc etiam medici qui corpo-
rum curam gerunt quedam adiutoria recenti
adhuc confectione formata indigenti non
offerunt sed medicanda temporibus dereliquunt.
Nam si curatur quis dederit dubium
non est quia sit causa periculi res salutis.
Distant itaque distant in officio suo sacer-
dotes animarum quibus credita est cura
sinere quod diuersarum homines doctrine
racione custodiuntur, et ea percepti cum am-
bitione, et si non metu saltem pudore
contineant. Sed ne forsitan adhuc prauitate
se consuetudinis cuiusque velit obiectu
defendere fraternitatis tue discretio racio

ius cor freno cohercat et labi in illicitis non permittat. Prima quidem deo ultionem dign[a] est non ad imitationis sed potius ad cor[rectionis] debet correctionis adduci et perpetua [...]

Decretis itaque que superius dicta sunt firmatis vere auctore deo volumus synodum congregari atque in eo reverendissimo meo fratre Argio episcopo et dilectissimo filio meo Cyriaco abbate mediantibus omnia que sanctis canonibus sicut prediximus sunt adversa distincte sub anathematis interpositione dampnentur id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum presumat vel pro datis accipere neque ex laico statu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire. Neque ut alie mulieres cum sacerdotibus habitent nisi ille que sacris canonibus sunt permisse etc.

Has pestiferas hereses cernens prudentissimus doctor Gregorius per sacerdotum cohibentiam sine castitatem magis magisque diffusis inneribus quasi pestifer cancer non solum infima posse corrodere verum etiam fortia membra invasione pulcerrimi matricerum corrumpere divino zelo commotus victori episcopo qualem sententiam protulit dicens. Cum scimus ad hec facinus videlicet symoniace ac neophitorum heresim emendandam officii sui consideratione vehementer non hesserit cum ipso se habere non dubitet portionem. A quo prius hoc piaculi flagicium sumpsit exordium.

Cum vero quosdam cognosceret ad evitanda symoniace heresis crimina pestifere negotiationis munera pastellaticum callide vocare ac quasi mutato nomine sue cupiditatis avaritiam velle contegere prudentissimus doctor Gregorius sententiam quam in primordio sui pontificatus coram synodo promulgaverat iterato protulit dicens. Antiquam patrum regulam sequens nulli unquam de ordinationibus aliqua accipiendum esse constituo. Item Iohanni episcopo corinthiorum. Per multa nomine inquit firmitas vestra quia superius pallium nisi dato commodo non dabatur. Quod quia incongruum cast[...] concilio ante corpus beati petri apostolorum principis facta de hoc quod de ordinationibus aliquid accipere districta interdictione vetuimus. Oportet ergo ut neque pro commodum neque per gratiam aut quarundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis vel permittatis adduci neque ordinationis pallii neque ex contradictione carte ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione pastellum. Cum ordinato episcopo pontifex manum imponit evangelicam vero lectionem minister legit confirmationis autem epistolam notarius scribit sicut pontificem non decet manum quam imponit vendere. Ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem vel calamum vendere. Pro ordinatione ergo vel usu pallii seu cartis atque pastellis eundem qui ordinandus est vel ordinatur omnino aliquid dare prohibemus. Quibus predictis rebus si quis quidem aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte presumpserit in districto dei omnipotentis examine reatu subiacebit.

Sed astuta turpissime cupiditatis iniquitas non sufferens tantis se commodis licet turpissimis privari pessimis angustam commentum fallacie artificiosum repperit quo scilicet sacerdotio illos sublimaret qui sibi post consecrationem tanto subiectiores esse debuissent quanto divino quam potius humano iudicio se fuisse promotos ipsi procul dubio reputarent. Sicut omnipotentis dei preco Gregorius in euangeliorum tractatibus ut scilicet frequentius legi vel audiri potuisset disputat inquiens. Sunt nonnulli qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hii nimirum quod gratis acceperunt gratis non tribuunt quia de impenso officio sanctitatis nummum favoris expetunt. Unde bene cum iustum virum describeret propheta ait. Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque dicit Qui excutit manus a munere sed adiunxit ab omni. Quia aliud est munus ab obsequio aliud munus a manu aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa. Munus a manu pecunia [...]

definitionem vestram aliquod non possit li-
quide remanere. Si vero aliqua ex lege
nobis ad praesidendum synodum fuerit nata du-
bietas, sapientiae vestrae et quem nostis dei
timorem habere prae oculis requirite ut ab eo
modo sit legitimo informata nullam
reprehensionem vestrae definitionis valeat
calculus sustinere. Mense Novembri
indictione VI. Gregorius Brunichilde
reginae Francorum. 231

Inter quae hoc apud nos tenet praecellentiae
principatum quod in mediis huius mundi
fluctibus qui regentis animos turbu-
lenta solent vexatione confundere ita cor
ad divini cultus amorem et venerabilium locorum
disponendam quietem reducitis ac si vos nulla
alia cura sollicitet. Unde quia huius-
modi praepositorum actio subiectorum magna
solet esse munitio, prae aliis gentibus Fran-
corum gentem asserimus quae sic bonis omni-
bus praeditam meruit habere reginam. Ex pluri-
bus autem vestris indicantibus agnoscentes eccle-
siam sancti Martini in suburbano Augustidu-
nensi atque monasterium ancillarum dei necnon xe-
nodochium in urbe eadem construxisse
valde laetati sumus et gratias omnipotenti deo
retulimus qui cordibus vestris sinceritatem ad haec
operanda compungit. Qua de re ut et nos
bonis vestris in aliquo participes haberemur
privilegia locis ipsis pro quiete et munitione
illic degentium sicut voluistis indulsimus.
Nec excellentiae vestrae amplectenda nobis
desideria vel ad modicum differre pertulimus.
Paterna proinde caritate salutationis persolven-
tes alloquium indicamus illustribus filiis
nostris vero vestrae excellentiae famulis ac lega-
tis Burgoaldo et Warmaricario nos scedam
scriptam vestram praebuisse secretum. Tam omnia quae
sibi iniuncta dixeratis subtili nobis insinu-
atione retulisse noscuntur. De quibus autem no-
bis est sequenti tempore excellentiae vestrae quid
actum sit indicare. Nam nos quantum possibi-
le quicquid est utile et ad oriendam pacem
inter vos et rempublicam pertinet summa deo
auctore cupimus devotione complere. Menam
vero reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum postquam
ea quae de eo dicta sunt requirentes
in nullo invenimus esse culpabilem, qui et in-
super ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli
sub iureiurando satisfaciens, atque ob-
iecta eius opinioni fuerant se denudavit
alienum reddi illic purgatum absolutumque
permisimus. Quia sicut dignum erat ut
si in aliquo reus existeret culpam in eo
canonice puniremus, ita dignum non
fuit ut eum adiuvante innocentia dimissum
retineremus ubi affligere in aliquo deberemus.
De quodam autem episcopo quem capitis infirmitas
sicut nobis praedicti magnifici viri dixerunt
administrare suum non sinit officium, fratri et coepisco-
po nostro Aetherio scripsimus ut si intervalla eiusdem
infirmitatis habuerit data petitione ad im-
plendum se locum suum profiteatur se non posse
sufficere, sed alium ecclesiae suae postulet ordinari.
Quia vivente episcopo quem administrationem sui
officii non culpa sed aegritudo subducit alium
loco ipsius sacri nullo modo permittunt canones
ordinari. Si vero nullo tempore ad mentem sanam
redit officium quaeri persona debeat vita et
moribus decorata quae et animarum curam ge-
re et eiusdem causas ecclesiae utilitatesque sa-
lubriter valeat ordinare disponere talis quae
si superstitit eius possit loco succedere. Sed
et si qui in sacro sunt ordine vel ad ecclesiasticum
ministerium promovendi antefato reverentissi-
mo fratri nostro Aetherio si tamen ipsius est dio-
cesis respirandum remittendum quo debeat
minime ut debita inquisitione si nulli cul-
pae quas sacri canones insequuntur subiecti
sunt ipse debeat eos ordinare. Excellen-
tiae vestrae ergo cura vestra se dispositioni coniungat
que ut necessitatis ecclesiae utilitates quarum nobis maxi-
mus est periculum, et bonis vestris excellen-
tiae vestrae mercedis succedant. Similiter
vero de quodam bigamo requisiti an ad
sacrum ordinem potuisset accedere iuxta
canonicam regulam omnino vitavimus.
Absit enim vestris temporibus in quibus tam mul-
ta pia ac religiosa agitis aliquid contra
ecclesiasticum institutum fieri permittatis.
Praefati autem viri magnifici filii nostri dicto
capitulari inter cetera petierunt quod sibi
ex more praebuerunt in iussione mandatum
ut talis debeat in Galliis a nobis persona mit-
ti quae facta synodo cuncta quae contra sacra-
tissimos canones spectant omnipotenti
deo possit auctore corrigere. In qua re gloriae
vestrae curam cognovimus quantum de vita animae
et de regni vestri soliditate cogitatis quia re-
demptorem nostrum formidantes eius quoque in
omnibus praecepta servantes bene agitis et divi-
num vestri gubernacula subsistant. Et per
longa annorum curricula nos quoque de
terreno regno ad regnum caeleste huiusque sup-

co aut tempore si deo dictum placuerit venera-
da excellentiae uestre desideria implere curabi-
mus Nos itaque promotione locorum de qui-
bus excellentia uestra scripsit omnia sicut
uoluit sancire studuimus Sed ne for-
tasse ab eorum locorum prepositis eadem
decreta uestra quouis tempore supprimant
pro eo quod eis quedam indicta esse nos-
cuntur Hec eadem constitutio gestis
publicis inserenda Actus sicut in nostris
ita quoque in regalibus scriniis teneatur
Omnipotens deus excellentiam uestram in suo
semper timore custodiat atque uota uestra
in filiorum uestrorum excellentissimorum regum
nepotum uestrorum intercedente beato petro
apostolorum principe cui eos commendatis
adimpleat ut stabile de eorum semper inco-
lumitate sicut cupitis habere concedat

Greg. etherio episcopo

Quamuis triste nobis sit ualde quod
loquimur atque fraternitatem nos com-
passione potius urgeat quam aliquid de
auditis dissimulare permittat suscepta tamen
sollicitudo regiminis cor nostrum instantia
compulsat cautela magna nos ecclesiis
curam impendere et antequam aliqui possit uti-
litas deperire quid fieri debeat deo aucto-
re disponere Peruenit igitur ad nos qui-
busdam referentibus quendam episcopum ita
passionem capitis incurrisse ut quando
mente alienata agere soleat gemitus
et fletus audire sit Ne ergo languente
pastore grex quod absit insidiatoris
lacerandus dentibus exponatur ubi
ecclesie ipsius utilitates depereant cauta
nos necesse est prouisione tractare Et ideo
quia uiuente episcopo quem ab officio
suo necessitas infirmitatis abducit alium
loco eius nisi recusante eo nulla fuit
ratio ordinari si interualla egritudinis
habere est solitus ipse data petitione ne
se ulterius ad hoc ministerium intellectua-
lia nempe officia subtrahente infirmita-
te posse fateatur ad surgere et alium loco
suo expetat ordinandum Quo facto
quamprimum sollempniter electione alter qui dignus
fuerit episcopus consecretur Hic tamen ut
quoniam eundem episcopum in hoc seculo
uita tenuerit sumptus ei debiti de eadem
ecclesia ministretur Eum uero si nullo tempore
ad sane mentis redit officium persona
fidelis ac uite est probabilis eligenda que

ad regimen ecclesie idonea possit existere et
animarum utilitate cogitare Inquietos
disciplinae uincula restringere etiam ceterum
rerum curam gerere et maturam atque efficacem
se in omnibus exhibere Nam etiam si q
quam nunc egrotat superstes extiterit loco
debeat consecrari Ordinationes uero
uel diaconorum seu alterius ordinis si
in eadem ecclesia causa proposuerit fraternitas
tue nouerit reseruandum Itaque sicut
presbiteros de clericis qui ad hoc eligitur uita
moribus actuque perpendas Et si placuerit
ne quod in eo canonice districtionis
tua reprehendat ad destinatum ordinem
non aliter nisi ordinante promoueat
ergo fraternitas tua faciat atque hec uigilan-
tia prouidente disponat ut nec dei
neglectum ulterius habeat et consacerdotes
suos non solum uerbo sed etiam exemplo
locorum uenerabilium curam laudabiliter
habere commoneat. Gregor. regi
francorum.

Scriptorum uestrorum eloquia incolumi-
tatem uestram significantia leti suscepimus
Ex quibus ita transcendere nos pru-
dentia etatem agnouimus ut eminentem
appareat pro gentis francorum felicitate
excellentie uestre potestatis regie gubernacula
superne gratie fauore fuisse commissa Sed
que hoc quoque in nobis laudandum
est quod in hiis que filiam uestram precellen-
tissimam christianam uestram per omnipoten-
tis dei amore desiderare cognouit in me
sic studiosissime festinatis ut per hoc et
feliciter et in futuro uite regnum amplius
teneatis Una igitur hec deo donan-
te in magni uenit districtione iudicii ita
que excellentia uestra uoluit citius ac liben-
ter impleuimus ut quantum nobis bona
placuerit effectus uestri celeritate monstremus
Salutantes preterea paterna dulcedine
... omnium que uiris illustribus familiaris
uestris burgundo et marmarigam
filios nostros apud nos egeris mandasse
facta nobis fuisse habito secrete colloquio
manifesta Et ualde laudamus quia
prudentia sapientes sicut decet attendit
et sic munit futura semper pacem inter
nos et rempublicam festinat ut unum
regum uestri fraternitatem imperpetuum salubri-
ter extendatis De quibus si necedunt nos
ipe que deo fuerint placita mittabimus

Nam nos quicquid utile quicquid probatur esse
[illegible]nasticum desideramus et ut fieri valeat fa-
uemus. Tantum est ut sicut in arta quo-
[illegible] dei quo sine nil possumus in ea que
expediunt sit voluntas. Sancta trinitas
suo nos semper faciat timore perfici et ita
nostram vitam placita sibi moderatione disponat
ut et nunc subiectis mentis de nobis et post
modum nobis de se gaudium sine fine
mandat. Gregorius Maximo episco-
po Salonitano etc.

Alia quidem scripta ad fraternita-
tem tuam antea fecerimus sed episco-
po homines tuos ad nos misisti relaxa-
re voluimus. Scripsisse te quibusdam nostris
comperimus quod veteranum presbyterum atque op-
tium defensorem tu nunc in causa
[illegible] et ideo ea que tu ipsis acta sunt
non debere subsistere. Nam et Thomas eccle-
sie defensor sibi verbo a te damnum prohibuit
sequi te iam nec priorum portitoribus
indicavimus esse credendum nec de ipsis
quoque post hec similiter dicens. Fama quoque
fecit nos res valde facit ambigere et tantos
esse premonuit si causam vult dicere instruc-
tam de tecto personam cum mandato le-
galiter facto tua ac presbyterorum seu dyaconorum
testium subscriptionibus roborato gestis
que eo more inditio transmittite ut quicquid
cum ea actum fuit possit iure subsistere.
Nam nos non solum tibi sed etiam omnibus
quod iustum legitimum est sunt parati sumus
deo iubente per omnia custodire. Tantum er-
go et tu quod lege precipitur facere non
obmittas etc. Gregorius senatori et ab-
bati senodochio Franctorum

Quando ad ea que catholicorum regum
corda pontificalibus sunt [illegible]
tus provocanda et ea ardenti desiderio divina
presumente gratia succenduntur ut ab eis velle
pastantur tanto alacri et leto sunt animo
concedenda quanto et ea ipsa que acci-
pi nollent facere per ea debuerant. Proinde
iuxta scripta filiorum nostrorum precellentis-
simorum regum Brunichilde ac nepotis
eius Theoderici xenodochio quod in civi-
tate Augustidunense a Syagrio reveren-
de memorie episcopo et predicta excellentissima filia
nostra regina constructum est cum tu presse
dinosceris huiusmodi privilegia presenti auctori-
tate nostri decreto indulsimus. Concedimus
atque firmamus statuentes nullum regum aut
sacerdotum nullum quacumque predita dignita-
te vel quemquam alium de hiis que xenodochio
a supra scripto excellentissimis filiis nostris re-
gibus iam donata sunt vel in futuro a quibus-
libet aliis de proprio fuerint iure collata sub
cuiuslibet cause occasionis sive specie minuere
vel auferre sive suis usibus applicare vel a-
liis quasi piis causis pro sue avaritie excusa-
tione concedere sed cuncta que ibi oblata sunt
vel offerri contigerit tam a te quam ab eis
qui in tuo officio loco et successerint perhen-
ni tempore illibata et sine inquietudine aliqua
volumus possideri, eorum tamen usibus pro quorum
sustentatione gubernatione et concessa sunt
modis omnibus profutura. Item constituimus
ut obeunte abbate atque presbitero supra scripti xeno-
dochii atque monachi non alius ibi quacumque obrep-
tionis astucia ordinetur nisi quem rex eius-
dem provincie cum consensu monachorum secundum
timorem dei elegerint ac providerit ordi-
nandum. Hoc quoque capitulo presenti subiungi-
mus ut locum avaritie excludamus nullum de regi-
bus nullum de sacerdotibus vel quemcumque a-
lium per se suppositam ne personam de ordina-
tione eiusdem abbatis vel quibuscumque causis
xenodochio ipsi pertinentibus audere munus
sive aqualis speciem commodi quicquam accipere neque
eundem abbatem ordinationis sue tam dare presu-
mere ut ea hac occasione ea que a fidelibus
piis locis offeruntur vel aut iam oblata sunt
consumantur. Et quoniam multe occasiones in de-
ceptione religiosarum personarum a principibus illic ut
dicitur hominibus exquiruntur abbatem atque presbyterum
predicti xenodochii nullo modo firmamus deponen-
dum quod esse censemus nisi causa specialiter cri-
minis exigente. Unde necesse est ut si qua con-
tra eum huiusmodi querela surrexerit non solum episcopus
civitatis Augustidunensis eam examinet
sed adhibitis sibi sex aliis episcopis sub subtili
hoc investigatione perquirat. Ut eius cunctis
concorditer iudicantibus canonicus districtio-
nis censura aut reum ferire aut innocen-
tem possit absolvere. Simili quoque definitione
nostro desiderium ut nullus eorum qui eidem
xenodochio atque monachi abbas aut presbyter fuerit
ordinatus ad clericatus officium quacumque obrep-
tione sit ausus accedere ne res xenodochii in
propria erogatione consumens gravissimam
egestatis necessitatem pauperibus ac peregrinis
vel ceteris ibidem venientibus generet. Sunt vero
tollendi de eodem loco monachum ad ecclesias-
ticum ordinem promoveri vel pro alia quacumque

causa sine consensu abbatisse atque presbiteri huic licentiam prohibemus, ne huiusmodi rei usque ad hoc usurpatio perducatur, ut loca que ad inquisitionem hominum construenda sunt ablatione destruatur. Hec omnia que huius precepti pagina continet tam tibi quam cunctis que in eo quo es ordine loco que successerint vel eis quorum interesse potuerit in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi vel ea que ab illo sunt male ablata restituerit, vel digna penitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine domini redemptoris nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in eterno examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis recipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Gregorius

Talasie abbatisse etc.

Quando ad ea que catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda, ita ardenti desiderio divina preveniente gratia succendunt, ut ab eis ultro poscatur, tanto sunt alacri et leto animo concedenda quanto carpenda que accipiunt si nollent facere peti debuerant. Proinde quia excellentissimorum filiorum nostrorum regum Brunichilde atque nepotis ipsius Theoderici monasterio sancte Marie ubi ancillarum dei est congregatio constituta in urbe Augustidunense a reverende memorie Syagrio episcopo conditum preesse dinosceris, huiusmodi privilegia prefato monasterio indulsimus concedimus atque firmamus, statuentes nullum regum, nullum antistitum, nullum quemcumque preditum dignitate vel quemcumque alium de his que eidem monasterio a supradictis filiis nostris regibus iam donata sunt vel in futurum a quibuslibet aliis de proprio fuerint iure collata sub cuiuslibet cause occasionibus sive specie minuere vel auferre sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro sue avaritie excusatione concedere. Sed cuncta que ibi oblata sunt vel offerri contigerit tam a te quam ab eis que in tuo officio loco que successerint perpetuis temporibus illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum usibus pro quorum sustentatione gubernatione que concessa sunt modis omnibus profutura. Item constituimus ut obeunte abbatissa predicti monasterii non alia quacumque obreptionis arte ordinetur nisi quam rex eiusdem provincie cum consensu monacharum secundum dei timorem elegerit ac providerit ordinandam. Hoc quoque capitulo subiungimus ut locum audeat secludamus nullum de regibus, nullum de sacerdotibus vel quemcumque alium per se suppositamque personam de ordinatione eiusdem abbatisse vel quibuscumque causis ad monasterium ipsum pertinentibus audeat aliquo vel in alia qualibet specie commodi quicquam accipere. Neque eandem abbatissam ordinationis sue causa dare presumat, ne hac occasione ea que a fidelibus piis locis offeruntur adiam ablata sunt consumantur. Et quoniam te occasiones in deceptione religiosarum personarum a pravis illic ut dicitur hominibus exquirunt, abbatissam predicti monasterii nullo modo pro qualibet causa deponendam esse censemus nisi eo specialiter crimine exigente. Unde necesse est ut si quamcumque eam huiusmodi querela surrexerit non solum civitatis Augustidunensis eam episcopus examinet sed adhibitis aliis sex coepiscopis suis subtili investigatione perquirat, quatinus concordante iudicantibus canonica districtione sua aut reatum feriat aut innocentem possit absolvere. Hec igitur omnia que huius decreti que nostri pagina continet tam tibi quam cunctis que in eo quo es ordine locoque successerint vel eis quorum interesse potuerint in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi vel ea que ab illo sunt male ablata restituerit vel digna penitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine dei redemptoris nostri Ihesu Christi alienus fiat atque in eterno examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis recipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant etc.

Quando ad ea que catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda. Require hic supra etc.

Excellencie vestre electionem
in persona Urbici abbatis
que valde nobis placuit indicatam. Ro-
manum sicut indicatis vestri distinctione oportu-
it ad ecclesie gubernationem virum quesistis vi-
gilantem atque sollicitum et divine scrip-
ture sciencia quod maxime in sacerdotibus
eligendum est institutum. Sed quia certis
ei est aliquis preponendus ut dum ipse
proteccius preesset intencius non detrectat quo-
rum ipsius turbare non possimus. Ne autem
quia ad ulteriora perducamus monem illum seipso
fidem unum in fluctibus compellamus. Per-
sonam vero arcentis diaconi ipsius quod diu
nobis ignota est. Forma nobis et ita fuit re-
quirere quemadmodum xenodochium cui prefu-
it gubernasset ut ex minimis qualiter pos-
sit in maximis noscemus. Sed quod nobis
scriptorum vestrorum portatores tradiderunt ab
ipso addixistis. Hunc autem presbiterum dare vo-
bis nobis excellencia vestra sciat esse diffi-
cile quia personarum nos necessitas ad ordinan-
da alia loca pastoribus destituta non leniter
angustat. Et ideo quia deum timere et ...
vestre nos nominis bene respectum presta-
tate salutacionis alloquium persolventes
hortamur ut sicut decet tanta dilige-
ntique investigatione scrutari intencius de vita
moribus actu quoque prefati diaconi debeatis
et si eum ad ecclesie assumere regimine agnos-
citis nostra adhortatione omnes in eo consen-
tiant. Si autem aliud vestra senserit sollicitudo
iudicatum et eum pastoralem curam efficaciter
administrare non posse consideraverit agendum
est cum omnibus concorditer ut alterum quam aptus
visus fuerit de ecclesia ipsa possit eligere, ve-
nientes tamen diaconus qui iam electus est
quam etiam qui iam eligendus est, si deo
placuerit ordinetur. Enimvero si in ecclesia ip-
sa neque de presbiteris vel diaconibus sine religio-
so clero huiusmodi inveniri potuerit vel de alia
ecclesia sibi talem ordinandum eligere festinet
antistitem qui vigilanti sollicitudine
exterioribus eorum utilitatibus et sacerdotali ad-
hortacione animabus valeat deo inspirante
utilius reperiri. Preterea ne qua hac in cau-
sa possit esse dilacio et peticio sic faciat ut vel
illius de clericis aptus extiterit hortandus est
clerus et populus ut eis quam ad nos venerint
sua debeant vice mandare quatenus hic habeat
eligendi licenciam nobis quoque hoc ipsum api-
cibus suis roboratis propriis subscripcionibus
innotescant. Ut si vel hic inveniri potuerit
sine difficultate aliqua Christo cooperante
qui consecretur. Quod tamen nos non utili-
tate compulsi loquimur sed necessitate compulsi
quia quantum ad nostrum est iudicium de suis
volumus ut debeant habere pastorem etc.

Greg. Pascasio episcopo neapolitano

Qui sincera intencione extraneos ad
christianam religionem et ad fidem
cupiunt rectam adducere blandimentis debet
non asperitatibus studere. Ne quorum mentem
reddita a plano racio poterat provocare pel-
lat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt
et eos hoc sub velamine a consueta ritus
sui volunt cultura suspendere suas illic ma-
gis quam dei probantur causas attendere. Iu-
dei siquidem Neapolim habitantes questi
nobis sunt asserentes quod quidam eos a
quibusdam feriarum suarum sollempnibus
irracionabiliter inhibere nituntur ne illis sit
licitum festivitatum suarum sollempnia cole-
re sicut eis nunc usque et parentibus eorum longe
retro temporibus licuit observare vel colere. Quod
si ita se veritas habet supervacue rei videntur
operam adhibere. Nam quid utilitatis est
quando et si contra longum usum fuerit ve-
tita ad fidem illis et conversionem nil pro-
ficit. Aut cur Iudeis qualiter cerimonias
colere debeant regulas ponimus si per
hoc eos lucrari non possumus. Agendum
ergo est ut pocius racione sed et mansue-
tudine provocantes sequi nos velint non
fugere ut eis ex eorum codicibus ostendentes
que dicimus ad sinum matris ecclesie deo possi-
mus adiuvante convertere. Itaque frater-
nitas tua eos monitis quidem prout po-
tuerit deo adiuvante ad convertendum accen-
dat, et de suis illos sollempnibus inquietari
denuo non permittat sed omnes festivitates
ferias quoque suas sicut hactenus tam ipsi
quam parentes eorum per longa colentes
retro tempora tenuerunt liberam habeant obser-
vandi observandi celebrandique licenci-
am.

Greg. Barbaro episcopo.

Obitum Victoris Panormitane ci-
vitatis antistitis diutino relacio pa-
tefecit. Cuius propter visitacionis destitute
ecclesie fraternitati tue operam sollempniter dele-
gamus. Quam ita te convenit exhibere
ut nichil de provectionibus clericorum reddituum
ornatu ministeriis quoque vel quicquid illud
est ... in patrimonio eiusdem acquisi-

presumatur ecclesie. Et ideo dilectio tua ad predic-
tam ecclesiam ire properabit et assiduis adhorta-
tionibus clerum plebemque eiusdem ecclesie am-
monere festinet et remoto studio eodemque
consensu talem sibi preficiendum expetat
sacerdotem qui et tanto ministerio dignus
valeat reperiri et a venerandis canonibus
nullatenus respuatur. Qui dum fuerit
postulatus cum sollempnitate decreti omnium
subscriptionibus roborati et dilectionis tue tes-
timonio litterarum ad nos sacrandus occur-
rat. Commonentes etiam fraternitatem tuam
ut nullum de altera eligi permittatis ec-
clesia nisi forte inter clericos ipsius civita-
tis in qua visitationis impendis officium
nullus ex eis dignus quod evenire non
credimus potuerit inveniri. Providentes
autem omnia ne ad cuiuslibet conversationis
meritum laice persone aspirare presumat
et tu periculum ordinis tui quod absit in-
curras. Gregorius clero et plebi
constitutis Panormo.

Vestri antistitis obitum cognoscen-
tes cure nobis fuit destitute ecclesie
visitationem fratri et coepiscopo nostro Barbaro
sollempniter delegare. Cui dedimus in man-
datis ut nichil de provectionibus clericorum red-
ditu ornatu ministeriisque aliquo usurpa-
patur. Cui vos assiduis adhortationibus
convenit obedire et remoto strepitu uno eo-
demque consensu talem vobis preficiendum
expetite sacerdotem qui et a venerandis
canonibus nulla discrepet ratione et tan-
to ministerio dignus valeat reperiri. Et qui
dum fuerit postulatus cum sollempnitate de-
creti omniumque subscriptionibus roborati et vi-
sitatoris pagina prosequente ad nos veni-
at ordinandus. Providentes ante omnia ne
cuiuslibet vite vel meriti laicam personam
presumatis eligere et non solum ille ad e-
piscopatus apicem nulla ratione perve-
niet verum etiam nos nullis inter-
cessionibus veniam promereri posse cognos-
cite. Sed omnes quos ex vobis de laica per-
sona adfirmasse constiterit ab officio et
a communione alienos faciendos procul
dubio noveritis. Gregorius Passivo
episcopo Firmano.

Pretiosus diaconus ecclesie Asculane
petitoria nobis insinuatione sug-
gessit in fundo Gressiano iuris sui monas-
terium se pro sua devotione fun[...]dasse

quod in honore sancti Savini martyris desi-
derat consecrari. Et ideo frater karissime si in tua
diocesi memorata constructio intra confi-
nia et nullum corpus constat ibidem humatum
percepta primitus donatione legitima id est
conductam unam boves par unum vac-
cas capita v, oves et capras capita
xxx in fundo Gressiano ubi ipsum monasterium
fundatum uncias viii fundum Statia-
num uncias viii fundum Patin in inte-
gro, portos v, lectum stratum gestisque mu-
nicipalibus alligata et [illegible]
mense Decembri indictione vi. Gregorius
Johanni subdiacono Ravennati

Lator presentium Johannes frater et coepiscopus
noster aliqua nobis de causis eccle-
sie dato capitulari nostris intimavit
quibus cogimur aliquanda a nobis ex-
perientia tua fieri si ad te prolata litte-
ris indefinita remansissent. Sed moni-
rentes agnomina que ad notitiam tu-
am minime sit perducta. Primum ergo quod nobis
capitulare porrectum est hiis fratrum
subter adnecti. Significantes itaque omnibus
discussis si ita apud te esse veritate suggestum
est manifesta patuerit fratrem et coepi-
scopum nostrum Marianum adire te volumus cui
modis omnibus adhortari ut hiis quorum
interest in peragendis negociis ecclesie ipsius
esse dinoscitur debeat deputare. Et
pensis omnibus cum predicto viro de hiis
mota fuerint ecclesiastica intra se debeat
tranquillitate tractare. Quem vero elegerit
retinendum experientia tua minime
esse indicium et quicquid cognitorum inter
eos fuerit sua definitio debeat ex parte
complere. Nec diutius protractionibus
lata paupertas ecclesie ipsius diversis sumptibus
iam satis assiduis dispendiis ingravetur.
Indicavit etiam nobis quod quidam ex me-
rcantibus ipsius ausu temerario in dyo-
cesi ipsius oratorium construxerit. Et quod
preter antiquum morem presumpserit de-
tae missas quas illic publicas celebrare
metuit. Quam rem tu summa cum celeri-
tate ac districtione convenit emendare
nec ulterius tale aliquid attemptari permit-
tere. Oraculum vero quod in competenti
persona reperies esse constructum hunc
te volumus episcopo si res ita est dare et ita
hoc constitui sine mora aliqua refor-
mare. Clericis et consentientibus Gregorius

**Clero et plebi et ordini consistenti Tau-
rianis etc.**

Vestri antistitis obitum cognoscentes
quante nobis sint destitute ecclesie visi-
tationem fratri et coepiscopo nostro Venerio sollempniter de-
legavimus, cui dedimus in mandatis ne in nichil de
ordinationibus clericorum redditu ornatu ministe-
riis que quoque usurpari patiatur. Cum nos-
tris itaque adhortationibus convenit obedire
remoto strepitu uno eodemque consensu ta-
lem nobis perficiendum expetite sacerdotem
qui a venerandis canonibus nulla discrepet
ratione et tanto misterio dignus valeat re-
periri. Cum autem fuerit postulatus cum sollem-
pnitatis decreti omnium subscriptionibus roborati
et visitantis pagina presequente ad nos
veniat ordinandus. Premonemus ante omnia
ne cuiuslibet vite vel meriti laicam personam
presumatis eligere. Et non solum ille ad e-
piscopatus apicem nulla ratione perve-
niet, verum etiam vos nullius intercessio-
nis veniam promereri posse cognoscite
sed omnes quos ex vobis de laica persona
consensisse constiterit ab officio et commu-
nione alienos faciendos procul dubio noveri-
tis. **Gregorius Venantio et Stephano episcopis**

Obitum Paulini Tauritane ecclesie
sed et illius Tauritane ecclesie antistita
sitta relatio patefecit. Cuius ergo visitatio-
nis destitutarum ecclesiarum fraternitati tue ope-
ram sollempniter delegavimus, quam ita te
convenit exhibere ut nichil prelationibus
clericorum redditu ornatu ministeriis que vel
quicquid illud est in patrimonio earundem
ecclesiarum agnoscitur aliquo modo presumat.
Et ideo dilectio tua ad predictas ecclesias ne pro-
perabit et assiduis adhortationibus clerum ple-
bemque earundem ecclesiarum ammonere festinet
ut remoto studio uno eodemque consensu
tales sibi perficiendos expetant sacerdotes
qui et tanto misterio digni valeant reperiri
et a venerandis canonibus nullatenus discrep-
antur. Cum autem fuerint postulati cum
sollempnitate decreti omnium subscriptionibus
roborati et dilectionis tue et testimonio litterarum
ad nos sacrandi occurrant. Commonentes
etiam fraternitatem tuam ut nullum de altero
clero permittatis etiam in forte inveniat electos
earundem civitatum in quibus visitationis
impendis officium nullus ad episcopatum dignus
quod evenire non credimus potuerit inve-
niri. Premonemus ante omnia ne ad quaslibet
conversationis meritum laice persone aspi-
rare presumant, et tu periculum ordinis
tui quod absit incurras etc. **Gregorius
Leoni Secundino Johanni Dono Lucia-
no Traiano episcopis Sicilie etc.**

Sicut nos vobis munere spiritualia
per apostolorum orationum ammonemus
impertiri suffragia ita in hiis que nunc
iniuncti regiminis pro dispensatione re-
rum pauperum deo per nos fuerint auctore dis-
posita sacerdotalia digni est solatia
non deesse. Latorem siquidem presentium
Adrianum cartularium nostrum ad regen-
dum ecclesie nostre patrimonium Syracusanum
videlicet pariter diligentes fraternitati
vestre vestro duximus commendandum,
ut in quo usus exegerit vestra solatia con-
feratis, quatenus dum ad agendum pro nobis
corporalibus et ad facilitatem ex presenti que
reperiat spiritualibus orationum fuit fultus
auxiliis proficere atque ea que a nobis iniun-
cta sunt deo quoque valeat cooperante
perficere. Vos metipsos autem ita ante conspec-
tum omnipotentis domini in bonis operibus
debetis exhibere ut inveniri in inculpa-
tione nequeat quod vobis deo indicante pro-
ut quolibet homine insidiante valeat accu-
sari. Nam eidem prefato cartulario nostro
iniunximus ut si qua de reverentissimis
vestris episcopis inordinate acta cognoverit
primus quidem secreta ac modesta adhor-
tatione ipse corripiat, que si emendata
non fuerint nobis celeriter innotescat.
Preterea relatum nobis est sancte memorie
decessoris nostri temporibus per [illegible]
nem episcopum tunc etiam ecclesiastici patrimonii
rectorem gessit fuisse dispositum ut sacer-
dotes per diversas vestras diocesis consti-
tuti quotiens ad consignandos infan-
tes egrediuntur ultra modum gravami-
ni minime debuissent. Prima cum perfecta
fuerat nobis ut audio consuetudinibus
que ab eisdem sacerdotibus pro labore cleri-
corum dari debuissent, atque hoc quod tunc
placuit, sicut in vestris diocesis minime custoditur.
Unde fraternitatem vestram ammoneo ut
subiectis vestris graves non studeat ex-
istere sed si qua sunt gravamina tem-
peretis, quia nec ab eo quod semel defini-
tum est deflectere debuistis. Et in futura
etiam et in presenti nobis vita proficiet si eos
qui vobis commissi sunt sine gravamine

confirmatis. Greg. Lucino.

lectionum, ut infirmato stomacho lassescitus
vix subsistere procul dubio videretur.

Nam quodam tempore cum .vii.
incisionem vitalium quam greci
vocant sincopim pateretur, crebrisque
angustiis per horarum momenta ad exitum
appropinquaret, ac nisi eum frequentibus cibis fre-
quentius reficerent, vitalis ei spiritus fundi-
tus intercipi videbatur. Paschalis superve-
nerat dies. Et dum sacratissimo sabbato in quo
omnes etiam pueri ieiunant, ipse ieiunare
non posse cepit plus merore quam infirmi-
tate deficere.

Mox accersito viro sanctissimo .viii.
Eleutherio dudum penes Spoletum
multis preposito, tunc vero eiusdem sui mo-
nasterii monacho, a quo videlicet audierat
fuisse mortuum suscitatum, oratorium
petiit, seseque cum suis lacrimis ut saltem
die illo ad ieiunandum sibi virtus daretur
in orationem dedit. Et post paululum
completa oratione digressus tantam
virtutem suum stomachum percepisse cog-
novit ut ei cibus et morbus de memo-
ria funditus tolleretur. Cepit secum mi-
rari quis esset, quis fuerit. Et cum ad
animum rediebat infirmitas, nichil ipse
que meminerat cognoscere prevalebat.
Cum in dispositione monasterii occupata
mens obliviscebatur funditus egritu-
dinis sue, et vero redierat egritudo ad memo-
riam, cum tam fortem se esse sentiret mi-
rabatur si non comedisset. Tum ad ve-
sperum veniens cognovit sibi tantam
fortitudinem permanere ut ad diem alterum
differre cibum potuisset, quamquam pene cot-
tidiano languore tabescere; nullam tamen
corpori suo capiebat commoditatis quietem
quominus aut oraret aut legeret aut
scriberet aut dictaret.

In clivo sancti monasterii pene .ix.
talibus idem vir omnipotentis dei
Gregorius a matre Silvia tunc temporis
iuxta portam beati Pauli apostoli loco qui
dicitur cella nova, quod hactenus ora-
torium nomini eius dedicatum et famosum
sancti Sabe confessoris Christi monasterium
laudabile est in v et vii synodo consti-
tutum videtur, degente crudis legumi-
nibus pascebatur.

Ubi hunc de more quendam .x.
angeli dei scribentem repperiens
misericordiam sibi flebiliter sub habitu naufragi
postulabat. Cui Gregorius ex misericordia
compatiens bis ternis numisma-
tibus datis abire precepit. Nec multo post
eadem die idem naufragus rediit et se que
multa perdidisse pauca vero suscepisse per-
hibuit. Cui quo prius pari modo numis-
matibus suppeditatis letabundus abscessit.
Cum vice tertia rediens idem naufragus
adiutorium importunis vocibus require-
bat, cui liberalissimus pater accersito
vestiario alia sex numismata dari preci-
piens cognovit in vestiario nil nummi
numismatum unde posset consolari nau-
fragum remansisse. Quid faceret nescie-
bat, estuabat. Deo devoti pectoris pie-
tas non sufferens vacuum perimi relinquere

se miseram. Rursum vestiarium sibi si for-
te nos quodlibet vestimentum haberet me-
rogans audivit audivit nil penitus re-
mansisse preter matris argenteam que ci-
infusis leguminibus mitti solita erat scu-
tellam. Mox alacrior factus ego inquit fi-
gant defer, ne tristis abeat qui conso-
lari querit pauperem. Itaque delatam scutel-
lam gregorio fratribus hylariter largiente
pauper qui putabatur letus amplecti-
tur non iam ad expetenda sed ad conferen-
da suffragia redditurus. A quo videlicet
angelice visitationis tempore tantis mira-
culis tantis est virtutibus publicatus
ut omnibus sanctum viventibus et exemplo
fuit et stupori quippe qui non solus sed
specialiter cum beato andrea apostolo suo mona-
sterio signis evidentibus se prefulsisse pu-
tatus

Nam ut pauca de multis xi.
loquar quadam die duos ex eodem
fratres transmisit qui aliquid emere pro
eiusdem monasterii utilitate debuissent.
Unus iunior qui prudentior videbatur
alter senior qui custos iunioris esset.
Perrexerunt utrique et de pretio quod acce-
perunt ipse qui custos missus fuerat
nesciente altero furtum fecerat. Qui mox
ut in monasterium sunt reversi, atque ante
oratorii limen venerunt, arreptus a de-
monio is qui furtum fecerat cecidit.
Dimissus autem a demonio convenientibus
monachis abbatis iussu requisitus est, ne
forte de eo quod acceperat furtum fecisset.
Negavit, iterum vexatus est. Dimis-
sus atque iterum requisitus negavit at-
que iterum vexatus. Octo igitur vicibus ne-
gavit, octo vicibus est vexatus. Post
octavam vero negationem gregorio me-
rogante confessus est quot nummos
furtum abstulerat eique prostratus se
peccasse testatus est, receptaque peni-
tentia ulterius ad eum demon non ac-
cessit.

Alio quoque tempore dum in die xii.
natalis eiusdem apostoli iam meri-
dianis horis fratres quiescerent subito qui-
dam frater apertis oculis cecatus cepit
tremere voces ingentes emittere quibus
vocibus testabatur ferre se non posse
quod patiebatur. Concurrerunt fratres
viderunt eum oculis apertis trementem
clamantem et a fratribus alienum, intelli-
gentes quod foris agi poterat sentientem.
Tunc in manibus levaverunt atque ante
altare sancti andree apostoli iussu grego-
rii proiecerunt. Ipsique pro eo in oratione pro-
strati sunt. Qui statim ad se reversus confes-
sus est, quia senex quidam ei apparuit et ca-
nem nigrum ad eum dilacerandum dimisit
dicens. Quare fugere voluisti de mona-
sterio. Cumque evadere de canis morsibus
nullo modo potuissem venerunt quidam mo-
nachi et eundem senem pro me rogave-
runt. Qui statim iussit canem abscedere et
ipse ad me reversus sum. Hic et iam ipse
frater sepe confessus est. Postea
tempore quod eo die quo ista pertulerat consilium
habuerit de monasterio fugiendi. xiii.

Alius quoque monachus descendere
ex eodem monasterio latenter voluit.
Cumque hoc mente tractasset voluit ora-
torium ingredi, sed demone arripiente
nequivit. Relinquebatur ergo a demone
quando extra oratorium stabat. Si ingredi
conabatur, statim maligno spiritui traditus
vexabatur. Hoc dum sepe fieret, tandem
gregorio discutiente se de monasterio
fugere confessus est. Huius quoque pro tribu-
latione cum fratribus fratrumque precibus
ita pietate curatus est, ut ad eum post-
modum malignus spiritus non temptaret
accedere.

Alii quoque duo fratres de xiiii.
eiusdem patris monasterio fugerunt,
qui aliqua furtis colloquendo fratribus
signa dederant quod per appiam descen-
dentes in aliam tenderent. Hii diluculo
exeuntes, et vitam sequentibus inveni-
ri non potuissent, retrusas criptas mo-
flamineam portam ignorantes se in ca-
luerunt. Cum vero vespertinis horis
iussu gregorii requisiti minime in con-
gregatione inventi fuissent, astantibus
abbatis eos quidam fratres secuti sunt
per metronii portam exeuntes ut eos per
latinam vel appiam viam sequerentur.
Dubito eis consilio ortum est ut eos per
salariam viam extra civitatem requi-
rere debuissent. Igitur pergentes deflexe-
runt iter, et in salaria eos dirigentes non invenien-
tes per portam flamineam statuerunt
iter redire. Cumque rediissent mox ut
equi ante criptas illas venerunt in quibus

[...] monachi absconderant, fixerunt gradum [...] et compulsi passum movere noluerunt. Consideraverunt equites rem talem sine miraculo esse non posse. Attenderunt ad criptas, [inv]enerunt earum aditus missa materia [...]ampnatos. Et caballis suis nusquam [ir]e volentibus descenderunt, lapides qui in criptarum [aditu] compositi fuerant deponentes ingressi sunt, eosque in eisdem tenebrosis latibulis consternatos [...] invenerunt. [Qui] cum ad monasterium reducti tam stupore [mir]aculi quam exhortatione venerabilis [p]atris gregorii sic meliorati sunt ut nul[l]um eis proficere ad primum temporis de monasterio recessisse.

xv.

Alio quoque tempore quidam monachus Iustus nomine medicinali arte imbutus gregorio sedule obsequi atque in assiduis egritudinibus eius excubare consueverat. Hic itaque corporis languore preventus ad extrema deductus est. Cui in ipsa molestia frater germanus serviebat Copiosus. Iustus cum iam se ad extrema pervenisse cognosceret, eidem copioso fratri suo quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod minime fratribus celari non potuit, qui subtiliter indagantes atque illius medicamenta omnia scrutantes eosdem tres aureos invenerunt in medicamine absconsos. Quod mox ubi gregorio nunciatum est, tantum malum de fratre qui secum communiter vixerat equanimiter ferre non valuit. Quippe quia eiusdem monasterii sui iam dudum regulam constituerat ut cuncti fratres ita communiter viverent quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc gregorius nimio merore compulsus cogitare cepit quid ad purgationem morientis faceret vel quid de exemplo viventibus prodesset. Precioso igitur monasterii eiusdem preposito ad se accersito dixit: Vade et ut nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex quolibet eorum percipiat. Sed cum in morte constitutus fratres quesierit, ei suus frater carnalis dicat, quia pro solidis quos occulte habuit a cunctis fratribus abhominatus sit, ut saltem in morte de culpa sua mentem illius amaritudo transverberet, atque a peccato quod perpetraverat purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quamlibet fossam in sterquilinio agite, ibique corpus eius cum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et sic eum terra cooperite. In quibus utrisque rebus sollertissimus pater gregorius unam morienti, alteram vero viventibus fratribus prodesse decrevit, ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret, et istos avaritie tanta dampnatio misceri talibus prohiberet. Quod ita factum est. Nam idem monachus dum pervenisset ad mortem atque anxie se quereret fratribus commendare, nullusque fratrum ei applicuit vel loqui temptavit, ei carnalis frater cur ab omnibus esset abhominatus aperuit. Ille protinus ut audivit de reatu suo vehementer ingemuit atque in ipsa tristitia de corpore exivit. Qui ita est sepultus ut gregorius iusserat. Sed fratres omnes eadem sententia eius perturbati ceperunt singula extrema quoque et vilia et que habere eis regulariter semper licuerat ad medium proferre, vehementer formidantes ne quid esset unde reprehendi potuissent.

xvi.

Cum vero post mortem fratris triginta iam essent dies evoluti, cepit animus gregorii misericorditer ei compati, eiusque cum gravi merore supplicia pensare, et si quod esset ereptionis eius remedium querere. Tunc evocato ad se eodem precioso monasterii sui preposito tristis dixit: Diu est quod frater ille qui defunctus est in igne cruciatur. Debemus ei aliquid caritatis impendere, et eum in quantum possumus ut eripiatur adiuvare. Vade itaque et ab hodierna die continuis xxx diebus offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus omnino pretermittatur dies quo pro absolutione eius salutaris hostia non mactetur. Qui protinus abscessit et paruit. Gregorio autem cum [...] atque evolutus dies minime innotesceret, ipse qui defunctus fuerat nocte quadam fratri suo copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset inquisivit dicens: Quid est frater? Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc usque male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi. Quod idem copiosus pergens protinus indicavit in monasterio fratribus. Fratres vero sollicite computaverunt dies, et ipse dies inventus fuisse quo pro eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cumque et copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent, et fratres ignorarent quod de eo copiosus vidisset, cono-

eodemque die dum agnosceret ille oblationem ista
audiuit sompnium, tricesimumque diem cog-
nouit cum recordatione simul visione et sacrificio
res aperte claruit, quia frater qui sub
amaritudinis sententia gregorii mor-
tuus fuerat per salutarem hostiam a suppli-
cio liberatus

Sed quia ysdem venerabilis XVII
pater quemadmodum fratribus terrori
fuerit, ex parte iam tetigi qualiter eius
exemplis idem profecerit breuiter indi-
candum putaui. Frater quidam in eodem
monasterio gregorio anthonius nomine
sedulus adherebat, qui tanti patris
verbis exemplisque commonitus multis
cotidianisque lacrimis ad gaudia patrie
celestis anhelabat. Cumque studiosis-
sime et cum magno feruore desiderii sa-
cra eloquia domino gregorio scrutaretur, non
in eis verba scientie, sed fletum compunctionis
inquirebat quatinus per hec incitata mens
eius exardesceret, et yma deserens ad con-
templationem celestis patrie euolaret.
Hinc per nocturnam visionem dictum est.
Paratus esto quia dominus iussit te migra-
re. Cumque ille non habere se sumptus ad
migrandum diceret, rursum protinus au-
diuit dicens. Si de peccatis tuis agitur
dimissa sunt. Quod dum semel audis-
set et magno adhuc metu trepidaret,
nocte quoque alia in eisdem est verbis
admonitus. Post quinque vero dies fe-
bre correptus cunctis fratribus flentibus
orationesque facientibus defungitur XVIII

In eodem monasterio frater quidam
gerontius dicebatur. Qui dum
grani molestia corporis fuisset de-
pressus in visione nocturna albatos
viros et clari omnino habitus in hoc ipsum
monasterium descendere de superioribus
aspexit. Qui dum coram lecto iacentis
assisterent unus eorum dixit. Ad hoc veni-
mus ut de monasterio gregorii quosdam
fratres in miliciam mittamus. Atque alteri
precipiens adiunxit. Scribe marcellum
valentinum angelum atque alios quorum
cognitionem ego non habeo. Quibus expletis
addidit dicens. Scribe et hunc ipsum qui
nos aspicit. Ex qua visione gerontius
certus effectus. Facto mane innotuit
fratribus quot et qui essent ex eodem mona-
sterio morituri, seque illos continuo secu-

turum. Cum die alio predicti fratres mori
cepissent atque sub eodem ordine se-
quentem secuti sunt quo fuerant in descriptione
nominati. Ad extremum vero et ipse obiit qui
eosdem fratres morituros predixit XIX

Alius etiam frater in eodem monasterio
merulus dicebatur vehementer
lacrimis atque elemosinis ex gregorii vi-
ri venerabilis doctrina intentus psalmodia
vero ex ore illius pene nullo tempore ces-
sare consueuerat, excepto cum aut alimenta
corpori aut membra dedisset sopori. Huic
nocturna visione apparuit quod ex albis
floribus corona de celo in capite illius
descendebat. Qui molestia corporis oc-
cupatus cum magna securitate animi ac
hilaritate defunctus est. Sed cum se-
dum post annos quatuordecim petrus
qui pontificatus istius beati gregorii pre-
monasterio eidem prefuit sibi sepulturam
voluisset tanta de eodem sepulchro
fragrancia suauitatis emanauit ac si
illic florum omnium fuissent odoramenta
congesta. Ex qua re manifeste pa-
tuit quia verum fuit quod per nocturnam
visionem tanti patris discipulus vi-

Alius quoque in eodem monasterio XX
Johannes dictus est magne modes-
tie adolescens qui etatem suam intelle-
ctus et humilitatis dulcedine et grauitate mo-
rum imbuente gregorio transcendebat. Hic
egrotanti atque ad extremum deducto
nocturna visione sub habitu senis beatus
apostolus andreas apparuit et hunc vir-
ga tetigit eique dixit. Surge, ex hac enim mo-
lestia modo minime morieris, sed paratus
esto quia longum tempus hic victurus non
eris. Qui dum iam esset a medicis despe-
ratus repente sanatus est atque conua-
luit. Rem quam viderat narrauit que
per biennium in dei seruicio sicut predixi ultra
etatis sue annos exhibuit. Euolutis
autem duobus annis cum quidam frater fuit
mortuus atque in monasterii eiusdem cimi-
terio a gregorio fratribusque sepultus cunctis
inde discedentibus, idem iohannes sicut postea
nimium pallens et tremens gregorio
indicauit solus inuentus ab eodem est
qui sepultus fuerat de sepulchro vocatus
est, quod mox etiam subsequens finis

[illegible]ondit Nam post dies decem correptus fe
bribus moriendo vocante secutus est Veru
[illegible] multa restant que de hiis viri sanctissimo
[illegible] certis possunt attestationibus probari
[illegible]riam et relatione maiorum scriptisque pri
[illegible] comperimus hiis inserenda decreui

Quadam die cum aduenientibus xxi.
nuper negociatoribus multa venalia
[illegible] forum Romane urbis fuissent posita
multique ad emendum undique confluxissent
contigit et gregorium virum deo dignissimum
[illegible] Qui cernens inter alia pueros
corpore candidos forma pulcherrimos vul
tu venustos capillorum quoque nitore perspicuos
esse venales interrogauit mercatorem de
[illegible] patria illos attulisset Ille dixit de bri
tania insula cuius incolarum omnium facies simili
candore fulgescit Gregorius dixit christiani
sunt iidem insulani an adhuc paga
[illegible] tenentur erroribus implicati Mercator
dixit Non sunt sed paganis tenebris
[illegible]lucis inuoluti Tunc gregorius acriter
ingemiscens heu proh dolor inquit quod tam splen
didas facies princeps tenebrarum nunc possi
det [illegible] gratia quoque frontis speciose gratia vacuam
[illegible] dei gratiam mente gestat Rursus in
terrogat quod esset vocabulum gentis illius
Mercator dixit Angli vocantur Et ille
bene inquit angli quasi angeli quia et an
gelicos vultus habent et tales in celis decet
esse conciues angelorum Iterum ergo interrogat
quod nomen haberet ipsa prouincia Mercator dixit
provinciales illi deiri vocantur Et grego
rius Bene inquit deiri quia de ira sunt
eruendi et ad christi gratiam conuocandi Rex
illius prouincie quo nuncupatur Mercator
dixit Aelle vocatur Et gregorius alludens
ad nomen dixit Bene quia rex dicitur aelle
luia eternum in laude creatoris oportet illis in
partibus decantari

Mox itaque accedens ad benedictum xxii
apostolice sedis pontificem cepit vehe
menter expetere ut in britaniam aliquos ver
bi ministros mitteret Quo cum neminem ire velle
cognosceret semetipsum quoque non dubitauit
[illegible] dummodo pontifex ei licentiam commo
daret Cum licet cum magna cunctatione [illegible]
[illegible] papa gregorium sponte proficisci [illegible]
[illegible] abire permisit [illegible]
[illegible] opera ministrare.

De causa absentie Romani populi xxiii.

num perturbati deliberato consilio trifarie
per loca vie contigua unde pontifex ad beati
petri processurus erat basilicam parauit eumque
turmatim allocuti sunt Petrum offendisti
Romam destruxisti gregorium dimisisti
Tunc his sententiis domino papa perterritus mi
sit continuo nuntios qui virum dei reuo
carent gregorium Quod ipse et comitanti
bus iam predixerat fore futurum

Nam cum dierum itinere per xxiiii
fatigati ad quendam locum requie
tum forte diuerterunt Quo singulis quies
centibus gregorius lectitabat Quem lo
custa superveniens coegit paululum a lectione
de quiescere et ex consideratione sui nominis
docuit eum in eodem loco subsistere non
debere Statimque comi[illegible]tes adhor
tatus festinantius [illegible] ire certa
bat Sed preuenientibus [illegible] apostolicis
nunciis licet magnopere
tristaretur redire ad proprium
compulsus est monasterium

Deinque cernens benedictus ve xxv.
nerabilis pontifex quibus gradibus
gregorius ad alta conscenderet violenter eum
a quiete sui monasterii abstrahens ecclesiasti
cis ordinibus officio sublimauit leuitamque
septimum ad suum adiutorium consecrauit
In quo venerabilis leuita gregorius tan
ta humilitate viguit tanta sollercia mini
strauit ut in ecclesiastice ierarchie ministerio vi
deretur diuinis angelis non solum imitabi
litatis verum etiam claritate morum probabili
ter quodammodo coequari

Nec multum post pro responsis xxvi.
ecclesiasticis ad urbem constantinopo
lim a pelagio presule destinatur Ubi quamuis
in terreno conuersaretur palacio vite celestis
non intermisit propositum Secuti sunt eum
namque multi ex suo monasterio ex suorum
discipulorum consortio fratres germana de
uincti caritate Quod diuina factum dispen
satione conspicitur ut eorum videlicet exemplo
ad orationis placitum litus quasi anchore fune
nauis stringeretur et dum causarum secularium
continuatis impulsibus fluctuaret ad illo
rum consortium velud ad tutissimum portus
volumen litora que refugeret Sic licet illud
eum ministerium a monasterio abstractum a pristine
quoque quietis vita mucrone occupationis
extinxerat inter eos tamen per studiose lectionis

allocutione cottidiane aspirationis compunctionis animabat.

Horum ergo consortio xxvii

non solum a curis est munitus incursibus verum etiam ad vite celestis exercitia magis magisque succensus. Nam ab eisdem fratribus cum et rogatus maxime a leandro hyspaniensi episcopo qui pro causis visigothorum legatus eodem tempore constantinopolim venerat compulsus est ut librum beati Job multis eo lucido misteriis enodaret. Neque ille negare potuit opus quod sibi amor fraternus multis utile imponebat futurum. Sed eundem librum quo innotui litteram intelligendus qualiter ad Christi ecclesie sacramenta referendus quo sen[illegible]su unicuique fidelium sit ap[illegible]tandus per trifarias intelli[illegible]gendi species mirandi racione perdocuit. In quibus tamen ita de virtutibus viciis que disseruit ut non solum videatur eadem verbis exponere sed formis quodammodo visibilibus seu palpabilibus demonstrare. Unde non est dubium perfectionem virtutum cum constitutum fuisse virtutum quarum tam efficaciter valuit indicare profectus. xxviii

Preterea venerabilis levita gregorius in eadem urbe regia constitutus nascentem novam heresim de statu nostre resurrectionis cum ipso quo orta est initio immanente gloria catholice veritatis attrivit. Siquidem euticius eiusdem civitatis episcopus libro de resurrectione mortuorum confecto dogmatizabat corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile vento aere que subtilius esse futurum. Quod gregorius audiens et ratione veritatis et exemplo dominice resurrectionis probavit hoc dogma orthodoxe fidei omnimodo esse contrarium. Catholica etenim fides habet quod corpus nostrum in illa immortalitatis gloria sublimatum subtile quidem futurum sit per effectum spiritualis potencie sed palpabile per veritatem nature. Iuxta exemplum dominici corporis de quo a mortuis resuscitato dicit ipse discipulis suis. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Firmavit hoc euangelice veritatis testimonio gregorius

euticius ait. Ideo hoc dominus fecit ut dubitacionem resurrectionis sue discipulorum cordibus removeret. Cui gregorius dixit. Mira res valde quam astruis ut inde nobis dubietas surgat unde discipulorum corda fuerunt a dubietate sanata. Quid enim deterius dici potest quam ut hoc nobis de eius vera carne dubium fiat per quod discipuli eius ad fidem ab omni sunt dubietate reparati. Si hoc non habuisse astruit quod ostendit unde fides discipulis eius confirmata est inde destruitur. Euticius ait. Corpus palpabile habuit quod ostendit sed post confirmata corda palpantium omne illud in domino quod palpari potuit in subtilitatem est redactum. Ad hec gregorius respondit. Scriptum est Christus resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Si quid ergo in eius corpore potuit immutari contra veridicam pauli sententiam dominus redit in mortem post resurrectionem. Quod dicere vel stultus presumat nisi qui veram carnis eius resurrectionem negat. Tunc euticius obiecit dicens. Cum scriptum sit caro et sanguis regnum dei possidere non possunt qua ratione credendum est resurgere veraciter carnem. Cui gregorius respondit. In sacro eloquio aliter caro dicitur iuxta naturam atque aliter iuxta culpam vel corrupcionem. Caro quippe iuxta naturam sicut scriptum est. Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Caro vero iuxta culpam sicut scriptum est. Non permanebit in hominibus istis spiritus meus eo quod sunt caro. Et sicut psalmista ait. Memoratus est quia caro sunt spiritus vadens et non rediens. Unde discipulis paulus dicebat. Vos autem in carne non estis sed in spiritu. Neque enim in carne erant quibus epistolas transmittebat. Sed quia passiones carnalium desideriorum vicerant iam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. Et paulus apostolus dicit quia caro et sanguis non possidere regnum dei possunt carnem nullatenus secundum culpam dicit ostendit subdens neque corrupcio incorruptelam possidebat. In illa enim celestis regni gloria caro secundum naturam erit. Unde et mox quia carnem secundum culpam dicit ostendit subdens. Neque corrupcio incorruptelam possidebit. In illa celestis regni gloria caro secundum naturam erit sed caro secundum passionis desideria non erit.

qua devicto mortis aculeo in ecclesia incorruptione regnabit. Quibus auditis Eutychius consensit se primus dixisse, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat. Item etiam in libello quem scripserat Pauli apostoli testimonium induxerat dicens: Tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur, et non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum. Hoc videlicet ostendere festinans quia caro vel palpabilis vel solida non erit, cum scilicet apostolus de resurrectionis gloria dicens non corpus quod futurum est seminari dixerit. Sed ad hoc Eutychio Gregorius respondit: Paulus apostolus dicens non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, hoc insinuat quod videmus, quia videlicet granum cum foliis nascatur cum culmo, quod sine culmo et foliis seminatur. Ille itaque in augmento gloriae resurrectionis non dixit granum seminis esse quod erat, sed adesse quod non erat. Iste autem dum verum corpus resurgere negas, nequaquam dicis adesse quod deerat, sed deesse quod erat.

Tunc itaque Gregorius Romanae urbis diaconus et Eutychius Constantinopolitanus episcopus hac de re in longa contentione producti gravissima coeperunt ab invicem simultatione resilire. Quos piae memoriae Tiberius Constantinus imperator secreto utrumque suscipiens quae inter eos discordia versaretur agnovit, et utriusque partis allegationem pensans, eundem librum quem Eutychius de resurrectione conscripserat suis quoque allegationibus destruens deliberavit ut flammis cremari debuisset. A quo videlicet piissimo imperatore digressi, ut simul post longissime disputationis conflictum pariter aegritudines in lectulo ceciderunt. XXIX

Dum ergo Gregorius validissimis febribus aestuaret, Eutychius ad mortem confligens pellem manus suae tenebat coram omnibus dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Post verbo catholicae fidei confessionem defunctus est. Quo mortuo, quia paene nullus erat qui eum sequeretur, Gregorius dissimulavit coepta persequi, ne in favillas videretur verba iaculari. XXX

Qualiter autem ante ministerium apocrisiariatus impleverit quando necessitas apud augustos exigebat, qui XXXI

ta quoque sollicitudine afflictae Italiae futuris periculis faciet. Si quis plenius nosse desiderat epistolas antecessoris sui papae Pelagii ad eundem super multimodis ecclesiae Dei utilitatibus destinatas, quae hactenus in scrinio sanctae sedis apostolicae studiosissime conservantur, perquirat, ex quarum multitudine hic unam inseruimus, quatenus et illius ministerii qualitas et reliquarum consequentia cognoscatur, quae ita se habet:

Pelagius episcopus dilecto filio Gregorio venerabili diacono. XXXII. Plura quidem quae necessaria fuerant per Honoratum notarium tibi curavimus indicare. Deum autem fratrem et coepiscopum Sebastianum ad dilectionem tuam direximus, ut quia in illis partibus ad Ravennam usque venit cum viro glorioso domino Decio patricio, sint necessaria relaturus tecum omnibus studia informare, vel si qua nostra indicaverit possit domino imperatori suggerere. Nam tantae calamitates et tribulationes nobis a perfidia Longobardorum illatae sunt contra suum proprium iusiurandum, ut nullus possit ad referendum sufficere. Praedictum autem fratrem Sebastianum quo sustinemus, in qualiter apud nos te suggerente fuit causa, te eius potius relatione cognoscere, qui etiam promisit nobis necessitates vel pericula totius Italiae piissimo domino imperatori suggerere. Colloquimini ergo et tractate pariter quomodo celerius possitis subvenire periculis, quia ita Christo coangustata est respublica, ut nisi Deus piissimi cordi principis inspiraverit ut misericordiam sibi insitam suis famulis largiatur et super illa dioecesi vel unum magistrum militum et unum ducem dignetur concedere, in omnibus sumus angustiis destituti, quia maxime partes romanae omni praesidio vacuatae videntur. Et exarchus scribit nullum nobis posse remedium facere, quippe qui nec ad illas partes custodiendas se testatur posse sufficere. Impetret ergo illi Deus ut mereamur velociter periculis subvenire, antequam nefandissimae gentis exercitus loca quae adhuc a republica detinentur, Deo sibi contrario, quod absit, praevaleant occupare. Presbyterum autem ad nos transmittere Deo adiuvante festina, quia et in monasterio tuo et in operibus quod eum posuimus necessarium esse omnino cognoscite. Data quarta nonas octobris indictione III.

Huic suo cum hic papa XXXIII

pelagius monasterio meruit maximia-
nus qui post syracusanum episcopus extitit
eodem tempore prefuit. Cum ad venerabilem
levitam gregorium in eiusdem regie ur-
bis palacio pro responsis ecclesiasticis
desudantem visitationis gratia cum fratribus
venit, et dum ad monasterium eius sibi com-
missum rediret romam, in mari adri-
atico tempestate nimia deprehensus
inestimabili ordine atque inusitato mi-
raculo erga se cunctos quos secum adierat
omnipotentis dei et iram cognovit et gra-
ciam. Nam cum in eorum morte ventorum
nimietatibus fluctibus elevati sevirent
ex navi clavi perditi arbor abscisa ve-
la in undis proiecta tota quoque vas navis
quassatum nimiis fluctibus ab omni fue-
rat sua compage dissolutum. Ex nimis ita
quoque patentibus intravit mare atque usque
ad superiores tabulas implevit. Ita ut non
magis navis inter undas quam unde iam
intra navem esse viderentur. Tunc in eadem
navi residentes non iam ex morte vici-
na sed ex ipsa eius presenti visione turbati
omnes sibimetipsis pacem dederunt cor-
pus et sanguinem redemptoris acceperunt
deo se singuli commendantes ut eorum
animas benigne susciperet quorum corpora
ita pavende morti tradidisset. Sed omnipo-
tens deus qui eorum mentem mirabiliter tu-
rbavit eorum quoque vitam per meritum famuli
sui gregorii pro quo spirituali amore vene-
rant mirabilius reservavit. Nam die-
bus octo navis eadem usque ad superiores
tabulas aquis plena iter proprium agens
perviam enatavit. Nono autem die in cro-
tonensis castri portum deducta est. Ex
qua exierunt omnes incolumes cum patre
maximiano viro venerabili naviga-
bant. Cumque post eos ipse quoque fuisset egres-
sus mox in eiusdem portus profundum
navis demersa est ac si illis egredien-
tibus pro pondere sublevatione caru-
isset. Et que plena hominibus in pelago
aquas portaverat atque nataverat maxi-
miano cum fratribus recedente aquas
sine hominibus in portu nec portare va-
luit nec natare. Ut hinc opere deus os-
tenderet quia per meritum gregorii quem
fratres visitaverant hanc omnino suam
manum tenuerant que ab hominibus vacua
permanere non potuit super aquas

Igitur postquam romam gregorius venerabilis reversus est aliquo xxx[...]
interiecto tempore tanta inundacione ti-
beris fluminis alveum suum egressus
tantum quoque excrevit ut eius unda super
muros urbis influeret atque in ea regi-
ones maximas occuparet antiquarum
edium plurima monimenta deiceret cellaria
ecclesie horrea violenter subverteret. In quibus
nonnulla modiorum tritici milia perierunt.

Tunc siquidem xxx[...]
apud veronensem urbem fluvius
athesis ut idem gregorius refert excre-
scens ad beati zenonis martiris atque pontificis
ecclesiam venit. Cuius ecclesie cum esset ianua
aperta aqua minime eam intravit. Que
paulisper crescens usque ad fenestras ec-
clesie que erant tectis proxime pervenit. Sic-
que stans aqua ecclesie ianuam clausit ac
si illud elementum liquidum in soliditatem
parietis fuisset immutatum. Cumque essent
intus inventi sed aquarum multitudine
atque magnitudine circumdati in omni ea
qua possent egredi non habebant spacium. Ubi
siti ac fame deficere formidarent ad eccle-
sie ianuam veniebant ad bibendum hauri-
ebant aquam que usque ad fenestras excre-
verat et tamen intra ecclesiam aqua deflu-
ere nullo modo prevalebat. Stans ante ianuam
ad ostendendum cunctis meritum martiris et a-
erat ad adiutorium et aqua non erat ad oc-
cupandum locum. Quod nimirum miraculum
babilonici illius ignis miraculo non dis-
simile potest estimari, quem tum puerorum ve-
stimenta non tetigit et vincula cum incende-
[illegible] xxx[...]

Tunc etiam innumerabilis multitudo ser-
pentum cum magno dracone in mo-
dum trabis validi per tiberim fluminis alveum
in mare descendit. Sed suffocate bestie in
salsis maris turbidissimis fluctibus sine mora
in littora deiecerunt, fetoreque putredinis
aerem corruperunt.

Secuta est eius vestigio clades xxxv
inguinaria que romanam urbem
adeo vehementi pestilencia vastavit ut
etiam corporali visu sagitte celitus venire
et singulos quosque percutere viderentur. Que
mense xi° veniens primum omnium iuxta illud
quod in ezechiele propheta legitur: A sanc-
tuario meo incipite, pelagium papam per-
culit et sine mora extinxit. Quo defuncto

a in religionem vulgus deseruit ut subtractis
..tatoribus domos in urbe plurimas vacu
..s omnino reliquerit

Eodem tempore in monasterio ve xxxviii
nerabilis levite gregorii puer inge
..s valde theodorus nomine cum fratre religio
..magis necessitate quam voluntate degebat
..illi nimium gravis erat si quis pro sua ad
..m salutem dicebat Bona autem non solum
..facere sed eciam audire non poterat Vi usque
..e ad sancte conversacionis habitum venire iu
..rando irascendo atque deridendo testabatur Tan
..dem eiusdem pestilencie clade percussus in
..inguine est perductus ad mortem Cumque
..extremum spiritum ageret convenerunt cum gregorio
..tres ut egressum illius orando protegerent
..am corpus eius ab extremitatibus fuerat parte pre
mortuum In solo tantum pectore vitalis ad
..huc calor anhelabat Cuncti autem quanto ad
..agunt tantum pro eo ceperunt enixius orare
..natum eum iam videbant sub celeritate dis
..cedere Cum repente cepit eisdem fratribus
..assistentibus clamare atque cum magnis vo
..cibus oraciones eorum interrumpere dicens Re
..cedite Ecce draconi ad devorandum datus
sum qui propter vestram presenciam me devorare
non potest Caput meum in suo ore iam ab
..sorbuit Date locum ut non me amplius
..cruciet sed faciat quod facturus est Si ei ad
devorandum datus sum quare propter
..vos moras pacior Tunc fratres cum gregorio
..ceperunt ei dicere Quid est quod
loqueris frater Signum te sancte crucis im
prime Respondebat ille cum magnis cla
moribus dicens Volo me signare sed non
possum quia squamis huius draconis pre
..mor Cumque hoc fratres audirent una cum
levita dei levita gregorio in terram prostra
..i cum lacrimis ceperunt pro ereptione illius
vehemencius deum omnipotentem deprecari
..Et ecce subito cum magnis vocibus cepit
..eger clamare dicens Gracias deo ecce dra
..co qui me ad devorandum susceperat fu
..git Oracionibus enim vestris expulsus est
..stare vero non potuit Pro peccatis meis mo
..intercedite quia converti de iniquitate ma
..et secularem vitam funditus relinquere pa
..ratus sum Homo ergo qui sicut dictum est
..ab extrema fuerat parte premortuus gre
gorii precibus a morte corporis [illegible]
et salutem anime acquisivit. xxxix

Sed pestilencia supra modum sevien
te quia ecclesia dei sine rectore esse
non poterat gregorium licet totis viri
bus renitentem clerus senatus populus
que romanus concorditer pontificem
elegerunt Quem ille apicem totis viri
bus evitare decernens sese indignum
omnino tali honore clamitabat Videlicet
metuens ne mundi gloria quam prius ab
iecerat ei sub ecclesiastici colore regiminis
aliquo modo subrepere potuisset xl.

At ubi decretum
generalitatis nequivit evadere con
sensurum se tandem aliquando simulavit
et imperatori cuius filium ex lavacro sancto
susceperat latenter litteras destinavit ad
iurans et multa prece deposcens ne umquam
assensum preberet populis ut se huius
honoris gloria sublimaret Sed prefectus
urbis nomine germanus eius nuncium an
ticipavit comprehensumque ac disruptis
epistolis consensum quem populus fecerat
imperatori direxit At ille gracias agens
deo pro amicicia dyaconi eo quod locum
deferendi ei honoris ut cupierat repperisset
data iussione ipsum ordinare precepit In
terim dum ab urbe regia imperatoris pre
stolaretur assensus et lues predicta populum ve
hemencius devastaret venerabilis levi
ta gregorius verbum ad plebem exorsus
est dicens

Oportet nos fratres dilectissimi xli
ut flagella dei que metuere ventu
ra debuimus saltem presencia et experta timea
mus Conversionis aditum dolor aperiat et
cordis nostri duriciam ipsa quam patimur
pena dissolvat Ut enim propheta teste predictum
est pervenit gladius usque ad animam
Ecce etenim cuncta plebs celestis ire mu
crone percutitur et repentina singuli ce
de vastantur Nec languor mortem pre
venit sed languoris moras ut cernitis
mors ipsa prevenit Percussus quisque an
te rapitur quam ad lamenta penitencie converta
tur Pensate ergo qualis ante conspec
tum districti iudicis pervenit cui non
vacat flere quod fecit Habitatores quoque
non ex parte subtrahuntur sed pariter subru
untur Domus vacue relin
quuntur filiorum funera parentes aspiciunt
et sui eos ad interitum heredes precedunt
Confugiamus ergo ad penitencie lamenta

confugiat dum flere ante passionem vacat. Fratres carissimi ante oculos mentis quicquid errando commisimus et quod nequiter egimus flendo puniamus. Preveniamus faciem eius in confessione, et sicut propheta admonet dicens: Levemus corda nostra cum manibus ad Deum. Ad Deum quippe corda cum manibus levare est orationis nostre studium cum merito bone actionis et operationis erigere. Deus profecto dat tremori nostro fiduciam qui per prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet. Veternosas namque Ninivitarum culpas triduana penitencia abstersit. Et conversus latro vite premia etiam in ipsa sententia sue mortis emeruit. Mutemus igitur corda et presumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem iudex flectitur si a pravitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tante animadversionis gladio nos importunis fletibus insistamus. Ea namque que ingrata esse hominibus importunitas solet iudicio veritatis placet, quia pius et misericors Deus vult a se precibus veniam exigi, qui quantum meremur non vult irasci. Hinc etenim per psalmistam dicit: Invoca me in die tribulationis tue, eripiam te et magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est, quia invocantibus misereri desiderat, qui admonet ut invocetur. Proinde fratres karissimi contrito corde et correctis operibus crastina die primo diluculo ad septiformem letaniam iuxta distributionem inferius designatam devota cum lacrimis mente veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat. Nullus quodlibet negocium agere presumat, quatenus ad sancte genitricis Domini ecclesiam convenientes qui simul omnes peccavimus simul omnes mala que fecimus deploremus, ut districtus iudex dum culpas nostras nos punire considerat ipse a sententia proposite dampnationis parcat. xlii

Letania clericorum exeat ab ecclesia sancti Iohannis Baptiste.

Letania virorum ab ecclesia sancti Marcelli martiris.

Letania monachorum ab ecclesia sanctorum Iohannis et Pauli.

Letania ancillarum Dei ab ecclesia beatorum martirum Cosme et Damiani.

Letania feminarum coniugatarum ab ecclesia beati prothomartiris Stephani.

Letania viduarum ab ecclesia beati Vitalis martiris.

Letania pauperum et infantium ab ecclesia beate Cecilie virginis et martiris.

Igitur cum magna multitudo xliii ex omnibus etatis sexus atque professionis iuxta preceptum beati levite Gregorii die constituta cum rogatione venisset, in tantum lues ipsa de superno iudicio desevit ut intra unius hore spacium dum voces plebs ad Dominum supplicationis emitteret octoginta homines ad terram corruentes spiritum exalarent. Sed nequaquam destitit sanctissimus vir et rethor populo predicare ut ab oratione cessarent, donec imprecatione divina pestis ipsa quiesceret.

Cum vero adhuc futurus xliiii antistes putaret se principem a consensu consecrationis sue penitus alienum, cognovit tandem litteras suas a germano prefecto urbis interceptas fuisse. Cumque regestum imperiale cerneret quod videlicet voluntati sue contrarium regebatur, premeditans quia palam egredi portas civitatis non poterat, a negotiatoribus exponendum se dissimulato vestis habitu callide impetravit, silvarum saltus expetiit, cavernarum latibula requisivit. In quibus dum ab hominibus summa sollicitudine quereretur, divino columpne fulgide signo se nigri celo dependentis agnoscitur. Capitur, trahitur et apud beatum Petrum apostolorum principem templum summus pontifex consecratur.

Verum quia sunt nonnulli xlv ex Longobardorum perfidia qui Gregorium appetisse magis pontificatum autumant quam fugisse, opere precium reor pauca de multis inserere quibus eum inquantum sine peccato potuit noluisse pontificium pondus importabile penitus cavere voluisse luce clarius manifestem. Fatetur in exordio consecrationis sue in principio Paulo scolastico: Cum mihi ex honore sacerdotalis officii extranei accidunt non valde perso. De vobis qui mihi ex hac re accidentis non minime doleo qui desiderium meum plenissime scitis et tamen profecisse me creditis. Cum

em michi p̄fatus fuerat, si potuissez im
plere quod uolui. Qui voluntatem meam
quam dudum cogitatam habens p̄ficere
optate quietis perceptione valuissez. At
nunc quia honoris huius vincalibus in ci
uitate teneor romana relegatus, habeo
aliquid ex etiam inde glie exultem. Gau
deo eminentissimo dn̄o leone exconsule
venientem uos in sicilia remanere
et eum ipse quoque tuo honore relega
tus romam retinet tempus. quid meo
rius quid amaritudinis ego patior agno
scetis. Peruenientem viro magnifi
co dn̄o mauricio cartulario et q̄s
in romane urbis ciuitate suauitate
quia hostilibus gladijs foris sine
cessatione confodimur, sed seditione mi
litum interno periculo grauius vrge
mur.

Gregorius Johanni patriarche constantinopolitano. xlvij

Qui caritatis
totus in proximi dilectione consistit, si sic
diligere p̄ximos sicut nos iubemur quid
est q̄ me beatitudo vestra non ita vt se diligit?
Scio enim ardore quo studio episcopatus fugere
pondera uoluerim. sed. Et tamen hec eadem
episcopatus pondera ne michi debeant impo
ni non resistit. Constat ergo quia non me
sicut vos diligitis. quia illa me voluistis
onera suscipere que nobis imponi noluis
tis. Sed quia vetustam nauim vehementer
que confractam indignus ego infirmusque
suscepi. vndique enim fluctus intrant
et cottidiana ac valida tempestate quas
sate putride naufragium sonant. Per
omnipotentem dominum rogo vt in hoc pe
riculo orationis tue michi manum porri
gas. quia tanto enixius potes ex
orare quanto et a confusione tribulationum
quas in hac terra patimur longius stat.

Item gregorius theotiste sorori imperatoris. Agens mea uite venerationem quanta
veneratione et deuotione subsistant explere
nobis nequeo. nec tamen me perdere labo
ro. quia et me tacente in uestro corde legi
tis quod de mea deiectione sentiat. Nam
uos aut q̄ in me collatas dudum con
tinentias uitas ex hac moderna pasto
ralis officij continentia distraxisse et
qua sub colore episcopatus ad seculum sum re
ductus. In qua tantis terre curis inseruio
q̄ me quietis in vita laica nequaquam

deseruisse reminiscor. Altam enim quietis mee
gaudia perdidi et intus corruens ascendisse
exterius videor. Vnde me a conditoris mei
facie longius expulsum deploro. Cona
bar namque cottidie extra mundum
extra carnem fieri. Cuncta fantasmata
corporis ab oculis meis abigere et super
na gaudia incorporaliter videre. Et non
solis vocibus sed medullis cordis ad de
specie anhelans dicebam. Tibi dixit
cor meum quesiui vultum tuum vul
tum tuum domine requiram. Nil autem
in hoc mundo appetens nil pertimescens
Videbar michi in quodam rerum vertice
stare ita in me bene impletum crederem
quod pollicitante domino ex propheta didi
ceram. Sustollam te super altitudines
terre. Super altitudines terre sustollitur
quia et ipsa que alta ac gloriosa presentis
videntur seculi premencius despectum
calcat. Sed repente a rerum vertice temp
tationis huius turbine impulsus ad ti
mores pauoresque corrui. Quia et si
michi michil timeo eis tamen qui michi
commissi sunt multum formido. Vndique
causarum fluctibus quatior ac tempestati
bus deprimor. Ita ut recte dicam. Veni
in altitudinem maris et tempestas de
mersit me. Redire post causas ad cor
desidero. sed vanis ab eo cogitationum tu
multibus exclusus redire non possum.
Et quo michi longe factum est quod in
me est ita ut obedire nequeam prophe
tie voci qua pressus cogitationibus sola
modo exclamare compellor. Et cor me
um dereliquit me. Contemplatiue vite
pulcritudinem uelut rachelem dilexi
sterilem sed videntem et pulchram que
et si per quietem suam minus generat lu
cem tamen subtilius videt. Sed quo iudi
cio nescio lia michi in nocte coniuncta
actiua videlicet vita fecunda sed lippa vidilicet
minus quamuis amplius pariens. Sedere
ad pedes domini cum maria festinaui
verba oris eius percipere et ecce ad martha
compellor in exterioribus ministrare atque
erga multa satagere. Repulsa a me
vt credidi legione demonum nolui obli
uisci quos noui et ad saluatoris pedes
quiescere. et ecce michi nolenti atque com
pulso dicitur. Reuertere in domum tuam
et narra quanta tibi fecerit dominus

Sed quis inter tot terrenas curas valeat dei mirabilia predicare. Cum iam michi speciale sit saltim recolere per ipsum. Namque in hoc honore tumultu secularium negociorum [illegible] me esse video de quibus scriptum est Deiecisti eos dum allevarentur. Neque enim dixit Deiecisti eos dum allevati sunt sed dum allevarentur. Quia pravi quique dum in seculari honore suffulti foras videntur surgere intus cadunt. Allevatio ergo ipsa ruina est. Quia dum gloria falsa subnixi sunt a vera gloria vacuantur. Hinc iterum dicit Deficientes ut fumus deficient. Fumus quippe ascendendo deficit et se dilatando evanescit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitam presens felicitas comitatur. Quia unde ostenditur ut altus sit, inde agitur ut non sit. Hinc rursus per psalmistam scriptum est Deus meus pone illos ut rotam. Rota quippe ex posteriori parte attollitur, in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona presentis mundi que relinquimus. Anteriora vero sunt eterna et permanentia ad que vocamur Paulo attestante qui ait Que retro oblitus in ea que sunt priora extendens me. Peccator ergo cum in presenti vita proficit ut rota ponitur, quia in anterioribus corruens ex posterioribus allevatur. Nam cum in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa cadit que post hanc venit. Et quidem multi sunt qui sic exteriores profectus regere sciunt, ut per eos nequaquam interius corruant. Unde scriptum est Deus potentes non abicit cum et ipse sit potens. Et per Salomonem dicitur Intelligens gubernacula possidebit. Sed michi hec difficilia sunt quia et valde onerosa. Et quia quod mens voluntarie non recepit congrue non disponit. Ecce serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione illius vocari leo potest fieri autem leo non potest. Unde necesse est ut omnes culpas ac negligencias meas non michi sed sue pietati deputet qui virtutis ministerium infirmo commisit. Item Gregorius Narsi patricio. Dum contemplationis alta describitis ruine mee michi gemitum renovastis. Quia quod

intus perdidi dum foras ad culmen regiminis immeritus ascendi. Tanto autem me perpessum merore cognoscite ut vix loqui sufficiam. Dolores enim mentis mee oculos tenebre obsident. Triste est quicquid aspicitur. Quicquid delectabile creditur lamentabile apparet. Quia enim ablato quietis mee culmine conspicio quam dilectum [illegible] profectus culminis ascendi, et pro culminis lucis mee [illegible] exilium a facie dominantis sui quasi destitutus. Inde vocibus cum propheta dicam Quia longe recessit a me qui consolabatur me. Quod vero causarum [illegible] similitudinem faciendo per scripta clausulas declamationes que formatis [illegible] frater karissime summa lectionem voce [illegible] eo modo nos agere constringunt [illegible] scabiosos sepe catulos pardos vel tigres vocamus. Ego enim bone vir esse filios [illegible] quia per terrenas curas ita operandi amisi. Nolite ergo me vocare Noemi id est pulchram, sed vocate me Mara quia amaritudine plena sum. Item Gregorius Anastasio patriarche Antiocheno. Accepta vestre beatitudinis ut fessus requiem, salutem eger, fontem sitiens, umbram estuans inveni. Neque enim illa verba per linguam carnis videbantur expressa, quia sic spiritualem amorem suum quem gerebat aperuit, ac si mens per semetipsam loquitur. Sed dura valde fuit quod secutum est, quia amor vester terrena me portare onera precepit. Et que prius spiritualiter diligebatis, post ut estimo corporaliter amantes usque ad tam me supposito onere depressistis, ut omnem mentis rectitudinem funditus perdens contemplationis quoque hac amittens non per prophetie spiritum sed per experimentum dicam Humiliatus sum et humiliatus sum usquequaque. Tanta quippe occupationum onera deprimunt, ut ad superna animus nullatenus erigatur. Multis causarum fluctibus quatior et post illa quietis ocia tumultuose vite tempestatibus affligor. Ut dicere recte dicam Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. Periclitanti michi orationis vestre manum tendite vos qui in virtutum littore statis. Sed vos me dum os quod lucernam dicitis quod loquendo multis prodesse multo

posse luce probeatis estimacionem michi
videor incidam in dubietate maximam
diversitas Considero namque qui sit et ni-
hil in me eciam boni signo deprehen-
do Considero autem qui estis et vos menti-
ri posse non arbitror Cum ergo credere nolo
quod dicatis contradicit michi infirmitas
mea Cum disputare nolo quod in lau-
de mea dicatur contradicit michi sanctitas
vestra Sed queso vir sancte nobis aliquid
de hoc certamine nostro conveniat ut si non
est quod dicatis ita est sit ita quia dicitis
Item gregorius andree illustri Omnipo-
tens dulcissimo cordi vestro indicet quantum
absens corpore caritate vestra animo
non recessi Bona enim vestra eciam si nolo
oblivisci non valeo Hoc autem quod me
de quietis ordinem cognoscat prencius
si me diligitis plangite quia tante
hic huiusmodi occupaciones sunt ut per ea-
rum ordinem pene ab amore dei videam
esse separari quod incessanter defleo atque ut
pro me dominum exoretis rogo Item grego-
rius Iohanni exconsuli et patricio atque que-
stori Bona vestre excellencie receptus tanto
erga vos amore constringor ut memo-
ria de meo pectore aboleri nullatenus
possit Sed contra amorem non modicum
batur species quedam aut aliud quodlibz
de rebus eius ecclie quod presicienda iniuentam
labore tollatur Sic namqz ea que ad
munitionem facultatis pauperum ptinet
desideramus compleri vt nulla penitus i
terum eorum ambitiosis hominibz venalita
tis relinquatur occasio Visitatore ec
clesiarium clerici qz earum qui eum ipsis
per non sue ciuitatis prochias fatigant
aliquod laboris sui capiant te dispone
te subsidium Iustum namqz est ut illis
consequatur stipendium quo p tempore suo
conuidare reputatur obsequium

Consuetudines datarum exenniorum
a suis epis accipere greg' quod pondus
quoddam pestiferum toto mentibus cona
mine detractabat Vnde felici epo mesa
nensi Consuetudines inquit que ec
clesijs grauamen nosciuntur inducere nos
nos decet consideratione remittere ne illic
aliqua cogantur inferre vnde sibi im
penda debent potius expectare Ecclias
quidem tuis vel aliorum consuetudinem
te oportet illibatam seruare eas qz annis
singulis que sunt consueta transmitte
Nobis vero decetero ne quod transmitti de
beat inhibemus z quia non delectamur
exenijs palmatianas quas tua direxit
fraternitas cum gratiarum actione suscepimus
Sz cauens ne quod exinde sentire potuisses
dispendium digno scaramangio remisimus
z id tue fraternitati transmisimus sigillatum
Sz quia caritate tuam ad nos velle veni
re cognouimus scriptis presentibus admone
mus vt aduenienti non debeas laborem
assumere sed ora pro nobis ut quanto nos
itineris interualla dissociant tanto ani

nus vas ad invicem et ad invicem si
mus in caritate coniuncti. Et ubi alternanos
obsecratione invicem suscepti officii
um venturo integrum iudici resig
nemus etc.

Item Iohanni epo prime iustinianae
ciuitatis pallium mittit et vices suas
committit. Post multa scribit. Exe
nia autem vestre sanctitatis suscepimus omnino
nolueram quia valde esset incongru
um ut predatis atque afflictis fratribus mu
nera percepisse videremur. Sed ruralis
vestri alio me argumento vicerunt ad
eum illa deferentes a quo non posset
oblationes vestre fraternitatis repelli etc.

Hinc est quod Gregorius
episcoporum neminem ad urbem fati
gari delectans Maximiano Syracusano
epo vices suas per Siciliam totam com
misit precipiens ut omnes epi semel
in quinquennio Romam venirent. Unde
Cypriano diacono scribens. Novit autem
dilectio tua hanc olim consuetudinem
tenuisse ut fratres et coepiscopi mei Romam
semel in triennio de Sicilia convenirent.
Sed nos eorum labori consulen
tes constituisse ut suam hic semel
in quinquennio presentiam exhibeant et ce
tera. Ubi notandum quod beatus Gregorius
exenia quod tardi nefas est anhelaret
non episcoporum adventus a triennio in
quinquennium protelaret, primo a trien
nio in biennium procul dubio festinaret.

Sed quando exenia grate
suscipere qui carius dispensan
das aliorum elemosinas recusare time
bat, tamen et timendo suscipiebat et cau
tissime dispensabat. Amor adeo
sua dare et aliena non accipere consue
verat ut etiam regum quarumdam per
tinacius refutaret. Unde Eulogio
patriarche Alexandrino inter cetera scribit
dicens. Deligimus quod scribitis quia breviora
fuerint naves per quam vos transmissa sunt
qualitas fecit. Quia si maiores naves
venissent, potuimus ligna etiam maiora
transmittere. Quod autem dicitis quia si ma
iora transmittimus per vestram datis largitati
quidem gratias agimus, sed accipere pretium
evangelio intercedente prohibemur. Nos
enim ea que transmittimus ligna non emimus
et quo possimus pretium accipere cum scriptum sit

Gratis accepistis gratis date. Nunc ergo
iuxta modum navis per navarchos parvi
ligna transmisimus sequenti vero anno si
omnipotenti deo placuerit maiora pre
paramus etc.

Non minimum iuxta si liberalissimus
pontifex nullas consuetudines
a suis suffraganeis nulla exenia capiebat,
quibus ipse si qua necessaria videbantur satis be
nigniter ministrabat. Unde Venantio Epo
Lunensi scribit dicens. Fratrem et coepisco
pum nostrum ecclesiarum frigore omnino labo
rasse cognovimus pro eo quod hiemale ves
timentum non habeat. Et quia aliquod beneficium a nobis pe
tiit debere transmitti fraternitati tue ad ho
per latorem presentem transmisimus amph
imallum tunicam et pectoralem ut ante
debeat sine mora transmitti. Et ideo ad
predictum fratrem nostrum sub omni illud celeritate
stude transmittere atque nobis hoc per
transmissis tuis renuntiare epistolis non om
ittas. Sed ita fac ut ad transmittendum qua
vehemens frigus est minime facias etc.

Item Castorio epo Ariminensi
Accepta fraternitatis vestre suscipientes e
pistola, sinus quod vos pro ea et gravitate
infirmatos et adhuc debiles esse cognovimus.
Et licet sanctitatem vestram videndi desiderium
habeamus, bene tamen fecistis isto vos ill
tempore continere, ne vementes hic de eg
ritudinis vestre molestia recidivam tristitiam
faceretis. Et post pauca. Unum autem caballum
nobis qualem invenire potuimus de bene
dictione sancti Petri transmisimus ut habeas cum
quo pro infirmitatem vectari possitis etc.

Tali prorsus tunc illius
tempore pontifices ampliati tam no
vas ecclesias a fundamentis construere et
ornare quam veteres quoque splendidissime
renovare ceperunt. Nam Gregorius
nichil in suis coeptis magis quam sanc
titatem, sapientiam et liberalitatem curio
sissime queritabat. Quod ut significatur
elucescat quasdam epistolarum eius adhibe
am. Quarum testimonio lector meus quo
rundam episcoporum vitam reprehensam cognoscat.
Ait enim in epistola secunda Ianuario Caralitano inter cetera
contra virum magnificum cum verbis quibus
les exarata quia eum obdormisse suspica.
Nam venerunt quidam ad me in quibus
quidem senes mendicantes. Qui a me
discussi sunt a quibus quod accepe perunt

per singula retulerunt quanta eis et a quibus
in temere data sint. Quod dum sollicite de
dicto fratre requireret quid dedisset respo
derunt se eum rogasse sed ab eo nichil
accepisse ita ut neque panem in via dare
rint quod dare omnibus illic causa sem
per familiare sint. Dixerunt enim eu
m nobis dicentem Non habeo quod dare no
possum. Et mirum si is qui vestes habet et cella
ria argentum habet quod pauperibus debeat da
re non habet. Dic ergo illi ut cum loco mu
tet mentem non sibi credat solam lectionem
orationem sufficere ut remotus studeat
sedere et de manu nichil fructificare. Sed
largam manum habeat necessitatem pa
cientibus concurrat alienam inopiam
suam credat. Quia si hec non habeat
vacuum episcopi nomen tenet.

Iam sereno episcopo massiliensi. Post ali
qua placuit ad nos fuerat quod incon
siderato zelo succensus sanctorum
imagines sub hac quasi excusatione ne
adorari debuissent confregisti. Et quidem
quia eas adorari vetuisses omnino lauda
visse vos reprehendimus. Dic frater a
quo factum sacerdote aliquid auditum
est quod fecisti. Si non aliud vel illud te
debuit revocare ut despectis aliis fratribus
solum te sanctum et esse credas sapi
entem. Aliud est enim picturam adorare
aliud per picture hystoriam quid sit ado
randum addiscere. Nam quod legentibus
scriptura hoc est cernentibus pictura quia
in ipsa ignorantes vident quod sequi de
beant in ipsa legunt qui litteras nesciunt
Unde et precipue gentibus pro lectione pictu
ra est quod magnopere a te qui inter gentes
habitas attendi decuerat. Ne dum recto
zelo incaute succenderis ferocibus ani
mis scandalum generares. Frangi ergo
non debuit quod non adorandum in
ecclesiis sed ad instruendas solummodo mentes
fuit nescientium collocatum. Et quia in
locis venerabilibus sanctorum depingi hysto
rias non sine ratione vetustas admisit
si zelum discretione condisses sine dubio
ea que intendebas salubriter obtinere
et collectum gregem non dispergeres sed dispersum
potius poteras congregare ut pastoris
in te meritum nomen excelleret non culpa
dispersoris incumberet. Peccavit dum in hoc
animi tui incaute nimis motus exque
ris ita tuos scandalizasse filios perhibe
ris ut maxima eorum pars a tua se commu
nione suspenderet. Quando ergo ad ovile
dominicum errantes oves adduces qui quas
habes retinere non prevales. Proinde hor
tamur ut vel nunc studeas esse sollicitus
atque ab hac te presumptione compescat et
eorum animos quos a tua disiunctos unita
te cognoscis paterna a te dulcedine omni
ad unitatem omni que studio revocare festines

Ianuario quoque
Karalitano episcopo post alia scribit
dicens. Inter querelas multiplices
Ysydorus vir clarissimus a fraternitate
tua frustra se excommunicatum anathe
matizatum que conquestus est. Quod
quomobrem factum fuerit dum a clero
tuo qui presens erat voluissemus addiscere
pro nulla alia causa nisi pro eo quod te in
iuriaverat factum innotuit. Que res
nos vehementer affligit. Quia si ita
est nichil te ostendis de celestibus cogi
tare sed terrenam te conversationem habere
significas dum pro vindicta proprie in
iurie quod sacris regulis prohibetur
maledictionem anathematis intulisti.
Unde de cetero omnino esto circumspectus atque
sollicitus et talia cuiquam pro defensione in
iurie tue deinceps non presumas. Nam si
tale aliquid feceris in te scias postea vin
dicandum

Item eidem. Eidem predicator omnipo
tentis dominus Paulus apostolus dicens. Seni
orem ne increpaveris. Sed hec eius
regula in eo servanda est cum culpa senio
ris exemplo suo non trahit ad interitum cor
da iuniorum. Ubi enim senior iunioribus
exemplum ad interitum prebet sub distric
ta increpatione feriendus est. Nam scriptum
est Laqueus iuvenum omnes nos. Et rur
sum propheta dicit. Peccator centum annorum
maledictus erit. Tanta autem nequitia ad au
res meas de tua senectute pervenit ut ea
nisi adhuc humanitus pensarem firma
iam maledictione ferirem. Dictum quip
pe michi est quod dominico die priusquam mis
sarum sollempnia celebrares ad exarandam
messem latoris presentium perrexisti. Post eam
arationem eius missarum sollempnia celebrasti etc.
Post missarum vero sollempnia etiam terminos
possessionis illius eradicare minime timuisti.
Quod factum que pena debuit insequi

omes qui audiuit sciut Dubium aut de tan
ta prauitate fueramus sed filius meus Cyriacus
abbas a nobis requisitus dum esset karalis
ita se cognouisse phibuit Et quia
tamen tuus adhuc primus hortamur ut a
liquando resipisse senex atque a tanta leui
tate morum et operum prauitate compesce
Quanto morti vicinior efficeris tanto
fieri sollicitior atque timidior debes Et
quidem pene sententiam inte fuerat iam
landa sed quia simplicitatem tuam cum
senectute nouimus interim tacemus

Omnes omnino ponti
fices alectione librorum genti
lium gregorius cohibebat Unde
desiderio galliarum episcopo pallium postu
lanti scribit inquiens Cum multa
nobis bona de vestris fuissent studiis nun
ciata Ita cordi nostro est nata leticia ut
negare ea que vestra fraternitas nobis conce
denda deposcerat minime pateremur
Sed post hoc peruenit ad nos quod sine verecun
dia memorare non possumus fraternitatem
tuam gramatica quibusdam exponere
Quam rem ita moleste suscepimus ac
sumus vehemencius aspernati ut ea que
prius ut ea que prius dicta fuerant in ge
mitum et tristiciam verteremus Quia in
uno se ore cum iouis laudibus cristi lau
des non capiunt Et quam grauem nefandum
que sit episcopis canere quod nec laico religi
oso conueniat ipse considera Nam quam
uis dilectissimus filius noster Candidus presbyter
postmodum veniens ac de hac re subtiliter
inquisitus negauit atque nos conatus
fuerat excusare de mentibus tamen adhuc am
inus non recessit Quia quanto execra
bile est hoc de sacerdote narrari tanto
vtrum ita sit districta et veraci oportet
satisfactione cognosci Unde si post hoc
euidenter hec que ad nos prolata sunt
falsa esse claruerint neque nos nugis se
cularibus literis studere constiterit et deo
nostro gratias agemus qui cor vestrum maculari
blasphemiis nefandorum laudibus
non permisit Et de concedendis que postu
latis securi iam et sine aliqua dubitacione
tractabimus etc.

Nichilominus natali Salonitano
episcopo scribit dicens Multas ab vr
be tua venerabilis frater hunc dedicati
pastorali cura derelicta solis te conuiuijs occupatum Que audita non crederem
nisi hoc actionum tuarum experimenta appro
barent Nam quia nequaquam lectioni studes
nequaquam exhortationi inuigiles sed ipsum
quoque vsum ecclesiastici ordinis ignoras
est in testimonio quod eis sub quibus es
status seruare reuerenciam nescis etc.

Sed cum natalis per manem phi
losophiam scripturis potius se in
teretur inculpabilem demonstrare incis
sumus doctor gregorius ita respondit
conuiuiorum defensione vestra fraternitas
abrahe conuiuium memorat in quo
te sacro eloquio tres angelos suscepisse
perhibetur Sed hoc exemplo neque nos
similitudinem vestram de conuiuio repre
hendimus si hanc suscipe angelos
hospitalitatem cognoscimus Eius sim
tua fraternitas ysaac sanctum filio bene
dictionem dedisse Quae vtraque velis testan
ti quia ita sunt gesta per historiam ve
tam signauerunt aliquid per allegoriam
Veniam valeamus sic res gestas legere
peracte ut possimus eciam gerendas prudenter
de sentire Ille quippe in tribus angelis
unum salutans trinitatis essenciam unius
substancie esse declarauit Iste vero sanc
tus benedicat filium quia qui diuinus spirita
lis repletur illius sensus in prophetia
tem extenditur Diuine autem scripture sacra
eloquium verba sunt Si igitur assidue
gitis si exemplum ab eorum operibus trahi
tis media penetratis quasi de agri venacione
satiate mentis ventrem repleatis
antepositio filio suscepto videlicet propheta
possitis ventura intuere Sed iam in h
seculo caligat qui de deo aliquid prophe
quia profecto dignum est ut hic iam per ca
rnis presentiam minus videat cuius sensus
per intelligenciam intus cohoruscat Sed
ergo ad nosmetipsos trahite et si nos si
les agnoscitis nichil est quod de mi
estimacione dubitetis Gaudere quod beati
dinem vestram inuenio si veracis nomen
cum rerum auctoritate sustineat Quod go be
niter expono Quia si de nobis falsum
dicatur nomen hoc veraciter tu rerum au
ctoritate sustinetis Si vero de nobis verum
quod de illo falsum fuisse qui nos dubitet
ab solue nos non valet par nomen quo
rum dispar est causa Nam eo autem
etiam prouintis latio suscepit Sed quod

catus prius tenuit pax caritas non absol
uit. Ego tamen quantis valeo precibus depos
co ut sanctissimam fraternitatem vestram
auctori nostro non solum nomen sed
causa coniungat. Communia sunt
que ex intentione imponende caritat
sunt tibi vestra sanctitas in suis epistolis lau
dat, sed tamen sciendum est, quia tunc vera
tas ex caritate predicitur cum in eis nulla
ab semetipso vita mordetur, nullus ex ra
tione reprehenditur, et non in eis inanes
secularium negociorum fabule sed verba sacre
lectionis audiuntur. Cum non plus nocte
est fruitur corpus sed sola eius insanitas
refficitur ut ad usus exercende virtutis ha
bilitatur. Hec itaque si nos in vestris convi
viis agitis abstinentiam fateor magistri
estis. Vergo Pauli apostoli ad me testimonium
posuistis: Qui non manducat, man
ducantem non iudicet. omnino consentio
iniquum esse. quia neque ego non
comedo neque ad hoc a Paulo dictum est
ut membra Christi que in eius corpore ad
est in ecclesia invicem ex caritatis compage
connexa sunt, nullam de se invicem
curam gerant. Quod si neque ego vobis neque
tu aliquid pertineres ad me non tacere
compelleret ut cum non reprehendam
quem emendari non possit. Hec propter me
ta propter eos solum dictum est qui illos
imitari student quorum cura sibi non
est commissa. Sit postquam nos auctore deo
dum sumus si nobis ea que corrigenda
sunt tacemus valde delinquimus

N emeum sane pontificum
a Antiochia sua saltim parum absque
inevitabili pressus necessitate discedere
Gregorius permittebat. Quos minime
in causis mundialibus occupari vehe
mentissime prohibebat. Unde Romano
defensore scribit dicens: Relatum ad
nos est reverentissimum fratrem nostrum Basilium
episcopum ut unum de laicis in causis occu
pari et pretoriis inutiliter obsistere. Et
res quod et ipsum vilem et verecundiam sacer
dotalem ad nichilat statuimus ut experien
tia tua hoc preceptum suscepit eum ita
ad revertendum in districta coercitione com
pellat quatenus ei illic te insistente v dic
bus sub quacumque excusatione morari non
liceat ne si quo modo ibidem a
plius moram habere permiseris cum ipso

apud nos graviter iniurias esse culpabilis

I tem Anthemio subdiacono
Pervenit ad nos presentem Amal
fitane civitatis episcopum in ecclesia reside
non esse contentum sed foris per loca
diversa vagari. Quod videntes alii nec
ipsi in castro se continent sed eius exem
plum sequentes foris magis eligunt
habitare. Et quia hoc agentes ipsi possessiones
ad suam hostes depredacionem invitant
ideo hac tibi auctoritate precipimus ut suprascri
pto episcopo intimare non desinas quatenus
hoc de cetero facere non presumat sed in
ecclesia sua sacerdotali more resideat.
Quod si forte non emendare per tuam in
sinuationem cognoveris in monasterio eum
deputare et nobis curabis modis omni
bus indicare ut quid facere debeas ma
iorem preceptione cognoscas

N on mirum si Gregorius ex mi
nisterio sibi credito curabat vitam
quorumlibet prepositorum vitiis salu
bus mederi, qui lapsum prelati cun
cte non dubitaverat ad instructionem poste
posterorum memorie commendare. Si
quidem in evangelica sententia qua
dicitur: Multi sunt vocati pauci vero
electi volens multorum vocationem a pau
corum electione secernens exemplorum dis
cernit prohibet dicens: Pater meus tres
sorores habuit que cuncte sacre virgi
nes fuerunt. Quarum una Tarsilla
alia Gordiana alia Emiliana dicebatur.
Uno omnes amore commisse uno eodemque tem
pore sub districtione regulari degentes
specialem vitam ducebant. Cumque cent
tinuis in eadem conversatione crescerent
diebus incrementis in amorem condi
toris sui Tharsilla et Emiliana surrexit
et cum solo hic erant corpore cottidie ad
ad eterna transire. Sit contra Gordiane an
imus cepit ab amore caloris vitium
per cottidiana detrimenta tepescere et pau
latim ad huius seculi amorem redire. Sic
bro aut Tharsilla dicere Emiliane sorori
sue cum magno gemitu solebat: Vi
deo Gordianam sororem meam de nostra
sorte non esse pondus enim quia foras de
fluit, et cor ad quod proposuit non custodit.
Quam curabat vel blanda cottidie re
dargucione corripere atque a levitate morum
ad gravitatem sui habitus reformare. Cum

quidem resumabat vultum subito gravitatis inter verba correptionis sed cum eiusdem correctionis hora transisset transibat pariter et inducta gravitas honestatis moxque ad levia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum cui quidem persona valde onerosa erat que tuncque huic modo debita non erat. Tardam vero nocte hinc tharsille amite mee inter sorores suas virtute ordinis continue afflictione studiose abstinentie singularis gravitate vite venerabilis in honore et culmine sanctitatis excreverat. Per visionem atavus meus Felix huius Romane ecclesie antistes apparuit eique mansionem perpetue claritatis ostendit dicens: Veni quia in hac te lucis mansione suscipio. Que subsequente mox febre correpta ad diem pervenit extremum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi conveniunt qui eorum proximos consolentur eadem hora eius exitum prestolantes viri ac femine lectulum circumsteterunt. Cum subito sursum illa respiciens Ihesum venientem vidit et cum magna animadversione circumstantibus clamare cepit dicens: Recedite recedite Ihesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat sancta illa anima carne soluta est tantaque subito fragrantia mirifici odoris aspersa est ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum longe orationis usu in cubitis eius et genibus camelorum more inventa est obdurata cutis excrevisse et quid vivens eius spiritus semper egerit mortua caro testabatur. Hec autem gesta sunt ante diem natalis Domini. Qua transacto mox Emiliane sorori sue per visitationem nocturne visionis apparuit dicens: Veni ut quia natale Domini sine te feci sanctum theophanie iam tecum faciam. Cui protinus illa de Gordiane sororis sue sollicitudine respondit: Et si sola venio sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui tristi vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox morbus corporis est secuta atque ita ut dictum fuerat ante Dominice apparitionis diem eadem molestia ingravescente defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit eius pravitas excrevit et quod prius latuit in desiderio cogitationis in effectum prave actionis exercuit. Nam oblita Domini timoris oblita consecrationis conductorem postmodum agrorum suorum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ardore converse sunt sed non omnes in uno eodemque studio permanserunt quia iuxta Dominicam vocem multi sunt vocati pauci vero electi.

Item Sergio defensori. Si hoc esse aut dispectionem aliquam habes in vita regularis discipline debuisti existere ut eaque illic illicite committuntur ante vindicta contingeret quam nos eorum inmanitas pervenerit. Sed dum ima te facit stultitia negligentem non solum de illis offendimur sed etiam contra desidiam tuam nihilominus provocamur.

Item Anthemio subdiacono Campanie. Pervenit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Pascasium ita desidem negligentemque in cunctis existere ut in nullo quia est episcopus cognoscatur adeo ut neque ecclesia eius neque monasteria sive filii vel oppressi pauperes eius circa se dilectionis studium sentiant nec adversum supplicantibus sibi in quibus indiget est opem defensionis accommodet et quod adhuc durius est gravius consilia sapientum et recta suadentium nulla patiatur consistere ut quod per se nequit attendere ab alio saltim possit addiscere. Sed rebus que ad pastoris curam pertinent postpositis ad fabricandum navium toto se studio inutiliter occupet. Unde sicut fertur contigit quadringentos aut eo amplius iam solidos perdidisse. Hoc quoque eius culpis adiungitur quod ita cotidie cum uno aut duobus clericis dicatur ad mare descendere ut et apud suos in fabula sit et extraneis sic vilis et despicabilis videatur ut nichil in se habere episcopalis ingenii nec reverentie indicetur. Quod si ita est non sine culpa tua esse cognoscas qui eum obiurgare atque cohercere ut dignum est

distulisti. Quia ergo hoc totum non solum
episcopum reprobat si etiam ad sacerdotalis offi
cium pertinere probatur obprobrium, nolumus
ut cum coram aliis sacerdotibus vel quibuscumque
filiis suis nobilibus contestari debeas
ac hortari ut vitio corporis excusso desides esse
non debeant sed in ecclesie ac monasteriorum
cura sit vigilans, paternam filiis cari
tatem exhibeat, in defensione pauperum
cum discretione in quibus iusticia suaserit
et eius consilia sapientum libenter susci
piat, quatenus et civitas illa eius queat solli
citudine consolari et ipse desidie sue cul
pas valeat operire. Si vero quod non cre
dimus post hanc adhortationem nostram so
lito adhuc more negligens extiterit
ac ad nos est modis omnibus transmittendus
ut hic positus distringi possit, quia vel
qualiter secundum dei timorem agere conve
niat sacerdotem.

Item eidem. Quotiens illa de fratribus
coepiscopis que minus ad nos veniunt que
et illos reprehensibiles ostendunt et
nobis tristitiam valeant generare, de eorum
nos emendatione non mediocriter cogit
necessitas cogitare. Quia ergo in
notuit nobis campanie episcopos omnes
ita negligentes esse ut constet eos im
memores honoris sui neque erga
ecclesias neque erga filios suos paterne
vigilantie curam exhibeant, vel mo
nasteriorum sollicitudinem gerant seu in
oppressorum sed pauperum tuitionem impen
dant, ideo hortamur tibi committere presentium
ut eis adire vocatis ex nostro illos mandato
districte commoneas quatenus desides esse non
debeant sed sacerdotalem se habere zelum
et sollicitudine opere doceant atque ita in his
que eos iuste secundum deum agere
convenit vigilantes consistant ut nullum
de his deinceps nos murmur exasperet.
Si quem vero eorum post hec negligentem
cognoveris, ad eum nos sine aliqua ex
cusatione transmitte, et quam sit grave vel
le abiicere que reprehensibilia et valde
corrigenda sunt corrigi, regulari ipse
valeant districtione sentire.

Item Victori episcopo Panormitano.
Post aliqua. Cuius inquit id cul
pe sis intelligis ut ego tam lon
ge positus que in civitate tua aguntur
tam et tot curis occupatus que fieri

debeant designem.

Notandum sane quia sicut ma
nifesta crimina districtissime papa
gregorius aut ulciscat unquam aliquando cer
tam sententiam proferebat. Unde Andree
Tarentino episcopo scribit dicens: Tribunal
iudicis eterni securus aspiciet quisquis reatus
sui conscius digna cum modo penitentia placare contendit. Habuisse te si
quidem concubinam manifesta veri
tate comperimus. De qua etiam contra te
quibusdam nata suspicio est. Sed quia in
rebus ambiguis absolutum non debet
esse iudicium, hoc tue conscientie eligi
mus committendum. Una de te si in
sacro ordine constitutos eius te per
mixtione esse recolis maculatum, sac
erdotii honore deposito ad ministrandum
nullo modo presumas accedere, scituris
in anime tue periculo ministrare et deo nos
te sine dubio reddere rationem si huius sce
leris conscius in eo quo es ordine ce
lans veritatem permanere volueris.

Ob hoc sollicitissime ecclesie dei custos
gregorius universaliter consili
arios arguens quantum ipse erat omnes
omnino salvare certabat. Unde Venan
tio ex monacho patricio post aliquam
scribens ait: Dico quia cum epistola mea
suscipitur, protinus amici conveniunt, lit
terati clientes vocantur, et de causa vite
consilium a fautoribus mortis queritur.
Et dum non te sed res tuas diligunt,
nulla tibi nisi que ad tempus placent
ant loquuntur. Tales etiam fuerunt sicut
ipse reminisceris dudum consiliarii qui te
ad tanti facinus perduxerunt delicti. Et
ut tibi aliquid secularis scriptoris auctoritatis
loquar: cum amicis omnia tractanda
sunt sed prius de ipsis. Si vero in causa tua
hominem consiliarium queris, consilia
rium me rogo suscipe. Nullus tibi fideli
or esse potest ad consilium quam qui non tua
sed te diligit. Item Iohanni Constan
tinopolitano episcopo post nonnulla. Dilec
tissimo filio Iohanni scripseram. Sed
credo quia michi familiariter ille
iuvenculus respondisset quem in sceleste
rebus ab omnibus accusatur, qui insidias
cottidie diversorum mortibus, poculo testa
menta nec deum metuit nec homines
erubescit. Michi crede frater karissime etc.

lium veritatis pastor habes ipsos prius corri-
ge ut cohortes qui nobis vicini sunt ceteri
qui vicini non sunt exemplo melius
emendentur. Illius linguam noli recipe-
re. Ille ad consilium vestre sanctitatis debet di-
rigi non autem vestra sanctitas ad verba il-
lius inflecti. Si enim illum audis scio
quia pacem cum tuis fratribus habere non
potes. Item Ianuario Karalitano episcopo.
Hos inquit quorum consiliis messem
alterius exarasti et eradicare timere in-
me timuisti in duobus mensibus excom-
municatos esse decrevimus. Ita ut si quid
eis intra duorum mensium spacium huma-
nitus evenerit benedictione viatici non
priventur. Deinceps autem ab eorum con-
siliis cautus existe teque sollicite custo-
di ne sis eis in malo discipulus quibus
magister in bono esse debuisti pastorita-
tis nec simplicitati tue nec ultime
senectuti parcamus.

Item Gallinico exarcho Ytalie pro
aliqua. Illud vos cognoscere quod
non modice contristatum me maio-
rem qui petitorem episcopi volentes a scis-
mate reverti suscepit, eam se perdidisse
confessus est, et per modum ab adver-
sariis ecclesie tenebatur. Et ego non ne-
gligentia venalitate sum arbitror
unde minor quia meos culpam hanc in
me vestra excellentia vindicavit. Sed tamen
quia hoc iniuriatus sum memetipsum re-
prehendi cernens. Nam ubi deus in sag
consilium prebet qui pacem cum catholi-
ca ecclesia non habet ibi non pervenit heretici adiciam.
Preterea sancti Petri apostolorum principis
natalicium diem in Roma civitate nos fa-
cere velle prohibetis et oramus omnipoten-
tem dominum ut sua vos gratia protegat et vo-
ta vestra nos implere concedat. Sed pre-
dictus vir eloquentissimus peto ut sit
veniat. Cum ipsi venerit aliis obsequiis
recedat. Vel certe si vestra excellentia
fortasse emergentibus causis venire
nequiverit ipse tam sancte ecclesie unitati
committet. Sonum tuum virorum audio si pos-
sim non esset erroris.

Item Sereno Massiliensi episcopo pro mul-
ta. Pervenit ad me quod dilectio tua
libenter malos homines in societate
vel consilio suo recipiat adeo ut presbiterum
quendam qui postquam lapsus est et in
sue adhuc dicitur iniquitatis pollucione
versari familiarem habeat. Et quidem
nos ex toto non credimus quia qui ta-
les recipit scelera non corrigit sed magis a-
liis dare talia perpetrare videtur dare li-
centiam. Sed ne forte aliquid tibi surrepe-
re vel dissimulacione ut a te recipiatur ac di-
ligatur gratius suadeo non solum
hunc longius expellere verum etiam c-
ressius ipsius sacerdotali te zelo modis
omnibus te convenit resecare. Alios v-
qui pravi esse memorantur paterna
adhortacione a sua pravitate compesce-
re ad viam stude rectitudinis revocare.
Quod si quod absit salubri monitu cor-
rigi videris in nullo proficere et hos quam crude-
liter abicere ne pravitates eorum ex eo
quod recipiuntur displicere minime videantur
et non solum ipsi inemendati remane-
ant sed etiam eorum recepcione illi cor-
rumpantur. Et considera quam et omnibus
execrabile et periculosum ante dei iu-
dicium sit si per eum a quo plectenda fu-
erant nutriri vitia videantur. Hec igitur
dilectissime frater diligenter attende et
ita agere stude ut pravos salubriter cor-
rigas et scandalum de malorum societate
filiorum tuorum animus non indi-
cas etc.

Pro huius culpa indicari aliquem
pressius videns Gregorius in-
me permittebat. Ideoque Gregorius Castorio no-
tario Campanie scribens ait. Illa prepo-
sitorum sollicitudo utilis illa est atque
laudabilis in qua totum racio agit
furor sibi nihil vendicat. Restringen-
da ergo sub racione potestas est ut quem
agendum prius est concitata ad tranquil-
litatem mens redeat. Nam commo-
tus ipse iustum putat ira quod fecerit.
Pervenit itaque ad nos magnitudinem
tuam usque ad hoc esse impetu furoris
impulsam ut non solum frangi-
nas monasterii sancti archangeli v-
erum etiam semper exinde quod ibi i-
nventum est ferreis. Insuper autem sic con-
tra abbatem eiusdem monasterii dica-
tis exarsisse ut ipse occultatus se ...
die tue ipse latuisset non leve districtum
manere. Denique ut metu tuo est pri-
vatus de domo in qua olim receperat
exire huiusque non audeat. Quod ni-

frustra fecisse forsitan videris fugam mo-
nachi eius qui ad hostes abiit ad eius
questum ad nos prolatum est impingis cri-
men asserens quod cum illius voluntate
fugerit. Quod si ita est contristamur et
valde vestram sapientiam miramur. Nam si ita
tum putatis ut aliorum culpa alii sic nota-
ri in multa hinc possint crimina subiacere.
Mercenarii nobilium sunt multarum ec-
clesiarum clerici diversorum monasteriorum mo-
nachi multorum iudicum homines sepe
se hostibus tradiderunt. Ergo si hoc ce-
dit vobis suorum utique quod clericorum episcopi mo-
nachorum abbates diversorum fugam iudi-
ces omnes sub culpa sunt et crimine
constituti. Et quidem et diebus magnitudi-
nis tue multi de civitate in qua consistit
ad longobardos milites fuga noscuntur lapsi
sunt. Et quis tante discretionis tante-
que possit stultitie reperiri ut eorum iniqui-
tatem tibi estimet applicandum.

Libertatem unius

Cuiusque hominis gregorius contra
iudicum insolentias liberis nichilominus
vocibus defendebat. Unde leontio excon-
sulibus pro aliqua scribens ait. Quem lib-
ertatis in ista causa cautionis culpabilis
invenitur. De aliis causis quid pro se
alleget nescio. Unum tamen hoc bene atque
constanter novi quia et si quam rebus
publicis fraudem fecit substantia eius
reddi debuit non libertas. Nam in hoc quod
liberi homines ceduntur ut indignatur
ut taceam quod omnipotens deus offenditur
ut taceam quod vestra opinio vehementer
gravatur piissimi tamen imperatoris nostri
omni tempore fuscantur. Hoc enim inter reges
gentium et imperatores romanorum distat
quia reges gentium domini servorum sunt im-
peratores vero romanorum domini liberorum.
Unde et vos quidquid agitis prius quidem
servata iustitia deinde custodita per omnia
libertate agere debetis. Scriptum est enim
Quod tibi non vis fieri vide ne alteri fa-
cias. Et per semetipsam veritas dicat. Que
vultis ut faciant vobis homines et vos
eadem facite illis. In libertate ergo eorum
qui vobis in discussionem commissi sunt
vestram specialiter attendere debetis et si vestri a
maioribus vestris imitari libertatem vultis
non nullas subiectorum vestrorum libertatem
honorando custodite. Beatus enim qui

dixit. Celum et terra transibunt verba autem mea
non transibunt. Eius quia verba non transe-
unt sed per omnia implentur metuimus
quod iterum dicit. In qua mensura mensi
fueritis in ea remetietur vobis. Et autem
gloria mea consistit quia si superbe si cru-
deliter agimus despecto deo vobis homi-
nes placemus nullomodo. Nam ipse
qui despicitur eum contra nos quem
despecto deo placere volumus irritat. Stu-
deamus ergo per omnia placere deo qui potens
est etiam iratos homines ad mansue-
tudinem reducere. Nam sicut dixi eadem
mansueti homines indignante deo ad
iracundiam provocantur. Si autem dicit
quia sine verberibus atque cruciatibus
fraudes publice inveniri non possunt. Et
admittere poteram si in raciociniorum
causa dominum leontium non invenissem.
Nam verum est quia illi solent mani-
bus excedere qui in sensu et lingua
deficiunt.

Criminosorum insultantes cupiditates
ac scelera gregorius qui christianissi-
mo freno pontificatus sui validissimis
auctoritatibus restringebat et si quos
dulciter a pravitate corrigere non va-
lebat scelera eorum suorum redargutionibus
publicabat. Unde romano exarcho
ytalie residenti ravenne scribit in-
quiens. Quod excellentiam vestram pra-
vorum audacia correctionis debet acu-
leos magis quam defensionis inveni-
re solacium. Nam satis grave est
illic hoc pravitatem ut contingat gratio-
nem refugium. Unde disciplinae debet
prodire censuram. Pervenit itaque ad
nos speciosum quendam presbyterum quia
causa poscente in monasterio a Iohanne
fratre et coepiscopo nostro fuerat deputatus
contra sui pastoris communem volunta-
tem exisse et ecclesiastice constitutionis
rigore despecto antedicto episcopo nostro
fratrum tuitione restitisse. Et quia ex-
cellentiae vestrae sine dubio pulsat in-
iuriam necesse est ut abeunt nos habita
discretione debeatis tuitione suspendere.
Ne sub nominis vestri occasione pastori suo
inobediens vel contumax fiat ad
tempus vos contra iudices defen-
sare atque excellentiam vestram hoc esse
te cogatur offendere et nos pariter deo.

iram discordia contristari. Compescimus
praeterea quod dici nefas est quasdam mulieres
que iniuste in religioso atque monachico
habitu permanserunt religiosam veste deponere
et coniugibus quod sine gravi reatus dolore
non possimus scribere. Sed hoc quidem ve-
dicere vel attemptare presumat favoris im-
proprio fiducia dicitur, quod nos accedere
paternitatis vestre acerbitas non permittet.
Petimus ergo ut in tanto nos peccato inulte
nullatenus debeatis. Nam hunc dei iniqui-
tatem impunitam propter deum nullo modo
patimur remanere. Unde itaque quas vestra
excellencia in talibus se causa dicens de-
fensione non inmisceat, nec ad deus suam
defendat iniuriam, et inter nos aliorum
pariat culpa discordiam.

Item Venancio ex monacho patricio.
Multi hominum putaverunt quod si ad ordinem
episcopatus evehererer tecum alloquium ac per
epistolas frequentare recusarem. Sed non ita
est quia ipsa iam loci mei necessitate co-
actor ut tacere non debeam, et pro pauca.
Hac igitur consideracione compulsus ve-
lis an nolis locuturus sum quia omni
virtute aut te cupio salvare aut de tua
morte me eripi. Inquo enim habitu fuis-
ses recolis et superne districtionis amore dulcisimo
postposita ad quid sis delapsus agnoscis.
Culpam ergo talem pensa dum vacat.
Districtionem futuri iudicis dum vales co-
horresce ne tunc amarum senceas cu-
cam nullis fletibus evadis, et inspira te-
te ebangelio. Vides quia divina senten-
tia de ocioso sermone nos arguit, et de
verbo inutili racionis subtiliter exquirit.
Pensa ergo quod factura est de periuro ope-
re quosdam in iudicio suo reprobat de ser-
mone. Ananias deo pecunias voverat,
quas post diabolica victus persuasione
subtraxerat, sed qua morte mulctatus est
sapis. Si igitur mortis periculo dignus
fuit qui eos quos dederat nummos deo
abstulit considera quanto periculo in divino
iudicio dignus eris qui non nummos
sed temetipsum omnipotenti deo cui te sub
monacho habitu devoveras subtraxisti.
Quapropter si correctionis mee verba sce-
tius audieris quam sint blanda et dul-
cia in fine cognosces. Ecce fateor me-
rens loquor, et facti tui tristicia addictum
edere verba vix valeo et tu animus tuus

actionis sue conscius vix sufficit, sic quod
audit erubescit confunditur accusatur.
Si ergo ferre non valet verba pulvulis
facturus est ad iudicium conditoris. Facta-
tamen quia superne gratie esse iniam magnam
quod te effugere vitam conspicit et tam adhuc
ad vitam reservat quod superbientem te vide-
t tollerat. Cumque Venancius in eadem
apostasia permaneret obortis quibusdam
simulacionibus oblaciones suas a Johanne
Syracusano episcopo excecatas contra eum ta-
li more commotus est, cum quod non
iniuste gregorio accusare. Cui ipse re-
scribit dicens. Multum nos ea quam
rescriptis iam contristatos invenit epistola
quod inter nos et Johannem fratrem nostrum de quorum
sinceritate gaudebamus concordia scandalum
accidisse cognovimus. Deinceps enim tam-
tum fuisset non usque ad hoc debuit furor ex-
plere ut armati homines viri sicut audi-
vimus in episcopum irruerent et diversa hostili
more mala committerent atque nos hec re-
a paterna interim caritate divellet.
Quid non poterat quelibet contencio tran-
quille disponi ut nec pro tam multis de-
mentia nec sentiret gravem lesionem.
Aut gravaretur cuius sanctitatis cuiusque man-
suetudinis suspicabilis frater noster sit nos
bene novimus ingenuitatem. Ex qua re colli-
gimus quia nisi vis eum doloris nimia
coegisset adhuc rem de qua nos tristes
tuos assercitis eius fraternitas nullatenus
premisisset. Nos tamen ut hoc eo scribere
compesceremus zelo ei scripsimus admonentes
ut oblaciones vestras sicut ante suscipe-
re et missas in domo vestra non solum ce-
lebrari permittat, sed si velitis eciam ipse
pageret et cetera. Verum Venancio
cum episcopo in concordiam rediens cum
per undenos annos a gregorio multis
pluribus litteris exhortatus redire ad mo-
nachicum propositum detractaret in gra-
vissimam egritudinem recidit. Quod
a Johanne Syracusano episcopo gregorius
audiens rescribit dicens. Fraternitatis
tue scripta suscepi que michi de dilec-
tissimi filii mei domini Venancii egritudine
loquebantur, et cuncta ergaeum qua-
liter acta sunt narrabant. Sed uno
pore audivimus illum defecisse ac gra-
viter egrotare et in rebus orphanorum
filiarum sed eius homines iniquos in-

assistere vix in se in corde meo doloris cape
ceterat. Sed in hoc sunt solacium quod lacrime
mihi per gemitus erumpebant. Vestra igitur
sanctitas formam quia debet curam negli
gere non debet, ut de anima eius cogitare
debeat exhortando rogando dei terribile
iudicium proponendo ineffabilem eius miseri(cordiam)
promittendo ut ad bonum suum redire vel
in extremo debeat ne ei reatus tante cul
pe in exitu iudicium obsistat. Si quos tamen
iudicium a suis pravitatibus incorrigi
biles Gregorius admittebat eos scriptis suis
...enes principes denotabat. Unde Con
stantine auguste queritur dicens

Mirum est quod huius Gregorii
tempore tot sacerdotes et laici per diversas
regiones miraculis choruscasse Dialogo
teste probantur quod nequaquam sub posteri
oribus pontificibus invenire postea po
tuerunt. Tantis igitur ecclesie dei felicitatibus
hostis humani generis invidens nonnullos
pontificum simul et sceleratos iudices ad
eius invidiam conflagravit. Tempore quo
sub afflictione Johanni Ravennati episcopo
inter cetera queritur dicens: Peccatis hec meis
reputo quia iste qui nunc interesse habet
nobiscum quis Romanus exarchus et pug
nare contra inimicos nostros dissimulat
nos facere pacem vetat. Quamvis iam modo
eam si velit facere omnino non possimus
quia Ariulphus exercitum autem ... et no
bis ... eorum sibi dari precaria desi
derat ut nobiscum loqui aliquid de
pace dignetur etc.

Item Sebastiano episcopo Sirmiensi post
aliqua. Que sanctissime frater de anima
nostri domini romanam personam in hac terra
patimur loqui minime valemus. Breviter
tamen dico quia eius in nos malicia gladios
Longobardorum vicit ita ut benigniores vide
antur hostes qui nos interimunt quam rei
publice iudices qui nos malicia atque falla
ciis in cogitatione consumunt. Et uno tempore cu
ram episcoporum atque clericorum monasteriorum et
populi gerere contra hostium insidias sollicitudine
vigilare contra ducum fallacias atque mali
cias suspectum semper existere. Cuius laboris
sit cuius doloris vestra fraternitas tanto verius
pensat quanto me qui hec patior purius amat.

Item Anastasio patriarche
post multa. Que mala a barbarorum
gladiis que perversitate iudicum patimur

beatitudini vestre narrare refugio ne eius ge
mitus augeam que minuere consolan
do debueram.

Item Palladio presbytero de monte Syna
post plurima. Peto ut pro me orare
non cesses, quatinus omnipotens deus
et a malis me spiritualibus et a pravis homini
bus custodire dignetur, quia in hac vite
presentis peregrinatione mala me simul et multa
circumdant ita ut cum psalmista iure
dicam: In me transierunt ire tue et ter
rores tui conturbaverunt me. Circumdede
runt me sicut aqua tota die circumdederunt
me simul. Dum in Sardinia insula mul
tos esse gentiles cognovissem eos quod
adhuc prave gentilitatis more ydolorum
sacrificiis deservire et eiusdem insule sacer
dotes ad predicandum redemptorem nostrum
torpentes existere, unum illuc ex Ytalie
episcopis misi qui multos gentiles ad fidem
domino cooperante perduxit. Sed rem in
sacrilegam nunciavit quia hii qui in ea
ydolis immolant iudici premium persolvunt
ut hoc eis facere liceat. Quorum dum quidam
baptizati essent et immolare ydolis
desiissent adhuc ab eodem insule iudice
etiam post baptismum illud premium exigitur
quod dare prius pro ydolorum immolatione
consueverant. Quem cum prefatus
episcopus increparet, tantum se suffragium
promisisse dicit ut nisi de causis etiam
talibus impleri non possit. Corsica vero
insula tanta immanitate exigentium
et gravamine premitur exactionum ut hii
qui in illa sunt eadem que exiguntur
complere vix filios suos vendendo suf
ficiant. Unde fit ut derelicta pia repu
blica possessores eiusdem insule ad ne
fandissimam Longobardorum gentem
cogantur effugere. Quid enim gravius
quid crudelius pati possunt a barbaris
quam ut constricti atque compressi suos
vendere filios compellantur. In Sici
lia autem insula Stephanus quidam
marinarum partium cartularius tanta preiudi
cia, tantas quoque oppressiones opera
ri dicitur invadendo loca singulorum atque
sine dictione causarum per possessiones
ac domos titulos ponendo ut si velim
acta eius singula que ad me pervene
runt dicere in magno volumine hec exple
re non possem. Que omnia serenissima

domina sollerter aspiciat et oppressorum
gemitus compescat / et post pauca / Cune
enim mentes qualia viscera parentum esse
possint perpendite quando filios suos di-
strahunt ne torqueantur / Qualiter autem
misericordum sit filiis aliorum hoc bene
sciunt qui habent proprios / Unde michi hec
breviter suggessisse sufficiat ne si ea
que in hiis partibus aguntur pietas vestra
non cognosceret / Hec apud districtum
iudicem silencii mei culpa mulcta-
ret etc.

Porro mauricio tunc augustissimo
simul et rapacissimo principi
suggestionibus inimicorum suorum in-
iustissimam legem ferenti ut nulli
militum qui videlicet in manu signa-
tus fuisset converti liceret inter cetera sic
scribit / Ad hoc potestas super omnes homines
pietati dominorum meorum celitus da-
ta est ut qui bona appetunt adiuven-
tur ut celorum via largius pateat
ut terrestre regnum celesti regno famu-
letur / Et ecce aperta voce dicitur ut ei
qui semel est in terrena militia nisi aut
pro debilitate corporis signatus fuerit
aut nisi completa militia repulsus
Christo militare non liceat / Ad hec ecce
per me servum ultimum suum et vestrum respondet
Christus dicens / Ego te de notario comi-
tem excubitorum de comite excubitorum
cesarem de cesare imperatorem nec solum
hoc sed etiam patrem imperatorum feci
sacerdotes meos tue manui commisi
et tu a meo servitio milites tuos subtra-
his / Responde rogo piissime domine
servo tuo quid venienti et hec dicenti
responsurus es in iudicio domino tuo / Et post
pauca / Sequitur / Rogo domine meus
quis prior imperialem legem dederit
et subtilius estimet si debuit dari
Item theodoro
Medico post aliqua / Peccatis
inquit meis facientibus ex quo-
rum suggestione vel consilio nescio
talem in republica sua legem protu-
lit imperator ut nullus qui actionem
publicam egit nullus qui optio
vel manu signatus inter milites habe-
tur ei in monasterio converti liceat ni-
si forte si militia eius fuit completa
Quam legem primo sicut hii dicunt

qui leges veteres noverunt iuliani
tulit / De quo scimus omnes quantum de[o]
aversus fuit
Confortabat insaniam iudic[...]
sime fenebat / Iohannes tunc consta[...]
regie urbis antistes qui eo tempore quo
nes constantinopolim morabatur fa[...]
se summi sacerdotii qui humilitate fulg[...]
Eo suscepto adeo in superbiam dolo[...]
mentis erupit ut ex causa alia occa[...]
nem querens synodum faceret in qu[a]
se universalem appellare conatus est
mox papa pelagius ut agnovit di[...]
epistolis ex auctoritate sancti petri apostoli eiusde[m]
synodi acta cassavit / Diaconem quo[...]
iuxta morem pro causis ecclesiasticis fa[...]
dis imperatoribus adherebat cum e[o]
missarum sollempnia celebrare prohibu[it]
Cuius sententiam beatus gregorius se[...]
prefatum iohannem sepe commonitum adq[...]
escere dissentientem sententia pari inn[...]
caveat omnibus pontificibus sub me[...]
tione proprii honoris mandaverat ne v[...]
quam in universalis prefatum vocabulum a[...]
scriberent aut scriptum susciperent / a q[...]
fuisset scriptum subscriberent / Cumque pre[...]
Iohannes multis fallaciis ad suam presump[...]
consensus amantissimi imperatoris [...]
emiciens optinuit / Imperator gregorio [...]
beret quo sibi pacificus existisset / [...]
propter nec imperatrici constantine [...]
aliqua scribit dicens / Sabiano dia[co-]
no responsali meo scribente cognovi
in causis beati petri apostolorum principis a[...]
quosdam superbe humiles ficte bland[i-]
enta se insigne ut serenitas impe[...]
dat / Unde adhuc peto ut melius p[...]
lere contra veritatem [...] permitta[...]
Quia sunt quidam qui [...]
peccatoris vocem per dulces sermone[s]
et benedictiones seducunt corda innocen-
tium / Et iste quidem despecti sunt
sed corde tument / Et qui in hoc mundo
sunt cuncta simul adipisci querunt / Cu[m]
indignos se omnibus hominibus fatent[ur]
sed privatis vocabulis contenti esse non
possunt quia illud appetunt / Unde omnibus
digniores esse videantur / Et post
pauca
Preterea indicat quia piissimi dom[ini]
scripta suscepi ut fratri et consacerdo-
ti meo iohanni debeam esse pacificus

[E]t quidem sic religiosum dominum decuit [u]t sacerdotibus ista preciperet. Sed cum[que] [n]ova presumpcione atque superbia iste frater meus universalem episcopum appellet, itaque [s]ancte memorie decessoris mei tempore ascribi [s]e in synodo tali hoc superbo vocabulo fa[c]eret. Quamvis cuncta illius synodi sede [a]postolica contradicente soluta sunt. Triste [m]ichi aliquid serenissimus dominus innuit, [q]uia non eum corripuit qui superbit, sed [m]e potius ab intencione mea declinare [v]oluit qui in hac causa ewangeliorum [et] canonum humilitatis atque rectitudinis veri[t]atem defendo. Cum in re apostolus frater [et] consacerdote meo contra ewangelicam [s]entenciam contra beatum quoque petrum apostolum contra omnes ecclesias canonumque consti[t]uta agitur. Sed est omnipotens dominus in cuius [m]anu sunt omnia de quo scriptum est: [N]on est sapiencia, non est prudencia, non [es]t consilium contra deum. Et quidem sic [p]refatus sanctissimus frater serenissimo [d]omino multa suadere conatur. Sed bene [n]ovi quia tante ille orationes eius et lac[ri]me nil ei a quoquam contra rectitudinem animam [su]am subripi permittunt. Triste tamen [v]alde est ut paciencer feratur quatenus [d]espectis omnibus predictus frater et coepiscopus [m]eus solus conetur appellari episcopus. [Se]d in hac eius superbia quid aliud nisi [pr]opinqua iam antichristi tempora designantur? [Qu]ia illum videlicet imitatur qui sperne[n]s in sociali gaudio angelorum legioni[b]us ad culmen singularitatis conatus [es]t erumpere dicens: Super astra celi ex[a]ltabo solium meum, sedebo in monte [t]estamenti in lateribus aquilonis, ascen[d]am super altitudinem nubium, similis ero [a]ltissimo. Unde per omnipotentem dominum [r]ogo ne pietatis vestre tempora permittat vi[...] [h]ominis elatione maculari neque tam per[v]erso vocabulo nullum quoquomodo [pr]ebeatis assensum. Itaque in hac causa [n]equaquam me pietas vestra despiciat. Quia [e]t si peccata gregorii tanta sunt ut pati [t]alia debeat, petri apostoli peccata nulla [s]unt ut vestris temporibus pati talia mereatur. [U]nde iterum atque iterum per omnipote[n]tem dominum rogo ut sicut priores prin[cip]es sancti petri apostoli gratiam quesierunt, [v]os quoque hanc vobis et querite et servare [pro]curetis, et propter peccata mea qui ei indigne servio eius apud vos honor minuatur, qui et modo vobis adiutor esse in omnibus et post modum [per] sua valeat peccata dimittere. Viginti autem iam et vii annos ducimus quod in hac urbe inter longobardorum gladios vivimus. Quibus quam multa ab hac ecclesia cotidianis diebus erogantur ut inter eos vivere possimus suggerenda non sunt. Sed breviter indico quia sicut in ravenne partibus dominorum pietas apud primum exercitum italie sacellarium habet qui causis supervenientibus cotidianas expensas faciat, ita et in hac urbe in causis talibus eorum sacellarius ego sum. Et tamen hec ecclesia que uno eodemque tempore clericis, monasteriis, pauperibus, populo atque insuper longobardis tam multa indesinenter expendit, ecce adhuc ex omnium ecclesiarum afflictione premitur, que de unius hominis superbia multum gemunt, et si dicere nil presumunt etc.

[S]anctissimo quoque pontifici gregorius voce libera contradicit post aliqua scribens: Ecce claves regni celestis haud dubium quin petrus accepit, potestas ei ligandi et solvendi tribuitur, cura ei totius ecclesie et principatus committitur, et tamen universalis apostolus non vocatur, et vir sanctissimus sacerdos meus Iohannes vocari universalis episcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tempora, o mores! Ecce cuncta in europe partibus barbarorum iuri sunt tradita, destructe urbes, eversa castra, depopulate provincie, nullus terram cultor inhabitat. Seviunt et dominantur cotidie in necem fidelium cultores ydolorum, et tamen sacerdotes qui in pavimento et cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt et novis ac prophanis vocabulis gloriantur. Numquid specialem iniuriam vindico? Numquid hac ego in re piissime domine causam propriam defendo, et non causam omnipotentis dei, causam universalis ecclesie? Quis est iste qui contra statuta ewangelica contra canonum decreta novum sibi nomen usurpare presumit? Utinam vel sine aliorum imminucione unus sit qui esse appetit universus

et certe multos constantinopolitane ec-
clesie in hereticos voraginem traxisse
novimus sacerdotes. Et non solum here-
ticos sed etiam heresiarchas factos. Inde
quippe nestorius qui mediatorem
dei et hominum christum ihesum duas esse per-
sonas existimans quia deum hominem fi-
eri potuisse non credit usque ad iudai-
cam perfidiam erupit. Inde macedoni-
us qui consubstantialem patri et filio
spiritum sanctum deum esse denegavit.
Si igitur illud nomen in ecclesia sibi
quisquam arripuit unde tot heresiarche
perisse noscuntur. Universa ergo eccle-
sia a statu suo corruit quando is qui ap-
pellatur universalis. Sed absit a christia-
nis cordibus nomen istud blasphemie
in quo omnium sacerdotum honor adimitur
dum ab uno sibi dementer arrogatur.
Certe pro beati petri apostolorum principis hono-
re per venerandam calcedonensem sino-
dum romano pontifici oblatum est.
Sed nullus eorum umquam hoc singulari-
tatis nomine uti consensit. Ne dum pri-
vate aliud daretur uni honore debito
sacerdotes privarentur universi. Quid est
ergo quod nos huius vocabuli gloriam et obla-
tam non querimus et alter hanc arripe-
re etiam non oblatam presumit. Ille ma-
gis est pessimorum dudum preceptor de-
flectendus qui preceptis canonicis obe-
dientiam prebere contempsit. Ille coher-
cendus est qui sancte universali ecclesie
iniuriam facit qui corde tumet qui
gaudere de nomine singularitatis ap-
petit qui honori quoque imperii sui
se privatum vocabulum superponit.
Ecce omnes hac de re scandalum pati-
mur. Ad vitam igitur rectam revertatur
auctor scandali et omnium sacerdotum iurgia
sine iniquitate tamen ipsi sacerdotaliter vivunt concor-
dia appetat. Nam qui contra omnipotentem
deum per inanis glorie tumorem atque contra
statuta patrum suam cervicem erigit in
omnipotente domino confido quia eam et
gladius flectet. Quid enim nunc imperium in hac
urbe ex huius vocabuli auditu gestum
sit sabiniano diacono ac responsali meo
subtilius indicavi.

Item iohanni episcopo constantinopoli-
tano. Eo tempore quo fraternitas vestra in
sacerdotali honore provecta est quantam
pacem atque concordiam invenerit eccle-
sie. Sed quo ausu quo ve tumore nescio
novo te conata est arripere nomine unde
omnium fratrum corda potuissent ad scan-
dalum provenire. Qua in re vehemen-
ter admiror quia ne ad episcopatum ve-
nire potuisses fugisse te velle meminimus. Quem
tamen adeptum ita exercere desideras
ac si ad eum ambitioso desiderio decucuris-
ses. Qui enim indignum te esse fateba-
ris ut episcopus dici debuisses ad hoc qui
ductus es ut despectis fratribus episcopus
appetas solus vocari. Et paulo post:
Veterem dico atque ex intimo viscerum
dolore peccatis meis reputo quod il-
le meus frater in tuisque reduci ad humi-
litatem non valuit qui ad hoc specia-
lius episcoporum constitutus est ut alias
animas ad humilitatem reducat. Ad
ille qui veritatem docet ab aliis se
metipsum doceri nec me quoque depre-
cantes consensit. Item post alia:
Quis ergo in hoc tam perverso vocabulo
nisi ille ad imitandum proponitur qui
despectis angelorum legionibus secum
socialiter constitutis ad culmen conatus
est singularitatis erumpere ut nulli sub-
esse et solus preesse omnibus videretur. Qui
etiam dixit: In celum ascendam super
astra celi exaltabo solium meum. Sede-
bo in monte testamenti in lateribus
aquilonis. Ascendam super altitudi-
nem nubium, similis ero altissimo.
Quid enim fratres tui ecclesie universalis epi-
scopi nisi astra celi quorum vita simul et lingua
inter peccata errores que hominum quasi
astra inter noctis tenebras lucent.
Quibus dum cupis temetipsum voca-
bulo elato preponere eorumque nomen
tui comparatione calcare quid aliud di-
cis nisi in celum ascendam super astra
celi exaltabo solium meum. Sed
omnes episcopi nubes sunt qui et verbis
pluunt et bonorum operum luce corus-
cant. Quos dum vestra fraternitas despi-
ciens sub se premere conatur. Quid aliud di-
cit nisi hoc quod ab antiquo hoste
dicitur: Ascendam super altitudinem
nubium. Que cuncta cum flens con-
spicio et occulta dei iudicia pertimesco au-
gentur lacrime gemitus que in corde
non capiunt quod ille vir sanctissimus

domnus Iohannes tante abstinentie atque humilitatis familiarium seductione linguarum ad tantam superbiam erupit ut in appetitu perversi nominis illi esse conetur similis qui dum superbe esse deo similis voluit, etiam donate similitudinis gratiam amisit et veram beatitudinem perdidit, quia falsam gloriam quesivit. Certe Petrus apostolorum primum membrum sancte et universalis ecclesie est, Paulus, Andreas, Iohannes quid aliud quam singularium sunt plebium capita, et tamen sub uno capite omnes membra. Atque ut cuncta brevi cingulo locutionis astringam sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hii perficientes corpus domini in membris sancte ecclesie constituti et nemo se umquam universalem vocari voluit. Vestra ergo sanctitas agnoscat quantum apud se tumeat qui illo nomine vocari appetit quo vocari nullus presumpsit qui veraciter sanctus fuit. Item post pauca. Certe olim clamatur per apostolum: Filioli novissima hora est secundum quod veritas predixit. Pestilentia et gladius per mundum sevit, gentes insurgunt gentibus, terre concutitur orbis cum habitatoribus suis terra dehiscente solvuntur omnia que predicta sunt fiunt. Rex superbie prope est et quod dici nefas est sacerdotum ei preparatur exercitus, quia cervici militant elationis qui positi fuerant ut ducatum preberent humilitatis. Sed hac in re causas si mea lingua que superbie vitia premeret specialiter adhibetur, nunc contra dicat illius virtus contra elationem erigitur et infra considerare nos convenit ne qua amaritudinis radix sursum germinans impediat et per illam coinquinentur multi. Quod tamen si nos considerare negligimus contra tante elationis tumorem iudicia superna vigilabunt.

Item in alia eiusdem epistola post multa. Sed etiam nunc dico easdem personas videlicet Iohannem Calcedonensem et Athanasium Isaurie presbiteros in suis ordinibus suscipe, eisque quiete prebe, aut si hoc fortasse nolueris omni altercatione postposita de eorum causa statuta maiorum atque canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris nos quidem rixam inferre volumus sed tamen venientem a nobis non devitamus. Quid autem de episcopis qui verberibus timeri volunt canones dicant bene fraternitas vestra novit. Pastores etenim facti sumus non persecutores. Et egregius predicator dicit: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia et doctrina. Nova vero atque inaudita est ista predicatio que verberibus exigit fidem.

Item Sabiniano Constantinopolitano. De causa fratris mei reverentissimi Iohannis episcopi Constantinopolitani duas epistolas facere volui, sed una brevius facta est que utrumque videtur admiscere vel ad rectitudinem et blandimentum. Tua itaque dilectio eam epistolam quam iuxta dixi pro voluntate imperatoris dare studeat. Nam de subsequenti talis alia tibi mittetur. Et quia eius superbia non latetur. Ad hoc enim usque pervenit ut sub occasione presbiteri Iohannis gesta huc transmitteret in qua se pene per omnem versum ycomenicon patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem deum quia ypocrisim illius superna maiestas dissolvet. Miror autem quo dilectionem tuam fallere potuit ut permitteres domnum imperatorem persuaderi quatenus ad me sua scripta de hac causa transmitteret in quibus admonet ut cum eo pacem habere debuissem. Etenim si iustitiam tenere vult illum debet admonere ut se a superbo vocabulo compesceret et protinus inter nos pax fieret. Tam quam calliditate a predicto fratre nostro Iohanne factum sit suspicor minime pensasti. Ideo enim hoc ille fecit ut audiretur dominus imperator et ille in sua vanitate confirmatus esse videtur, aut non a me audiatur et eius animus contra me irritaretur. Sed nos rectam viam tenebimus nichil in hac causa aliud nisi omnipotentem deum metuentes. Unde tua dilectio in nullo trepidet omnia que in hoc seculo videt alta esse contra veritatem pro veritate despiciat in omnipotentis dei gratia confidat, vocem veritatis recolat dicentis: Maior est qui in nobis est. Cum summa auctoritate agat. Postquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus, postquam pro amore reipublice argentum aurum mancipia vestes perdidimus nimis ignominiosum est ut per eos etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabulo consentire nichil est aliud quam fidem perdere.

Unde scitur iam tu satis epistolis scriptum est Augustam cum eo procedere presumas.

At Iohannes vane presumpcionis inventor ubi mansitatio deo aversum Gregorio a suis complicibus fecit infensum, cernens Constantinam imperatricem totis conatibus Romane ecclesie servanda privilegia suadere, quibus valuit artibus incitavit, ut propter ecclesiam quam in honorem sancti Pauli apostoli in palatio edificabat, etiam a Gregorio caput eiusdem apostoli aut aliud quid de ipsius corpore sibi dirigi postularet. Cuius calliditatem beatissimus papa cognoscens imperatricis animum taliter satisfecit: Illa michi desideravi imperari de quibus facillimam obedienciam exhibens vestram erga me potuissem graciam amplius provocare. Maior me mesticia tenuit quod illa precipitis que facere nec possum nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri et Pauli apostolorum tantis in ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus ut neque ad orandum sine magno illic timore possit accedi. Denique dum beate recordacionis decessor meus, quia argentum quod supra sacratissimum corpus sancti Petri apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere xv pedibus mutare voluit, signum ei non parvi terroris apparuit. Sed et ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli apostoli meliorare volui, et quia necesse erat ut iuxta sepulcrum eius effodi altius debuisset, prepositus loci illius ossa aliqua non quidem eidem sepulcro coniuncta repperit. Que cum levare presumpsit atque in alio loco transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis subita morte defunctus est. Preter hec autem sancte memorie decessor meus idem ad corpus sancti Laurencii martiris quedam meliorare desiderans, dum nescitur ubi corpus esset venerabile collocatum, effoditur exquirendo, et subito sepulcrum ipsius ignoranter apertum est. Et hii qui presentes erant atque laborabant monachi et mansionarii, qui corpus eiusdem martiris viderunt, quod quidem minime tangere presumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vite superesse potuisset qui sanctum corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima domina quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere presumant de corpore, sed tantum in pixide brandeum mittitur atque ad sacratissima sanctorum corpora ponitur. Quod levatum in ecclesia que est dedicanda debita cum veneracione redditur, et tante per hoc ibidem virtutes fiunt ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit ut beate recordacionis Leonis pape tempore, sicut a maioribus traditur, dum quidam Greci de talibus reliquiis dubitarent, predictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forpicibus incidit, et ex ipsa incisione sanguis effluxit. In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intollerabile est atque sacrilegum si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si presumpserit, certum est quia hec temeritas inulta nullo modo remanebit. Pro qua re de Grecorum consuetudine, qui ossa sanctorum levare se asserunt, vehementer miramur et vix credimus. Nam quidam Greci monachi hic ante biennium venientes nocturno silencio iuxta ecclesiam sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacencia effodiebant atque eorum ossa recondebant, servantes sibi dum recederent. Qui cum tenti et cur hoc facerent diligenter fuissent discussi, confessi sunt quod illa ossa ad Greciam essent tamquam sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo, sicut predictum est, maior nobis dubietas nata est utrum verum sit quod levari veraciter ossa sanctorum dicuntur. De corporibus vero beatorum apostolorum quid ego dicturus sum, dum constet quia eo tempore quo passi sunt ex Oriente fideles venerunt qui eorum corpora sicut civium suorum repeterent. Que ducta usque ad secundum urbis miliarium in loco qui dicitur Catacumbas collocata sunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit ac dispersit, ut talia denuo nullatenus temptare presumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt et in locis quibus nunc sunt condita posuerunt. Quis ergo, serenissima domina, tam temerarius possit existere ut hec sciens eorum

corpora non dico tangere sed vel aliquatenus
estimat inspicere. Dum igitur talia mi
hi a vobis precepta sunt de quibus pare
re ulla tenus potuissem, quantum memo
rationi mee est, quidam homines contra
me pietatem vestram excitare voluerunt
ut michi quod absit voluntatis vestre
gratiam subtraherent, et propterea quesierunt
capitulum de quo vobis quasi inobe
diens invenirer. Sed in omnipotente
domino confido quia nullo modo be
nignissime voluntati surripitur. Et
sanctorum apostolorum virtutem quos to
to corde et mente diligitis non ex cor
porali presentia sed ex protectione semper habe
bitis. Sudarium vero quod similiter trans
mitti iussistis cum corpore eius est, quod
ita tangi non potest sicut nec ad corpus
eius accedi. Sed quia serenissime domine
tam religiosum esse votum non debet
de catheinis quas ipse sanctus paulus
apostolus in collo et manibus gestavit ex
quibus multa miracula in populo demonstran
tur partem vobis aliquam transmittere
festinabo, si tamen hanc tollere limando
valuero. Et quia dum frequenter ex cathe
nis eisdem multi veniunt et benedictionem
petunt ut parum quid ex limatura
percipiant assistit sacerdos cum lima
et aliquibus petentibus ita concite aliquid
de cathenis eius excutitur ut mora nul
la sit. Quibusdam vero petentibus diu per cathe
nas ipsas lima ducitur et tamen ut aliquid
exinde exeat non obtinetur.

In quibus gregorii veracibus verbis apparet quia usque ad illa tempora
pro reliquiis brandeum romanus
pontifex conferebat. Cum posteriore tempore
de vestibus que sub altare sancti Iohannis
in basilica constantiniana servantur
pontifices reperiunt per satis reliquiis pe
tentibus dari. Hec quidem usque hacte
nus instantiis miraculis choruscare pro
bantur, ut siccitatis tempore foras extulisse
pluviam conferant, inundationes vero
serenitatem reducant. Nam super hec
que per singulas etates faciunt que
in oratorio domus mee posite per eas
deus omnipotens fecerit non celabo. Nu
per adriano pontifice tempore visum michi
est ut altare sancte dei genitricis marie
quod extra oratorium sancti Iohannis in ap
tissimo atrio positum congruis lumina
ribus honorari non poterat intra ora
torium locari debuisset. Altercatus ergo
gaudericus veliternus qui adhuc super
esse videtur episcopus cum primis et cantoribus
ab altari veteri pixidulas duas sigilla
tas extulisset. Quarum alteram me depre
cante nimium timoratus aperiens de illis tu
nicis quantum ex similitudine curiosis o
culis potuit deprehendi particulas repperit.
Quas sollempniter sub novo altari depo
suit. Ubi extunc sicut multi noverunt qui
adhuc superstites esse probantur diutius
accensa lampades frequentius solito pa
ruere. Nam ista VIII indictione in ebdomada
ante domini natalis diem cum ego super
hymnodi dubitantis completis matutina
libus unus mansionarius candelam
extinxit. Etenim post vesperum succende
re cupiens accensam repperit eam, esse ne
gligenter extinxisse pertendens, die alte
ra sollicitius prius extinxit et obseratis
ianuis ad vesperam succensurus lampadem
remeavit. Quam ubi nichilominus accen
sam repperit ex consciencia sed nate cla
vis et miraculo non diminuti olei
perfecto cognovit quia lampadem ille
succenderat qui nec oleum in ea succe
ssione minui potuisset diminutus am
pliaret. Harum quidem vestium sicut
opinor altera que distinctoribus mani
cis constat veraciter sancti Iohannis est tu
nica, quam beatus gregorius suo tem
pore quodam episcopo deferente suscepit.
Unde Iohanni abbati inter cetera scribit
dicens. De tunica sancti Iohannis omnino
grate suscepi quia sollicitudinis vestra in
dicavit. Sed studeat dilectio vestra michi
ipsam tunicam aut quod est melius eun
dem episcopum qui iam habet eo ecclesias suas
et tamen ipsa nunc ad nos transmittere. Ut et
benedictione tunice perfruamur et de eodem
episcopo ubi ecclesias mercedem habere valeamus.

Altera vero que
largioribus manicis non tunica sed plane videtur esse dalmatica nisi
fallor sancti pastasii apostolice sedis dia
coni constat. Quem nimirum quod idem beatus
gregorius in quarto dialogorum libro
meminit cum temporibus symmachi presulis
fuisset defunctus, cuius dalmaticam fe
retro suppositam demoniacus tetigit.

statim quod salvatus est. Quamobrem ambe vestes sancti Iohannis dicuntur. Quas postquam consuetudinem obtinuisse credidit, tum quod sub eius altari sancti Iohannis evangeliste, non tamen baptiste, sit nemo qui dubitet. Presertim cum omnis sapiens noverit baptistam camelorum pilis pro vestibus usum fuisse; evangelistam vero, qui per tot annos post passionem domini pontificium gerens missarum sollempnia frequentissime celebraverat, sine sacerdotalibus esse nequaquam vestibus potuisse. Quia autem dicatur quod tunica et dalmatica, que pontificalia sunt indumenta, utraque sancti Iohannis dici debeat, considerandum est quod Gregorius Iohanni abbati non dalmaticam sed tunicam nominavit. Tamen si dalmaticam quoque sancti Iohannis fuisse senserit, eius tunicam querens consequenter se habere ipsius dalmaticam non tacuit. Hec de sancti Iohannis vestibus, de quibus quamplurimum dubitant, me utcumque in beati Gregorii gestis inseruisse sufficiat. Ceterum Iohannes Constantinopolitanus episcopus, qui ab universalis nominis ambitione contra multas [illegible] recusabat, iuxta eiusdem patris propheticam indicia divinitus sic vigilare cognoscens, post non multi temporis spatium subita morte defungitur. Et cuius ambitiosam superbiam totus pene mundus ferre non poterat, in unius sepulcri angustia fidele collocatur. Post cuius paulatim decessum, tum Mauricius imperator, sacerdotum videlicet Christi contemptor, pro Ciriaco qui Iohanni successerat suaderet ne pro causa tam frivoli nominis Gregorius laboraret, post tamdiu pontificatus sui auctoritati restitit quousque pestem universalis nominis ab ipsius etiam adulatorum labiis penitus abstulisset. Quare Eulogio patriarche Alexandrino post aliqua scribens ait: Indicare mihi beatitudo vestra studuit iam se quibusdam non scribere superba vocabula que ex vanitatis radice prodierunt, et mihi loquitur dicens: Sicut iussistis. Quod verbum iussionis peto a meo auditu removete, quia scio qui sum, scio qui estis. Loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi, sed que utilia visa sunt indicare curavi. Non tamen invenio vestram beatitudinem hoc ipsum quod memorie vestre intuli perfecte tenere voluisse. Nam dixi nec mihi vos nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere. Et ecce in prefatione epistole quam ad meipsum qui prohibui direxistis superbe appellationis verbum universalem me papam dictitantes imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plus quam ratio exigit prebetur. Ego enim non verbis quero prosperari sed moribus, nec honorem esse deputo in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Recedant verba que vanitatem inflant et caritatem vulnerant. Et quidem in sancta Calcedonensi synodo atque post a subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti unquam vocabulo hoc voluit, ut dum in hoc mundo honorem sacerdotii diligerent omnium, apud omnipotentem dominum custodirent suum.

Explicit liber tercius vite beati Gregorii Romani pontificis. Incipiunt capitula libri quarti.

fendere non valente gregorius in sen
tentia permanserit

¶ De usurpagatum compa · viii
tarum dyacones cathanenses argu
erit

¶ De maximo solotane eccl(esi)e · ix ·
persuasore

¶ Qualiter autem sui pontifi · x ·
catus contra tyrannum imperatorem
defenderit ·

¶ Ubi contra votum imperiale · xi ·
maximum cum suis complicibus exco
municans epos ipsius ad ecclesiam venire
coegit ·

¶ Ubi maximi causam Ravenne xii ·
ne precepit ventilari ·

¶ Ubi maximus metram procedens xiii
lacrimabiliter veniam petit

¶ Ubi gregorius maximo xiiii
coram sancti appollinaris corpore satis
facienti misericordiam esse decrevit

¶ Ubi maximo humiliter xv
satisfacienti communionis gratiam reddit
et pallium se daturum promittit ·

¶ Cum dyaconalias cuiusdam xvi
superbum imperatorem terruit ·

¶ Ubi Mauricio in gregorium xvii
comminata mors per gladium prophetatur

¶ Ubi Mauricius penitens xviii
videt in sompnis se divino iudicio
cum uxore et filiis fore militi tradi

¶ Ubi seditio commota Mau xix
ricius fore iussit cum tota cognatione
sua perimitur ·

¶ Ubi ymagine augustali xx
suscepta sapienter Mauricii vicia fore
imperatori diminavit ·

¶ Ubi ei apocrisiarum ex more xxi
transmittit ·

¶ Ubi pondere gravi remoto xxii
imperiale iugum leviusque redisse fatetur

¶ De ex consuetudine synodi xxiii
cam suam direxerit et quod orientales mult
in dipticas nomen suscipiant donec sy
nodicam suam fidei eius cognoverint

¶ De susceptis decretis medio xxiiii
lanensium epos ordinari consenserit

¶ De anastasium antiochenum xxv
post multos annos throno suo red
diderit ·

¶ De adrianum thebanum xxvi
episcopum ordini suo restituens dyocesim

suis alarissei episcopi potestate subducat

¶ De extraneis manifestis xxvii
cimbus neminem disposuerit sed commu
nione privaverit

¶ De iniusta distributione accusa xxviii
torum lites tractaverit et q̄lia de ordinibus
iudicum decreverit

¶ Qualiter aliorum episcoporum xxix
auctoritates sua auctore confirmans e
qualem se eis esse confessus est ·

¶ De ductis clericis propria iura xxx
confirmans executores dari et iudices
eligi ab accusatis voluerit ·

¶ De falsarios delatores ta xxxi
lione multaverit ·

¶ De semel causa iudi xxxii
cata presentare non passus sit peccan
tes accusatores multaverit

¶ De consueta stipendia xxxiii
etiam infirmis clericis iusserit impertiri

¶ De cautiones clericorum suis xxxiiii
clericis factas firmaverit eis quod cartas
plenarie iusserit

¶ De ab aliis obligatos xxxv
absolverit ·

¶ De ab heresi se purgan xxxvi
tes receperit ·

¶ De scismaticos ad susci xxxvii
piendam satisfactionem Romam
invitare curaverit ·

¶ De severum aquileiensem xxxviii
episcopum Ravennam venire coegerit qui
postquam ad unitatem rediit demum ad
suum scisma recurrens catholicos quoque
sacerdotes affligens causa proprie de
viationis sue dyocesis effectus est

¶ De per egritudinem corporis xxxix
necem successorem dederit et quod re
nunciantibus suis sedibus successores
non denegaverit eis quod de sub patribus eius
dem ecclesie commoda ministrari precepit

¶ De stupratam in uxorem xl ·
sumere iusserit ·

¶ De virum iam tonsoratum xli
coniugi reddi mandaverit

¶ De unum nullam iudicis in xlii
ferendam statuerit

¶ De xpianos eis subici xliii
nulla occasione debere constituerit

¶ De eis violenter auferri xliiii
iubebat quorum se qui auferri non
poterant redimi sanciebat ·

¶ Qui eorum mancipia tam xlv
fugientes ad ecclesiam reddere vetuerit

¶ Quod pagana eorum mancipia xlvi
venire ad fidem violencia non red-
denda statuerit.

¶ Quod iudeorum mancipia xlvii
suos dominos ad fidem precedencia eorum
firmatu ad libertatem reducendos in-
dixerit etiam si ipsi eos ad baptis-
matis graciam sequentur.

¶ Quod neminem tumnadi xlviii
paganorum permiserit

¶ Quod de fide tam teudelinde xlix
regine quam suo subdiacono satis-
fecerit.

¶ Quod omnes episcopos fratres et l
coepiscopos dyaconos dilectissimos fili-
os utriusque vero sexus laicos domi-
nos vocitaret.

¶ Ubi monachos procedenti li
se in terram prostravit

¶ Quod accusatus innocenciam lii
suam exposuit

¶ Quod de fine seculi senserit liii

¶ Qualia de incommoditate liiii
orbis descripserit et quibus doloribus
cruciatus extiterit

¶ Qualiter barbaricis lv
incursionibus ab exponendis libris
destiterit.

¶ Quod a iudeis innuncia non lvi
suscipienda decreverit

¶ Qualiter iudei fuerint lvii
a romanis pontificibus habiti

¶ Quod gregorius non observari lviii
sabbatum et lavari dominico iusserit

¶ Quante compassionis lix
extiterit in infirmitatibus casterii
eulogii.

¶ Quod pro barbaricis incur- lx
sionibus fieri letanias noluit quas
patriarche superstitiosi iugiter hactenus
extorquere probantur.

¶ Quod spiritum prophetie habuerit lxi

¶ Quod peiora prioribus lxii
futura predixerit.

¶ Quod neminem iniuste ab lxiii
ecclesia defendi permiserit

¶ Quod confugientibus ad ecclesiam lxiiii
sacramenta prestari iusserit de servan-
dis sibi institutis

¶ De eius obitu et fatigis lxv.

argenteis ab eo paratis necnon sepul-
ture ipsius loco ubi tytulo

¶ Qualiter emulis libros lxvi
eius incendere molientibus petrus dya-
conus moriendo defenderit

¶ Quanta claudius ex verbis lxvii
eius notaverit et quod gregorius multa
dictaverit que iam nequeant inveniri

¶ Quod duodecim epistolarum suarum lxviii
libris reliquerit ex quibus adrianus papa
duo volumina videntur excerpta

¶ Quod in dyaconatu suo mora- lxix
lia cepit qualiter ea in episcopatu suo per
libros digesserit eaque leandro hyspalensi
episcopo roganti direxerit

¶ Quod in episcopatus sui exordio lxx
librum regule pastoralis iohanni episcopo
ravennati exponens impitos compressit

¶ Quod per stationes distinctis lxxi
xl.ta evangelii lectiones dictaverit quas
secundo sancto dei petenti mandaverit

¶ Qualiter dyalogorum quatuor lxxii
libros descripserit quos postea zacharias
apostolice sedis episcopus in grecam linguam
converterit

¶ Quod civibus petentibus lxxiii
primam et ultimam ezechielis prophete
partes per omelias viginti et duas trac-
taverit

¶ Quam humilia ipse de suis lxxiiii
actionibus senserit que a posteris docto-
ribus fetissima predicantur

¶ Quod libros suos in compa- lxxv
ratione augustini tractatuum furfurem no-
minans quousque vivit legi vetuerit

¶ Quanta consideratione cotti- lxxvi
die infirmitatem sui cordis cognoverit

¶ Quod corpus eius a gregorio lxxvii
quarto papa translatum sit et de antiqui-
tate ipsius mediocritate ac regule spa-
litate

¶ Ubi se indignum memorat lxxviii
revelacione dei

¶ Ubi se presbytero comparans lxxix
alium simpliciorem meliorem quam primat

¶ Ubi se indignum alieno
favore fatetur

¶ Quod grecorum nesciens lxxx
falsos tractatus suo nomine tytula-
tos invenerit.

¶ Quod monachi qui ab eo lxxxi
in saxoniam missi sunt sancti benedicti

regulis fuerint mancipati
De formis et vestimentis lxxxiii
patris et matris eius
De forma et habitu siue lxxxiiii
vestitu eius
Et postea saturninus lxxxiiii
monachus iuxta eius effigiem ymaginem apostolorum depinxerit
De Johanne preposito qui lxxxv
cum dyabolo coram xpo conflixit et de
reuelatione atque terribili transitu ipsius
De cuiatibus andree lxxxvi.
conductoris qui cum eodem preposito monasterii chartulas se vendidisse professus est
De presagio mortis atha lxxxvii
nasii equimem qui consuetudines pauperum defraudauit/ .
De dyabolo a monasterii lxxxviii
claustro fugato qui monachum iacentem percussit .
De visione monachi qui lxxxix
xii. homines iuxta totidem dies mortuos predixit .
De lucidi siculensis epi xc
commissione visione et transitu
De reuelatione monachi xci
in percussione cuiusdam inclusi presbiteri fratris sui sanitatem recuperationis cognouit .
De demone a fundo barbili xcii
ano excusso qua conductorem et bubulcos gaudens cantum fuerat percussus
De visione teutgandi xciii
treuerensis quondam epi qui ab eo gregorio pulsus est monasterio
De increpatione faraldi qui xciiii
a demonibus tota nocte suspensus est
De ingulfo desertore mo xcv
nasterii a sene percusso et reuelatione delicti transgressionis supponis
De diacono presbitero qui gregorii xcvi
imaginem fonteum detexerat ligato et verberato eius que miserabili transitu
De medio monasterii xcvii
et de diuisitate ipsius redundationis necnon miraculi multiplicati diuinitus panis
Item frequenter in diuersis xcviii
locis gregorius demonstratur
De visione scriptoris qui ab xcix
templo teneri potuit et ab eo beato gregorio meruit consolari

Expliciunt Capitula libri quarti
Incipit textus libri eiusdem . i .

Hec est gregorii de fugatione nominis vniuersalis plena rationis humilitatis que sententia. Erat videlicet contra superbos prudenter vti nouerat serpentis astucia/ et a columbe simplicitate circa humiles minime recedebat. Quapropter sue compatriote constitutis domino carthaginensi epo post cetera de ciuitatis inquit. Priuilegiis quod vestra fraternitas scribit hoc postposita dubitatione teneat. Quia sicut vestra defendimus ita singulis quibusque sua iura seruamus. Nec cuiquam fauente gratia vltra quam meretur impertior/ Nec vlli hoc quod sui iuris est ambitu stimulante derogabo. Sed fratres meos per omnia honorare cupio. Sic que studeo honore singulos subuehi dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Item eulogio allexandrino et anastasio anthioceno patriarchis scribit dicens. Cum predicator egregius dicat. Quamdiu quidem sum gentium apostolus ministerium meum honorificabo. Cum rursus alias dicens. Facti sumus paruuli in medio vestrum/ exemplum procul dubio nobis sequentibus ostendit/ et vt humilitatem teneamus in mente/ et in ordinis nostri dignitatem fueremus in honore. Quatinus nec in nobis humilitas timida/ nec electo sit superba et cetera. Quod gregorius sicut ex precedentibus ac subsequentibus manifestissime colligi potest et fecit et dixit .

Nam Johem rauennatem episcopum tempore superbie pallium frequentantem suos que presbiteros ac diacones in mappulis procedere permittentem primo per castorium cartularium familiariter arguit/ postea ex consuetudine sine priuilegio sumit hec concessa primatitus defendentem tali sententia postea nonnulla mulctauit. Vt enim inquit ea que superius diximus breuiter colligam admoneo fraternitatem tuam nisi decessorem meorum magnificentia tibi per priuilegium attributa de ceteris vti in plateis pallium vlterius non presumas. Nec non hic et admissas incipias quod audacter et in plateis vsurpas. Desertam ac

q(uod) fr(ater)nitas tua resedisse cum pallio et
filios eccl(es)ie suscepisse et fecit et excusa-
uit. Nunc interim nichil querimur
quia synodorum s(an)c(t)arum sequentes uno
res aliquas que negatiue ulcisci recu-
samus. Hoc tamen quia semel et iterum
sic factum cognouimus fraternitas aute(m)
tua sit omnino sollicita nec hoc q(uo)d
p(re)sumptionem inchoanti adhuc creditur
in p(er)ficiente districtius vindicet. Et post
pauca. Illud autem q(uod) pro utendis a clero
uestro mappulis scripsistis a nobis est clericis
fortiter obuiatum dicentibus nulli hu-
iusmodi alie cuiuslibet concessum fuisse eccl(es)ie
nec Rauennates clericos uel illic in Ro-
mana ciuitate tale quid cum sua con-
scientia p(re)sumpsisse. Nec si temptatum
esset ex furtiua usurpatione h(uius)mo(d)i p(re)iudici-
um generari. Sed etiam in qualibet ecclesia hoc
p(re)sumptum fuerit esse retruncandum.
Et nos non concessione Romanorum ponti-
ficum sed sola subreptione p(re)sumitur. Sed
nos seruantes honorem fraternitati tue
licet contra uoluntatem antedicti cleri nos-
tri primis diaconibus uestris quod nobis
quidam testificati sunt etiam ante eius
usus fuisse in obsequio dumtaxat tuo
mappulis uti permittimus. Alio autem tempore
uel alias personas hoc agere uehementissi-
me prohibemus.

Quam sententiam vir uane glorie
cupidissimus molestissime ferens
per quoscumque poterat usum pallii
sibi restitui magnopere flagitabat. Cui
Gregorius ita scripsit. Fraternitatem
uestram ualde inuenimus contristatam pro
eo quod in letaniis induere pallium
rationis censura prohibetur. Sed per ex-
cellentissimum Romanum patricium et per
eminentissimum prefectum atque per alios ciui-
tatis sue nobiles uiros importune
expetit ut hoc debeat concedi. Nos autem
sollicite requirentes ab Deodato quon-
dam diacono fraternitatis tue cognoui-
mus quia numquam consuetudo fuerit de-
cessoribus tuis ut in letaniis pallio
nisi in sollempnitate b(ea)ti Iohannis bapt(ist)e
b(ea)ti Petri ap(osto)li et b(ea)ti martyris Appollinaris
uterentur. Cum nequaquam credere debuimus
quia multi apud ciuitatem fraterni-
tatis uestre responsales scriptis fuerunt qui
se fatentur tale aliquid uidisse. Et
hac de re multis potius credendum est quam
uni pro sua causa aliquid attestanti. Sed
quia nos fraternitatem uestram contristari nol-
umus et petitionem filiorum nostrorum apud nos
minime frustrari, usum pallii doc(et) subti-
lius utrumque ad cognoscamus. In leta-
niis solempnibus id est die natalitio
b(ea)ti Iohannis baptiste b(ea)ti Petri ap(osto)li et b(ea)ti
Appollinaris martyris atque in ordinationis
uestre celebratione concedimus. In secretario
non secundum morem pristinum susceptis ac
dimissis ecclesie filiis induere uestra fraterni-
tas pallium debeat atque ad missarum
sollempnia ita procedat et nichil sibi
amplius ausu temerarie presumptionis
arrogare. Ne dum de exteriore habitu mo-
dinate ad arripitur ordinate etiam que
licere poterant amittantur.

Sed enim Iohannes ab inanis glorie
ambitione freno apostolice modera-
tionis coercitus ad detractionem pontifi-
cis totus conuertitur. Unde prudentissime
pontifex sic eum admonet dicens. Pri-
mum me hoc contristat quia michi frater-
nitas tua duplici corde scribit et alia
blandimenta in epistolis suis exhibet, a-
lia in lingua sua secularitur ostendit. Se-
cundo michi est graue quia irrisiones fabu-
las quas notarii adhuc pueri solent ipse
hodie frater meus Iohannes in lingua sua
retinet mordentur loquitur et quasi de talia
arcia letatur amicus presentibus blanditur
de absentibus obloquitur. Tertio graue
michi et omnino execrabile est quia fra-
tres qua hora fuerit turpia crimina impo-
suit. Ut effeminati et adhuc grauiter hoc
apatus docentur. Post hoc accessit quod dis-
ciplina ad uitam clericorum ad custodiendam
nulla est sed tantum solum electis suis dimi-
exhibet. Ultimum uero est quod tam pon-
tificationis primum quia de usu pallii certa-
etiam quod temporibus decessorum in corp-
sate numquam presumpsit numquam a decessori-
bus eius presumptum est responsales
nostri testantur excepto si reliquie condu-
cerentur quod tamen de reliquiis unus tantum
potuit inueniri qui diceret meis diebus
in despectu meo cum summa audacia ne-
solum faciebat sed etiam frequentabat.
Ex quibus omnibus inuenio quod honor epata-
tus totus foras in ostensione est non in
mente. Et quid ergo opportet deo gratias

(na) eo tempore quo ad me haec pervenit quod
(c)a antecessorum meorum nunquam pervenie
(bat) Lombardi inter me et Ravennatem ci
vitatem positi fuerunt. Nam ostende
(f)orsitan a bonis quantum sanctae esse districtus
(h)abuit. Credas quia ego etiam tuam in ali
(qu)o gravari aut minui nolo. Recordare
(m)issarum Romanorum sollemnia ubi Ravenna
(te)s dyaconus stabat, et requirit ubi ho
(di)e stant et cognosces quia Ravennatem
etiam honorare desidero. Sed ut quamque
(c)uius superbia arripiat, hoc ego tollerare
non possum. Tamen hac de re iam dya
cono Constantinopolim scripsi ut ponens
(qu)i sub se etiam trecenos et quadragenos
(episc)opos habent requirere debeat sic ubi usus est
in letaniis cum palliis ambulent. Absit
(ut) per me honor Ravennatis ecclesiae minua
tur. Haec ergo omnia quae superius dixi hunc
(re)cogita diem quo tuae vocationis attende.
(Ill)as rationes de sarcina episcopatus reddi
(tur)us es considera. Emenda illos mores
(n)otarii, vide quid in lingua, quid in actu
(qu)em deceat, ne appetas ultra videri quam
(e)s ut possis ultra esse quam videris.

Haec ergo Iohannes emendare
(n)isus hic factu desperavit, eodem anno
(i)uxta quod Gregorius ei praedixerat diem
(su)ae vocationis dum non attendit mor
(tuus est) et ante tumidus trepuit quam mereri
(po)t amictu pallii satiari. Demigrat igitur
(G)regorius visitationem Ravennatis ecclesiae
(Se)vero Siculino episcopo secundum consuetudinem
(ju)stam committens Marinianum mona
(c)hum familiarem suum Ravennatibus episcopum
(c)onsecravit. Cui et pallium dirigit scribens
(A)postolicae sedis benivolencia et antiquae con
(su)etudinis ordine provocati fraternitati tuae
(qu)am in Ravennati ecclesia gubernationis
(c)onstat suscepisse officium pallii usum
(...)udinis concedendum, quo non aliter
(u)ti meminerit nisi in ipsa tuae civitatis
(ecclesia) missis iam filiis ecclesiae procedens a salu
(tator)io ad sacra missarum sollemnia celebran
(d)a. Pactis vero missis ibidem in salutatorio
(r)ursum curabis deponere. Extra vero eccle
(si)am non aliter illo tibi nisi quater
in anno letaniis quas ad decessorem
(tu)um Iohannem expressimus uti permittimus.

Sed Marinianus
clericorum suorum suggestionibus
(c)elinitus tam Vandream virorum iniqui
tiam quam per quos sanctiusque poterat restituere
suae ecclesiae usum pallii flagitabat. Unde
papa Gregorius Castorio cartulario inter
cetera scribit, dicens: Tua experiencia
nullius personam, nullius verba consi
deret. Solum Dei timorem et rectitudinem
ante oculos habe, et seniores personas
eiusdem ecclesiae archidyaconem quem
non suspicor pro alterius honore permansu
re et alios antiquiores qui in sacris
ordinibus ante Iohannis episcopi tempora fuerunt
requirat, vel si qui maturiores sunt
extra sacros ordines, et veniat ad cor
pus sancti Appollonaris et tacto eius
sepulcro iurent, quae consuetudo ante
Iohannis episcopi tempora fuerit. Et iterum sicut
scis idem vir multum per scriptorem extitit
et multum sibi per superbiam conaba
tur arrogare, et quicquid a fideliori
bus viris et gravioribus inventum fuerit
secundum indiculum qui subter annexus est
hoc volumus in eadem ecclesia confirmari.
Sed vide ne negligenter agas ne quis
fidem aut devocionem tuam in hac cau
sa corrumpat. Zelum enim tuum scio. Age
sollicite ita tamen ut predicta ecclesia contra iusticiam
non gravetur. Sed usus qui ante Iohannis
episcopi tempora extitit ei conservetur. Personas
autem non duas vel tres ad satisfaciendum
tibi, sed quantas antiquiores et graviores
inveneris requirere, ut neque quod usus
fuit antiquitus eidem ecclesiae denegemus
neque quod novo ausu appetitum est
concedamus. Sed omnia age blande et dulciter
ut actio tua districta sit et lingua mitis.
Iurent ergo per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum
inseparabilis divinae potentiae trinitatem
et hoc corpus beati Appollonaris martiris
neque per nullius favore personae neque commo
do alicui intuenienti. Sed hoc scio et per
memetipsum cognovi quia ante Iohannis
quondam episcopi Ravennas episcopus puniente
apocrisiario [...] usum passet.

Hoc [...] Gregorius praedictionem
quartamdecimam iusiurandum
preceperat. Quod quia sicut rei exitus
manifestat deficientibus testimoniis per
tres continuos annos infectum remanserat.
Verum Marinianus suorum suggestio
ne compulsus usum pallii quem ex
consuetudine sicut conveniebat vindicare
non poterat importunitate pacium se pos

se recipere considebat. Quapropter gregorius in eadem sententia permanens eidem cartulario per indictionem secundam scribit dicens: Dum florentinus Ravennatis ecclesie diaconus apud nos presentissimo fratri et coepiscopo nostro mariniano de usu pallii ageret, requisitus a nobis que esset antiqua consuetudo respondit quod in omnibus letaniis pallio Ravennas episcopus uteretur. Quod ita non esse et alii nobis dixerunt et ex libris Iohannis quondam episcopi que ei ostendimus evidenter apparuit. Sed hoc asserit quod dicere iussum est. Ita tempore quo a te isdem Iohannes quondam episcopus est inhibitus ne pallio inordinate ac temere uti presumeret, scriptum sit nobis hanc fuisse pristinam consuetudinem ut civitatis vestre episcopus pallio in letaniis sollempnibus uteretur. Adeodatus vero predicte ecclesie diaconus dum apud nos tempore quo hic fuit similiter de eius usu pallii ageret cum plurimis studeret, volentes agnoscere veritatem cum similiter que esset consuetudo curavimus requirendum. Cui ut credi sibimet suaderet atque a nobis velaret quod petebat exigente sub iureiurando testatus est antiquam consuetudinem fuisse in quatuor antiquis sollempnibus letaniis pallio civitatis sue episcopus uteretur. Experientia igitur tua diligenter invigilet et cum omni sollicitudine quot letanie sollempnes ab antiquitate fuerint requirat. Nec eas sollempnes nominando requirere studeat sed maiores. Ut pro hoc quod nobis prefatus Adeodatus diaconus testatus est et predicti Iohannis episcopi fatetur epistola dum inhibetur, que letanie sollempnes fuerint quotiens induere solebat in letaniis pallio cognoscentes libentissime concedamus. Sed hec non ab illis per [illegible] quitat quam ab ecclesiasticis exhibentur, [illegible] sed ab aliis quos sine favore partis esse cognoverit, et quecumque sollicita indagatione reperit nobis subtiliter indicet, ut veritate sicut diximus cognita fratris et coepiscopi nostri reverentissimi mariniani animos relevemus.

Atqui ita prisca consuetudo auctoritatibus subtiliter inquisita a Ravennatibus probari nullo modo potuit, gregorium in sua sententia permansisse procul dubio illud ostendit quod neque ob hoc quantum ex apicibus eius demonstratur a quoquam sollicitatus extitit neque a semetipso commotus ulterius omnino rescripsit.

Non solum in magnis rebus gregorius sollicitudinis sue oculos contendebat, verum etiam ne impune presumeretur quequam maiora hoc in rebus minimis curiosissime providebat. Unde Iohanni syracusano episcopo scribit dicens: Ecclesiastici vigoris ordo confunditur si aut temere illicita presumantur aut impune non concessa temptantur. Pervenit itaque ad nos diacones ecclesie cathanensis calciatos compagis predicte presumpsisse. Quod quia nulli hactenus per totam siciliam licuit nisi solis tantummodo diaconibus ecclesie messanensis quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum bene recolitis. Quia ergo tante temeritatis ausus non leniter attendendus est, cum omni hoc fraternitas tua subtilitate perquirat. Et si ita sicut ad nos pervenit invenerit, utrum a se in aliquem hoc auctore presumpserint nobis subtiliter innotescat, ut cognita veritate quod fieri debeat disponamus. Nam si negligenter ea que male usurpantur omittimus, excessum tuum aliis aperimus.

Interea natali episcopo defuncto quam dalmatinorum quidam honoratum archidiaconem quem ipse ex presbitero in diaconum commiserat sibi pontificem concorditer elegissent, ceteri vero maximum pontificem approbassent, factione malchi episcopi rectoris apostolici patrimonii, marinique militis, maximus multis criminibus involutus episcopatum sollonitane civitatis invasit. Sed gregorius audiens dalmatinis et iadertinis episcopis ne illi manus imponerent sub magna interminatione prohibuit. At vero maximus qui episcopatus sedem invaserat et iam sacerdotio cum deiectum per scismaticam heresim episcopis duntaxat excommunicatis corruptis non timuit, premerui sancte sibi occasione temporis ex cupiditate sunt in solentia quod augusti. Quae dispergendo facultate salonitane ecclesie adeo defensorem seculorum suorum effecit, ut gregorius non solum frequenter postularet quatenus indiscussam maximi presumptionem relinqueret, verum

ciam Romanam satisfacturus p[er] sermocina
a heresi alios q[ue] civib[us] venientem cum
honore susciperet. Gregorius non faciem
ullius con[tra] veritatem custodiens ta[men] ip[su]m
maximum p[ri]mo a missar[um] sollempniis / postea
a communione corporis et sanguinis d[omi]ni n[ost]ri ihu
xpi quousq[ue] suam p[rese]ntiam exhiberet p[ri]va
vit. Quapropter Constantine auguste
atq[ue] multa alia scribit dicens

Salonitane civitatis ep[iscop]us me
ac responsale meo nesciente or
dinatus est. Et facta res est que sub ul
lis anterioribus principibus evenit. Quod
ego audiens ad eundem p[re]varicatorem
qui inordinate ordinatus est, p[ro]tinus
misi, ut omnino missarum sollempnia cele
brare nullo modo p[re]sumeret, nisi prius a
serenissimis d[omi]nis cognoscerem si hec fieri
iussissent. Quod ei sub excommunica
tionis impositione mandavi / et contemp
to me atq[ue] despecto mandata quorundam
elatorum hominum quibus denudata sua cona
multa p[re]mia p[re]bere dicitur, nec ipsas
missas facere p[re]sumit atq[ue] ad me veni
re sec[undu]m iussionem d[omi]nor[um] noluit. Ego
aut[em] preceptioni pietatis obediens eidem
Maximo qui me nesciente ordinatus
est hoc quod in ordinatione sua me vel
responsalem p[re]terire p[re]sumpsit ita
ex corde laxavi ac si me auctore fuerit
ordinatus. Alia vero p[re]dicta illius scil[icet]
mala corporalia que cognovi vel quia
pecuniis est electus, vel q[uia] excommuni
catus missas facere p[re]sumpserat p[ro]pter deum
inquisita p[re]terire non possum. Sed op
to et d[omi]n[u]m deprecor quatenus nichil in eo que
dicta sunt valeat inveniri / et sine p[er]iculo
anime mee causa ipsius finiatur. P[ri]us
tam[en] q[ua]m hec cognoscatur serenissimus
d[omi]n[u]s distinxerit iussione precepit ut eu[m]
venientem cum honore susciperem et val
de grave est ut vir de quo tanta et talia nun
ciantur ante requiri et discuti debe
at honoretur. Et si ep[iscop]or[um] cause michi
commissorum apud piissimos d[omi]nos aliorum
patrocinio disponuntur infelix ego in
ecclesia ista quid facio? Sed ut ep[iscop]i mei me
despiciant et contra me refugium ad seculares
iudices habeant omnipotenti deo gratias
ago peccatis meis deputo. Hoc tam[en]
breviter suggero quia aliquantulum expecto
et si ad me venire diu distulerit ex
ercere in eo districtionem canonica[m] nullo mo[do]
cessabo. In omnipotenti deo aut[em] confido
quia longam piissimis d[omi]nis vitam tribuet
et nos sub manu vestra non sec[undu]m pecca
ta n[ost]ra sed sec[undu]m sue gr[ati]e dona disponet.

Hec Gregorius dissimulatione au
guste. Ceterum eodem Maximo in
sua p[re]sumptione manente consecratores
atq[ue] omnes dalmatinos et iadertinos
ep[iscop]os ab eius communione sub excommuni
catione distringit adeo ut nemo quidem
Maximi inter missarum sollempnia memora
ret. Quo facto ita omnes consternati
sunt animo ut sub penitentie satisfactio
ne relicto Maximo veniam postularent.
Unde misericordissimus pontifex Sabi
niano iadertino ep[iscop]o scribens sicut in
quit. Precavende culpe debetur ante vin
dicta, Ita resipiscentibus est venia con
cedenda. Nam ut res illa contra se me
to iracundiam excitare sic hec in sua
p[ro]fusi dilatione solet concordiam p[ro]pa
gare. Et ideo quia fraternitatem tuam
a consortio et communione Maximi obi
te p[ri]us neglectus impulerat. Interim
tum postea gravitas sacerdotis ad animum
reducta suspendit. Et eius sola vel
latenus pateretis esse segregatam
cotenus nisi et in monasterio te claus[isse]
recipiens dudum commissa deflevisse ca
pter in mea te gratia a communione re
ceptum esse non dubites. Nam quan
tum nobis p[ri]us culpa tue caritatis
offenderat tantum p[e]na mitigavit

Itaq[ue] Maximus terens
tandem aliquando durum esse con
stimulum calcitrare relictis implaca
bilis adminiculis per Callinicum exarchu[m]
satis humiliter contendit sibi primam sal
tem veniam Gregorii postulavit. Cui
ipse Romam fatigari nolens causam
eius discutiendam Ravenne commisit
Constantino mediolanensi scribens ep[iscop]o
Maximus inquit salonitane ecc[lesi]e p[re]
varicator postq[uam] per potestates maiores
sibi obtinere nil valuit sese contulit
nobis q[uod] tam immanitate p[re]cium q[uam]
attestatione bonorum operum p[re]valere con
tendit. Ego quia te in hac causa credidi
si is qui se quasi multum timet me di
cit maligno tractatorem invenire men
te potuissem / et ideo decrevi ut reverti

tissimus frater meus et coepiscopus noster Mari-
nianus eius causam debeat in Raven-
nati urbe cognoscere. Si autem persona eius
suspecta forsitan habetur volumus ut
vestra quoque fraternitas si ei laboriosum
non est ad eandem civitatem fatigari
se debeat et cum predicto fratre in eodem iudicio
pariter sedere. Et in quantum aut inter utro-
sque sanctitati placuerit sciatote in
modis omnibus placitum et vestrum quoque
iudicium meum erit.

Inter hec pravitatum maximus an-
no vii excommunicationis sue post
castigationes et flagella gregorii
ad cor revertens Ravennam perrexit et
iactavit se tensus inter civitatem in
media silice clamens et dicens Peccavi
in deo et beatissimo papa gregorio. Et age-
re eo penitenciam tribus horis cur-
rit calinicus exarchus et castorius
cartularius ecclesie Romane cum Marini-
ano episcopo et elevaverunt eum de silice.
Tunc etiam cepit ampliorem penitenciam
coram eis agere. Quod gregorius ut
audivit ad [illegible] rescripsit Mari-
niano inter cetera scribens. Qualis
de causa maximi fraternitatis vestre vo-
luntas sit ac magis petitio presencium
latore castorio cartulario nostro renunci-
ante cognovimus. Ideoque si isdem maxi-
mus coram vobis et predicto cartulario
nostro de simoniaca heresi prestito se sa-
cramento purgaverit atque de aliis cri-
minibus sancti apollonaris tactu re-
quisitus liberum se esse dixerit tunc quia
fraternitati vestre de eo quod excommunicatus
missarum sollempnia agere presumpsit
iudicio committimus qua debeat peni-
tencia talis culpa purgari. Et ideo quic-
quid nobis scribendum placet scitu
disponite nec aliquid de nobis dubium
habeatis. Nam quicquid a vobis hac de
causa fuerit ordinatum nos et grate
suscipimus et libenter admittimus.
Hortamur tamen ut debeatis esse solli-
citi et ita que facienda conspexeritis tem-
peretis, quatenus et illi si videbitur ita pre-
stetis et vigoris ecclesiastici ingenium con-
grua ut oportet dispensatione servetis.
Suprascriptum vero portitorem in presen-
tia quid nobiscum ei sit agendum instruxi-
mus cui quod circa subtiliter addiscetis

sic vos in omnibus exhibete ut in vestra
sollicitudine nostram fuisse presenciam senci-
amus.

Item castorio notario et cartulario
Ravenne. Cumulato tedii tibi a nobis
et nunciatas vides causas iniungi tan-
to te magis strenuum debes et sollicitum
exhibere. Proinde si maximus saloni-
tanus prestito sacramento firmaverit sym-
moniace heresi non teneri atque de aliis cri-
minibus sancti apollonaris tactu requisi-
tus innoxium se esse dixerit et de inobedien-
cia sua penitenciam sicut deputavimus
egerit volumus ut ad consolandum illum
epistolam quam eidem scripsimus ubi ei gra-
ciam nostram et communionem nos reddidi-
sse significamus experiencia tua dare debe-
at. Prima sicut in contumacia persiste-
ntibus severos nos esse convenit sic ita
humiliatis et penitentibus negare locum
venie non debemus.

Cumque maximus penes corpus
beati apollonaris secundum iussum gre-
gorii de cunctis humiliter satisfecisset Casto-
rius cartularius consolatoriam ei epistolam
protulit libri gregorii asserentem. Cum de
culpabilibus ordinacionis tue primor-
diis gravem aliam per inobedienciam cul-
pam addideris nos tamen sedis apostolice anti-
quo quo decuit moderamine exarchus in-
quantum contra te usque ad hoc quod causa pro-
cedebat exarsimus. Et ut longius se in-
iuncta ira quod tu tibi excitasti produceret
Credita nos sollicitudo vehementer an-
gebat ne quedam illicita que dicta au-
dieramus negligenter omittere videremur.
Nunc si bene consideres ipse te fassu-
re differendo forbas atque ex hoc adiu-
te zelum nostrum acrius incitabas. Et u-
bi salubri tandem consilio usus iugo
te obediencie humiliter submisisti et dilec-
cio tua penitenciam agens digna se ut
deputavimus satisfactione purgavit
reddi iam tibi graciam fraterne caritatis
intelligat et in nostro se receptum consor-
cio gratulare. Prima sicut perseverantibus
in culpa districtos ita resipiscentibus
nos benignos decet esse adveniam.
Postquam ergo fraternitas tua apostolice sedis
communionem se recepisse cognoscit per-
sonam ad nos transmittat que pallium
tibi defendum ex more percipiat. Nam

Quemadmodum illata patienter non portamus,
sic ea que sunt consuetudinis non nega-
mus. Licet autem ad hec concedenda diffe-
ratio non longa me uocauit, inclinauit tamen
nobis petitio dulcissimi ac excellen-
tissimi filii nostri domini Callinici exarchi, ut
tantus erga te agens exegit. Cuius ca-
rissimam voluntatem nec pertulimus
nec potuimus contristari etc.

Preterea cupidissimus ac tenacissimus
imperator qui et consuetudinibus
antiquissimis draconum legionumque mili-
tes frequentissime sicut Romanorum
narratur historia defraudabat, cernens
Gregorium cum omnes mundi Scriptus an-
tiqui talibus defensionibus quorum suffra-
gio ad arcem pontificatus hunc se per-
uenisse iactabat, pontifex non agere primo
nominis auctoritatibus sanctitatis ac pru-
dentie sue dotibus Christo propicio tanta alta
...entibus preualere ad odium detractionum
fame illius magis magisque commotus
et libertatem pontificis, qui familiaribus
...litibus tam ecclesiastica quam publica fru-
menta diuiserat, subdolis assertionibus
reprehendens. Cui Gregorius utpote
... preceptorum diuino iudicio in cuius in
manu corda regum consistentia
quocumque voluerit inclinantur, ne caduce
fame quam fauoribus deputabat, voce libera
non nulla de futuro dei iudicio differen-
do deterruit etc.

In serenissimis inquit iussionibus
suis dominorum pietas dum me
de quibusdam redarguere studuit,
parcendo michi minime pepercit. Nam in eis
urbane simplicitatis me fatuum appellat.
In scriptura etenim sacra cum intelligentia
simplicitas ponitur, vigilanter sepe pru-
dentia cum rectitudini sociatur. Unde et-
iam de beato Iob scriptum est: Erat vir sim-
plex et rectus. Et beatus Paulus apostolus ad-
monet dicens: Estote simplices in ma-
lo et prudentes in bono. Et per semetipsam
veritas in euangelio admonet dicens: Esto-
te prudentes sicut serpentes et simpli-
ces sicut columbe. Esse valde inutile in-
dicans si aut simplicitati prudentia aut
prudentie desit simplicitas. Ut ergo suos
nos adiuncta eruditos efficiat, esse cohor-
tatur simplices sicut columbas et ut serpentes
prudentes vo- luit. Quatenus in eis et

serpentis astucia columbe simplicitatem
acueret, et columbe simplicitas serpentis
astuciam temperaret. Ergo qui in serenissimis
dominorum iussionibus ab Ariulfi astucia
deceptus non adiuncta prudentia sim-
plex dicor, constat procul dubio quia
fatuus appellor. Quod ita esse ego quoque
ipse confiteor. Nam si hoc vestra pietas
taceret, cause clamant. Ergo enim si fatu-
us non fuissem, ad ista tolleranda que
inter Longobardorum gladios hoc in loco
patior minime venissem. Quia autem de
Harulfo perhibui quia toto
corde venire ad rempublicam paratus
fuit, dum michi non creditur, etiam
mentitus esse reprehendor. Sed et si sacer-
dos non sum, scio quam grauem esse
iniuriam sacerdoti ut veritati servi-
ens fallax credatur. Et diudum noui
quod Nordulfo plus est creditum quam
michi. Et qui esset ad medium venire,
plus quam meis assertionibus credulitas
impeditur. Et quidem si terre mee cap-
tiuitas per cotidiana momenta non ex-
cresceret, de despectione mea atque irrisione
letus tacerem. Sed hoc me vehementer affli-
git quia unde ego tamen falsitatis tol-
lero inde Italia cotidie ducitur sub Lon-
gobardorum iugo captiua. Dumque meis
suggestionibus in nullo creditur, vires hosti-
um immaniter excrescunt. Hoc tamen
piissimo domino suggero ut de me mala
omnia quelibet existimet, de utilitate vero
reipublice et causa ereptionis Italie
non quibuslibet facile pias aures prebeat,
sed plus rebus quam verbis credat. Sacerdotibus
autem non ex terrena potestate dominus noster ci-
tius indignetur, sed excellenti considera-
tione propter eum cuius servi sunt eis ita do-
minetur ut etiam debitam reuerentiam
impendat. Nam in diuinis eloquiis sacer-
dotes aliquando dii, aliquando angeli voca-
tur. Et per Moysen de eo qui ad iura-
mentum deducendus est dicitur: Applica
illum ad deos, videlicet sacerdotes. Et
rursum scriptum est: Diis non detrahes,
scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: Labia
sacerdotis custodiunt scientiam, et legem
requirant ex ore eius, quia angelus
dei exercituum est. Quid ergo mirum
si illos vestra pietas honorare dignetur,
quibus in suo eloquio honorem tribu-

cus eos ut angelos aut deos ipse etiam
appellat dicens Ecclesiastica quoque testatur hys-
toria quia cum pie memorie constantino
principi scripto oblate accusationes con-
fuissent libellos quidem accusationis
accepit et eosdem qui accusati fuerant
convocans in eorum conspectu libellos quos
acceperat incendit dicens Vos dii estis
a vero deo constituti Ite et inter vos causas
disponite quia dignum non est ut nos in
dicemus deos Jn qua sententia pie domine
sibi magis ex humilitate quam illis aliquid
prestitit ex reverencia impensa Ante
enim quoque pagani in republica prin-
cipes fuerunt qui verum deum nescien-
tes deos ligneos et lapideos colebant
et tamen eorum sacerdotibus honorem maxime
tribuebant Quid igitur mirum si domini
imperator vir dei sacerdotes dignetur
honorare cum pagani ut predixi prin-
cipes honorem impendere sacerdotibus no-
verunt qui diis ligneis et lapideis servi-
ebant Hec ergo pietati dominorum non pro me
sed pro cunctis sacerdotibus suggero Ego
enim peccator homo sum Et quia omnipo-
tenti deo incessanter quotidie delinquo
aliquod mihi ad tremendum examen
illius esse remedium suspicor si incessan-
tibus quotidie plagis ferior Et credo
quia eundem omnipotentem deum tanto
nobis amplius placatis quanto me ei
male servientem affligitis Multas enim
iam plagas acceperam et supervenienti-
bus dominorum iussionibus inveni consola-
tiones quas non sperabam Si possum has
celeriter plagas enumero Primo quia
mihi pax sumpta est quam cum longo-
bardis in tuscia positis sine ullo rei
publice dispendio feceram Deinde cor-
rupta pace de romana civitate mili-
tes ablati et quidem alii ab hostibus occi-
si alii vero narnius et perusie positi et ut
perusia teneretur roma relicta est Post
hoc plaga gravior fuit adventus agi-
lulfi ita ut oculis meis cernerem ro-
manos more canum in collis funibus
ligatis qui ad franciam ducebantur
venales Et quia nos qui intra civita-
tem fuimus deo protegente manus eius
evasimus quesitum est unde culpa-
biles esse videremur videlicet cur
frumenta defuerint que in hac urbe

diu multa servari nullatenus possunt Sicut
in alia suggestione plenius indicavi Et
quidem de memetipso in nullo turba-
tus sum quia teste conscientia fateor
usque quo pati paratus sum dummodo
hec omnia cum salute duntaxat mee anime
evadam Sed de gloriosis viris gregorio pre-
fecto et castorio magistro militum non mediocriter
sum afflictus Qui omnia que potue-
runt fieri nullomodo neglexerunt et la-
bores vigiliarum et custodie civitatis in ob-
sidione vehementissimos pertulerunt Et
post hec omnia gravi dominorum indignatione
percussi sunt De quibus patenter intelligo
quia eos non sua acta sed mea persona gra-
vat Cum quibus quia pariter in tribulatione
laboraverunt post laborem pariter tribu-
lantur Quod autem dominorum pietas illud metu-
pavendum et terribile omnipotentis dei in
dicium contendat rogo per eundem omnipo-
tentem dominum ne hoc ulterius faciat nam
adhuc nescimus quis ibi qualis sit Sed
paulus egregius predicator dicit Nolite
iudicare ante tempus donec veniat dominus qui
et illuminabit abscondita tenebrarum et ma-
nifestabit consilia cordium Hoc tamen bre-
viter dico quia indignus peccator et indignus ego
de venientis iudicii ira quam de iure pre-
sentia presumo Et sunt multa que de
dictis illius homines ignorant quia for-
tasse que vos laudatis ille reprehendit et
que vos reprehenditis ille laudabit Inter
ergo omnia incerta ad solas lacrimas re-
deo petens ut idem omnipotens deus piissi-
mum dominum nostrum et sua hic manu regat
et in illo terribili iudicio liberum ab omnibus de-
lictis inveniat et ita me placere si necesse
est omnibus faciat ut eciam culpe gravi
non offendam r/

Denique mauricius imperator liberta-
tem vocis tanti pontificis reprehen-
sionis ex constantia admiratus quem
de futuro dei iudicio sic tinuerat ad extremi-
dam in eum tyrannidem prodire medita-
batur Cum pariter eodem anno vir quidam
monachicis vestimentis indutus divi-
na quadam virtute dextera spatham erec-
tam vibrans a foro usque ad eucam se-
ruam gladiatorem iudicium triumphans im-
peratorem gladio cunctorum moriturum predicaret
Quod mauricius ut audivit a tyran-
nide gregorio in secunda semetipso timuit

audiret divinum quod ei innatum fuerat
odio se subiturum tanto magis timuit quanto
Gregorium credidit non posse mentiri.

Mox itaque scriptis precibus
et compositas tam clericis quam cunctis
patriarchis episcopis et monachis civitatum
necnon solitudinum pecunias multas circos
circumamata destinavit. Hoc potissimum
optans ut domino supplicarent quatenus in
hoc seculo merita sua malorum reciperet
et a futuris cruciatibus eripi mereretur.
Cumque hoc et ipse vehementius per multa
cum lacrimis postularet quadam nocte
dormiens vidit apud eneam palla-
tii portam se coram multo populo ante
statuam salvatoris assistere. Tunc vox sibi
facta est ex ipso ymaginis [illegible]
dicens Trade Mauricium et capientes
eum indicatores ministri posuerunt iuxta
capitulum umbilicum qui ille erat. Tunc
eadem vox taractatus ait Ubi vis reddam
tibi mala que in hoc seculo perpetrasti. Ille
dixit Amator hominum domine et iuste
iudex hic potius ea michi in seculo futuro
retribue. Statim divina vox iussit tradi
Mauricium et Constantinam uxorem eius
filios et filias omnemque cognationem ipsius
[illegible] militi. Evigilans ergo Mauricius
accersit patricium [illegible] et vocavit Phi-
lippicum generum suum quem dudum suspec-
tus fuerat imperium velle surripere.
Ille pro suspitione se perdendum cogi-
tans [illegible] uxori sue tamquam non
rediturus ultimum vale dixit sacramentoque
[illegible] accepto ad palatium venit et
[illegible] imperatoris ingrediens ad pedes
cadit. Cui imperator assurgens ad pedes
[illegible] corruit dicens Ignosce in-
[illegible] quia nunc perfecto divina revelatio-
ne doctus cognovi quod nichil in me un-
quam suspicabar commisisti. Si quem magnum
[illegible] cognoscis qui Focas solcat vo-
cari dicito michi. Et Philippicus dum
[illegible] imperatus contradicebat
[illegible] Cum vero Mauricius de qua-
litate illius inquireret Philippicus ait
est quidam iuvenis et temerarius ac
tamen timidus. Et Mauricius Si timi-
dus inquit perfecto et homicida. Dum
[illegible] titubaret in crastinum ma-
[illegible] ab [illegible] quibus impa-
ratoris [illegible] portaverat rediens retulit
dicens Deus recepta penitentia tua salva-
bit animam tuam et cum sanctis te cum
tota domo tua constituet. Impio vero
cum ignominia et discrimine decides.

Quibus auditis Mauricius de rum-
glificatus penitentiam tenuit. Sed
a cupiditatis avaricia usque adeo non retra-
xit ut operatus in periculosis locis hiemare
et trans Danubio victus se declausorum
regione prelicatabunda quiete non videlicet
alimenta publica manducaret precio pre-
torii feralibus litteris innuens. Et tantum
archius vocatus ait Nimis in videntes
gracia imperatoris precepta Romanos in
aliena terra hiemare iubencia. Nam illi
non obedire sensissimeste et rursus obedie-
sensissim. Nullum bonum parit avari-
cia quia mater omnium malorum consistit.
Cernanimpator laguens horum maiorum
malorum causa Romanis efficiat. Fratri
itaque hoc per patriarchas audito ad sedicio-
nem commertitur exaltatum quod super thro-
num Focam centurionem exarchium ad-
clamavit. Suffato quoque pretore Theodo-
sio filio imperatoris et Germano socero
eius dirigunt ut alter eorum sibi imperare
studeret. Illi nullo modo consenserunt.
Imio hoc Mauricio retulerunt. Et ille quem
manu perdere voluit. Tunc quem in ecclesiam
fugerat filium tamquam proditorem sui consi-
lii flagellavit multosque homines ab ecclesie
cetia extrahendum tu[illegible]mittens [illegible]
primititur primo multas contumelias a populo
laceratus marcionista hereticus appella-
tur. Et commoto intra Constantinopoli
gravi tumultu Mauricius dissimulato ha-
bitu cum uxore et filiis noctu dromone con-
scendit fugiens apud sanctum Anthono-
nem venit. Et vero Focas cum exercitu in sep-
timo imperator efficiatur a quo Mauricius
cum filiis uxore ac filiabus penes Cal-
cedoniam iussus quemadmodum sibi de-
monstratum fuerat decollatur. Et quia
oratio Gregorii qua illum petierat in
terribili dei iudicio liberum a delictis omnibus
inveniri vacua esse non potuit. Idem
Mauricius hic recepit quod meruit
et in cruciatis suis in commodis dum bene di-
cens a sempiterno supplicio meruit libe-
rari etc.

Igitur septimo kalendarum marcii
anno indictione sexta ymago fore et

leonce augustorum cum eorundem fauoribus
Romam delata est, et postquam a clero
et senatu acclamatum est eius in basilica
ubi iussu gregorii in oratorio sancti ce-
sarii lateranensi palacio constituto repo-
nitur. Cui etiam Foci imperatori ita re-
scripsit. Gloria in excelsis deo qui iuxta
quod scriptum est mutat tempora et transfert
regna, et qui hoc cunctis notuit quod
per prophetam suum loquitur dicens. Quia
dominatur excelsus in regno hominum et cui vo-
luerit ipse det illud. In omnipotentis quip-
pe dei incomprehensibili dispensatione
alterna vite mortalis moderamina, et
aliquando cum multorum peccata ferienda sunt
unus erigitur per cuius duriciam tribulationis
iugo subiectorum deprimantur colla. Quod
nos diucius in nostra tribulatione probaui-
mus. Aliquando vero cum misericors deus
merencia multorum corda sua decreuit
consolatione refouere unum regiminis cul-
men prouehit, et per eius iure viscera in
cunctorum mentibus exultationis sue gratiam
infundit. De qua exultationis sue ha-
bundancia roborari nos ocius credi-
mus qui benignitatem vestre pietatis
ad imperiale fastigium peruenisse gaude-
mus. Letentur celi et exultet terra et de be-
nignis vestris actibus uniuerse rei publice
populus nunc usque vehementer afflictus
hylarescat. Reprimantur iugo vestre domina-
cionis superbe mentes hostium. Releuetur
vestra misericordia contriti ac depressi
animi subiectorum. Virtus celestis gratie
inimicis nos terribiles faciat pietatis
ditis benignos. Quiescat felicissimis
temporibus vestris uniuersa res publica, pla-
ta sub causarum ymagine pressi pacis
cessent testamentorum insidie donationum
gratia violenter exacte. Redeat
cunctis in rebus propriis secura posses-
sio ut sine timore habere se gaudeat que
gaudeant que non sunt ab eis frau-
dibus adquisita. Reformetur iam sin-
gulis sub iugo pii imperii libertas
sua. Hoc namque inter reges gen-
cium et rei publice imperatores distat
quod reges gencium domini seruorum sunt. Im-
peratores vero rei publice et domini li-
berorum etc.

Cumque Focas mandauit sibi ut Ro-
mane sedis dyacones cum impe-
na humilitate reuerentia postularet. Gre-
gorius ita rescripsit. Considerare cum gau-
dio et magnis actionibus graciarum liber-
tas omnipotenti deo laudes debemus
remoto iugo tristicie ad libertatis tempora
sub imperiali benignitate vestre pietatis
peruenimus. Nam quod permanere in palacio
iuxta antiquam consuetudinem apostolice
sedis dyaconem vestra serenitas non
inuenit, non hoc mee negligencie sed
grauissime necessitatis fuit. Quia dum mi-
nistri omnes huius ecclesie tam conturbata aspe-
ra tempora cum formidine declinarent, ac
refugerent nulli eorum poterat imponi
ad urbem regiam in palacio permanere
accedere. Sed postquam vestram clemenciam
omnipotentis dei gratia disponente ad culmen
imperii peruenisse cognouerunt ipsi qui
suadente leticia ad vestra vestigia veni-
re festinant qui illuc prius accedere
timuerant. Sed quia eorum quidam
ita sunt senectute debiles ut labore
ferre vix possint. Quidam vero ecclesiasti-
cis curis vehementer implicantur et la-
torem presencium qui prius omnium defensor
fuit bene michi ex longa consuetu-
dine compertus est assiduitate vita
fide ac moribus approbatus hunc apud
pietatis vestre vestigia esse iudicaui
eum autore deo dyaconem feci et sub
celeritate transmittere studui. Cui ea
que in hiis partibus aguntur inuento op-
portuno tempore valeat clemencie vestre sugge-
rere. Cui rogo ut serenitas vestra piarum aurium
inclinare dignetur ut tanto nobis ce-
lerius valeat misereri quanto afflictio-
nem nostram verius ex eius relacione cogno-
uerit. Qualiter enim quotidianis gla-
diis et quantis longobardorum incursionibus
ecce iam per triginta et [illegible]
valemus. Sed in omnipotenti deo confi-
dimus quia ea que cepit consolationis
sue nobis bona perficiet. Et qui susci-
tauit in re publica pios dominos extinguet
crudeles inimicos etc.

Item Leoncie auguste. Que lingua
eloqui que animus cogitare sufficiat
quantas de serenitate vestri imperii om-
nipotenti deo gratias debemus quod tam dura
longi temporis pondera ceruicibus nostris abla-
ta sunt, et imperialis culminis leue iugum
redit quod libeat portare subiectis

[R]eddatur ergo creatori omnium ab princi-
patibus angelorum gloria in celo, persolvatur
ab omnibus gratiarum actio in terra, quia uni-
versa respublica que multa merorum per-
tulit vulnera iam nunc consolationis in-
venit fomenta. Unde nobis magis est
omnipotentis dei misericordiam cunctis exora-
re, ut cor vestre pietatis sua semper dexte-
ra teneat, eius que cogitationes celesti
gratie ope dispenset, quatinus tranquilli-
tas vestra tanto rectius valeat subiec-
tos regere, quanto creatori omnium noverit
verius deservire. In amore catholice
fidei faciat defensores suos quos fecit
pro benigno opere imperatores, infundat vestris
mentibus zelum simul et mansuetudinem,
ut pio semper fervore valeatis, et quicquid
in deo creditur non inultum relinquere, et
quod nobis delinquitur parcendo tol-
lerare etc.

Hic Gregorius Langobardis autem ideo no-
vos principes demulcebat, ut au-
dientes quales esse debeant fierent mi-
tiores quam Mauricius fuerat, cum tot tem-
poribus insoluta tributa ignoscebat. Aut
quia eos sibi sue ecclesie devotissimos
cernens, non eos ad tirannidem cuncta-
tos esse putabat. Et sicut quorundam
vicia liberis vocibus arguebat, et cum ca-
nones prisca sue consuetudinis venire
neminem permittebat. Ita quod consue-
tudinis fuerat nulli penitus denega-
bat. Johanni subdiacono tradi provincie
Ligurie scribit dicens: Quanto apostolica
sedes deo auctore cunctis prelata constat
ecclesiis, tanto inter multiplices curas et
illa nos valde sollicitat, ubi ad conse-
crandum pontificem nostrum expectatur ar-
bitrium. Defuncto igitur Laurentio ec-
clesie Mediolanensis episcopo sua nobis re-
latione clerus insinuavit in electione se fi-
lii mei Constantii diaconi sui unanimi-
ter consensisse. Sed quia eadem non fuit
subscripta relatione, quicquid ad cautelam
pertinet omittamus. Dicto homini precepti auc-
toritate suffultum geminate perscrutari ne-
cesse est. Et quia multi illic Mediola-
nensium coacti Longobardorum barbarica
feritate consistunt, eorum te voluntates
oportet audire. Nam mos ut episcopali
et sedis emicuit patriarchalibus sedibus
quidam synodicam destinavit. Et per modum

secundum synodi in [illegible] clauso in-
terea scribit dicens: Hinc est ut
quociens in quatuor [illegible] precipuis sedi-
bus antistites ordinantur, synodales si-
bi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam
Calcedonensem synodum cum aliis ge-
neralibus synodis custodire fateantur.

Item Anastasio presbytero
de Ysauria post multa. Sed nunc con-
tracto Constantinopolitane civitatis
antistiti qui nuper in loco Johannis reverentissimi
episcopi loco ordinatus est, nova nolumus
cum inmittere scripta. Sed quia non est con-
suetudo ut prius quam ad nos eius syno-
dica deferatur ei scribere debeamus,
ideo nunc distulimus; postea autem indi-
cabimus quid videlicet consuetudinem
sicut iam quoque quam ante biennium ab
Adriano liberalissimo papa in sancta
octava synodo perficit testantur orien-
tales, papae retinet usque hactenus
sedes, ut in suis dipticis nullius ponti-
ficis nomen describant, quousque syno-
dicam ipsius suscipiant. Et tamdiu
defunctum pontificem inter vivos ad-
numerent, quamdiu successor illius su-
as litteras studuerit destinare.

Hinc est nimirum quod Gregorius a con-
suetudine prisca non discrepans
et rogatus eis in communione perstitit
et si nulla eos adversitas ab electionis
unitate discriminat. Equidem in
prefato filio meo Constantino omnium vo-
luntates atque consensus perdurare
cognoscitis. Convenit enim a propriis episcopis,
sicut antiquitatis mos exigit, cum nostre
auctoritatis assensu solaciante domino
faciatis consecrari, quatenus huiusmodi consuetu-
dine servata et apostolica sedes proprium vi-
gorem retineat, et a se concessa aliis
iura sua non minuat. Sed cum post an-
nos aliquot Constantius functus in-
signiter pontificio dormisset in domino,
clerus et plebs Mediolanensis Deus-
dedit diaconum eligentes, ab Agilulfo
rege terrentur, quatenus illum eligerent quem
Longobardorum barbaries voluisset. At
illi decretum Gregorio dirigentes con-
silium et licentiam petunt. Quibus ipse
inter cetera respondit: Illud quod nobis
ab Agilulfo indicastis scriptum dilectionem
vestram non moveat. Nam nos in homine

qui non ca- tholicis et maxime a lo-
gobardis eligitur nulla prebemus
ratione con- sensum. Pelagius Vital-
i. Sancti ambrosii indignans eiusdem
ter ostenditur si clericus a talibus ordinatur.
Et post pauca. Ut igitur in ordinan-
do deus dedit operationem qui a nobis elec-
tus est nulla possit mora contingere
panthaleone notario nostro iussimus
qui eum ut moris est admittente con-
sensu nostro auctore faciat consecrari.

Ab adversis partibus
Aggravatos fortissimus miles xpi
gregorius viriliter defendebat iniusteque
deiectos non solum iniuste deponi non habe-
bat. verum etiam pristinis gradibus auc-
toritatis sue privilegio reformabat. Nam
anastasium anthiocenum patriarcham qui
Iohannem constantinopolitanum presulem
voce libera reprehensus imperiis iustini-
ani iussu detrusus in exilium ab ipsius Iohannis
presulis temporibus usque ad finem pontificatus tempora
permanebat. Post unde simul sacerdotium me-
ruit inter patriarchas cum reputatus sanc-
tis talibus animavit. Preterea inquit
sicuti patriarchis aliis fratribus meis syno-
dicam vobis epistolam direxi, quia apud
me semper hoc estis quod ex omnipotentis
dei munere accepistis esse. Non quod
ex voluntate hominum putatis non esse. Item
eidem in alia epistola post nonnulla scribens
ait. Fraternitati tue indico quia a sere-
nissimis dominis quantis valui precibus postu-
lavi ut nos honore proprio restitutos ad
sancti petri apostolorum principis limina
veniremus, et quousque deo ita placuerit
hic mecum vivere concedat quatenus dum nos
videre meruero peregrinationis me tedium
de vita propria mutuum loquendo releve-
mus. Denique studiosissimus pater gregorius
tamdiu penes mauricium imperatorem sug-
gestionibus suis insistebat donec post
multorum annorum curricula magnus a-
nastasius throno proprio redditur. Cui con-
gratulabundus rescripsit dicens. Gloria in
excelsis deo et in terra pax hominibus bone
voluntatis quia magnus ille fluvius qui
quondam arentia antiochie saxa relique-
rat ad proprium alveum rursus subiectas
et iuxta positas valles rigat. Ut unum
tricesimum aliud sexagesimum aliud cen-
tesimum fructum affert.

Hadrianum thebane civitatis episcopum a
Iohanne prime iustiniane atque a
Iohanne larisseo episcopis iniuste depositum
non solum sedi proprie reddidit. verum e-
tiam ipsius etiam romano iure defendens a
larisseni episcopi potestate subduxit. Iniusta
tenus Adrianum episcopum reprehensum et tuo con-
sacerdotales mores odio laborasse et ve-
lut iure peculiaris in causis cum fra-
ternitatis tue condempnatum fuisse sine.
Cura igitur et ab antefato Iohanne prime iusti-
niane episcopo contra ius canones que dep-
tus honoris sui gradu caret non pot-
est in sua eum reformare etiam atque in
dignitatis ordine decernimus revocari.
Cum oporteat te ex eo dominica corporis com-
munione privari quod admonitione sancte
memorie decessoris mei contempta per quam
eum etiam que eius de tue iurisdictionis
potestate exemit. Rursus in eis aliquid te
iurisdictionis habere presumpseris tamen ne-
quaquam decreverimus communionis que tibi sacra-
mentum interim confirmantes decrevimus.
ut fraternitas tua ab eo etiam que eius o-
antecessoris sue potestatis iurisdictionis absti-
neat. Quod si contra scripta decessoris mei si qua
causa vel fidei vel crimis vel pecuniaria ad-
versus prefatum adrianum confratrem vestrum
poterit evenire vel per eos qui modo sunt
fuerint in urbe regia responsales
dicendis est questio cognoscatur vel si
ad apostolicam sedem si est ardua deducatur
quatenus nostre audientie sua deducatur. Si quis
contra hec que statuimus quolibet tempore qua-
cumque occasione vel subreptione temptaverit sa-
cre communione privatum nec eam recep-
to ultimo vite tue tempora nisi concessa Ro-
mani pontificis decernimus iussione
accipere. Hec enim consona sanctis patrib-
us definitione sancimus ut qui facere ne-
sciat obedire canonibus nec sacris admini-
strare vel communionem capere sit dignus a-
ltaribus.

Item Iohannem episcopum prime iustiniane
post longas tribulationes quas ad-
rianus thebane civitatis episcopus a sacerdoti-
bus suis velut ab hostibus pertulit in Ro-
manam civitatem confugit. Et licet ad-
versus Iohannem larisseum episcopum eius fuisset
prima suggestio non ab eo in causis pe-
cuniarum et civitatis legibus iudicatum tam
post hec magis contra personam fraternitatis

-e aqua non iuste se sacerdotum gradu flagi
bat esse deiectum grauissime querebatur
. . . insta. Ex uero inquit adiacens attinet
. . . ssitatis pius atque ad nichilum redactus pre
. . . te sententie tue decretis ex beati petri
. . . stolorum principis auctoritate decernimus tri
. . . nta dierum spacio sacra te communione pri
. . . atum ab omnipotente deo uero tanti ex
. . . essus ueniam cum summa penitentia lacrimis
. . . orare. Et si hanc sinam maiestate cognouerimus
. . . impleuisse temeritatis uel iam tamen in
. . . iam sed et contumaciam fraternitatis tue
. . . gnoscas adiuuante domino seuerius puni
. . . dam. Prefatum uero adrianum fratrem et
. . . episcopum nostrum ex tua sententia ut diximus
. . . nequaquam canonibus atque legibus subsi
. . . nte dampnatum in suo loco atque ordine
. . . xpisto comitante dispommimus
. . . nec illi fraternitatis tue notat com
. . . stic tramitem prolata sententia nec tantas
. . . a pro placanda futuri indignacione in
. . . ras incorrecta remaneat.

Nunc est quod exceptis criminibus neminem sa
cerdotum gregorius deponebat. Sed
pro qualitatibus delictorum uel mali
communione priuabat. Unde iohanni episcopo
calliopolitano presbitero aliquid scribens ait
matriculam quam frater et coepiscopus noster
andreas tarentinus episcopus fecit suis
castigari. Cuius conde presbiterum octo menses
dicunt obisse non tacemus. Tamen quia ca
non propositi sui ordinem huiusmodi fecit ad
aliqui duobus hinc mensibus a missarum
solemnitate suspende. Ut uel hec eum
uerecundia qualem se de cetero exhibere
possit instruat etc.

Siquando super sacerdotum criminibus cau
ad uentilandum cum summa districtione
grandi ac cautela gregorius utitur
cuius capituli modulis queris summa
nam magis difficulter quam facile pro
mulgabat. Unde natali salonitano
episcopo scribens ait. Dum cuncta negocia
indagande sollicitudine ueritatis indi
geant, cum que ad deiectionem sacerdotalis
gradus uel sunt districtius eruenda
in quibus non tam de humilibus constitu
tis quam de diuine quodammodo iudicio
...ns testificacione tractatur. Innotuit
siquidem nobis esse florentium ecclesie
tane ciuitatis episcopum agmine quidem fuisse
in causis criminalibus accusatum et mul-

lis canonicis probationibus exquisitis nec
sacerdotalis concilii preueniente iudicio
eum honoris officio non audet se iure
depositum. Anima ergo non potest quemquam
episcopus gradu deponere nisi iustis ex
causis. Consors sacerdotum suum
ope sententia hortamur fraternitatem
uestram ut prefatum uirum ex eodem in quo
detrusus est etiam sacratis exilio causamque
in episcopali disceptatione perquirat. Et si in
hiis in quibus accusatus est canonica
fuerit probatione conuictus canonica pro
culdubio est ultione plectendus. Et si
alias quam de eo estimatum est synodali
fuerit inquisitione compertus nocens est. Ut
et criminatores iusti districcionem uindicte ex
horreant, et in criminatis innocentie sue
seruentur illibata suffragia. Excusa
tionem uero antefati negocii anthonino
subdiacono nostro ex nostra precepcione man
dauimus quatenus eius instantia que sunt
legibus canonicis plantata decreuisset
et decreta iuuante domino mancipentur
effectui. Item constantino episcopo medio
lanensi. Relictis epistolis quas ad nos per
marinum latorem presencium transmisistis
gratam nobis sollicitudinem uestram fu
isse rescripsimus quod eam que ad nos de
fratre et coepiscopo pompeyo quia nobis ita
est nominandus peruenit dissimulare
minime pertulistis. Sed qualis fuit in requi
sitione cura si talis fuisset in discussione
subtilitas nichil ex hoc quod de eo dictum
est fuisset ambiguum. Sed utrum uerum an
esse compositum pateret quia iam com
presbiterum dudum in sicilia apud reuerende
memorie fratrem nostrum maximum episcopum
talis questio ut cognouimus mota fuerit
sed quia causa ipsius sub tali districtione in
uestigacione quesita est inuentus est
innocens qui fuerat accusatus in crimine.
Nunc igitur quam illa que contra eum dicta
sunt non sub illa qua decuit distric
tione quesita sunt, et gesta que et in decapro
fraternitate uestra confecta sunt neque
ad condempnacionem neque ad solutionem
eius probantur posse sufficere non le
uis res agitur ut incaute uel in cur
sum debeat diffiniri. Nam quecumque est
satis et indecens ut in re dubia cer
ta dicatur sententia. Et hec quidem gesta
esse poterant ad diffiniendum ydonea

si accusati ea confessio sequetur. Si
tamen eandem confessionem subtilitas ex
aminis extorsit et non afflictio
vehemens extorquet. Que frequenter
hoc agit ut noxios se fateri etiam coga
tur innoxii. Nam postquam predictus
episcopus ut dicitur quatuor custodia et ma
fame se asserit. Querere debetis si ita est
utrum noverat si sic fuerit extorta con
fessio. Requirendum quoque sententiam tales que
sistit et ad sedem apostolicam appellavit
nec persona que iudicatur presens est ut di
tissime atque ab omni latere requirat
ut sciat si debeat nec remaneat senten
tia determinatur. Rectum est et si predictus episcopus
ad sedem appellare voluerit causa ipsi
us interius et cum omni diligentia perscru
tanda est. Ideo postquam et persona absens
est et gesta que ad nos transmisistis
nobis sicut prefati sumus per omnes satis
facere non videntur. Temere ad de episcopi per
sona decernere nec debemus nec possu
mus. Ne quod absit reprehensibiles
inveniamur in his quibus aliorum iure
competit retractare sententias.

Item Iohanni defensori.

Post aliqua. Et infra. Inquit Ste
phanus episcopus modo suo quedam
ficta et de falsis se capitulis accusatum
neque autem ordinabiliter factum sed iniuste
te se asserit condempnatum. Diligenter
querendum est. Primo si iudicium ordi
nabiliter est habitum. Si alii accusatores
alii testes fuerint. Deinde causarum
qualitas si digna exilio vel depositione
fuit. Si eo presente sub iureiurando con
tum testimonium datum est. Si scriptis gestum
est. Si ipse licentiam respondendi et de
fendendi se habuit. Sed et de personis ac
cusantium et testificantium subtiliter
querendum est. Cuius condicionis cuius
ue opinionis aut ne inopes sint.
Ne forte aliquas contra prefatum episcopum
inimicitias habuissent. Utrum testimo
nium ex auditu dixerint aut certe se
specialiter scire testati sint. Si scriptis
iudicatum et partibus presentibus sententia recitata
tata est. Et si forte hec sollempnitas acta
non sint neque causa probata est que
exilio vel depositione digna sit in ec
clesia sua in dubio omnibus revocetur.

Auctoritatem quorundam simoniacorum
pontificum Gregorius dictus si
magnitudine nullo modo minuebat
potius multiplicat roborabat. Et q
uis inter culpabiles auctoritatem sui po
cognosceret tamen inter insontes episcopos
reddebat prorsus equalem. Unde ipse
Iohanni Syracusano episcopo inter cetera scri
bens ait. Et primas Byzacenus a suis
impetitus sit sedi apostolice dicit se subici
qua culpa in episcopus invenitur nescio qui
ei episcopus subiectus non sit. Cum vero culpa
non exigit omnes episcopi secundum rationem hu
militatis equales sunt et cetera. Item in
libro regule pastoralis. Liquet igitur
quod omnes homines natura equales ge
nuit. Sed variante meritorum ordine alios al
culpa postponit. Ipsa autem diversitas
que accessit ex vitio divino iudicio di
pensatur. Ut quia omnis homo eque
stare non valet alter regatur ab al
tero. Unde cuncti qui presunt non in se po
debeant ordinis sed equalitatem pe
re condicionis. Nec preesse hominibus gau
deant sed prodesse. Antiqui etenim pa
tres non reges hominum sed pastores pecorum
fuisse memorantur. Et cum Noe Dominus
et filiis eius diceret. Crescite et multiplicamini
et replete terram. Protinus adiunxit. Et terror
vester ac tremor sit super cuncta animalia.
Precipitur profecto esse super homines pro
hibetur. Homo quippe brutis animalibus
non autem ab hominibus ceteris natura pre
tus est. Et ideo ei dicitur ut ab animalibus
et non ab homine timeatur quia con
tra naturam superbire est ab equali velle
timeri. Et tamen necesse est ut rectores
subditis timeant quando ab eis deum
minime timere deprehendunt. Ut humana
saltem formidine peccare metuant
qui divina iudicia non formidant.
Nequaquam tamen prepositi ex hoc quesito
timore superbiant in quo non suam
gloriam sed subiectorum iustitiam querunt.
In eo enim quod metum sibi a perverse viven
tibus exigunt quasi non hominibus sed an
imalibus dominantur. Et infra. Videlicet ex qua
parte bestiales sunt subditi ex ea de
beant formidine iacere substrati. Sed pe
rumque rector eo ipso quo ceteris preeminet
elatione cogitationis intumescit. Et dum
ad usum cuncta subiacent dum ad vo

videlicet iussa complent, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, male gesta autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant quod reprobare debuerant, seductus ab hiis que infra subiacent supra se animus tollitur. Et dum foras immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur atque oblitus sui in voces se spargit alienas, talemque se credit qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit, eosque equales sibi nature ordine non agnoscit; et quos sortis potestate excesserit, transcendisse se etiam vite meritis credit. Cunctis se estimat amplius sapere quibus se videt amplius posse. In quadam quippe se constituit culmine apud semetipsum, et qui equa ceteris nature condicione constringitur, ex equo respicere ceteros dedignatur. Sicque usque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est rex super omnes filios superbie. Qui singulare culmen appetens et socialem vitam despiciens ait: Ponam sedem meam ad aquilonem, et ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foveam deiectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostate quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbie culmine potestatis excrevit; per humilitatem quippe prelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel? Parvulum se prius in suis oculis viderat, sed fultus temporali potencia iam se parvulum non videbat. Ceterorum namque comparationi se preferens, quia plus cunctis poterat, magnum se pre omnibus estimabat. Miro autem modo, cum apud se parvulus, apud Deum magnus; cum vero apud se magnus apparuit, apud Deum parvulus fuit. Plerumque ergo dum ex subiectorum affluencia animus inflatur, in luxum superbie ipso fastigio lenocinante corrumpitur. Quam videlicet potenciam bene regit qui scit eam et tenere et impugnare. Bene hanc regit qui scit per illam erigi super culpas, et scit cum illa ceteris equalitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur, etiam cum nulla potestate fulcitur; quanto magis in altum se erigit, cum se

ei etiam potestas adiungit. Quam tamen potestatem recte dispensat, qui sollicite noverit et sumere ex illa quod adiuvat, et expugnare quod temptat; et equalem se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastoris primi exempla cernimus. Petrus namque auctore Deo sancte ecclesie principatum tenens, a bene agente Cornelio et sese ei humiliter prosternente immoderacius venerari recusavit, seque illi similem recognovit dicens: Surge, ne feceris; et ego ipse homo sum. Sed cum Ananie et Saphire culpam repperit, mox quanta potencia super ceteros excrevisset ostendit. Verbo namque eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit; et summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illic quippe communionem equalitatis meruit sanctitas actionis; hic zelus ultionis ius aperuit potestatis. Et paulo post: Sed cum delinquentes subditos prepositi corrigunt, restat necesse est ut sollicite attendant quatenus per discipline debitum culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam equales se fratribus qui corriguntur agnoscant. Quibus plerumque etiam dignum est ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione preferamus. Illorum namque vicia per nos discipline vigore feriuntur; in hiis vero que ipsi committimus nec verbi quidem ab aliquo invectione laceramur. Tanto ergo apud Deum obligatiores sumus, quanto apud homines inulte peccamus, et reliqua.

Hac Gregorius equalitate servata Romano defensori Italie scribit dicens: Pervenit ad nos quod si quis contra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat incongruum, hac tibi auctoritate precipimus ut hoc denuo facere non presumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat, ut ipse cognoscat, aut certe ab ipso iudices deputentur; aut si ab hoc fortassis arbitros eundem eligi est, partes ad eligendos iudices ab ipso executio deputata compellat. Si quis vero vel clericus vel laicus contra episcopum

habuerit inter te interponere debes ut me-
cos aut ipse cognoscas aut certe te ad-
monente sibi iudices eligant. nam
si sua unicuique episcopo iurisdictio non serua-
tur quid aliud agitur nisi ut per nos
per quos ecclesiasticus custodiri ordo
debuerat confundatur

Sicut convictum de crimine sine vin-
dicta canonica gregorius neminem
nem relinquebat. Sic minime falsorum
delatorem regulari transire permittebat
Unde anthemio subdiacono scribens ait
Tanto fortius punienda sunt crimina que
in personis et maxime sacratis ordinibus
ingeruntur quanto sunt culpabiles omnes
qui in causa diaconi Johannis testificatus
attende ut hilarium accusatorem eius
nulla ex dispensatione indicta pena venies
castigaret. Nec aliud ad excusationem tuam
esse credatis ydoneum quod nobis qui in-
dicare nolentibus solus frater et coepiscopus
meus paschasius dicatur detulisse. Nam
si zelus in vobis rectitudinis viguisset
facilius unum cum illis rationabiliter scia-
dei quam multi ab uno peccarant sine causa
differri. Quia ergo tante nequicie ma-
lum non debet sine ultione transire supra-
scriptum fratrem nostrum paschasium volumus
admoneri ut eundem hylarium prius sub-
diaconum quo indignus fungitur priuet
officio atque verberibus publice castiga-
tum faciat in exilium deportari ut unius
pena multorum possit esse correctio. Cuius
si forte levitatem diaconi sui adhuc opi-
nio laczata non commonet et in hoc quod
non tardius torpens extiterit experien-
cia tua habet que deus ignis faciat et de illius
nobis negligencia renunciet

Ideo gregorius non probante quod
obiecerat subdiaconum officio iubet
priuari. quia iuxta canonicas parium
sententias qui calumpniam illata non
probat penam debet incurrere quam si
probasset reus utique sustineret. Ac per hoc
quia super crimine diaconum probare non po-
tuit quo impositionem manus qua carere
potuisset non habuit non sacerdocio sed offi-
cio caruit et tamquam reus ca infamis me-
ruit verberibus castigari. Nam cum ci-
tibus testibus veluti laico crimen quodlibet
approbatur non est mirum quod obiecit
dum probare non sufficiat si corporali in-
currat quemadmodum laicus ex inte-
litudine subiugatur. Quod enim est di-
acono gradum amisisse hoc fuit subdia-
cono plenitudine caruisse

Crimina semel audita gregorius
indiscussa nullo modo preteribat cum
si accusatus cum accusatore suo redisset
in graciam. Unde agapito ministris episcopus de con-
scribens ait. Desiderii nobis est ad concor-
diam redire discordes et unitos esse in gracia
quos diuisos ab alterutra dilectione volu-
mus fuit esse diuisitas. Sed quia tanti frat-
tatis vestre relegentes agnovimus quod b-
qui contra adrianum fratrem et coepiscopum nostrum
aliqua dixerant modo cum eodem episcopo in
venisse et magna nobis ad presens
est de eorum unitate leticia. Sed quia ea que
dicta sunt indiscussa remanere non pati-
sedis nostre dispensationem adeo investigando ri-
gorem quia uniuersa nos sacerdotibus qua-
tas vehementer impellit ut ea que audi-
dissimulare nullatenus debeamus. Proinde fra-
ter accusatores et accusatum inter se feci-
graciam indicastis hoc nobis intimare est subti-
perscrutari ne forte eorum sit compacta conc-
ordia. Que si quod absit non ex caritate sed
premio facta constiterit maiori hoc cum
dacione plectendum est. Nam nos qui
canonice reuelante deo mala si que
verba sunt resecare prouidentia festinamus
commissam postmodum culpam sine vin-
dicta nulla ratione dimittimus

Item Johanni episcopo corinthiorum. Post
aliqua. Paulum inquit diaconem
delatorem prius quam cuius culpa sua v-
hementer confundat atque redarguat e-
xceptus permissione ab accusatione in-
depositi quondam episcopi sui destitit et
predictam studio silere omnium animam suam
potius quam prodere vera consensit. Tamen
quia pios plus nos esse conuenit quam
districtos habere ei culpam ignoscimus
atque eum in ordine loco quo replendum
censemus. Nam ei atque prelate sententie a-
fflictionem qua pertulit credimus ad emendationem
huius culpe posse sufficere. Eufimium vero
atque thomam qui pro defendenda accusa-
tione sacros ordines acceperunt eisdem ordini-
bus priuatos esse atque ita sicut sunt depositos
volumus permanere ne umquam eos sub qua-
libet excusacionis specie in sacros ordines
renouari decernimus. Nam nimis indi-

scorum ecclesiastice regulam discipline et ut ho
nore quem non ex meritis sed pro sceleris primo
arripere fugatur

Quia tamen plus nunc quam districte
nos convenit operam dare ut hac
presbiterum eufimium atque thomam in ordine lo
co suo tunc unde ad sacros ordines primo
fuerant volumus revocari et cunctis diebus
vite sue eorundem locorum continentiam sicut
consueverant ante percipiant Clematium
eo lectorem similiter benignitatis intuitu
in ordine loco que suo revocandum esse con
stituo Cunctis autem omnibus idest paulo dya
cono eufimio thome atque clematio commoda
secundum locum ordinem in quo quisque eorum
est sicut solitus erat accipere annui indictione
fraternitas tua sine aliqua studeat im
minutione prebere &c.

Consueta clericorum stipendia nullis quo
rumlibet egritudinis occasionibus mise
ricordissimus pater gregorius retrahebat
unde claudulo episcopo veteri scribens ait Cum
percussio corporalis utrum pro purgatione an pro
vindicta contingat dei in hoc iudicium igno
ratur non debet a nobis addi flagellato af
flicto ne nos culpe quod absit offensa re
spiciat Et quia presentium lator talamon...
pro hac percussione quam sustinet consue
ta sibi commoda ab ecclesia in qua assistit denegari
indicio fraternitatem tuam presentibus hortamur
ut quia nihil eorum a percipienda que con
sueta sunt hec egritudo debeat impedire
quia diversis in ecclesia militantibus paria
sicut nosti sepe contingit infirmitas
Et si hoc silentio exemplo decrevit nullus
de cetero qui ecclesie militet poterit inveniri
sed secundum loci eius ordinem quecumque si sa
nus esset poterant iustitia de ipsa exigu
itate que ecclesie potest accedere fraternitas
tua divini contemplatione iudicii egro
tanti prebere non desinat

Episcoporum venerabilium factas pro
prie clericis sponsiones gregorius
apostolice sedis auctoritatibus roborabat Un
de Iohanni panormitano episcopo scribit di
cens Implenda sunt semper postulan
tium desideria quotiens illa postulant que
ratione non demant Et ideo quia quedam
capitula que servaturos te clericis tuis pre
sentibus promisisti nunc ab eis postulant
auctoritate firmari fraternitatem tuam huius hor
tamur affatibus ut ea que promissa scripta con
tinent sine aliqua debeant refragatione
servare Primum ut de redditibus ecclesie quartam
integro portionem ecclesie tue clericis secundum
meritum vel officium sive laborem suum
ut ipse unicuique dare perspexeris sine
aliqua prebere debeas tarditate Deinde hoc
vero quod ex fidelium oblatione accesserit
idest quartam partem in solidis eis vel ce
lario iuxta pristinam consuetudinem
dare non differas Reliqua autem omnia
mobilia in tua retinens potestate inmobi
lia cuncta ecclesiasticis redditibus aggrege
tur ut multiplicata quantitate clericorum
tuorum gratia deo largiente proficiant Ca
bularii aut vina ad consensum seniorum
et cleri memineris ordinandum qui vo
nus singulis ad amputandam fraudis
suspicionem sollicite suas debeant ratio
nes exponere Vindemiorum vero tempore
ipsum clerus emendi vinum et de pos
sessionibus ecclesie tue ad iusta pretia in
quantum vendendum est remedium conse
quatur Nam satis contra rationem est ut
quod per extraneis venditur clericis dato
pretio denegetur Possessiones igitur alias si
qua sunt alia ecclesiastico iure compete
ntia et ab extraneis indebite detinentur
tu omni studio servata utilitate iuris
ecclesie tue reparare festina ut negligens
in aliquo videri non valeas Sed quid
vero de quocumque clerico ad aures tuas per
venerit quod te iuste possit offendere
facile non credas nec ad vindictam te
res accendat incognita sed presentibus ecclesie
tue senioribus diligenter si est veritas per
scrutare Et tunc si qualitas rei popos
cerit canonica districtio culpam feriat
delinquentis Hec itaque omnia sic solli
cite ac dimans ut studio tuo sit custodi
endum quatenus nec tu promissionis tue
videaris immemor extitisse nec illi in
tantum contra te occasionem invenire valeat
murmurandi &c.

Item maximiano episcopo syracusa
no post pauca Cognovimus de
redditibus ecclesie noviter acquisitis
canonica dispositionem quartam minime
pervenire sed episcopos locorum tantum de distribu
endo quartam antiquorum redditum nunc vero
quesita suis operibus retinere Et in hoc
praviam subintroductam consuetudi
ne fraternitas tua vivaciter emendare

festinet. Ut sine depravatis redditibus sine de his que obveniunt vel obvenientibus que secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est unam eandemque ecclesie substantiam dupliciter quodammodo in iura transferri videri usurpationis et canonum.

Ab aliis episcopis communione privatos Gregorius communionis professione reformabat. Unde Augusto magno presbitero Mediolanensis ecclesie scribens ait: Sicut exigente culpa digne quis a sacratissimo ecclesie abigitur, ita in eo nullis modo talis irrogari debet iniuria. Compertum siquidem quod Laurencius frater et coepiscopus noster nullis te culpis exstantibus communione privaverit. Idcirco huius precepti auctoritate immunis officio tuo securus peragas et communionem sine aliqua sume formidine.

Purgantes se a crimine cunctis heresis Gregorius non solum recipiebat verum etiam catholicos declarabat. Unde Iohanni Constantinopolitano episcopo scribens ait: Sicut hereticorum pravitas zelo est recte fidei comprimenda, ita vere confessionis est integritas complectenda. Nam si recte fideliter confitenti destituitur, cunctorum indubitanter fides adducitur atque errores et mentia distinctione mortiferi generantur. Et hinc non solum errantes oves ad caulas minime dominicas revocantur, sed etiam in proposito fervens dentibus lamande crudeliter deponitur. Hoc ergo subtiliter frater karissime perpendimus et sub pretextu heresis affligi quempiam veraciter profitentem fidem non sinamus. Valde autem inmati sumus tue caritati qui in causa fidei iudices contra Iohannem Calcedonensis ecclesie presbiterum a nobis fuerant deputati negligentes veritatem opinioni crediderunt et credere districte profitenti noluerunt. Ita inter accusatores eius Marcianistarum quam incolabat heresim, unde eum reum moliebantur efficere interrogati que esset nescire, est manifesta professio respondentis. Ex qua re evidenter agnoscitur quia personam ipsius sine dei respectu non iuste sed contra animas suas sola gravare voluntate cupido voluerunt. Nos itaque facto

concilio sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit cuncta que erant necessaria subtiliter perscrutantes atque tractantes quod nullo antedictum presbiterum reum invenimus, et precipue quia libellus quem de fide sua a nobis videlicet optulit recte fidei omnia sinceritati concordat, eumque eorum iudicium reprobantes sinceram eius de fide mentem catholicum et ab omni heretico crimine liberum esse Christi dei redemptoris nostri gratia revelante declaravimus.

Item Mauricio imperatori per pauca. Actis in concilio que contra Iohannem ecclesie Calcedonensis presbiterum acta sunt et seriem iudicati maiorem illum iniuste sustinuisse cognovimus. Eum quippe clamantem atque se monstrantem esse catholicum non reatus culpa sed diu accusatio certa perimit. Inter quia accusatores eius Marcianistarum quam incolabat heresim nescire se apta responsione professi sunt. Et qui illico in ipso iudicio repulsi fuerant repellendi in accusatione eum iniqua permanere presumpsi sunt. Sed ne de eum falsa laceraret potius opinio libellum fidei optulit in quo se patenter ostendere studuit fidei recte professorem et sequentem. Sed hunc a sanctissimo Iohanne decessore meo iudices deputati iniuste ac irrationabiliter negligentes dum in eius se iniqua sunt stupore gravamine se potius reprehensibiles ostenderunt. Nam nulli ambigit infidelitatis esse fidem fidelibus non habere.

Item Narsi comiti de eodem per aliud. De Iohanne vero presbitero cognoscatis quia causa ipsius per synodum decisa est in qua aperte cognovimus quia eius adversarii eum facere hereticum voluerunt et conati sunt sed minime potuerunt.

Item Athanasio presbitero de Ysauria. Sicut de eis quos ab unitate ecclesie heretice pravitatis error abscidit affligimur et dolemus, ita de eis quos in sinu suo catholice fidei possessio continet congaudemus. Et ut pastorali sollicitudine illorum nos oportet impietati obviare, sic piis eorum professionibus congruit favorem impendere et sincera esse que sapiunt declarare. Atque ideo dum tibi Athanasio presbitero monasterii sancti Milis cognominatur Tamnaco quod in Licaonia

inuncia constituti contrariam integre fidei
ussa orta suspicio ut professionis tue po-
ssit integritas apparere ad apostolicam sede
m presidemus elegisti recurrere. Asserens
iam te corporaliter verberatum aliqua in
iste ac violenter fecisse, et quamquam ea que
impulsionis fiunt canonum minime
onsulta recipiat et inter habeantur infirma
mia ipse ea dissolvit quam iniusticia fatei
mpellit. Sed magis illa est suscipien-
a et amplectenda confessio que ex spo-
nea monstratur voluntate procedere
uit apud nos fecisse dinosceris ne quod
um nobis ambiguum potuisset existere
nctissimo Johanni quondam fratri nostro
constantinopolitane civitatis antisti-
de te prius nos scribendum ut sibi nos
mo actum esset epistolis informaret. Etenim
ipse a nobis admonitus rescribens inno-
uit codicem apud te fuisse inventum quo
liqua continebant heretica et ob hoc se
versus dilectionem tuam fuisse commotum
uem quia ad nos studuit pro satisfactione
transmittere priores eius partes sollicita lec-
tione percurrimus. Et cum manifesta meo
hetice infectionis venena reperimus ne de-
mo de hiis ipsis legi vetuimus. Sed quia hunc
e simpliciter legisse testatus es, et campu-
ndam ambigue suspicionis materiam li-
bellum nobis manu tua porrexisti per-
ptum in quo fidem tuam exponens omnes
aliter hereses ubicumque adversus catho-
lice professionis integritatem est apertissi-
me condempnasti, et cuncta que sancte
e quatuor universales synodi receperunt
e semper recepisse ac recipere, et que con-
dempnaverunt condempnasse condempnare
e professus est. Eam quoque synodum que
temporibus Justiniani de tribus capitu-
lis facta est te et suscipere et custodire promi-
sisti, et prohibitus a nobis codicem ipsum le-
gere in quo pestifere fraudis virus in-
nexum est libentissime consensisti rep-
bans etiam et condempnans omnia que in
eo contra catholice fidei integritatem in co-
vel latenter inserta sunt, nec eum te le-
gere denuo promisisti.

Hac ratione permoti quamquam ea que expro-
brata ac libelli pagina fides tua no-
bis catholica deo custodiente preclaruit,
ab omni te heretice pravitatis macula mun-
professionem tuam liberam esse decrevimus
et catholicam atque sincere in omnibus fidei pro-
fessorem ac sequacem Jhesu Christi salvatoris
gratia claruisse pronunciamus liberamque
quoque tribuendo licenciam ad tuum monaste-
rium in tuo te loco vel ordine nichilominus
remeare

Scismaticos ad recipiendam satisfac-
tionem venire gregorius invitabat
Omnibus etiam si inquam ad unitatem redi-
re noluissent nullam se facturum viole-
ntiam promittebat. Unde petro et pruden-
cio episcopis de historia scribens ait: Deus
qui letatur in unitate fidelium et revelat
querentibus veritatem cordi meo dilectissimi
fratres aspirat quanto nos desiderio in gremio
cupiam sancte universalis ecclesie continere
et in eius manere unitate concordes. Quod
fore non dubito si abiecto contencionis scru-
pulo satisfieri nobis veraciter de hiis qui-
bus est dubietas intendatis. Remean-
tibus autem castorio notario meo cognovi rela-
tione sancte fraternitatis vestram ad me hoc
desiderium veniendi si promissum fuerit
quod nullam molestiam sustinebitis.
Hoc ergo cognoscentes et opto et suaden-
tis ardore caritatis invito ut ad me ve-
niendi debeatis laborem assumere quatinus
pariter conferentes que vera et redemptori
nostro sunt placita et communiter loquamur
et modis omnibus teneamus. Ergo vos dominice
protectionis gratia suffragante satisfacere
nobis de quibus dubitatis paratus, et cum
fide de omnipotentis dei misericordia clementia
quod ita nobis satisfactio mea mentibus
inherebit ut nichil caritati vestre de cete-
ro possit ambiguum remanere. Nam illa
que sanctissime quatuor synodi sapi-
entes atque diffinierunt et predecessor meus
leo sanctissimus papa. Ita ea et nos sa-
pimus sequimur hactenus nec ab eorum
fide aliquomodo dissentimus. Sed quia
plus persona presens quam epistola satisfacit hor-
tor dilectissimi fratres ut ad me venire
sicut professus sum debeatis. Dummodo
ratione precepta a concordia sancte univer-
salis ecclesie dissensio nulla nos dissoci-
et. Hac tamen certa vestra sit caritas quia
nos et cum affectu quo decet suscipio
et cum gratia relaxabo. Nec aliquem nos
vel quoscumque alios qui pro hac ad me
causa venire voluerint afflictione vel
molestia sustinere permitto. Sed sine se

ad consolandum michi cor meum divina misericordia compulerit. Si quod absit in ea nos diuturna dissensione contigerit ad propria nos remeare, quidquid volueritis iuxta promissionem meam sine lesione vel molestia relaxare curabimus.

Severum aquileiensem episcopum tunc temporis scismati existentem Romam venire compellit dicens: Sicut gladientem per arma carpente demum tam tamen tota domus aviditate complectitur. Ita demum deserente cognitam veritatem viam maiori merore quam gaudio quo de convertente letatus fuerat contristatur. Anima melior minor excessus est veritatem non agnoscere quam in eadem agnita non manere. Aliud quippe est quod aberrare contingit, aliud quod per scientiam perpetratur. Et nos siquidem quanto incorporatum te iam pridem fuisse in unitatem ecclesie gavisi fueramus, tanto nunc dissociatum a catholica societate confundimur. Pro qua re imminente latore presentium christianissimi et tranquillissimi regis domini iussionem ad beati Petri apostoli limina cum tuis sequacibus venire te volumus, ut auctore deo aggregata synodo de ea que inter nos vertitur dubietate iudicetur.

At Severus apostolica simul quoque imperiali iussione coactus imminente Smaragdo exarcho simul cum [illegible] ecclesie defensore Ravennam perducitur. Ubi veritus cum Gregorio synodalem subire conflictum ad unitatem sancte universalis ecclesie mediante Johanne Ravennati pontifice remeavit. Sed cum post annum quam ad propria redisset ab aliis scismaticis persuasus non solum ad pristinum vomitum redit verum etiam Mauricio semper ancipiti iussione surrepta que videbatur ut scismatici redire ad unitatem ecclesie minime cogerentur. Reliquis episcopis ecclesie se iungentibus maximas seditiones conflabat. Quapropter Gregorius neminem iam revertentium sive causa invitatoria penitus sustinere satagebat. Cuius persona huiusmodi sibi eidem patricio et exarcho commendabat: Firminus frater et coepiscopus meus Tergestine antistes ecclesie ante adventum vestre excellentie salubri consilio a scismate quo inhe-serat resipiscens atque ad unitatem matris ecclesie rediens meis est epistolis confirmatus. Et quibus in re quod agnoverat simul matris ecclesie formidine animum figens ac stabilis permanet. Quo audito Severus gradiensis episcopus eiusdem caput scismatis cum diversis primum cepit si posset suasionibus a bono revocare proposito. Sed dum perficere auctore minime valuisset seditionem illi suorum civium excitare non timuit. Territa vero per[...] et coepiscopus meus Firminus ex eadem missione protulerit plenius illic ac veraciter eminentia vestre agnoscet. Pro virtutis itaque excellentie vestre visionibus hiis qui in hystrie partibus locum agere deo auctore noscitur distringi[...] videbo te quibus et specialiter fratrem nostrum ab[...] latis debeant defensare molestiis et quietem illius multis ad imitandum profuturam modis omnibus procurare. Ut hec nostra persuasio et coniunctorum sit optata securitas et occasio apta sequentium.

Demum Severus quia ad unitatem sancte universalis ecclesie redire non meruit ad emendandum quoque sue pravitatis discessores unitate Romani pontificis misericordia suscitavit. Adeo ut ab ipso illius obitus tempore aquileiensis diocesis duos metropolitanos catholicorum videlicet et scismaticorum quoque divisa sit. Atque potius postmodum licet omnes generaliter ad unitatem de scismate repedaverint ad pristine constitutionis unionem usque hactenus formari.

Sicut nulli clericorum pro infirmitate corporis clericorum subsidia Gregorius minuebat, ita nulli pontifici pro egritudine qualibet succedendum fore docebat. Unde Anatholico Constantinopolitano suo dyacono scribens ait: Quod sit mihi dilecto tuo piissimo domino nostro reverentissimo fratri meo pro Iohanne episcopo Prime Iustiniane pro egritudine capitis quam patitur proponit succedi, ne fortasse dum episcopum illa civitas non habet, quod absit, ab hostibus pereat. Sed siquidem nusquam canones precipiunt ut pro egritudine episcopo succedatur, et omnino iniustum est ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur egrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima veniat. Sed suggerendum est ut si is qui est in regimine egrotat dispensator illi talis requiratur qui possit cu-

cacam omnem agere et locum illius in regimine celle ipso non deposito ac in custodia cui his implere ut neque deus omnipotens offendatur, neque civitas remaneat esse neglecta. Si vero idem reverentissimus Iohannes fortasse pro molestia sua petierit ut ab eius honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante concedendum est, sic dumtaxat nos id facere quinimmodo non valemus. Et si hoc petere ille voluerit quod piissimo imperatori complaceat, quicquid iubet facere in eius est potestate. Sed ut nomini ipse providebat nos tamen in depositionem insontis non faciat permisceri. Et vero ipse fecerit si canonicum est sequimur, si canonicum non est inquietudine ero portamus.

Donatis sibus voluntarie sibus renunciantibus sedibus successores Gregorius nullo modo denegabat eosque postmodum redditibus relicte ecclesie sufficienter munitos esse censebat. Unde Mariniano Ravennati episcopo significatis ait: Et Continum ordinari a nobis sacerdotis corporis quia natum est impediente molestia Ariminensis ecclesie pastorali hactenus sit regimine destituta. Diu cum fraternitas tua cognoverit. Tunc dumtaxat ibi loci illius patribus promoti sepius hortamur ut si de eadem capitis quia detinebatur molestia melioratum se esse sentiret ad suam auxiliante domino reverteretur ecclesiam. Et datis induciis in hoc quadragesimo expectetur. Cum eundem nos electorum cum illic veniend nos quoque patribus arguendo instanter hortarem ut si valet curatis auxiliante domino remearet data supplicatione nos pecijt. Ut quia ad eiusdem ecclesie regimen ubi susceptum officium pro eadem qua detinetur molestia assurgere nullatenus posset credere nisi ordinare episcopum debeamus. Unde quia cunctatione ecclesiarum in cunctis nos sollicitudinibus cura constringit ne dominicus gregi fidelium desit custodia pastoralis illorum precibus tamen quod ex sua impossibilitate excusatione compulsi visum nobis est eidem Ariminensi ecclesie deberi episcopum ordinare. Et datis ex more preceptis clerum plebemque eiusdem ecclesie non destitimus admonere quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi permissione convenirant.

Item Etherio episcopo. Cuius triste nobis sit valde quod loquimur, atque fraterna nos compassio potius negeret quam aliquid de auditis diffinire permittat, susceptam tamen sollicitudo regiminis et eminentis instantiam pulsat auribus magna nos eorum cura perurgere. Et antequam harum possit utilitas deperire quod fieri debeat deo auctore disponere. Pervenit igitur ad nos quendam episcopum ita passionem capitis incurrisse ut quod ita mente alienata agere soleat gemitus et fletus audire sit. Sic vero languente pastore grex quod absit insidiatori lamaudus dentibus exponatur vel ecclesie prius utilitates depereant tanta nos in te est permissione tractare. Et ideo quia vincente episcopo qui ab officio suo infirmitas insinuatur non crimen abducit alium loco eius nisi rectu sancte eo nulla sinit ratio ordinari. Si intervalla egritudinis habere est solitus ipse data petitione ne se ad hoc ulterius ministerium intellectu ne impe officia sub urente infirmitate posse fatetur assurgere aliud loco suo ordinandum. Quo facto omni sollemni electione alius qui dignus fuerit episcopus consecretur. Sed tamen ut quousque eundem episcopum in hoc seculo vita tenuerit sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministretur. Sin vero si nullo tempore ad sanitatem mentis redit officium persona fidelis ac vite est probabilis eligenda que ad regimen ecclesie idonea possit existere atque ad animarum utilitate cogitare. Regimine tas sub disciplinae vindicta restringere ecclesiasticarum rerum curam gerere, et maturitate atque efficaciter se in omnibus exhibere. Et eadem si episcopo qui nunc egrotat superstes extiterit loco eius debeat consecrari.

Virginem stupratam
Gregorius iubet uxorem proprie aut stupratorem eius castigatum verberibus in monasterio deportare. Unde Felici Sipontino episcopo scribit dicens: Expectavimus fraternitatem tuam sua aliquos predicatione convertere et male agentes ad rectitudinem revocare. Cum tua dicere nimis constarit quia ad ulcus in nepotis tui Felicis fraternitate tua evidenter quam talem intristi culpam instituta est. Pervenit itaque ad nos quod prefatus felix evangeli diaconi filiam stupro decepit. Quod si rerum pene quam ius gravi esset de lege pena plectendus. Nos tamen aliquatus legis duritiam mollien

tes huiusmodi disponendo. Id est, aut quam stupraverit uxorem habeat, aut certe si recipiendum putaverit, districtius ac corporaliter castigatus, excommunicatus quoque in monasterio in quo penitentiam peragat retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi sine nostra permissione licentia.

Utrum sine uxoris proprie voluntate conversum, etiam si fuisset iam tonsoratus, Gregorius uxori reddi iubebat. Unde Adriano Panormitano notario scribens ait: Agathosa latrix presentium questa est maritum suum contra voluntatem suam in monasterium Urbici abbatis esse conversum. Et quod quia ad eiusdem abbatis culpam ex invidia non est dubium pertinere, experientie tue precipimus ut diligenti inquisitione discutiat. Ne forte cum eius voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc reperierit, et illum in monasterio permanere provideat et hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quodlibet fornicationis crimen propter quod viro licet uxorem relinquere predictam mulierem cognoveris commisisse, ne illius conversio uxori relicte in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi etiam si iam tonsoratus est reddere omnino debeas excusatione cessante. Quia et si mundana lex precipit conversionis gratia utrolibet invito solvi posse coniugium, divina lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa virum uxorem relinquere nulla ratione concedit. Quia postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte in seculo remanere.

Iudeorum perfidiam rationibus magis quam violentiis excutere Gregorius decertabat. Unde Virgilio et Theodoro episcopis Galliarum per aliqua scribens ait: Plurimi religionis iudaice viri in hac provincia commanentes ac subinde in Massilie partibus pro diversis negotiis ambulantes ad nostram notitiam perduxerunt multos consistentium in illis partibus iudeorum magis necessitate ad fontem baptismatis quam predicatione perductos. Nam intentionem quidem huiusmodi et laude dignam censeo et de domino nostro descendere dilectione profiteor. Sed hanc eandem intentionem nisi competens scripture sacre comitetur effectus, timeo ne ne aut mercedis opus exinde non proveniat, aut iactura quod animarum quas eripi volumus, quod absit, dispendia subsequatur. Dum enim quispiam ad baptismatis fontem non predicationis suavitate sed necessitate pervenerit, ad pristinam superstitionem remeans inde deterius moritur unde renatus esse videbatur. Fraternitas ergo vestra huiusmodi homines frequenti predicatione provocet quatenus mutare magis veterem vitam de doctoris suavitate desiderent. Sic enim et intentio nostra recte conficitur et conversi animus ad priorem denuo vomitum non meabit. Adhibendus ergo illis est sermo qui et errorum in ipsis spinas urere debeat, et predicando quod in his tenebrescit illuminet. Ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas vestra capiat, et eos quantum deus donaverit ad regenerationem nove vite perducat. Item Victori episcopo Panormitano dicit: Iudeis non debere esse licentiam quicquam in synagoga sua ultra quam permissum est lege presumere. Ita in his que concessa sunt nullum debent preiudicium sustinere.

Quemadmodum iudeos violenter baptizari Gregorius denegabat, ita christianos eis quoquo modo subici nullatenus permittebat. Unde Libertino pretori Sicilie scribens ait: Fertur quod Nasas quidam sceleratissimus iudeorum sub nomine beati Helie altare punienda temeritate construxerit, multosque illic christianorum ad adorandum sacrilega seductione deceperit. Sed et christiana ut dicitur mancipia comparavit et suis ea obsequiis ac utilitatibus deputavit. Dum igitur severissime in eum pro tantis facinoribus debuisset ulcisci, gloriosus Iustinus medicamento avaritie, ut nobis scriptum est, delinitus dei distulit iniuriam vindicare. Gloria autem vestra hec omnia districta examinatione perquirat. Et si huiusmodi manifestum esse reperit, ita districtissime atque corporaliter in eundem sceleratum festinet vindicare iudeum, quatenus hac causa et gratiam sibi dei nostri conciliet, et his se posteris pro sua mercede imitandum exemplis ostendat. Mancipia autem christiana quecumque eum comparasse patuerit

ad libertatem iuxta legum precepta sine
ambiguitate perducatur. Ne quod absit christi-
ana religio iudeis quoquomodo subdita
polluatur. Item Venantio episcopo Lunensi. Mul-
torum ad nos relatione peruenit a iudeis
in Lunensi ciuitate degentibus in seruitio
christiana detinere mancipia. Que res
nobis tanto visa est asperior quanto a frater-
nitate tua patientia operabatur. Oportebat quippe
te respectu loci tui atque christiane religio-
nis intuitu nullam relinquere occasionem
superstitionis iudaice. Ut simplices anime
non tam suasionibus quam potestatis iure quo-
dammodo seruirent. Quamobrem hortamur
fraternitatem tuam ut secundum piissimarum
legum tramitem nulli iudeo liceat christi-
anum mancipium in suo retinere dominio.
Sed si qui penes eos inueniuntur libertas
eis tuitionis auxilio ex legum sanctione
fruatur.

Si quos christianorum pro longitudi-
ne ... itineris per piratas ab
hebreorum seruitio per legalem ... gregorius
liberare non poterat. Suis patribus redimen-
dos esse censebat. Unde Candido presbitero
per Gallias scribens. Dominicus inquit
presentium portitor lacrimabiliter nobis insinua-
uit quatuor autem filios suos de captiuita-
te a iudeis redemptos esse atque eos iuxta
Narbonam in eorundem iudeorum seruitio deti-
neri. Et quia omnino graue execrandumque
est christianos esse in seruitio iudeorum dilecti-
onem tuam presentibus adhortamur
ut cum omni subtilitate et sollicitudine
studeat perscrutari. Et si rem ita atque
manifesta tibi veritate constiterit quia
neque ipsi unde se redimant neque supra-
scriptus portitor habet eos studium tuum sic redi-
mere faciens quatenus in eis dedecus tuus
sine dubio rationibus imputatur.

Iudeorum mancipia semel confu-
gientes ad ecclesiam nullis quibuslibet
suasionibus reddebat. Unde Ianua-
rio Caralitano episcopo inter cetera scribens ait.
Peruenit ad nos seruos ancillasque iude-
orum fidei causa ad ecclesiam refugientes
aut infidelibus restitui dominis aut eorum ne
restituantur precium dari. Hortamur ut nulla
teneris tam praua consuetudine ma-
nere permittas. Sed si quilibet iudeorum seruus ad
venerabilia loca fidei causa confugerit
nullatenus eum patiamini preiudicium
sustinere. Sed siue olim christianus siue nunc
fuerit baptizandus sine ullo christianorum
pauperum dampno religioso ecclesiastice
pietatis patrocinio in libertate modis
omnibus defendatur.

Non solum christiana mancipia gre-
gorius in libertatem pristinam le-
galiter reuocabat. Verum etiam paga-
norum ad fidem venire volentia vendi
nullo modo permittebat. Unde Fortuna-
to Neapolitano episcopo inter cetera scribens
ait. Fraternitatem vestram oportet esse sol-
licitam. Et si de iudeorum seruitio non solum
iudeus sed etiam quislibet paganus fieri
voluerit christianus. Postquam voluntas
eius fuerit patefacta. Nec hunc sub quolibet
ingenio vel argumento cuipiam iudeo-
rum vendendi facultas sit. Sed is
qui ad christianam conuerti fidem deside-
rat defensione vestra in libertatem mo-
dis omnibus vendicetur. Hi vero quos huius-
modi oportet seruos amittere ne forsi-
tan utilitates suas irrationabiliter
estiment impediri sollicita nos hoc con-
uenit consideratione seruare. Ut si pa-
ganos quos mercimonii causa de extra-
neis finibus emerint intra tres men-
ses dum emptor cui vendi debeant
non inuenitur fugere ad ecclesiam forte con-
tigerit et velle se dixerint christianos uel
etiam extra ecclesiam hanc talem vo-
luntatem prodiderint pretium eorum a christi-
ano scilicet emptore percipiant. Si autem
post prefinitos tres menses quislibet
huiusmodi seruorum iudeorum velle
suum edixerit et fieri voluerit christianus.
Ne aliquis eum postmodum emere neque
dominus qualibet occasionis specie audeat ve-
nundare. Sed ad libertatis procul dubio
premia perducatur. Quia hunc non ad
vendendum sed ad seruiendum sibi in-
telligitur comparasse.

Pagana mancipia iudeos vi-
delicet dominos suos ad fidem pre-
uenientia in eorum seruitio etiam si ipsi
eos ad christianitatem subsequebantur
nullo modo reuocabat. Unde Iohanni
Syracusano episcopo. Felix inquit presentium
portitor questus nobis est. Quum sit
de christianis natus parentibus a quodam
christiano samaritano quondam dicit se lubrice
se esse donatum. Et dum huiusmodi supersti-

christianos homines quolibet modo mancipia pos-
sidere nec ratio legis nec reverentia religio-
nis admittat, se tamen per decem et octo an-
nos in eius asserit servitio permansisse. Et
cognoscente hoc decessore meo sancte me-
morie Maximiano sancto zelo sicut de-
cuit sacerdotali commoto de Samaritani fili-
is quinque annos suis dicat vaangz et supra-
scriptum Felicem in eius servitio quintum
ipse dicat quendam vindice redige, sancti-
tas vestra hec que dicti sumus diligenter in-
quirat, et si ita esse constiterit eum studia
et a nullo sub qualibet occasione gravari
permittat. Quia dum superstitiose secte man-
cipia dominos suos ad fidem precedentia ser-
vitio eorum apta reddi iura prohibeant, quan-
to magis hic de christianis parentibus natus
et suis a puerulo christianus hanc non debet
questionem aliquomodo sustinere. Maxi-
me quia nec parens esse suus potuit que-
libet, excepta potius pro suspicione penam
posse venientem de legibus sustinere.

Circumcidi saltem paganorum
neminem Gregorius permittebat.
Quamobrem Leoni Cathaniensi episcopo res-
cripsit: Ad nos omnino detestabilis et le-
gibus inimica pervenit. Que si vera est
fraternitatem tuam vehementer accusat quia
eam de minori sollicitudine probat esse cul-
pabilem. Comperimus autem quod Iudei vel
Samaritani degentes illic pagana man-
cipia emerint atque ea circumcidere ausu te-
merario presumpserint. Ideo necesse est ut
omnimodo zelum in hac causa sacerdo-
talem exerceas et cum omni hoc vivaci-
tate ac sollicitudine studeas scrutari.
Et si ita reperis mancipia ipsa sine mo-
ra in libertatem modis omnibus vendica
et ecclesiasticam eis tuitionem impende, nec
quicquam dominos eorum de pretio quolibet modo
recipere patiaris. Quia non solum hoc dam-
no mulctandi sed etiam alia erunt pena de
legibus feriendi.

Sane quia Iudeorum perfidia zelo
christianorum fratris contra se mu-
neribus ludificari solebat, non solum mu-
nera ab eis penitus respuebat, quin immo eorum
munera Gregorius exsecrabilia iudica-
bat. Unde Recharedo regi instigatus
pietatis cetera scribit dicens: Preterea indico
quia excellentia vestra de vestro opere in laudibus
dei hoc quod dilectissimo filio meo probi-
no presbytero narrante cognovi, quia cum
vestra excellentia constitutionem quandam contra
Iudeorum perfidiam dedisset, hi de quibus pro-
lata fuerat rectitudinem vestre mentis inflectere
pecuniarum summam offerendo moliti sunt.
Quam excellentia vestra contempsit et omni-
potentis dei placere iudicio requirens au-
ro innocentiam pretulit. Qua in re mihi
David regis factum ad memoriam venit.
Cui dum concupita aqua de cisterna
bethleemitica que inter hostiles cune-
os habebatur ab obsequentibus mili-
tibus fuisset oblata protinus dixit: Ab-
sit a me ut sanguinem hominum istorum bibam.
Quam quia fudit et bibere noluit scriptum
est libavit eam domino. Si igitur ab armato
rege in sacrificium dei omnipotenti aqua est con-
tempta pensemus quale sacrificium deo rex
est, qui pro amore illius non aquam sed
aurum accipere contempsit. Itaque fili excel-
lentissime fidenter dicam quia libasti aurum
domino quod contra eum habere nullo modo
voluisti, et cetera.

Hinc est quod sicut a maioribus traditur
et nos usque ad nostra tempora dum adhuc
pubescentes oculis nostris conspeximus
conspeximus cetus obtinuit. Ut omnes
illius superstitionis homines quantumque
pulcherrima matrimonia detulissent
numquam pontificalibus alloquiis fruerentur
numquam obtutibus apostolicis potirentur. Sed
extra velum longissime positi non quidem
in scamnis sed in marmoreo pavimento
sedentes suscepta pacta numerabant ne
videlicet viderentur aliquid de manu pon-
tificis accepisse.

Nam venerande memorie Nicolaus pon-
tifex Arsenium quondam Hortane
civitatis episcopum iudaicas tunc primum pelli-
cias introducere molientem adeo causatus
est ut ei palatinam processionem vellet adi-
mere nisi superstitiose gentis vestibus ab-
renuntiando cum sacerdotalibus infulis consuetu-
dinaliter procedere studuisset.

Antichristi precursores observare debere
sabbatum predicantes Gregorius con-
cionando taliter refutavit: Pervenit
ad me quosdam perversi spiritus homines
prava inter vos aliqua et sancte fidei adver-
sa seminasse, ita ut die sabbati aliquid
operari prohiberent. Quos quid aliud nisi
antichristi predicatores dixerim qui veniet

Diem sabbati atque dominicum diem ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se et resurgere simulat haberi in veneratione vult dominicum. Et quia iudaizare populum compellit ut exteriorem ritum legis revocet et sibi iudeorum perfidiam subdat coli vult sabbatum. Hoc enim quod per prophetam dicitur Non inferatis onera per portas vestras die sabbati. Tamdiu teneri potuit quamdiu in legem licuit iuxta litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis dei domini nostri ihesu christi apparuit precepta legis que per figuram dicta sunt iuxta litteram servari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato esse servandum dicat necesse est etiam carnalia sacrificia persolvenda. Dicat preceptum quoque de circumcisione corporis adhuc usque retinendum. Sed contra sanctum paulum apostolum audiat dicentem Si circumcidamini christus vobis nichil prodest. Nos itaque quod de sabbato scriptum est spiritualiter accipimus spiritualiter tenemus. Sabbatum autem requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem nostrum ihesum christum habemus. Et qui lucem fidei cognoscit si peccata concupiscentie ad mentem per oculos trahit inde sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati onera per portas introducimus si in redemptoris nostri gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporis non trahamus. Nam idem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus ita ut iudeos reprehenderet dicens Vestrum unusquisque bovem aut asinum suum non solvit in die sabbati et ducit adaquare. Si ergo ipsa per se veritas non custodiri iuxta litteram sabbatum precepit quisquis otium sabbati secundum legis litteram custodit cui alteri nisi ipsi veritati contradicit. Aliud quoque ad me perlatum est vobis a perversis hominibus esse predicatum ut dominico die nullus debeat lavare. Et quidem si pro luxu animi atque voluptate quis lavari appetit hoc fieri nec reliquo quolibet die fieri concedimus. Si autem pro necessitate corporis hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum quippe est Nemo carnem suam odio habuit sed nutrit et fovet eam. Et rursum scriptum est Curam ne feceritis in concupiscentiis carnis. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis prohibet fieri profecto in necessitatibus concedit. Nam si dominico die corpus lavare peccatum est lavari ergo die eodem nec faciem debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur aut hoc exigente necessitate toto corpori denegetur. Dominico vero die a labore terreno cessandum est atque omnimodo orationibus insistendum ut si quid negligentie per sex dies agitur per diem resurrectionis dominice precibus expietur.

Tanta compassionis gratia circa omnes gregorius redundabat ut alterius infirmitatem in suo corpore bene sustinuisse si velis aspicias. Unde iohanni ravennati episcopo scribens ait Dominicis mandatis precipimur proximos sicut nosmetipsos diligere eorumque languoribus tanquam propriis infirmitatibus condolere. Quorum immemor vestra fraternitas competenti honore castorium fratrem coepiscopum nostrum nullius compassione studuit visitare et eum postmodum pro exurgenti molestia corporis in ravennati urbe suscipere. Unde non solum nos impense contristat sed et nobis fecistis procul dubio debitorem cui in fratris infirmitate condoluisse probamur ipsi quoque egrum in sui membri molestia non solum visitasse sed etiam suscepisse. Et revera quidem ipse pro sua simplicitate illic ordinare omnino renuebam sed petentium importunitas fecit ut contradicere nullatenus potuissem. Si autem pre[?] multum inmitis[?] et ipsi consulat sic eum ad me vel per siciliam transmittat.

Item leoncio episcopo urbinati. Castorium fratrem et coepiscopum nostrum rome pro corporis molestia sua retinemus. Et quia nunc ad suam non valet ecclesiam remeare propterea eo absente ecclesie ipsius fraternitati tue visitationis operam providimus delegandam etc.

Item universis habitatoribus arimini. Si ad pastorem vestrum filii dilectissimi intentius veritatis attenderetis assidua nos apud deum debet oratione pervigilare quod et ipsum non devota mente nec ut filii suscepistis. Cuius inquietudo et tribulatio a vobis illata adhoc usque perduxit ut molestiam corporalem incurreret quibus meo nichil debemus que nobis scripta cognovissemus sed solam inesse debilitatem vidimus propter quam eum hic retinere curavimus.

Item eulogio patriarche alexandrino. Ante hoc tempus bonifacius

tulam responsalis mei qui in urbe regia
demoratur vehementer me scripta turba
uerunt que dicebant dulcissimam sancti
tatem vestram destitutam corpori liberis plurimis
se. Ex quibus scriptis grauiter mestus perculsus
sum. Sed subito creatoris ac redemptoris
nostri gratia prestante beatitudinis vestre sus
cepi epistolam, et sanum de corporis molestia
quam audieram cognoscens consultam
vehementer quia tanta leticia cordis secuta
est quanta prius tristitie amaritudo precesserat.
Refringem quia in omnipotentis dei adiu
torio multorum salus est vita vestra.

Item Eustachie patricie. Quotiens
ad nos aliquis venit cui nobis est
de corporis vestri sospitate requirere
sed peccatis meis facientibus et semper audio
que me tedet audire, quia in tanta tenui
tate atque debilitate adhuc refecti in nobis
podagre dolores excrescere. Sed oro omnipo
tentem ut omnia que in vestro corpore agun
tur ad salutem anime dirigantur. Flagella
talia etiam nobis quietem preparet
et per eos dolores qui cum fine sunt
gaudia nobis sine fine concedat.

Item Mariniano episcopo
Ravennati venientes quidam
Ravennates homines confusio me
merore inuenerunt perculsum, quia fratern
itatem tuam retulerunt de vomitu
sanguinis egrotare. Ideo quia te solliciter
et singulatim eos quos hic doctos litte
re nouimus medicos fecimus requiri,
et quid singuli senserunt quod ne dic
tauerint sanctitati vestre scriptum insinua
re. Cui tam quiete et silentium per omnibus
dictauerunt quam si tua fraternitas in sua
ecclesia posset habere valde sum dubius. Et
ideo videtur michi ut ordinata illic ecclesia
vel qui missarum sollempnia complere valeat
vel qui episcopus curam gerere hospitalitatem
et susceptorum iussit posse cohibere qui
ne monasteriis custodiendis possit tua
fraternitas ad me ante estiuum tempus
debeat venire ut egritudinis tue ego specia
liter in quantum vales curam geram quie
tem tuam custodiam. Quia hinc estu
dum estiuum tempus medici vehementer
dicunt periculosum et valde pertimesco ne
si curas aliquas cum aduersitate temporis
ceperis amplius ex eadem molestia pericli
teris. Ego enim ipse sum valde debilis

et omnino est utile ut cum dei gratia
sanus ad tuam ecclesiam redeas. Aut
certe si vocandus es inter manus tuorum
vocaris. Et ego qui me proximum morti vi
deo si me omnipotens deus ante vocare
voluerit inter tuas manus debeam tran
sire.

Pro barbarorum incursionibus bis in
ebdomada fieri letanias gregorius
decernebat. Et unde post omnibus episcopis ita
lie scribens ait. Pro afflictionibus et gemi
tus quos annosa hic continuatione de
hostibus sustinemus maior nos metus
excruciat quia inimicos modo omnes insu
ad Italie inuasionem cognouimus festi
nare. Sed hec ne illis molientibus prospe
ritatem multitudo morum prebeant peccatorum
corde ad redemptoris nostri remedia confugia
mus, et quibus virtute resistere non possu
mus lacrimis obuiamus. Iam quod no
bis tanto dum quod ne sit vehementius
formidandum ex istius pene debetis de
solacione colligere.

Itaque hortor fratres karissimi ut omnes eb
domade quarta et sexta feria letan
iam inexcusabiliter indicatis et con
tra barbarice crudelitatis incursus sup
ne protectionis auxilium imploretis.

Gaudeam vos Italiam
Et symoniaca heresi libidineque
ardentem gregorius sicut modo cerne
re tuam prouidit Maximiano Syracu
sano episcopo scribens. Tanta nos subme
mala que aguntur in illa prouincia nunci
antur ut per tuis facientibus quod auertat
omnipotens celeriter eam penitus ac
tamus.

Sed peiora potentibus esse futura pre
sago Maximo salonitano
episcopo scripsit dicens. Ad Romana urbe
veniens Dominus filius presbiter inueneratus
ita me podagre doloribus debilem reperit
ut fraternitati tue epistolis per me rescribere nul
latenus valuissem. Et siquidem de scla
uorum gente que nobis valde imminet
et affligor vehementer et turbor. Affligor
in his que iam in nobis patior. Contur
bor quia per Hystrie aditum iam ad Itali
am intrare ceperunt. De Iuliano autem
scribone quid dicam quando vbique video
quia nobis peccata nostra inpugnant ut et fo
ris agentibus et intus a principibus inquietabimus

perturbemur. Sed nobis de talibus omnino contristari, quia qui post nos vixerint deteriora tempora videbunt, ita ut comparatione sui temporis felices nos estimant dies habuisse. In quantum vero prevalet fraternitas tua opponere se pro oppressis debet. Que etiam si prodesse minime valuerit, ipsa omnipotenti deo mentis devotio sufficit, quia dedit. Scriptum est enim: Eripe eos qui ducuntur ad mortem et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Et si dixeritis vires non suppetunt, qui inspector est cordis ipse intelligit. In nomine ergo quod agis inspectorem cordis appete habere placatum; timendus est, unde illi placeas facere non omittas. Nam humanam timores et gratie fumo sunt similes qui levi aura raptus evanescit. Hoc certissime scito, quia placere deo sine pravis hominibus nullus potest. In tanto se estimet fraternitas tua omnipotenti deo placuisse quanto se pravis hominibus displicuisse cognoverit. Ipsa tamen defensio pauperum moderata et gravis sit, ne si quid rigide agitis ex iuventute nos arbitrentur homines superbire. Sed talis necesse est ut inveniatur pro oppressis vestra defensio quatenus et humiles protectionem sentiant et oppressores non facile inveniant quod ex maliciosa mente reprehendant. Attende ergo quod ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Et beatus Iob ait: Frater fui draconum et socius struthionum. Et Paulus discipulis dicit: In medio nationis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Tanto ergo debemus cautius ambulare quanto nos cognoscimus inter dei inimicos vivere.

Huius cautele sic constitutus Romano defensori Gregorius ait: Pervenit ad nos quia quidam homines minorem districtionem omnimodo tenentes in suis nos piaculis implicari desiderant atque ita volunt ab ecclesiasticis personis defendi ut ipse ecclesiastice persone ex eorum culpa teneantur. Ideo presenti preceptione admoneo et per fratrem meum Iohannem dominum ubi clericos qui interesse possint ut proxima ecclesiastica sive mea sustentatione scripta sive etiam in me fuerint dicta sub tanto moderamine debeatis impendere quatinus si qui in furtis publicis implicati sunt a vobis videantur iniuste defendi. Ne opinione male agentium ex indiscrete defensionis ansa in nos ullo modo transferamus. Sed quantum decet etiam ad monendum verbum intercessionibus adhibendo quibus valet fraternitas ut et illius opem ferat et opinionem sancte ecclesie non inquietis.

Item ad episcopum Iohannem post aliqua: Sed qui in eorum de quibus est aliqua questio in ecclesiam etiam fortasse refugerint, ita debet causa dispositionem ut nec ipsi violentiam patiatur, nec hi qui dicuntur oppressi dampna sustineat. Curet ergo vestra fraternitas ut eis sacramentum ab his quorum interest de servanda lege et iustitia promittatur et postmodum commoneatur exire atque suorum actuum reddere rationem. Quibus etiam ecclesie nec defensorem deputare nos convenit cum sollicitudine ea que illis fuerunt promissa serventur.

Quante humilitatis Gregorius fuerit tum ex multis tum ex epistolis eius manifestatione poterit deprehendi, quod omnes quidem sacerdotes fratres et coministros, clericos autem diversi ordinis dilectissimos filios, ac vero laicos viros dominos et feminas dominas in suis litteris notabat. Neque ab aliquo se summum pontificem aut universalem sine dampno violari committi permittebat. Nam ut ea semper que huiusmodi conspiciendum sunt plenitudinem iustitiae patriarche scribens ait: Excellentie vestre scripta suscepi que me in gravissima egritudine sua omnino relevarent. Unam vero egritudinem sustinui quia excellentie vestre epistolis ad me quod semel esse potuit sepius dicebatur ancilla vestra et ancilla vestra. Ego enim qui per episcopatus onera servus sum omnium factus, qua ratione te michi ancillam dicis cuius ante susceptum episcopatum proprius fui. Et ideo rogo per omnipotentem deum ne hoc verbum aliquando ad me scriptis vestris inseratis memoriam.

Huius humilitatis mansuetudine Gregorius non solum Longobardos precibus capitulis verum etiam inter alios Sabinianos quoque suo subdiacono non tacuit dicens: Scientes maligni homines turbare animos nostros non intelligentes neque que loquuntur neque de quibus affirmant, astruentes quod aliquid de sancta Calcedonensi synodo pre meo

tie iustinianam tpibz sit immutu Et ita
nos om̄i fide om̄i qz deuotone venera
mur Et sic quattuor synodos scē vniuersa
lis ecclie recipimus De psonis vo de qui
bus pt9 tm̄ synodi aliquid actū fue
rat eusdem pie memorie iustiniane te
pibz est ventilatū Ita tn̄ ut nec fides
maligno violaretur nec de eisdem p
sonis aliquid aliud ageretur qm̄ quod
apud eandem sanctam calcedonensem sy
nodum fuerat constitutū Anathema
tizamus aut si quis ex diffinitone sy
nodi que in eadem synodo plata est
aliquid minuere psumit vel qui cor
rigendo eius sensum imitare sicut il
lic plata est p omnia custodimus Te fili
kme decet ad vnitatem fidei remeare
ut finem tuū valeas in pace concludere
Ne malignus spūs qui tot bene palia
opa praualere no pt ex hac causa inue
niat vnde tibi in die exitus tui in aditu
regni celestis obsistat

Item gregorius cubicularie augusto
rum pt9 cetera Et quod dulcedo tua
in suis eplis subiunxit Importunaz
se michi existē quousqz scribaz michi
esse reuelatum quia pctā tua esse
dimissa sunt rem difficilem causa inu
tilē postulasti Difficilem quidem quia
ego indignus cui reuelacō fieri debeat
Inutilem vero que secura de pctis tuis
fieri non debes nisi cum iam in die vite
tue vltimo plangere eadem pctā minime
valebis Et ne dies quousqz veniat sp
suspecta semp trepida metuere culpas
debes atqz eas quotidianis fletibz la
uare.

Item Anastasio psbro ysaurio pt9
aliqua Tua itaqz fraternitas quātā
in caritate pfecta sit scio Et qui om
nipotentem deum multū diligit oportet
vt de proximo multū psumat Non enim
loca vel ordines creatori nrō nos proxi
mos faciunt sed ei nos aut merita bona
coniungunt aut mala disiungunt Quia
ergo adhuc incertū est quis interius
qualis sit Cur no audiebas scribere
dum inter me et te qui sit superior igno
ras Et quidem bene te vincere scio me
aut inultis onexatū pctis cognosco Sz
et si ipse pctor es michi tam multo es
maior Quia tu tua tuēdo ego vo et
eorum qui michi commissi sunt pctōrum pctā
porto In hoc ergo te altum in hc̄ ingenio
aspiciāo quia ante humanos oculos i mag
no atqz in alto loco minime psiciā in quo
sepe dum exterius ab hominibz honor tri
buitur ad yma animus vrgetur qa cum
distrepentibz equatur Tibi aut omps
deus inq hoc quod scriptū est Ascensus
in corde disposuit in conualle lacrimarum
Multo namqz tibi altior multo subli
mior videri tibi poteras se neqz dicta
tum nosten quod neas dicatur suste
prisses

Item stephano epo inter alia Multu
michi et vltra quā indignus audire
debui fauorem in vris eplis demo
strastis Et scriptum est Ne laudes hoiem
quādiu viuit Tamen si audire talibz dignus
non fui orōnibz uris pcto ut dignus
efficiar vt si bona in me ideo dixistis que
non sunt ideo sint quia dixisti Sz ne so
lis verbis tanti presulis humilitas in
cultā credatur simpest ut ex grecorum rela
cionibus anne imp interpretat eadem
patris humilitas minus operibz demostret
In quibz videlicet ita refertur Enarra
uit nobis abbas Johes psa sanctus
et reuerendus vir existens de magno gre
gorio btissimo papa romano dicens
Iui in romana adoranda loca sco
rum aplorum petri et pauli et vna die
cum starem in medio ciuitatis video
papam gregorium p me transiturum Co
gitaui mittere ei metonocam Cum
ergo adppinquasset michi papa videns
quia pergerem ut mitterem illi metono
cam sicut coram deo dico fres primus
misit metonocam super terram et no ante
surrexit quam ego prior surgerem Et am
plexatus cum multa humilitate tribuit
michi p manu tria numismata et
iussit dari michi casulam et necessita
tes meas omnes Glorificaui ergo deum
qui donauit illi talem humilitatem
erga omnes et elemosinam et caritatem

Hinc est quod potentissimus
pastor gregorius penes imperem
mauricium sibi prius infensum dudū
accusatus quod malchum epm suū priom
prisorem pro retentis pensionibz
tamdiu in custodiis afflixisset quousqz
spiritum exalaret fabiano suo con

stantinopolitano diacono scribens ait:
Unum est quod breviter suggeras serenissimis
dominis nostris, quia si ego servus in morte
Longobardorum me miscere voluissem,
hodie Longobardorum gens nec regem nec
duces nec comites haberet atque in summa con-
fusione divisa esset. Sed quia Deum timeo
in mortem cuiuslibet hominis me miscere formi-
do. Malchus autem idem episcopus neque custo-
dia fuit neque in aliqua afflictione. Sed
in die qua causam dixit et adductus est
nesciente me a Bonifacio notario in domum
eius ductus est ibique prandidit et hono-
ratus est ab eo, et nocte subito mortuus
inventus est etc.

Igitur in omnibus suis dictis vel operibus
Gregorius imminente future retribu-
tionis diem ultimum perpendebat. Tan-
toque cautius cunctorum acta perpende-
bat atque ponderabat, quanto propinquius finem
mundi consistere ruinis eius crescenti-
bus advertebat. Cum appropinquare momentum evan-
gelicas prohibet ... dicens: Exurget
gens contra gentem ... et regnum adversus
regnum, pestilentia ... et fames et quibus
iam impositis adimpletum est. Erunt signa
in sole et luna et stellis, et in terris pres-
sura gentium pre confusione sonitus maris
et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus
alia facta cernimus, alia e proximo ven-
tura formidamus. Nam gentem super gentem
exurgere, earumque pressuram terris insistere
plus iam in nostris tribulationibus quam in
codicibus legimus. Quod terremotus urbes in-
numeras subruat, ex aliis mundi partibus
famam quam frequenter audivimus. Pestilen-
tias sine cessatione patimur. Signa vero
in sole et luna et stellis adhuc aperte mi-
nime vidimus, sed quia hec non longe sint
ex ipsa iam aeris immutatione colligimus.
Quamvis prius quam Ytalia gentili gladio feri-
enda traderetur igneas in celo acies vidimus
ipsumque qui postea humani generis sanguine
coruscantem. Confusio autem maris et fluc-
tuum necdum nova exorta est. Sed cum
multa iam prenuntiata cognovimus com-
pleta, dubium non est quod sequantur etiam
pauca que restant, quia sequentium re-
rum certitudo est preteritarum exhibitio. Et
paulus post: Ecce, fratres mei, iam cuncti quod
audiebamus [illegible] quotidie crebrescenti-
bus malis mundus urgetur. Ex illa plebe in-
numera quanta remanserit aspicitis, et ta-
men quotidie flagella urgent, repenti-
ni casus opprimunt, nove nos et improvi-
se clades affligunt. Sicut enim in iuven-
tute viget corpus forte et incolume ma-
net, pectus torosa cervix plena sunt
brachia. In annis autem senilibus statura
curvatur, cervix exsiccata deponitur,
frequentibus suspiriis pectus urgetur,
virtus deficit, loquentis verba anhelitus in-
tercludit. Nam si languor desit, plerumque
senibus salus est ipsa. Ita mundus in an-
nis prioribus velut in iuventute viguit,
ad propagandam humani generis prolem robustus
fuit, salute corporum viridis, opulentia
rerum pinguis fuit; nunc ipsa sua senectute
deprimitur et quasi ad vicinam mortem moles-
tiis crebrescentibus urgetur. Et iterum: Fra-
tres, predicate dicentes quia appropinquabit
regnum celorum. Nolite iam fratres karissimi, etiam
si ewangelium taceat, mundus clamat.
Ruine namque illius voces eius sunt. Tan-
tis enim tot attritus percussionibus a gloria sua
cecidit, quasi iam nobis e proximo regnum
aliud quod sequitur ostendit. Ipse enim
eius ruine predicant quod amandum non
est. Si enim ruinam sui domus quassa-
ta minatur, quisquis in illa habitat
fugit, et qui stantem dilexerant quantocius
cadente festinant. Si igitur mundus
cadit et nos eum amando complectimur,
opprimi volumus potius quam quos eius
possessionibus amor ligat. Facile ergo est
nunc iam cum destructa omnia cernimus ani-
mum ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo
in tempore difficillimum fuit, quo tunc apostoli
predicare celeste regnum invisibile mitte-
batur, cum longe lateque omnia cernerent
florere regna terrarum etc.

Hec autem de statu urbis Gregorius
incommoditate despexerat. Indicabo
status huius, qui nunc in ruinis eius habitan-
tes eam ordinatorem ac principem valentiorem
fuisse non autumant contremescat. Dicit
enim in expositionibus Ezechielis omelia oc-
tavadecima sic: Quid est iam rogo quod
in hoc mundo libeat? Ubique luctus aspicimus,
undique gemitus audimus. Destructe
urbes, eversa sunt castra, depopulati sunt
agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus

in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit, et tamen ipse parvi generis reliquie ad hunc quotidie et sine cessatione feriuntur, et finem non habent flagella celestis iustitie, quia nec inter flagella correcte sunt actiones culpe. Alios in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si et talem mundum adhuc diligimus, non iam gaudia sed vulnera amamus. Ipsa autem que aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma conspicimus: immensis doloribus multipliciter attrita, desolatione civium, impressione hostium, frequentia ruinarum. Ita ut in ea completum esse videamus quod contra urbem Samariam per Ezechielem prophetam dicitur: Pone ollam et mitte in ea aquam et congere frusta eius in eam. Et paulo post: Efferbuit coctio eius et cocta sunt ossa illius in medio eius. Et iterum: Congere ossa que igne succendam, consumentur carnes et coquetur universa compositio et ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat et liquefiat es eius. Tunc enim nobis olla posita, cum hec est civitas constituta. Tunc in eam aqua missa est, et frusta eius congesta sunt, quando ad eam undique populi confluebant, qui velut aqua calens actionibus mundi fervescerent, et quasi frusta carnium in ipso suo fervore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferbuit coctio eius, et decocta sunt ossa illius in medio eius. Quia prius quidem in ea vehementer incaluit actio glorie secularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi, per carnes vero populi designantur. Quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes seculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potentes ablati sunt. Ossa ergo decocta sunt. Ecce populi defecerunt. Carnes eius liquefacte sunt. Dicatur itaque: Congere ossa que igne succendam, consumentur carnes et coquetur universa compositio, et ossa tabescent. Ubi enim senatus, ubi iam populus? Contabuerunt ossa, consumpte sunt carnes. Omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est universa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus adhuc quotidie innumerentes gladii tribulationes premunt. Dicatur ergo: Pone quoque eam super prunas vacuam. Quia enim senatus deest, populus interiit, et tamen in paucis qui sunt dolores et gemitus quotidie multiplicantur, iam vacua ardet Roma. Quid autem ista de hominibus dicimus, cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque eius destrui edificia videmus? Unde apte de civitate iam vacua subditur: Incalescat et liquefiat es eius. Iam et ipsa olla consumitur, in qua prius carnes et ossa consumebantur. Quia postquam defecerunt homines, etiam parietes cadunt. Ubi autem sunt qui in eius aliquando gloria letabantur? Ubi eorum pompa? Ubi superbia? Ubi frequens et immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod contra destructam Niniven per prophetam dicitur: Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum? [hole] non duces eius et principes leones erant, qui per diversas mundi provincias discurrentes predam seviendo et interficiendo rapiebant? Hoc leonum catuli inveniebant pascua, quia pueri, adolescentes, iuvenes seculares et secularium filii huc undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo voluissent. Sed ecce iam dissoluta, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Iam nemo ad eam currit ut in hoc mundo proficiat. Iam nullus potens et violentus remansit qui opprimendo predam diripiat. Dicamus ergo: Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum? Contigit ei quod de Iudea nominis per prophetam dicitur: Dilata calvitium tuum sicut aquila. Calvitium quippe in solo capite fieri solet. Calvitium ergo suum sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit dum populum amisit. Calvitium vero aquile in toto fit corpore, quia cum valde senescit, plume eius ac penne ex omnibus membris cadunt. Alas quoque penne ceciderunt quibus volare ad predam consueverat, quia omnes eius potentes extincti sunt, per quos alienam rapiebat.

Item Dyalogorum libro secundo. Preterea igitur antistes Canusine ecclesie ad Benedictum Dei famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vite sue meritis valde diligebat. Is itaque

Dum cum illo de ingressu regis Totile et Ro
mane urbis perditione colloquium haberet dixit
Per hunc regem civitas ista destruitur ut iam
amplius non habitetur. Cui vir dei respondit
Roma a gentibus non exterminabitur sed tem
pestatibus coruscis et turbinibus ac terre mo
tu fatigata marcescet in semetipsa. Cuius
prophetie misteria nobis iam facta sunt luce
clariora. Qui in hac urbe dissoluta me
nia eversas domos atque ecclesias turbine
cernimus eius edificia longo senio lassa
ta quia ruinis crebrescentibus prostern
antur videmus.

Item in epistola Iohanni episcopo de Ravenna
Preterea aliqua. Siquando est aliquid
pacis optinendi agat apud exarchum
sanctitatis vestra ut patrem cum Ariulfo
aliquid pacis possumus faciamus. Nam
miles de Romana urbe sublatus est sicut
ipse novit. Theodosiaci vero qui hic re
manserunt rogam vix ad murorum
quidem custodiam se accommodant. Et de
stituta ab omnibus civitas si pacem non
habet quo subsistet. etc.

Tantis curarum tumultibus pro animarum
atque ac civitatis custodia gre
gorius gravabatur ut incoli molestias
corruens non solum sicut proposuerat
per ordinem sicut Ezechielis mysteria
in omnine pertractaret. Regis etiam hosti
libus incursionibus multis corporis
debilitatibus aggravatus a studio expositio
nis omnino desisteret ad dies illos semper
vixisse deflet atque dissolucionem sui cor
poris totis conatibus flagitaret. Unde
ipse eidem Iohanni episcopo queritur dicens
Et multas inhabitudines immeruit
non hoc corpori meo sed languori depu
tare. Prima peccatis meis facientibus eo tempore
quo Ariulfus ad Romanam urbem veni
ens alios occidit alios detruncavit tanta
mestitia affectus sum incoli per moles
tiam caderem. etc.

Item in expositione ultime visionis
Ezechielis prophete. Prima inter cur
venientibus Ezechielis prophete librum
coram caritate vestra totum per ordinem
prosequi non licuit. Bonis vestris deside
rijs placuit petere ut saltem extrema eius
visio que ei facta est de edificio in mon
te constituto que et tanto est visionibus
eius obscurior exponi debuisset. Quod et

volumini vestre me parere necesse est. Sed duo sunt
que hac in re perturbant animum meum. Primum
quod hec eadem visio tante obscuritatis ne
bulis tegitur ut vix in ea aliquid intellectui
interlucere videatur. Aliud quod iam Agilol
fum Langobardorum regem ad obsidionem
nostram summopere festinantem Padum transis
se cognovimus. Unde pensate fratres karissimi
in aliquibus sit ac mestitiis sensibus quid
valeat mens inopsa timoris sui perturba
tionibus occupata. Quanto enim terrena plus
satagit tanto in his que sunt celestia
minus videt pro eo quod ad summa contra se
ducatur et valde minus minor est. Scriptum est
enim est Deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Quia superiora cum penetra
re etiam collecta non sufficiat pensate quid
agere poterit divisa. Ductus omnes quasi
et fluvius qui in multis rivis dividitur a proprio
alveo siccatur.

Item in eiusdem prophete tractatibus ome
lia vicesima. Sive inquit iustus
in culpam sive peccator in mortem
cadat speculator timendus est ne hunc
ex suo silentio reatus peccatorum pertrahat
involvat. Sed interim dum loquor aver
tere a memetipso oculos volo. Ecce enim ver
bo divinus me impingit per memetipsum
ut meam negligentiam videam et inuidi
dici hec que audio pertimescam. Sicut
enim sepius dixi. Cuius cor tot rerum innumer
sparsum in se ad se colligat. Unde etenim
possum et ea que circa me sunt sollicite
omnia curare et memetipsum adunatos
sensu construere quid possim per nostram
negligentias insequendo corrigere bonorum
actus laudando et admonendo custodire
aliis terrorem atque aliis dulcedinem de
monstrare. Unde valeo et de his que
sunt intra fratres cogitare et contra hosti
les gladios de urbis vigilans sollicitudi
nem gerere ne incursione subita cives pe
reant providere. Et inter hec omnia pro
animarum custodia plene atque efficaciter
verbum exhortacionis impendere. Loqui
etenim de deo quietis valde et libere mentis
est. Tunc namque bene lingua dirigitur
in sermone cum bene sensus quieverit
in tranquillitate. Quia nec concussa
aqua per imaginem respicientis reddit. Si
tunc in ea vultus intendentis aspicit
cum non movetur. Unde ergo exhortacionem

nobis speculator interior fratres karissimi faciat que
tot rerum confusio conturbat. Et pau
lo post. Sacerdotes etiam post conparacionem
ac lacrimas cogitur queque intima filiorum
suorum cognoscere, et ea que refugit animo
patienter audire atque post summa eccles
iarum quorumlibet carnalium hominum onera
portare. Et sepe cum supplicantibus
cor in diversam qualitatem transfundere.
Nam aliquando de bonis spiritualibus gaudet.
Sed cum quibus merores superveniunt ipse eius
merorem in se non suscepit tribulacionem
illius compaciens non est, et aliquando de
dapnis animarum luget. Sed repente super
veniunt qui de suis prosperitatibus letantur
quorum si leticie sacerdos non gaudet
minus amare creditur filios suos in
quorum gaudio non exultet. Sapiens
enim paulus dicit. Gaudere cum gauden
tibus flere cum flentibus. Nichil ergo
tam onerosum in ordine sacerdotii video
quam rigorem mentis compaciendo flec
tere, et cum personis supplicantibus com
mutare, et tamen hoc est valde necessarium.
Nam quando exprobacione eius ad boni o
peris graciam peccator reducitur si ipse qui di
cat videtur ingratus

Item in fine eiusdem voluminis. Fate
bor ut domino largiente potuimus ci
tam nobis fratres karissimi rimati sumus.
Nemo autem me reprehendat si post hanc
alocucionem cessavero. Quoniam sicut omnes
cernitis nostre tribulaciones excreverunt
undique gladiis circumfusi sumus undique
mortis iminens periculum timemus.
Alii detruncatis manibus ad nos redeunt
alii capti, alii interempti nunciantur.
Iam cogor linguam ab exposicione reti
nere, quia tedet animam meam vite
mee. Iam nullus in me sacri eloquii
studium requirat quia versa est in luc
tum cythera mea, et organum meum
in vocem flencium. Iam cordis oculus
in misteriorum discussionem non vigilat,
quia dormitavit anima mea pre tedio.
Iam minus leccio animo dulcis est, quia
oblitus sum manducare panem meum
a voce gemitus mei. Cum autem vite non
licet de sacre scripture sensibus loqui insi
ca qualis libet. Et qui quotidie co
gor amara bibere quando possum propi
nare dulcia

Item idem italice patricio et venancio
ex monacho patricio. Cum post Syracu
sia venientes affatu quo debui de
sospitate vestre excellencie requirerem cuncti
se de assiduitate egritudinum mihi tristes
responderunt. Hec autem dices nec ego vo
bis de meipso invenio aliud quod debeam
indicare nisi quod peccatis meis facientibus iam
XI menses sunt quod valde rarum est si
de lecto surgere aliquando potuero. Tantis
enim podagre tantisque doloris molestiis
premor ut vita mea mihi gravissima pena
sit. Cotidie enim in dolore deficio et mortis
remedium expectando suspiro. In clero
vero huius urbis et populo tanta febrium lan
guores apparuerunt ut pene nullus liber
nullus servus remanserit qui esse ydoneus
ad aliquod officium vel ministerium possit.
De viciniis autem urbibus strages nobis mor
talitatis cotidie nunciantur. Affrica autem
qualiter mortalitate et languoribus vasta
tur quanto viciniores estis tanto certo quod
subtilius cognoscitis. De oriente vero qui
veniunt graviores desolaciones nunciant.
In hiis itaque omnibus quia appropinquante fine
mundi generalem percussionem esse cognos
citis affligimini nos incassum de propriis mo
lestiis comminime debemus

Item eulogio allexandrino patriarche
Transacto anno suavissimam sancti
tatis vestre scripta suscepi quibus pre
egritudinis mee immanitate respondere
minime non valui. Et ecce eius iam bien
nium est quod de lecto teneor, tantisque po
dagre doloribus affligor ut vix in diebus
festis usque ad trium horarum spacium surgere
valeam missarum sollempnia celebrare.
Mox autem cum gravi depellor dolore decum
bere ut cruciatum meum non possim ge
mitu intercurrente tollerare. Cum dolor
meus modo lentus est modo nimius
sed neque ita lentus est ut recedat, neque
ita nimius ut occidat. Sed tamen non ita nimium
ut interficiat. Unde fit ut qui quotidie
in morte sum repellor a morte. Nec mi
rum quia gravis tali corrupcionis carcere
teneor diu inclusus. Unde compellor ex
clamare. Educ de carcere animam meam
ad confitendum nomini tuo domine. Sed quia
in eius adhuc perdurans optime non me
reor rogo ut vestre sanctitatis oro sue in
intercessionis adiutorium prebeat. Hec ergo a

peccati et corrupcionis pondere liberos reddat in illa quam bene nostis libertate glorie filiorum dei. Item eidem. Peto autem ut pro me eiusque vestra sanctitas exorare debeat, quia podagre doloribus et barbarorum gladiis et curarum afflictionibus incessanter premor. Que si inmensi oracionis vestre opem impenderit, quod me contra adversa omnia forte invictus. Item eidem. Rogo ergo vestro pectore eiusque oretis, quia et dolor corporis et amaritudo cordis et inmensam mortalitatis vastitatem, et inter tot barbarorum gladios vehementer affligor. In te que omnia non temporalem sed eciam consolacionem requiro quam pro me impetrare non valeo, sed per intercessionem vestre beatitudinis hunc me optime confido.

Item Mariniano episcopo Arabie a multa iam tempus est quod surgere de lecto non valeo. Nam modo podagre dolor expanditur sed et cruciat modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit et fit plerumque ut uno in me tempore ardor cum dolore confligat, et corpus in me animus quod deficiat. Ceteris autem aliis non tamen extra hec que pertuli infirmitatibus afficiar enarrare non valeo. Quod breviter dico, quia sic me infecto noxii humoris imbibit ut vivere michi pena sit et mortem desiderans expectem, quam gemitibus meis solum esse remedium credo. Unde fiat sanctissime domine pro me pietatis misericordiam deprecare ut percussionis sue circa me flagella propicius mitiget, et pacienciam tollerandi concedat. Ne nimio quod absit tedio in impacienciam cor erumpat, quod curari plagam non poterat culpa crescet ex murmure.

Item Rusticiane patricie. De podagre molestia quam nobis evenisse signastis et contristatus sum vehementer et letatus, quia humor noxius inferiora petens superiora perfecte deseruit. Contristatus vero quia in tam tenuissimo corpore dolores nos nimios pertulisse perti
mescimus. Ubi cum deest caro que debuisse potuit doloribus resistere. Hic etenim qualis fuerim nosti, ita amaritudo animi et assidua exacerbatio atque per hoc podagre molestia affecit ut corpus meum tamquam in sepulturam arratum est, unde fit ut iam raro de lecto surgere valeam.

Item eidem. Ego in tanto gemitu et occupacionibus vivo ut ad dies quos ago me pervenisse peniteat, solaque mihi in consolacione sit mortis expectacio. Unde peto ut pro me orare debeatis quatenus de hoc carnis carcere citius educar ne tantis laboribus diucius torquear.

Item Anastasio Anthiocheno. Rogo ut pro mei cordis infirmitate eiusque oretis, quatenus omnipotens mentem meam a malis omnibus per vestram intercessionem tueatur et citius me de tot periculis huius tempestatis arripiat atque cum eterne quietis litore perducat. Tantis preibus Gregorius tandem aliquando divinitus exauditus, postquam sedem sancte catholice et apostolice Romane ecclesie annis xiii mensibus sex et diebus x. doctus pariter ac operibus felicissimis illustravit, anno imperii Foce secundo, indictione septima, quarto Idus marcarum a carnis corrupcione subtractus incorrupcionis perpetue gloria sublimandus.

Erat videlicet omni vite tempore sue sicut novas basilicas non minime fabricaverat, ita minimum fabricaturus veteres sartatecta cum summo studio annualiter reparavit. Et ruris redditibus luminaribus officiis atque donariis cumulans in basilica beati Petri apostoli fastigium de argento purissimo quod a Leone tercio pontifice in basilica Sixtiana sancte Marie nomini dedicata translatum est fabricavit, et in basilica beati apostoli super altare mirabiliter aliud fastigium perornavit. Cuius preterea venerabile corpus in extrema porticu basilice beati Petri ante secretarium tunc antiquissimo quo videlicet Leo Simplicius Gelasius atque Simmachus apostolice sedis episcopi cum nonnullis aliis tumulati sunt hactenus epitaphius predicatur sepultum tali tytulo decoratum.

Epytaphium

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum.

Reddere quod valeas vivificante deo.

Spiritus astra petit leti nil iura nocebunt.

Cui vita alterius mors magis ipsa via est.

Pontificis summi hoc claudunt membra sepulcro.

Tum in numeris semper vivit ubique bonis.
Esurientem dapibus superaverat frigora veste.
Atque animas monitis texit ab hoste sacris.
Implebatque actu quicquid sermone docebat.
Esset ut exemplum mistica verba loquens.
Ad Christum Anglos convertit pietate magistra.
Adquirens fidei agmina gente nova.
Hic labor hoc studium hec tibi cura hoc pastor agebas.
Ut domino offerens plurima lucra gregis.
Hisque dei consul factus letare triumphis.
Nam quoque mercedem operum sine fine tenes.

Quo scilicet liberalissimo pastore defuncto vehementissima fames eodem anno incubuit, et quanto pronotus Roma caruerit, licet tres inopia toto pene mundo invaluit, mundus tam feritas minime recognovit. Nam sicut annalibus traditur, cum talis magis veterum inventores Gregorium prodigum datorem et multiplicis patriarchatus thesauri perstrepentes, deficiente personali materia ad comburendos libros eius ceperunt pariter anhelare. Quorum dum quosdam iam combussissent, reliquos vellent comburere, Petrus dyaconus familiarissimus eius, cum quo quatuor dyalogorum libros disputaverat, creditur vehementer obstitisse dicens, ad obliterandam eius egregiam memoriam librorum exustionem nichil proficere, quorum exemplaria diversis petentibus mundi ambitum penetrassent, subiungens immane sacrilegium esse tanti patris tot et tales libros exurere, super cuius caput ipse Spiritum Sanctum in similitudine columbe tractantis frequentissime perspexisset. Cumque dudum devotum populum dyaconus cerneret ortatione temporis cum minis resultare, in hoc omnimo sermonem dicitur provocasse, ut si quod diceret iure iurando confirmans mori protinus mereretur, ipsi a librorum exustione desisterent. Si vero superstes sue testimonium exstitisset, ipsi quoque combustionis manus darent. Tunc cum ewangeliis in ambone venerabilis levita Petrus ascendens mox Gregoriane sanctitati testimonium prebuit, inter verba vere confessionis efflavit, et ad dolorem mortis exspirans inter principibus sicut hactenus cernitur confessor veritatis meruit sepeliri.

Hinc est quod consuetudinaliter Spiritus Sanctus in specie columbe super scribentis Gregorii caput pingitur, et quod expositionum illius pars maxima ut quasi a inimicis exusta recolitur non habetur. Narrat ipse siquidem Iohanni subdyacono Ravenne responsali suo significavit inter cetera sic describens: Claudius quondam filius meus Claudius aliqua me loquente de proverbiis de canticis canticorum, de prophetis, de libris quoque regum et de eptatico audierat, que ego scripto tradere pre infirmitate non potui, ipse ea suo dictavit sensu ne oblivione deperirent, ut apto tempore hec eadem michi inferret et emendatius dictarentur. Que cum michi legissent, inveni dictorum meorum sensum valde inutilius fuisse permutatum. Unde necesse est ut tua experientia omni excusatione atque mora cessante ad eius monasterium accedat, convenire fratres faciat et cum omni veritate quantascumque de diversis scripturis cartulas detulit ad medium deducant. Quas tu suscipe et michi celerrime transmitte. Unde quia studiositati Gregorii, qui presbyter tribus ferme annis supervixit, non potuit falli. Constat nimirum plures libros quam nunc habeantur composuisse. Quorum mediam quandam in titulis eius perstringens aut Iob, Ezechiel, evangelia, quoque pastoralem curam exposuit et multa alia ut subaudias que iam inveniri non possunt. Cum tocius autem sinceritatis sint, quam edita sicut reliquis ipsius opera nunc in sancta Romana retinentur etiam vulgarentur.

Itaque si curiosius perpendatur omne Gregorii tractandi tempus quo libros qui nunc habentur exposuit a dyaconio suo ad penultimum usque pontificatus sui annum extenditur. Et licet Longobardorum perfidia seviente pater eximie

[Hu]ius tractatus ab expositione librorum destite-
rit, ab exponendis tamen epistolis quamdiu vi-
vere potuit nunquam omnino cessavit. Quarum
videlicet tot libros in scrinio dereliquit
quot annos advixit. Unde xiiii epistolarum
librum septime indictionis imperfectum
reliquit quia ad eiusdem indictionis ter-
minum non pervenit. Ex quarum multitudi-
ne primum Adriani pape temporibus quedam
epistole decretales per singulas indictiones
excerpte sunt et in duobus voluminibus
sicut modo cernitur congregate. Et Gre-
gorius iam dudum in monasterio posi-
tus ubi eum angelus domini sub habitu
naufragi scribentem reperit. Verum ita
quedam dictaverat ut ad expositionem
tante profunditatis quam in libro Job
pervenire potuit eo parcior quo ex dic-
tandi consuetudine doctior perveniret.

Hic ergo Gregorius in
diaconio suo dum illic in Constan-
tinopolitana urbe sedis apostolice respon-
sa constringeret, et Leandro Hyspaniarum episcopo
iniuncta pro causis fidei Wisigothorum ibi
legatione pervenisset, eodem Leandro sicut in
primo diximus secolo cum fratribus suis Gre-
gorio adherentibus importunissime com-
pellente librum beati Job cepit exponere. Qui-
bus coram positis priora libri sub ocu-
lis dixit. Et quia tempus paulo vaca-
tius repperit posteriora tractando dicta-
vit. Cumque ei spacia largiora suppe-
terent, multa augens pauca subtrahens
atque ita ut inventa sunt nonnulla dere-
linquens, ea que sic loquente excepta sub
oculis fuerant per libros emendando co-
posuit. Tum cum iam factus episcopus Rome
postrema dictaret, quo stilo prima dic-
taret sollicite attendens egit ut ea que
locutus fuerat studiosa emendatione
discurrens qui ad similitudinem dictatus
erigeret, et ea que dictaverat non longe
a colloquentis sermone discreparent,
quibus dum hoc tenditur illud attraheba-
tur, edita modo dissimili res non dissi-
milis formaretur. Cuius etiam magni
operis partem ut colloquendo protulit pe-
ne ita dereliquit. Quemadmodum cum fratres
ad alia exponenda pertrahentes hanc
subtiliter emendari voluerunt. Cuius
multa iubentibus dum partim modo per
expositionis misterium modo per contem-
placionis ascensum modo per moralitatis
instrumentum studeret hoc opus per xxx et
v libros extensum in vi codicibus comple-
vit. Quorum exemplaria primo per urbis mo-
nasteria subdimisit, postremo vero eidem
Leandro episcopo destinavit. Sed in ipso sui
episcopatus exordio dum a Iohanne Ravenne ur-
bis episcopo humiliter reprehensus fuisset cur pasto-
ralis cure declinando pondera fugere
voluisset, vir tam prudens librum regule
pastoralis composuit, quem quadrip-
tita ratione distinguens valde pensanda
esse probavit cum rex natura exposcit
ad culmen quisque regiminis qualiter veni-
at rite ad hoc rite perveniens qualiter
vivat, et bene vivens qualiter doceat,
et recte docens infirmitatem suam quanta con-
sideratione cognoscat, ne aut humilitas
accessum fugiat aut perventioni vita con-
tradicat, aut vitam doctrina destituat, aut
doctrinam presumpcio extollat. Primo ergo
appetitum timor temperet. Post autem ma-
gisterium quod non querente suscipitur
vita commendat. Deinde necesse est ut pasto-
ris bonum quod vivendo ostenditur etiam
loquendo propagetur. Ad extremum vero
superest ut perfecta quaque opera consideratio
quoque infirmitatis deprimat ne hec an-
te occulti arbitri oculos tumor elationis
extinguat. Et quia quosdam imperitos
ad sacerdotium conspirasse cognoverat,
quosdam consecratos esse perpendebat qui
meari nescientes que non didicerunt
docere contenderent, quique pondus ma-
gisterii tanto levius estimarent quanto vim
illius magnitudinis ignorarent. Hos
in ipso libri sui reprehendit exordio. Ut si
quando indocti ac precipites doctrine artem
tenere appetissent a precipitacionis sue au-
sibus in ipsa Gregoriane locutionis ianua
repellerentur. Hunc librum Anatholius
diaconus eius apocrisiarius querenti ac
iubenti imperatori quondam obtulerat quem
magnus Anastasius Anthiocenus episcopus
in grecam transfudit linguam, et orientali-
bus ecclesiis opus venerabile pertractavit.
Deinde sicut in secundo huius operis libro
iam retuli dum adhuc Gregorius ad lo-
quendum vocis flatu quod sibi sufficeret per sta-
tiones distinctas xx omelias evange-
liorum dixisset quas coram populo declamavit,
reliquas vero eiusdem numeri dictavit qui-

dem scilicet lacessente stomacho languore continuo aliis premitur premisse Ternarium exemplaria scribi suo diacono petenti mandavit. Cum a suis familiaribus ut aliqua de miraculis patrum describeret Gregorius cunctis rogaretur, Maximiano Syracusano episcopo scribit dicens: Fratres mei qui mecum familiariter vivunt omnimodo me compellunt aliqua de miraculis patrum que in Italia audivimus sub brevitate describere. Ad quam rem solacio caritatis vestre vehementer indigeo ut quecumque vobis in memoriam redeunt, queque cognovisse vos contigit mihi breviter indicetis. De domno autem Nonnoso abbate qui iuxta dominum Anastasium de Pentumis fuit aliqua retulisse te memini que oblivioni mandavi. Ergo et hec et si qua sunt alia tuis peto epistolis imprimi et mihi sub celeritate transmitti, si tamen ad me ipse non properatis. Hinc Gregorius roboratus sanctorum miracula cum Petro dyacono suo que per inquisitionem atque responsionem protulerat, expositionis alterius studium interrumpens, sola nominum prenotatione distinxit et in libris quatuor ordinavit, ut sicut in libris expositionum suarum quibus virtutibus insudandum doceretur, ita etiam descriptis sanctorum miraculis que fuisset virtutum earundem claritas foret clarius ostenderet. Hos libros Zacharias sancte Romane ecclesie episcopus greco latinoque sermone doctissimus temporibus Constantini imperatoris post annos ferme centum lxxxv in grecam linguam convertens orientalibus ecclesiis divulgavit, quibus astuta grecorum perfidias in commemoratione spiritus sancti a patre procedentis nomen filii similiter radens abstulerit.

s. Gregorius et petrus dyaconus

Primam quoque et ultimam Ezechielis prophete partem que videbatur obscurior Romanis postulantibus pertractavit, easque per omelias xxii distinguens quantum lucis intus habeant demonstravit, et in his tractandi sicut superius patuit finem fecit in libri dierum.

Que a doctoribus sic noviter temporibus tam tacitissimis editi sententiis quin si excellentissimo rethorice facundie stilo compositi veritatis doceantur. Quos beatus Gregorius ex humilitatis sue dulcedine multos prohibet Leandro episcopo inter cetera scribens: Queso ut huius operis haud dubium quin [illegible] talium dicta percurrens in his verborum foliis non requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuose loquacitatis levitas studiose compescitur, dum in templo dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti procul dubio scimus quia quotiens in foliis male leta segetis culmi proficiunt minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Unde et ipsam loquendi artem quam magisteria discipline exterioris insinuant servare despexi. Nam sicut huius quoque epistole tenor enuntiat non metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, hiatus motusque etiam prepositionum casus contempno. Quia indignum vehementer existimo ut verba celestis oraculi restringam sub regulis Donati. Neque enim hec ab ullis interpretibus in scripture sacre auctoritate sunt servata. Ex qua nimirum quia nostra expositio oritur dignum profecto est ut edita soboles speciem sue matris imitetur. In quibus verbis agnoscitur Gregorium non studiose locutionum pompatica sed ex prisca secularis exercitii consuetudine hec protulisse. Cuius facundie consonantiam Ysidorus Hispalensis urbis episcopus in expositione Geneseos admiratus, sic inquit: Sunt hec a maioribus Origene, Victorino, Ambrosio, Ieronimo, Cassiano, Augustino, Fulgentio ac nostris temporibus insigniter eloquente Gregorio papa. Et Beda presbyter in libro de scematibus oratores [illegible] euthelenton facere prohibens exemplum proposuit dicens: Beatus Job deo soli sibique cognitus interpretatione ad maiorem notitiam ponendus tractatus est, ut odorem virtutum suarum tanto latius spargeret quanto more aromatum melius ex incensione flagraret. Verum scemate ipse qui hoc dicit beatus papa Gregorius sepissime usus fuisse cognoscitur, et huiusmodi orationem esse quas Ieronimus contrarias rethorum declamationes appellat.

At Gregorius humilitatis sue cautela admonitus non solum facundie sue redolentiam contempnebat, verum etiam in comparatione tractatus alterius suum furfurem nominans libros suos legi quamdiu viveret vehementissime prohibebat. Innocentio prefecto Affrice inter cetera scribens ait: Cum in

expositione sancti Job tu siminti nobis codicem
voluistis vestro omnino studio congaudemus
tamen illius commentarium studete comparare
que nec tantos foras nos exire permittit et ad
cor iterum sclaribus cum dispersos recolligat
Sed si deliciosos cupitis pabulo saginari beati
Augustini patriarche vestri opuscula legite et
ad comparationem siliginis eius nostrum furfurem
non queratis.

Item Johanni episcopo Siracusano. Pre-
terea audio quod aliqua de his que scrip-
sisse me meminit fraternitas vestra ad
mensam suam coram commensis legi fa-
ciat. Quod michi non videtur esse faci-
endum, quia hoc quod vos per caritatem
facitis, possum quidam quia tamen ad
me est vane glorie deputare. Ideoque co-
ram extraneis antiquorum dicta legite ex
quorum auctoritate valeant qui audiunt infor-
mari.

Item Johanni subdiacono Ravenne
post multa. Illud inquit quod ad
nos quorum relatione platum est quod
reverentissimus frater et coepiscopus meus
Marinianus legi commentarios beati
Job publice faciat ad vigilias non gra-
te suscepi, quia non est illud opus popula-
re et rudibus auditoribus impedimen-
tum magis quam profectum generat. Sed
dic ei ut commenta psalmorum legi ad vi-
gilias faciat que mentes secularium ad
bonos mores precipue informet. Neque
enim volo dum in hac carne sum si qua
dixisse me contigit ea facilius homini-
bus innotescere. Cuncta sane considera-
tione Gregorius qui ad culmen regiminis
humiliter pervenisse ad hoc pervenientibus
vixisse bene vivendo recordasse fat-
et opinor monstratus est infirmitatem su-
am cognoverit in extremo libro morali-
um manifestat cum dicit. Expleto hoc
opere ad me michi video esse redeundum
multum quippe lingua mea etiam ad rec-
tum loqui conatur extra semetipsam spargit
integritatem, namque animi dum cogitamus
verba qualiter proferantur quia trahunt extra
securus minuunt. Igitur a publico locutionis
redeundum est ad curam cordis ut quasi
quoddam concilio consultationis ad interni
discernendum convocem cogitationes cordis
atque mentis quibus ibi videam ne aut incaute
mala aut bona bene dixerim. Tunc enim bene

dicatur bonum. Cum is qui dicat soli ei ac-
cepit per id appetit placere quod dicit. Et
quidem mala me aliqua et si dixisse non
invenio tamen quia omnino non dixerim non
defendo. Bona vero si qua divinitus accipi-
ens dixi meo videlicet vicio minus me bene
dixisse profiteor. Nam ad me introrsus re-
diens postpositis verborum foliis postis
sententiarum ramis dum ipsam subtiliter radi-
cem mee intentionis inspicio deo quidem
ex eo me summopere placere voluisse cog-
nosco. Sed eidem intentioni qua deo pla-
cere studeo furtim se nescio quomodo inten-
tio humane laudis interserit. Quod cum
iam postmodum tarde que discerno me-
mo me aliter agere quod scio me aliter in-
choasse. Sic enim sepe intentionem nostram
dum ante oculos dei recte incipit occul-
te subiuncta et eam velut in itinere com-
prehendens intentio humane laudis ad-
sequitur. Sicut pro necessitate quidem cibus
sumitur, sed in ipso esu dum furtim gula
surripit delectatio permiscetur. Unde ple-
rumque contigit ut refectionem corporis quam
salutis causa cepimus ad voluptatis
expleamus. Fatendum est igitur quod rectam quidem
intentionem meam que soli deo placere appe-
tit non numquam intentio minus recta que de do-
nis dei placere hominibus querit insidiando
comitatur. Si autem de his divinitus dis-
tricte discutimur quis inter ista remanet
salutis locus. Quando et mala nostra pura
mala sunt, et bona que nos habere credimus
pura bona esse nequaquam possunt. Sed hec in-
terim hoc in opere credo quod fratribus au-
ribus omne quod in me latens ipse rep-
rehendo innotescam aperio. Quia enim ex-
ponendo non celavi quod sensi, confiten-
do non abscondo quod patior. Expositione
patefeci dona, per confessionem detego vul-
nera. Et quia in hoc tam magno humano
genere nec parvi desunt qui dicta mea debe-
ant instruere, nec magni desunt qui cognita
mee debeant infirmitati misereri, per hec
utraque aliis fratribus per quantum possum
curam confero ab aliis quero. Illis dixi
exponendo quod faciam, istis aperio con-
fitendo quod patiar. Illis verborum medi-
camenta non subtraho, istis lacerationem
vulnerum non abscondo. Igitur queso ut
quisquis hec legerit apud districtum iudicem
solacium mihi sue orationis impendat, et omne

quod inde sordidum deprehendit fletibus
diluat. Orationis autem atque expositionis
virtute collata lector meus in recompen-
satione me sirpat si cum per me verba acce-
pit per me lacrimas reddit.

Hinc beatissimi gregorii venerabile
corpus cum vitus sedis apostolice presule
post annos circiter translatum ante novellum
secretarium construct(um) absidibus sicut mo-
do cernitur sub altare sui nominis collocavit. Cuius
eius anniversaria sollempnitas cunctis certatim
pernoctantibus veneratione gratissima celebra-
tur. In qua pallium eius et philacteria
sed et baltheus consuetudinaliter osculan-
tur. Que singillatim considerata et an-
tiquitatem viri et mediocritatem habitus
et speciem regularis propositi signis perspicu-
is representant. Nam in eo quod pallium eius
bisso candente contextum nullis fuisse cerni-
tur acubus perforatum, sic ipsum circa sca-
pulas obvolutum fuisse, non autem confixum
dinoscitur sicut vehementissimis imagini-
bus ubi pictus ostenditur. Tam autem reliqua-
rum philacteria tenui argento fabrica-
ta vilique pallio de collo suspensa fuisse
videntur. Habitus eius mediocritas demon-
stratur. Porro in exilitate balthei qui
omnis pollicis mensuram nequaquam excedit
speciem propositi regularis olim a sanc-
to benedicto statuti cuius ipse vitam descri-
bens in dialogorum regulamque laudans
tam eum servasse luce clarius manifes-
tat. Praeterea cum idem venerabilis doc-
tor gregorius grecam linguam nesciret
et sui monasterii monachos benedicti utique regu-
lis mancipatos in saxoniam destina-
verit.

Siquidem quod grecam linguam nes-
ciret ipse testatur in epistola euse-
bio tessalonicensi episcopo scribens. Latore
presentium theodorus ante modicum lector ad sa-
cratorum apostolorum limina veniens dum hic
quippe nominis habetur magnitudinem
dicit monachum qui ad sanctum paulum in-
clusus fuerat rebus et cartas quas detulit
ut vetera olim noto modo depo-
suit
credens quod in eius ipsis sicut et nos ante
putaveramus cum brevi contradicet. Sed
tante ille pravitatis inventus est ut si
eius stultitie sub inclusione spe pau-
lo adhuc amplius licuisset multorum
animas malicie sue falsitate deciperet et

quocumque potuisset non levia scandala ge-
neraret. Nam inter alia que sedem audi-
as pessime cogitavit et fecit etiam quan-
quam ad nos intentas dum apud ip-
sum a prefato lectore esset deposita in falsavit
epistolam. Ut quicumque eam legeret nos ne-
catholica nec ita sape eidem arguit
heresim incurrere. Contigit ut dum veritatem se-
dio se quererent eius que latebat iniqui-
tas vulgaretur et tanta in eo reperta
iniquitas nec de scelerato quoque laico cre-
deretur. Et quia in diversa mala aliqu-
etiam sermones scribit atque eos ex no-
mine titulavit et suspecti sumus ne
eos alicubi transmiserit fraternitas vestra
sollicitudinem gerat et quicquid tale re-
perit eas excindi et omnino faciat abo-
leri ut quod impietas liberas et scriptos
nunc nescimus modo sicut diximus nomine
prenotavit quotidie animos non possit
inficere. Nam nos nec grece nominis
aliquod opus aliquando grece conscripsimus.
Ab eo vero monachi quos augustino in saxo-
niam missi sunt sancti benedicti regule
fuerint mancipati inter alia etiam illi-
ud dicit quod ex primis discipulis vix per in-
ceptibus monachus aliquis invenitur a quo
observetur tam in proposito quam in habitu
regula benedicti. Curavit sicut constat gre-
gorianum monasterium a latinitate in grecam
tatem necessitate potius quam voluntate
commissum ita fideliter prestolatur in la-
tinitatis cultum favente domino denuo
reversurum.

In cuius venerabilis monasterii atrio in-
fra gregorii curiam nymphium duce
lytho inde uetustas artificialiter depic-
te hac usque temporibus videntur. In quarum
altera beatus apostolus petrus sedens confes-
situs stantem gordianum regionarium vi-
delicet patrem gregorii manum dextera por-
rectam in sella consistere. Cuius
gordiani habitus castanei coloris plane-
ta est sub planeta dalmatica in pedibus
caligas statura longa facies deducta
virides oculi barba modica capilli con-
densi vultus gravis. In altera vero ma-
ter gregorii sedens depicta est silvia candido
velamine a dextro humero taliter contra
sinistrum revoluto contectam ut sub
eo manus tamquam de planeta subducta
et circa pectus sub gula inferior tunica

ipsendo lactei coloris appareat que nigro
in imamine super pedes defluat duabus
zonis ad similitudinem dalmaticarum sed
laticlavibus omnino distincta statura ple
na facies rotunda quidem et candida sed
senio iam rugosa quam quoque senectutem
ulteriorem fuisse significat oculis glau
cis et grandibus supercilijs modicis labell[is]
tenuibus vultu hylaris ferens in capite
rationalem mitram candentis pradi
caritate sublatam duobus dextere digitis
signaculo crucis se inimicum velle preten
dens. In sinistra vero patens psalteri
um retinens in quo hoc scriptum est Vi
vet anima mea et laudabit te et iudicia
tua adiuvabunt me. A dextro vero cubito
usque ad sinistram circa scapulas sub aste
rius reflectitur qui ita se habet. Gregorius
sue matri fecit

Sed et in absidicula super fratrum cella
rium Gregorius eiusdem arte nigro
in rota gipsea pictus ostenditur statura
iusta atque beneformata facie de patris fa
ciei longitudine et matris rotunditate
ingadam decentissime videatur esse deduc
ta. Barba patrio more subfulva et modi
ca ita calvaster ut in medio frontis ge
mellos cincinnos rarusculos habeat et
dextrorsum reflexos corona rotunda et
spaciosa capillo subnigro et decenter
intorto sub auricule medium propendente
fronte speciosa elatis et longis sed exilibus
supercilijs. Oculis pupilla furvis non qui
dem magnis sed patulis sub ocularibus ple
nis. Naso a radice vergentium ciliorum sub
tiliter directo. Circa medium latiore deinde
paululo recurvo et in extremo patulis na
ribus prominente. Ore rubeo crassis et sub
dividuis labijs genis compositis. Mento
a confinio maxillarum decibiliter prominente.
Colore aquilino et vivido nondum sicut
ei postea contigit cardiaco. Vultus mi
tis manibus pulchris teretibus digitis et a
bilibus ad scribendum. Preterea planeta
super dalmaticam castanea. Evangelium in
sinistra ul modus cruc in dextera. Pal
lio mediocri a dextro videlicet humero sub
pectore super stomachum circulatim deduc
to. Deinde rursum per sinistrum humerum
post tergum deposito. Cuius pars altera super
eundem humerum veniens propria rectitudi
ne non per medium corporis sed ex latere pendet.

Circa verticem vero tabule similitudinem
quod viventis insigne est presens non
coronam. Ex quo manifestissime de
claratur quia Gregorius dum adhuc
viveret suam similitudinem depingi sa
lubriter voluit in quo posset a suis
monachis non pro elacionis gloria sed
pro cognicione districtionis cautela
frequentius intueri. Ubi huiusmodi
disticon ipse dictavit etc.

Christe potens domine nostri largi
tor honoris etc.

Indultum officium solita pieta
te guberna etc.

Ibi etiam tempore Petri archidyaconi
et Johannis egomeni Saturnini mo
nachus. Dextra lecti atque beati Grego
rij effigies beatorum sanctorum que apostolorum
quemadmodum modo videtur depinxit
Cerno salis nonnumquam diuturnus candela
succenditur et in eiusdem similitudinis
effigie per regimine sui monasterij sepe
beatus Gregorius presentatur. Nam ut pau
ca de multis contingam Leonis quarti
pontificis tempore cum in egestis Ostiensis
episcopus et apostolice sedis bibliothecarius
eidem monasterio preesset. Johannes presbiter
eiusdem prepositus cum quadam femina
turpiter vivens vehementissimo po
dagre dolore correptus est. Cum medi
corum manu cauteriatus per consciones
vulneris calcem cepit effundere quam
restringere nullis artibus in tantam despe
rationem perductus est ut ab omni illius femi
ne visitatione desisteret et illa sibi alte
rum sub eodem facinore copularet.
Post peractum annum vero presbiter ad pristinam
sanitatem reversus cuiusque propositum
sibi fuisse ut ulterius nullam contin
geret ad eandem tamen misso nuncio fu
turo die dominico se redire professus est.
Cumque recepto ubi suo desiderio votum quod
infelicem illi conveniret gavisus est ad
Balucam processit. Unde revertens tantis
in leticie potationibus et cantationibus se dis
solvit ut surripiente sompno inter
esse nocturnis cum fratribus minime potuis
set officiis. Eadem nocte cuidam presbitero
et monacho beatus Gregorius in sompnis
apparens ait Surge et dic preposito ut
primam agens peculium suum quod cum
aggregat non pudivit pro peccato confiteri

sic dispergat quia die tertia funditus
extinguetur a vita. Quod Justus ut
audivit vehementer expavit et quia
mandato Gregorii incredulus esse non
poterat penitentiam coepit cuncta sua sanctis
distribuens et tanto febris ardore cor-
reptus est ut ad diluculum diei tertii usque
ad horam tertiam cum ingenti fragore
quasi incendio linguam ab ore proiciens ulti-
mum flatum protraheret. Quem presbyteri ta-
liter laborare dolentes deputant illic
monachos qui cum psalmodiis eius exi-
tum concomitarentur, ipsi pro eo studuerunt
omnipotenti deo sollemnes hostias immo-
lare. Post monachi psalmodiam deseren-
tes non timuerunt ut se morienti fra-
tri detraherent. Cum etiam presbyteri a missarum
sollemniis circa horam septimam remean-
tes eundem presbyterum quem miserabiliter
cum morte luctantem reliquerant levi-
us se habere mirati sunt. Cumque nomina-
tim clamare coepissent, hos ille oculos
subridendo conatus aperit, inquit: vos
domini fratres quare me sollicitare voluistis
qui ab ipso huius diei principio usque nunc
coram praesidente Christo multis angelorum
cum diabolo ad iudicium steti et adiuvanti-
bus me sanctis Andrea et Gregorio cunctis
eius obiectionibus bene respondi. Praeterea
autem quia monasterii sextarium medium
librarum consuetudine elemosinarum per lu-
na omnem quem monasterii curiosissime Christo
gementi ad scabellum usque pedum eius
fateor convictus erubui de qua minimum
sicut vidistis laborando vexatus fui et
me adhuc ~~laborare~~ liberare non potui. Cumque
de his eum interrogabant et requirebant
ait: Non audeo dicere quia quando vos me
vocastis a sancto Gregorio redire iussus sum
ut vobis etiam de mensura et consuetudi-
nibus monasterii ponerem rationem. Diabolus
questus est putans quod me pater ad peni-
tentiam remisisset. Tunc pater beato Gregorio
ne commonitus calumpniam cunctis revela-
rem. Illis magis imminentibus et se pro eo
deprecaturos dominum promittentibus ut causam
fratribus revelaret, defunctorum quorundam
domos et viventium merita proferebat di-
cens: iste dignus ille indignus est. Rur-
sus interrogatus a monachis qui pridem se-
cum permanserant, conversus est dicens:
Omnia in quibus michi detraxistis fratres

audivi quamquam respondere nequeam et im-
pedimentum meum non mediocre gemebam
quia tam a vobis quam a diabolo sub uno
tempore accusatus nesciebam cui calumpnie
primitus responderem. Et si quando quemlibet
migrantem videtis compatimini fratri com-
muni et nolite de eo iudicare qui ad tam
districti iudicis cum timore suo iudicium
venit et vadit. His expletis cunctos iubet
abscedere solum presbyterum qui morte premi
anxietat scalam tenens qui solus remanserat
pavescens alter scalam retinuit. Hortatur
ut causam pro qua conscientia [illegible] saltem
pandere non timeret. At ille vehementer
ingemuit et conversus ad parietem capite cla-
mabat dicens: O Andrea Andrea hoc anno
perdas qui me pravo consilio ad periculum
compulisti. Eustachio Zacharias mediante
qui anno praeterito ad suos videlicet Saracenos
apostatando reversus est adfuit, tantisque
temporibus iniuste cepit eo eadem valida
ne hinc moriturus. Tunc languidus vero
audivit cum ingenti admiratione respondit
dicens: fratres iam omne corpus meum est
mortuum. In extremis faucibus spiritum per-
missum retineo continuo moriturus. Tunc
psallite ut retineam angelos quos vide-
bam et timens vobis ostendam. Tunc
orantibus totus coepit tremore pallescens
sursum respexerant aspicere. Cum subito spiritum
adventante conspiciens revolutis terribiliter
oculis monachus inmutavit et abscessit eos quoque
tanto terrore percussos dimisit ut multis noc-
tibus soli iacere timerent. Eodem die sta-
tim postea deprehensum est eodem quoque momen-
to quo presbyter moriens Andreae periculum
erat imprecatus idem Andreas fundi bar-
biliam posita salis via officialis conducto
in lectum decidit in quo per multa tempora
continuo languore correptus ita totus con-
tabuit ut omne corpus eius particulatim
videretur dissolvi. Cumque defluentibus con-
sumi posset carnalibus mori aut non posset,
uxor quae fetorem vulnerum utique cruciatum
iam sustinere non poterat intellexit tanti
languoris incommoda sine divine ultionis sen-
tentia hunc nullatenus incurrisse quem
flendo cunctavit inquiens ut quem a morte
proposito frustra vocari non poterat quod
cum ipso commiserat monachis revelaret
si forte dominus eius confessione recipiens
eum a tantis cruciatibus liberaret. At ille

malum cognoscens latere non posse monasterii
monachos convocari rogavit eisque con-
fessus est quod eodem proposito quasdam mo-
nasterii cartulas rapuisse ac suscepto pretio
petentibus tradidisse se, certumque exinde ha-
bere flagitio mori non posse quousque
coram omnibus revelaret. Quod videlicet
verum fuisse rei exitus evidenter ostendit.
Nam mox ut tam [illegible] confessionem eructavit
noluit is qui diu [illegible] dum mori nollet
non poterat, mox ubi sue confessionis ef-
flavit. Finem ideo deus omnipotens diu cru-
ciari noluit, mori autem donec reatum suum
confiteretur non posse permisit, ut exemplo
sui cruciatus ostenderet quos conscriptores
[illegible] gregorii de semetipsis utique sperare
debuissent etc.

Ipsius quoque pontificis tempore eiusdem
patris monasterio Athanasius presbiter vir
quidem castitate conspicuus et sui
monasterii cautissimus exactor, qui cum
sentiret inopie temporibus agnosceret ne
monachis vilitas fortassis incumberet,
quadraginta pauperes quos beatus grego-
rius pasci semel in anno decreverat re-
tentum subduxit, quod primo se fecisse
pendens etiam duodecim pauperum pretium
suum totidemque denarios qui die depositio-
nis beati gregorii pro commemoratione duode-
cim quondam ab eo invitatorum quorum
tertiusdecimus angelum se esse professus est
consuetudinaliter pascebantur penitus
interdixit. Cum eiusdem quadragesime
tempore beatus gregorius eidem presbitero cum stu-
pra et monacho in somnis apparuit di-
cens: Vade et dic egumeno quia dimi-
nuit consuetudinem quam ego constitui,
duos quoque eius dies. Quod egumenus
ut audivit, primo quidem contempsit;
post vero tanto minus credidit quanto vitam
suam longius cognoscebat extendi. Et ecce
sub ipsis albis paschalibus in oratorio sancti
severini cum fratribus vespertinis assistens
officiis ardere parietem vidit. Cumque fra-
tribus extinguere curavit impares. Cum
diu hunc violentum ardentibus ipse tan-
dem ferulam quam tenebat proiciens,
manibusque per parietem circumducens
conabatur flammas foris extinguere quas
constabat intima eius depascere. Denique
ad hospicium rediens tanto febris ardore
succensus est ut pene nunc ad diem septimum

nullatenus potuisset. Eternam dum consu-
luisse putavit se monachis pauperi-
bus nocuisse non timuit, ac per hoc
quod se placare gregorium posse credidit
prorsus offendit; flammas pietatis extin-
guere noluit qui tenacitatis sue flam-
mas extinguere recusavit.

Eodem nichilominus tempore preterea abside
oratorii sancte marie semper vir-
ginis oratorio sancte barbare, ubi gre-
gorius laudes domino celebrare solebat,
coniuncto demon apparuit, sibique in
antro quod illic erat in hospicio faci-
ens nocturnis horis tanto crepitabat
fragore ut omnia fundamenta monasterii
putaretur concutere, hominesque equos
de stabulis auferens audiebatur tota
nocte discurrere. Quorum dum pro ipsis
demorasse probatus est. Cumque primo
re tam somnus monachos a tricesimo
quo ad oratorium ipse tacuerat iacere sole-
bant fugerent penitus audissent, unus
eorum in virtute dei omnipotentis ante se-
ramen decumbens oratione facta cepit
dormire. Cum demon in similitudine
catti apparuit, eumque unguibus est ag-
gressus decerpere. Quo monachus oratio-
ne oratione repulso eundem sopori
se tradidit. Cum subito demon in simi-
litudine cuiusdam ethiopis lanceam
minando apparuit dicens: Ego quidem
hinc vado sed te vulneratum dimitto.
Quo dicto lanceam vibravit, monachum-
que securi videbatur in somnis percussit.
Qui tantum eiulavit tamquam si vere a per-
cussus fuisset exterrite advenientibus mona-
chis licet pavidus quod viderat indica-
vit, et deinceps ibi ulterius demon non
accessit etc.

Benedicta quoque pontificis tempore
Blando sanctissimo episcopo eodem mo-
nasterio permanente, cum pestilencia fam-
[illegible] multitudo quotidie maxima deperi-
ret, idem monachus paulus [illegible] venit
ad mortem. Cum desperatum beatus gregori-
us apparuit in somnis dicens: Vis sa-
nus fieri? Cum ille se velle professus est, Et
beatus gregorius: Si michi promiseris
ea que tibi [illegible] fore dicturus, scito te
esse sanandum. Cum vero [illegible] promittere,
Cumque ille se dicturum tota certitudine
promisisset, audivit: Ego denuntias sabe

Iohanni, Benedicto, Martino, Palumbo et an-
thonio monachis. Laurentio coco, Gem-
moso carpentario, Acepto pistori, An-
dree, Romano et Leoni laicis, qui a maccas-
tino incipientes omnes gradatim se mori-
endo subsequentur. Post quorum disces-
sum decima luciadum episcopum qui tenet
id monasterium die septimo nichilominus
moritur. Hic dictum monachum osti-
tarie preponens duos digitos in fauce
cumeat, vulnus quoque dirumpens ut ex-
traheret incipit. Ille tussiens partem
coagulata sanguinis in morem lapi-
dis venea proiecit, et abruptis pene mor-
tis iamnis liberatus. Eadem nocte quedam
partem omnium matutinalibus primus in-
fuit. Mirantibus fratribus sanatum sue
modum innotuit, et vos quando et qua-
liter ex monasterii familia mortuos pre-
viderit indicavit. De sola interim episcopi
morte dubitando conticuit. Huc sta-
gio in cunctorum morti deputatorum
auribus volans fama dissuavit. Et
dum ex relatione monachi se mortuos
certo die cognoscerent, depositis suis re-
bus ita se in morte secuti sunt, sicut fue-
rant nominati in sompnio.

Cum vero presbiter et monachus lu-
cido episcopo tam diu intimare revela-
re timeret, tacere autem penitus non timeret
et non auderet dicere monasterio se tandem
proripuit et ad domum episcopi non longe a
flumine tyberis regione videlicet iuxta
basilicam sanctorum Cyri et Iohannis post
tum sompnium inaccatinus accessit. Nunc
scilicet ubi cum pontifice in palatio prandere
cognovit expectans redeuntem sacer-
dotalibus vestimentis indutum, colore ful-
gidum, valitudine quoque sanissimum sa-
lutare curavit. Cui episcopus ait: Damnum
in tota urbe pro divino habeas quia de
hiis quos mortuos prenunciasti solus
vivus remansisti. At ille: Utinam sicut
ille quem vivere putabas defunctus est sic ipse
qui vivit se qui predictus est exilicet. Huc
episcopus de eo tota curiositate requireret et
monachus dictum palliaret tandem vero die
sexto se moriturum cognovit fratrem ut
quem redire volentem retinuit. Interi-
ora cubiculi peragens peneciunt paulatim
sibi fauces dolere persensit. Deinde tacto
sibi pulso mox febris signa cognovit

monacho credidit domum suam disposuit,
Ad monasterium cui preerat eisdem insiliis
redimitus quibus a patriarchio venerat
fuerat venit. Verum sicut tuctis tam subi-
comisatorum muniantibus monachi habitu
suscepit et paulatim ingruescente molo-
tia sexta in feria dictatilo subdormiunt. In
demio suscitatus ... apparuit sanctus ande-
as apostolus sic quod ... circa horam terciam
condixit sibi ... quod preceptum prohibe-
ut qui sue mortis expectatur monachi
sancti fabiani nimia solito celebrare
non poterat. Mox corporis sui sepul-
ture tradente. Recepit asse ceteris at tri-
amatibus ad peragenda sollempnia festina-
ret. Hora itaque tercia episcopus letus defun-
gitur ut in ipsa multus leticia confusio
ipuius deo fuisse placabilis cunctis vide-
tibus monstraretur.

Eodem tempore quidam eius sedis
monachi mente insaniam passus
est ita ut humana consorcia fugiens in-
to die peragens parietas solitarias et se-
nosa monimenta discurreret. Cuius
in samie frater condolens cotidie sanctum
gregorium profusis lacrimis precabatur, ut
sibi fratrem hospitem reddere dignaretur.
Itaque cum quadam nocte post huius
fletus quiesceret beatus gregorius appa-
ruit dicens: Videns lacrimas tuas su-
scepi oracionem tuam, et ecce quem a te peti-
tum hodie salvum reddidi tibi. Et hoc tibi
signum quia sicut octo dies elucescit in
pontificatus presbiter qui hic inclusus est
contrahetur. Ille surgens matutinali
tempore hoc fratribus indicavit, forte autem idem
presbiter campan[us] de loco qui clausi
non longe a tacina vocatur a suis
pro quodam crimine accusatus in eodem
monasterio tenebatur, et temporibus multis la-
bentibus a suis accusatoribus iam contemp-
tus a cunctis quoque fuerat in oblivionem
deductus, cum nullum pro ignaro morbo
cognitum hic potuisset qui de eo pontifici
suggessisset, et monachi quidem pro eo
satisfacerent sed pro placendi aditum non habe-
rent pontifex divinitus recordatus eius sic dici
diluculo hunc ab ergastulo iussit extra-
here liberum quod dimitte. Verum multum pres-
monachi frater ita sanus redditus est
ut videatur hactenus in eiusdem mona-
sterio tanto fidelius deservire quanto se illi

ad miraculo meruit ad sanitatem pristinam remeasse etc.

Reverende quoque memorie Nicolai pontificis tempore regimen eiusdem monasterii Zacharia civitatis Anagnine presule sicut supra est prestante fundum Barbilianum cuius superius fecimus mentionem quem incolatu celeribus demon aggressus est, et in similitudine taurelli de pratis mugiendo ad domum tramiens invisibiliter suis cornualibus videre ac enaebatur noctu pecudes boves atque a presepiis extrahens per contiguos campos et compita cursu velocissimo fatigare ad ea hoc diutius faceret, arbitro que rusticis nocumenti immineret huiusmodi percussionibus subulcum quendam eiusdem predii conductorem affligendo disperdidit. Deinde bubulcos aggressus tanta cede perdomuit ut intra trium mensium spatium preter neminem unum illic tantum ursum nomine qui similiter affligebat reliquerit. Et cum. Romanus veniens dum tante cladis periculum fratribus indicaret interrupto sermone monasterii portis egressus est, et obstupescentibus monachis non nisi mane facto reversus est, a quibus curiose discussus quum se pridem ita subita velocitate proriperet confessus est dicens. Dum nobis insaniam demonis revelarem taurellus adfuit ante me, pectoribus atque pedibus me complectens ac suis cornualibus tundens ante se cepit minare, et tota nocte me subter muros egit et arbores. Cumque novissime per pontem me conaretur demergere de complexibus eius quo volui eripere toto conamine fugiens ad portas quas cum hinnitu egrediens secerat monasterii huius fere pre nemoribus claudas inveniens ambabus manibus ambos eius anulos apprehendi, et dum a ceteris me luctaretur divellere quidam calvus pontifex obliquo latere se inter portarum rimas exeriens ferale caput taurelli percussit, eumque in fugam compellens me ab illius persecutionibus liberavit. Ergo dum incole deperissent et nullus ibidem habitator accederet ac per hoc monachi pro desolatione loci satagerent, tandem coram Gregorius in sompnis apparens iubet ut si demonem a monasterii fundo voluissent repellere a barbarie sancte virginis oratorio in eodem fundo usque ad oratorium sancte Marie ibidem in domo dominica constitutum, fieret cum letaniis aquam spargentes exorcizatam precederent. Quo facto ita demon ab omni monasterii possessione repulsus est ut postea per confinia limites ore naribus atque oculis flammas eiectas porcos eque cogere a subulcis vocatus sit, sed intra fines monasterii nunquam mittere permissus est etc.

Alio quoque tempore Teutgaudus quidam Treverensis pontifex, qui cum Guntharic Agrippine Colonie episcopo a reverende memorie Nicolao fuerat sacerdotali privatus officio liberalitate adhuc Romana pontificis in eodem monasterio mansione susceperat. Cum beatus Gregorius in sompnis apparens maximum terrorem fecerit quod de suo monasterio conatus egrederetur. Ille ipsum demum visum fuisse fantasmaticum oratione facta rursus dormire cepit. Cum Gregorius pontificali habitu redimitus apparens non ne dixi tibi ut a monasterio meo quod manibus propriis per invocationem sancti Andree apostoli domino deo dedicaui recederes quia dimissorum fieri nullo modo licuisset. Cumque Teutgaudus hospitali sibi licentiam suscepisse a pontifice respondisset Gregorius ait. Et tu quem petisti, et ille quem dedit utrique tamen dominum scientis cuius vindictam meruistis. Evigilans Teutgaudus intremuit, et facta oratione sopori se tradidit et reddere noluit se sopori. Cumque repente vementem sonitum audiens vehementer expavit seque dormire simulavit. Appropinquans sanctus Gregorius sanctum Andream apostolum per dexteram tenens precepit se penitus subdyacono cum hac dicens. Corripe illum qui diu correptus in lecto clausis oculis residisset, Gregorius ait. Aspice in nos. Intuitus autem eos Teutgaudus magis intremuit, eumque sibi taliter comminantem audivit. Tanta sedo commonitus, ubi nos meis cedere atque accedere noluisti et me tua inobedienda adeo provocasti ut apostolum dei huc fatigare studuerim. Beato cognosceris quia nisi hodie ab hoc monasterio recesseris futura ebdomada cum tuis omnibus vita privaberis. Si vero recesseris ab hac quidem momentanea sententia liberaberis sed neque tu neque aliquis hic tecum degere diu suam reuidebit patriam. Mox Teutgaudus de lectulo se proripuit et primo suis deinde monasterii monachis postremo quibuslibet potuit sompnium revelavit. Et etiam aliud

hospitium tamen a pontifice impetrare non potuit apud Sabinos concedens eodem anno cum suis omnibus vita privatus est.

Eodem quoque tempore Subbo, patrem comes ibi applicavit, qui monachis quidem plurimam dapsilitatem ostendit et in rebus tam venerabilis monasterii usurpatorem suorum prohibuit. Huius familiaris quidam nomine Fataldus existens, si quando Subbo ibat ad palatium fornicarias illud detestantibus monachis non verebatur inducere, atque cum eis comessationes et saltationes illicitas celebrare. Hic denique noctis principio secessum petens a spiritibus immundis in aere per capillos suspensus est. Cumque tota nocte dependens vocis officium non haberet, matutinalibus horis beatus Gregorius ei videndum prebuit dicens: Numquid non sufficiunt tibi alia mala que in meo monasterio perpetrare operaris, nisi et meretriculas in claustro monachico theatro conducas? Certe in me hoc anno peribis. Tunc ille cepit magnis viribus veniam supplicare, et de cetero plenam correctionem promittere. Continuo Gregorius iussit eum dimittere. Et ad terram de aere decidens, quia corrigi noluit, eodem anno vera fuisse Gregorii sermonem probavit.

Eodem anno eiusdem comitis [illegible] Indulfus vocatus est. Hic dum [illegible] pro compendiis lignis denarios peteret, nullomodo potuit impetrare, sed nefario iure precepit licentiam ut regias et fenestras et maxime dormitorii tabulas aggressus diriperet, cum quibus igni sibi prandium pararet. Cum sequenti nocte idem Indulfus ad secessum pergens ante monasterii tabulas tam petulanter incendere precepisset, quemadmodum sene destitutus est. At ille more Gallico sanctum senem imitans follem ab eo virga leniter percussus est. Qui vir superbus tanto pondere lapsus est ut semivivus humi decumberet. Eodem momento sub eadem specie cuidam clerico foris dormienti idem senex apparuit dicens: Surge et dic comiti ut ab hoc meo monasterio in quo diu [illegible] omnino non licet, antequam me ad vindictam provocet, salvus recedat. Certe ego familiari eius nuper obnoxio, quem [illegible] percussi ante secessum, dimisi congruam medelam refundam. Cumque quis esset clericus requireret, ipsum se esse prohibuit, que ex pictura que eius lectulo preminebat facile potuisset agnoscere. Statim clericus surgens lumen arripuit, et ex picture similitudine sanctum Andream apostolum sibi appropinquasse cognovit. Itaque ad Indulfum iacentem perrexit, eumque semivivum repperit. Tunc magnis eiulatibus clamare incipientem tam comitem quam cunctos qui sub eisdem domibus dormiebant miserabili vociferatione venire coegit, et in faciem iacentis aquam suffundens per invocationem sancti Andree apostoli tandem aliquando loqui fecit, atque cuncta que sibi revelata fuerant cum eo presbiter comiti revelavit. Et die facto monachos convocavit, quid contra sanctum Andream commiserit querelabundus inquirere cepit. At illi deletum dormitorium tortionis manibus ostenderunt. Cumque Deo devotus comes cognosceret, simpliciter subiugare confessi sunt se illud edificium Indulfi iussionibus delevisse. Pro cuius reparatione dum comes monachis vellet argentum tribuere, Sergius magister militum restituit, promittens illud se [illegible] continuo melius refacturum. Mox comes similiter a monasterii claustro secedens ad domum Petri cuiusdam filii Karoli cum omnibus concessit, neque ulterius in eodem monasterio hospitium consensit. Inclusus vero in domo eiusdem Sergii magistri militum derelictus [illegible] sibique sene apostolo prevaluisse suorum [illegible] detrimento monstravit.

Nuper denique quidam presbiter Zacharias nepos, de quo prefatus sum, Gregorii olim monasterii curam gerere propositus extitit. Hic carnis fragilitati corruptus [illegible] quandam sanctimonialem a monasterio sancti Andree apostoli quod appellatur [illegible] ubi subduxit, et in regione Septem viarum loco qui dicitur [illegible] collocavit. Sed cum corrupta sanctimonialis, quam latrina et furnum contiguum non habebat, crebro videtur esse molesta infelici presbitero petens semper [illegible], ut meretricule placere potuisset, beatum Gregorium non recusavit offendere. Cuius mirabilis immo saluberrimum sanctitatis [illegible] tegulas quas diripiens secessio et furnum construere non erubuit fabricare. Cumque patratis cum sequenti nocte [illegible] querelis lassata mulier in eadem domo dormiret, vidit duos

biles cubicularios se ligatis manibus ad ve-
nerabile monasterium reducentes. Quos intu-
ens cum presbyter sibi talia facere audivit
a Romano pontifice precepisse, forte tunc
sancte sedis apostolice pontifex cum Saraceno-
rum incursus littora pagabat, cumque absen-
te ligatus presbyter recordatus increpando
ambuit: Dominus papa pridie contra Sarra-
cenos precessit, et vos quomodo dicitis quod ipse ligari
me iusserit, quem enim postea non vidistis?
Cui illi dixerunt: Si Johannes papa hinc
exiit, sanctus Gregorius hic remansit, qui
monasterium suum claustra solito more plus ceteris
a suo fonte recepit dissipatum, et nos eo-
rumque regiminibus tue incurabile furorem ac
necessitatem videmus cooperturum. Quod presbyter
ut audivit erubescens intremuit corque vio-
lentia se manere monasterium tenendo compelleret
vicedam subdiaconum ab intimis egredien-
tem atque cubicularios dicere audivit. Ex-
pedite eum, et quinquaginta tubere venerat
eidemque dorsum fornicationis atque sacrilegii
sui verberate. Cruciatus doloribus iterum presbyter
iam febricitans exitus ad monasterium caballo
impositus dextra leuaque ab aliis sustenta-
tus tetendit tectum suum, et de sententia sua
ratus fratribus indicavit, et invisibilibus
verberibus sub febris specie lamatus nil
aliud dicere poterat nisi: Pene recisio dure
sicio. Cumque interrogaretur cur hoc tam
frequenter repeteret, dicebat: Continuo verbe-
rentur, sicque septo die sub inscrutabili lacrimis
morte defunctus est. Siquidem plurimis
documentis probatum est in eodem monasterio
fornicationis contagione pollutos diu
subsistere non posse.

Que salicet libra hactenus omnes quo
mensura qua idem beatus instituit
in modio reservatur. De cuius mensura si-
quis ad opus monasterium panes velit efficere || cum
pondere v sunt sigillatim duntaxat li-
bre. Si quis ad opus alterius vero ad eundem
numerum modium pertingunt. Quod cum prefatus
Zacharias episcopus per certo vellet addiscere, pro
celebranda festivitate beati apostoli Andree
modiorum circa mensuram pistoribus
dedit. Ex quibus pro tres modiis multipli-
catos obstupescentibus eisdem pistoribus
panes recepit. Quin utique sollicitate pri-
us dinumerantes, et superfluos aliquot
invenissent ut sibi procul dubio reser-
varent etc.

Sane quam frequenter beatus Grego-
rius tam illic quam in apostolorum
basilicis necnon in patriarchio nunc exhor-
tans innoxios, nunc vero deterrens obnoxi-
os in ipsa sue cognitionis effigie restat quod
nunc narrare non valeo. Hic huius operis ad
minicualante auxilio domini tantummodo facio
et reliqua eiusdem patris miracula post
me doctoribus memoranda relinquam.
Cuius nimirum venerabile meritum quousque
mundi huius orbita volvitur ut cum Paulo
viro disertissimo fateatur semper accipit et
incrementum, quod ipsius gratia assidue vel
quod Anglorum ecclesia nova semper sobole
fecundatur, vel quod illius doctrinis pre-
ceptum multa elongati ad Christi clementiam
revertuntur, vel quod quique ipsius suasioni-
bus inflamati celestem patriam de-
siderant ingruunt etc.

Hac studio pontificum et iussionibus
tua beate coactus diu quedam
gestorum Gregorii sancti viri predecessoris
tui saporem videlicet pelan apostoli deflorac-
te desidero videri descripsi rethoricum scriptor
ignarus. Deprecor ne ea curiositate qua
ne studium hoc decerpere iussisti ad omnium
sicut cepisti facias pervenire notitiam.
Ut in eo quod sacro sancto viro vestroque iudicio
placuisse me gaudeo nulli penitus de-
iudicantibus addicar qui potius iudicatus
inveniar. Siquidem pridie nuper tunc quando
hunc quartum cooperante domino claudere
gestiebam nocte qua dominice resurrectio-
nis dies venerabilis lucescebat in sopore
describens quendam sub effigie cuiusdam ve-
teris insidiatoris palam videndum se prebuit
et candidissima tunica similique tenuissima
cuius nimium tanitate nigredo subtercorporis
tunice intra lucebat sacerdotalibus vesti-
mentis insignitus mox proprius astitit inflat-
buccis risum continere non potuit. Cum diu
titulum preparare cogitaret hunc super modum
cachinnantem conspiciens compellare
videar. Quamobrem noctis silentio tam
officii quietis perstrepet. Et ille qua ignit
Tu scribis de mortuis quos vivere ali-
quando nunquam vidisti. Cumque ego tanto ve-
ritatis scribere quanto incognitum facie, non
autem incognitam lectione sine ullo livoris
vel adulationis vigore retulissem, respondit:
Tu sicut video quod voluisti respondisti
et fecisti. At ego quomodo facere potuero non cessa-

bo. Hec dicens lucerne flamas cuius lumine forte fruebar prefsus extinxit, et lectulum quam extinxisse totum non potuit me tamen in tenebris constitutum ita perterruit ut putarem me gladio ab eo penitus iugulandum. Cumque post paululum disparuisset michi beatus gregorius comitatus scilicet dextrorsum venerande memorie papa Nycolao, sinistrorsum vero sicut michi videbatur petro suo diacono multo lumine clarificatus apparuit dicens: Modice fidei quare dubitasti? Cumque ego prae pavore perculsus respondere non possem, benignus michi pater nicolaus latentem adversarium post cortinam que tunc meum lectulum circumdabat digito manifestans: Quia, inquit, hic inimicus lucerne tue flamas quantum in se fuit extinxit. Mox gregorius manum diaconi qua ingentem lucernam tenere videbatur arripiens eiusque flammis os faciemque petulantis exurens ad instar ethiopis denigravit. Qua exustione ab ore petulantis pronissima scintilla descendens candidum lectum dicto citius conflagravit, statimque niger totus apparuit. Cumque diaconus diceret: Satis adversarium denigravimus, beatus gregorius: Nos ad illum, inquit, denigravimus sed nigrum fuisse monstravimus. De infortunio meo diversis exhortationibus et consolationibus exhortatus abscessit, et faciem quidem secum detulit, sed tanto lumine locum in quo iacebam dormiebam fulgentem dimisit ut expergefactus pueros ante me dormientes crebrius inclamarem, nec antequam sub gravi sopore quoquo modo respondentes surgere potuissent quam relicta lucis copia paulatim se subtrahens penitus effluxisset. Ut de hiis deus viderit. Ergo tu divine speciei fiducia roboratus quia gaudentius exposcis vel velitrensis expostulat clemento Romane antistitem suffragante domno Paulo comitem, quibus qui continuis infortuniis tenear amicis meis a quibus utrumque sustentor meritum rependere vel ea saltem verba que valeo minime denegasse cognoscar.

Explicit registrum de vita et doctrina sive miraculis beati gregorii Romani pontificis.

Incipit liber dialogorum beati gregorii

Quadam namque die dum nimiis quorundam secularium tumultibus depressus, quibus in suis negociis plerumque cogimur solvere etiam quod nos certum est non debere, secretum locum peci amicum meroris, ubi omne quod de mea michi occupatione displicebat se patenter ostenderet, et cuncta que infligere dolorem consueverant congesta ante oculos meos licenter venirent. Ibi itaque cum afflictus valde et diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus petrus diaconus affuit, michi a primevo iuventutis flore in amicicijs familiariter obstrictus atque ad sacri verbi indagationem socius. Qui cum me gravi cordis languore intuens aspiceret ait: Numquid non novi aliquid accidit quod plus te solito meror tenet? Cui inquam: Meror, petre, quem cotidie patior et semper michi per usum vetus est et augmento novus. Infelix quippe animus meus occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labencia cuncta subter erant, quantum rebus omnibus que volvuntur eminebat, quod nisi celestia cogitare consueverat, quod etiam retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat, quod mortem quoque que pene cunctis pena est videlicet ingressum vite et laboris sui premium amabat. At nunc ex occasione cure pastoralis secularium hominum negocia patitur, et post tam pulcram quietis sue speciem terreni actus pulvere fedatur. Cumque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit, cum interiora appetit, ad hec procul dubio minor redit. Perpendo itaque quid tollero, perpendo quid amisi. Dumque intueor quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior atque in navi mentis tempestatis valide procellis illidor. Et cum prioris vite recolo, quasi post tergum ductis oculis viso litore suspiro. Quodque adhuc gravius est, dum inmensis fluctibus feror, vix iam portum valeo videre quem reliqui. Quia et ita sunt casus mentis ut prius quidem perdat bonum quod tenet, sed tamen se perdidisse meminerit. Cumque longius transierit, etiam ipsius boni quod perdiderit obliviscatur.

sit quod ut post neque per memoriam videat quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agitur quod prius quia cum longius navigamus iam nec portum quietis quem reliquimus videmus. Nonnumquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur quod quorundam vita qui presens seculum tota mente reliquerunt mihi ad memoriam revocatur. Quorum dum culmen aspicio quantum ipse in infimis iaceo agnosco. Quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt, qui ne per humanos actus a novitate mentis veterascerent, eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari. Sed iam ea que prolata sunt melius insinuo si ea que per inquisitionem ac responsionem dicta sunt sola nominum per notationem distinguo.

Petrus.

Non valde in Italia aliquorum vitam fuisse virtutibus cognovi. Ex quorum comparatione accenderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac vita fuisse non dubito, signa tamen atque virtutes aut ab eis facta nequaquam existimo aut ita sunt hactenus silentio suppressa ut utrum sint facta nesciamus.

Gregorius.

Si sola Petre referam que de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnovi vel per memetipsum didici, dies ut opinor ante quam sermo cessabat.

Petrus.

Velim quaerenti mihi de eis aliqua narres. Neque enim hac pro re interrumpere expositionis studium grave videatur, quia non dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter invenienda et tenenda sit virtus agnoscitur, in narratione vero signorum cognoscimus inventa ac retenta qualiter declaratur. Et sunt nonnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla quam predicamenta succendunt. Fit vero plerumque in animo audientis duplex adiutorium exemplis patrum, quia et amore venture vite ex precedentium comparatione accenditur, et si iam se esse aliquid estimat, dum de aliis meliora cognoverit humiliatur.

Gregorius.

Ea que mihi sunt virorum venerabilium narratione comperta incunctanter narro, si sacro auctoritatis exemplo tibi mihi clarius constet quia Marcus et Lucas evangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerunt. Sed ut dubitationis occasionem legentibus subtraham, per singula que scribo quibus hec auctoribus sint comperta manifesto. Hoc vero te scire cupio quia in quibusdam sensum solummodo, in quibusdam vero verba cum sensu teneo, quia tenere de personis omnibus ipsa specialiter verba voluissem, hec rusticano usu prolata stilus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relatione quod narro.

Venantii quondam patricii in Samnie partibus villa fuit, in qua colonus eius filium Honoratum nomine habuit, qui ab annis puerilibus ad amorem patrie celestis per abstinentiam exarsit. Cumque tam in lingua conversatione polleret seseque iam ab otioso sermone restringeret multumque ut prefatus sum per abstinentiam carnem domaret, die quadam parentes eius vicinis suis convivium fecerunt, in quo ad vescendum carnes parate sunt. Quas dum ille ad esum contingere pro amore abstinentie recusaret, ceperunt eum parentes eius irridere ac dicere: Comede. Numquid piscem tibi in his montibus allaturi sumus? Illo vero in loco audiri pisces non videri consueverant. Sed cum in his sermonibus Honoratus irrideretur repente aqua in convivio defuit. Cum situla lignea sicut illic moris est mancipium ad fontem perrexit. Cumque hauriret aquam piscis situlam intravit. Et reversum quod mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit qui ad totius diei victum Honorato posset sufficere. Mirati sunt omnes tota quod illa parentum irrisio cessavit. Ceperunt namque in Honorato venerari abstinentiam quam ante deridebant. Sicque a dei homine irrisionis detersit opprobria piscis de monte. Iste cum magnis virtutibus cresceret, a predicto domino suo libertate donatus est atque in eo loco qui Fundis dicitur monasterium construxit in quo ducentorum fere monachorum pater extitit. Ubi vita illius cuncta exempla conversationis dedit. Nam quadam die ex eo monte qui eius monasterium in excelso preminet ingentis saxi moles excutitur que per decursum montis latus veniens totius ruina celle omnemque fratrum interitum minabatur. Quam cum venientem despiceret sanctus vir vidisset, frequenti voce nomen Christi invocans, extensa mox dextera signum crucis opposuit, eamque in ipso decursu montis lateri cadentem fixit sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus non fuerat quo ...

potuisset, ita aspicitur ut inter utraque montem cernentibus caesum videatur. **Petrus**

Putamne hic tam egregius vir vel post magistrum discipulorum fecit (?) prius habuit magisterium? **Gregorius**

Nequaquam hunc fuisse cuiusquam discipulum audivi, sed lege non constringitur spiritus sancti donum. Usus quippe recte conversationis est ut praeesse non audeat qui subesse non didicit, nec obedientiam subiectis imperet quam praelatis non novit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docentur, ut etsi eis exterius humani magisterii disciplina desit, magisterium interni censura non desit. Quorum tamen libertas vitae ab infirmis non est trahenda in exemplum (?), ne dum se quisque similiter spiritu sancto impletum praesumit, discipulus hominis esse despiciat et magister erroris fiat. Mens autem quae divino spiritu impletur habet evidentissime signa sua, virtutes scilicet et humilitatem. Quae si utraque in una mente perfecte conveniunt, liquet quod de spiritus sancti praesentia testimonium ferunt. Sic etenim Iohannes Baptista magistrum habuisse non legitur, neque ipsa veritas quae per praesentiam corporalem apostolos docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregavit, sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in sua libertate relinquebat. Sic Moyses edoctus ab angelo mandatum didicit quod per hominem non cognovit. Sed haec, ut praediximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda. **Petrus. Capitulum II.**

Placet quod dicis, sed peto ut mihi dicas si tantus hic pater aliquem discipulum imitatorem sui reliquerit. **Gregorius**

Vir reverentissimus Libertinus, qui tempore regis Totilae eiusdem Fundensis monasterii praepositus fuit, in discipulatu illius conversatus est atque eruditus. De quo huiusmodi virtutes multas plurimorum narratio certa vulgavit. Praedictus tamen Laurentius, religiosus vir qui nunc superest et ipso in tempore illi familiarissimus fuit, multa mihi de eo dicere consuevit, ex quibus ea quae recolo pauca narrabo. In eadem provincia quam superius memoravi, idem vir pro utilitate monasterii carpebat iter. Cumque Darida Gothorum comes cum exercitu in locum eundem venisset, servus Dei ex caballo in quo sedebat ab hominibus eius proiectus est. Qui iumenti perditi dispendium libenter ferens, etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit dicens: Tollite, ut habeatis qualiter iumentum minare valeatis. Quibus dictis protinus se in orationem dedit. Cursu autem rapido praedictus exercitus pervenit ad flumen nomine Vulturnum, ubi coeperunt equos suos singuli hastis tundere, calcaribus cruentare, sed fatigati poterant moveri, undam non poterant; sic equi aquam fluminis tangere quasi mortale praecipitium pertimescebant. Cumque diu caedendo sessores singuli fatigarentur, unus eorum intulit quia ex culpa quam servo Dei in via fecerant illa sui itineris dispendia tolerarent. Qui statim reversi post se Libertinum reperiunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent: Surge, tolle caballum tuum, ille respondit: Ite cum bono, ego opus caballi non habeo. Descendentes vero invitum eum in caballo de quo deposuerant levantes, protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illum quem prius transire non poterant fluminis transierunt, ac si ille fluminis alveus aquam minime haberet. Sicque factum est ut dum servo Dei unus suus caballus redditur, omnes a singulis reciperentur. Eodem quoque tempore in Campaniae partibus Buccellinus cum Francis venit. De monasterio autem famulis Dei rumor exierat quod multas divitias haberet. Ingressi oratorium Franci coeperunt saevientes Libertinum quaerere, Libertinum clamare, ubi ille in oratione prostratus iacebat. Mira res! Quaerentes et saevientes Franci in ipso ingredientes impingebant, et ipsum videre non poterant. Sicque sua caecitate frustrati a monasterio vacui sunt regressi.

Alio quoque tempore pro causa monasterii abbatis iussu, qui Honorato eius magistro successerat, Ravennam pergebat. Pro amore vero eiusdem venerabilis Honorati quocumque Libertinus ibat, semper eius caligulam in sinu portare consueverat. Itaque dum pergeret, accidit ut quaedam mulier extincti filii corpusculum ferret. Quae dum servum Dei fuisset intuita, amore filii succensa iumentum eius per frenum tenebat atque cum iuramento dixit: Nullatenus recedes nisi filium meum suscitaveris. At ille inusitatum huiusmodi tale miraculum expavit, petitionis iuramentum declinare mulierem, sed non praevalens haesit animo. Considerare libet quale quantumque certamen in eius pectore fuit. Ibi quippe pugnabant inter se humilitas conversationis et pietas matris, timor ne insita

Libertinus

Darida

presumeret. Dolor ne orbate mulieris non subueniret, sed ad amorem Dei grauiter uicit pietas illud pectus uirtutis. Et ideo fuit ualidum quia deuictum. Virtutis enim pectus non esset si hoc pietas non uicisset. Itaque descendit, genua flexit, manus ad celum tetendit, caligulam de sinu protulit et super defuncti pueri corpus posuit. Quo orante anima pueri ad corpus rediit, quem comprehendit et flenti matri uiuentem reddidit, et iter quod ceperat perrexit. **Petrus.**

Quidnam hoc esse dicimus, uirtutem tanti miraculi Honorati egit meritum an petitio Libertini? **Gregorius.**

In ostensione tam mirabilis cum fide femine signi uirtus conuenit utrorumque. Atque ideo Libertinum ista constimo potuisse quia plus didicerat de magistri quam de sua uirtute confidere. Cuius enim caligulam in pectore extincti corpusculi posuit, eius nimirum animam obtinere quod petebat estimabat. Nam Heliseus quoque magistri pallium ferens atque ad Iordanem ueniens percussit semel et aquas minime diuisit. Sed cum repente diceret: Vbi est nunc etiam Deus Helie, percussit flumen magistri pallio et iter inter aquas fecit. Perpendis, Petre, quantum in exhibendis uirtutibus humilitas ualet. Tunc exhibere magistri uirtutem potuit quando nomen magistri ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem sub magistro rediit, quod magister fecerat et ipse fecit. **Petrus.**

Libet quod dicis, sed queso te, est ne aliud aliquid quod adhuc de ipso ad nostram edificationem narres? **Gregorius.**

Est plane, si sit qui uelit imitari. Ego enim uiri huius patientiam signis et miraculis maiorem credo. Quadam namque die is qui post uenerabilem Honoratum eiusdem monasterii regimine tenebat, contra eundem uenerabilem Libertinum in grauem iracundiam exarsit, ita ut eius manibus cederet. Et quia uirgam qua eum ferire posset minime inuenit, comprehenso scabello subpedaneo ei caput atque tutudit, totumque uultum illius tumentem ac liuidum reddidit. Tam uehementer cesus ad stratum suum tacitus recessit. Die uero altera pro utilitate monasterii causa constituta erat. Expletis igitur hymnis matutinalibus Libertinus ad lectum abbatis uenit, orationem sibi humiliter petiit. Sciens uero ille quantum a cunctis honoraretur et diligeretur, quam sibi ingesserat reddere cum a monasterio putabat et requisiuit dicens: Vbi uis ire? Cui respondit: Monasterii causa constituta est, pater, quam declinare nequeo, quia hesterno die me hodie promisi iturum. Vbi ire disposui. Tunc ille ab imo cordis considerans asperitatem et duritiam suam, humilitatem et mansuetudinem Libertini, de lecto prosiliit et pedes Libertini tenuit, seque peccasse et reum esse testatus est, quia tali tantoque uiro tam crudelem facere contumeliam presumpsisset. Sed e contra Libertinus se in terram prosternens eius se pedibus prouolutus, non illius seuicie, sed sue culpe fuisse referebat quod pertulerat. Sicque actum est ut ad magnam mansuetudinem perduceretur pater et humilitas discipuli magistra fieret magistri. Cumque pro utilitate monasterii ad constitutam causam egressus fuisset, multi uiri noti ac nobiles qui eum semper ualde honorabant, uehementer admirati sollicite requirebant quid hoc esset quod tam tumentem ac liuidam faciem haberet. Quibus ille dicebat: Hesterno sero peccatis exigentibus scabello subpedaneo impegi atque hoc pertuli. Sicque uir sanctus seruans in pectore honorem ueritatis et magistri, nec prodebat uitium nec falsitatis incurrebat peccatum. **Petrus.**

Putamusne uir iste uenerabilis Libertinus, de quo tot signa et miracula retulisti, in tam ampla congregatione imitatores sui in uirtutibus non reliquit? **iii.**

Felix qui appellabatur Curuus, quem ipse cognouisti, qui eiusdem monasterii nuper prepositus erat, multa mihi de fratribus eiusdem monasterii admiranda narrabat, de quibus aliqua que ad memoriam ueniunt silentio subprimo, quia ad alia festino. Sed dicam unum quod ab eo narratum preteriendum nullomodo estimo.

In eodem monasterio quidam magne uite monachus fuit ortolanus. Fur uero uenire consueuerat et per sepem ascendere, et occulte olera auferre. Cumque ille multa plantaret que minus inueniret, et alia pedibus conculcata, alia direpta conspiceret, totum ortum circuiens inuenit iter unde fur uenire consueuerat. Qui in eodem orto deambulans repperit etiam serpentem. Cui precipiens dixit: Sequere me. Et ad aditum furis perueniens imperauit serpenti dicens: In nomine domini Ihesu Christi precipio tibi ut istum aditum custodias et furi

Felix

ortolanus monachus

Serpens obediens

huc ingredi non permittas. Statim serpens totum se in terra transfusum tetendit, et ad cellam monachus rediit. Cumque tempore meridiano cunctis fratribus quiescentibus monachus solito fur advenit, sepem ascendit, et cum in orto pedem deponeret, vidit subito quia tensus serpens clausisset viam. Et tremefactus post semetipsum concidit, et pes eius per calciamentum in sude sepis inhesit. Itaque usque dum ortolanus rediret, pendente fure in se pependit. Serpenti autem dixit: Deo gratias ago, implesti quod iussi, recede modo. Qui illico abscessit. Ad furem vero veniens ait: Quid est, frater? Tradidit te michi Deus. Quare in labore monachorum furtum committere presumpsisti? Cumque hoc diceret, pedem illius a sepe in qua inheserat solvit, eumque sine lesione deposuit. Cui dixit: Sequere me. Quem sequentem duxit ad orti aditum, et olera que furto volebat auferre ei cum magna dulcedine prebuit dicens: Vade, et post hoc furtum non facias; sed cum necesse habes, huc ad me ingredere, et que cum peccato laborabas tollere, ego tibi devotus dabo.

Petrus. Nunc usque, ut memini, inaniter ego non fuisse patres in Ytalia qui signa facerent estimabam.

·iiij·

Gregorius. Fortunati viri venerabilis abbatis monasterii quod appellatur Balneum Ciceronis, aliorumque etiam virorum venerabilium relatione quod narro cognovi. Vir sanctus quidam Equitius nomine in Valerie partibus fuit, qui pro vite sue merito apud omnes illic magne admirationis habebatur, cui Fortunatus idem familiariter notus fuit. Qui nimirum Equitius pro sue magnitudine sanctitatis multorum in eadem provincia monasteriorum pater extitit. Hunc cum in iuventute sua acri certamine incentiva fatigarent, ipse sue ~~fatigationis~~ temptationis angustie ad orationis studium eum sollertiorem fecerunt. Cumque omnipotenti Deo remedium continuis precibus quereret, nocte quadam assistente angelo eunuchizari se vidit, eiusque visioni apparuit quod omnem motum ex genitalibus eius membris abscideret, atque ex eo tempore ita alienus fuit a temptatione ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio, ut viris ante preerat, ita cepit postmodum feminis preesse. Nec tamen discipulos suos amonere cessabat ne exemplo eius sibi facile in hac re crederent, et casum temptarent dono quod acceperunt.

Ego autem tempore quo maleficia in hac Romana sunt urbe deprehensi, Basilius qui in magicis operibus primus fuit, in monachico habitu fugiens Valeriam petiit. Atque cum ad virum reverentissimum Castorium Amiternine civitatis episcopum pergens peteret ab eo ut eum Equitio abbati committeret et sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium episcopus venit, secumque Basilium monachum adduxit, et Equitium Dei famulum ut eundem monachum in congregatione susciperet rogavit. Quem statim vir sanctus intuens ait: Hunc quem commendas, pater, ego non video monachum esse, sed dyabolum. Cui ille respondit: Occasionem queris ne debeas prestare quod peteris. Ad quem Dei famulus ait: Ego quidem denuntio hoc quod eum esse video; ne tamen me nolle obedire existimes, facio quod iubes. Susceptus itaque in monasterio est. Cum non post multos dies idem Dei famulus pro exhortandis ad desideria superna fidelibus paulo longius a cella egressus est. Quo discedente contigit ut in monasterio virginum, in quo eiusdem patris cura vigilabat, una earum que iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur febricitare inciperet, et vehementer anxiari magnisque vocibus et stridoribus clamare: Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat et ipse michi per sue curationis studium salutem reddat. Sed in absentia patris accedere quisquam monachorum in congregationem virginum minime audebat, quanto minus ille qui novus advenerat, cuius adhuc vitam fratrum congregatio nesciebat. Missum quippe est repente ad Dei famulum Equitium nuntiatumque est illi quod sanctimonialis illa in magnis febribus estuaret et Basilii monachi visitationem anxie quereret. Quo audito vir sanctus dedignando subrisit atque ait: Nunquid non dixi quia dyabolus esset iste, non monachus? Ite et eum de cella expellite. De ancilla vero Dei que anxietate febrium urgetur nolite esse soliciti, quia ex hac hora neque febribus laborabit neque Basilium quesitura est. Regressus est monachus, et ea hora saluti restituta

Equitius eunuchizatus ab angelo

dei virginem agnovit qua eandem salutem
dei famulus equitius longe positus prodi-
dit et virtute miraculi exemplum tenens magistri
qui invitatus ad filium reguli eum solo verbo
restituit salutem ut revertens pater ea
hora filium restitutum vite cognovit qua
vitam illius ex ore veritatis audisset. Omnes
autem monachi iussionem sui patris complen-
tes basilium ex monasterio repulerunt. Qui
repulsus frequenter clamabat se cellam
equitii magicis artibus in aera suspendis-
se nec tamen eius quempiam potuisse le-
dere. Qui in post longum tempus in hac Ro-
mana urbe exardescente zelo christiani po-
puli igne crematus est. Quadam vero
die una dei famula ex eodem monasterio
virginum ortum ingressa est que lactucam
conspiciens concupivit eamque signo
crucis benedicere oblita est et momordit avi-
de et arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumque
vexaretur eidem patri equitio sub celerita-
te nunciatum est ut veniret concitus et
orando succurreret. Moxque ut ortum idem
pater ingressus est cepit ex eius ore qui
satisfaciens qui hanc arripuerat diabo-
lus clamare dicens. Ego quid feci ego
quid feci. Sedebam michi super lactucam
venit illa et momordit me. Cui cum
gravi indignatione vir dei precepit ut ab-
scederet et locum in omnipotentis dei famula
non haberet. Qui protinus abscessit nec eam
contingere ultra valuit. **De eodem.**

Quidam vero felix nomine tursie pro-
vincie nobilis. Pater huius castorii
qui nunc nobiscum in hac Romana urbe
demoratur ad eundem virum venerabi-
lem sacrum ordinem habere non conspiceret
et per singula loca discurrere et studiose
predicare quadam die familiaritatis ausu
eum adiit dicens. Qui sacrum ordinem
non habes atque a Romano pontifice sub quo
degis predicationis licentiam non accepisti
predicare quomodo presumis. Cuius inqui-
sitione compulsus vir sanctus indicavit pre-
dicationis licentiam qualiter accepit dicens.
Ea que michi loqueris ego quoque mecum
ipse pertractavi. Sed nocte quadam speciosus
michi astitit iuvenis per visionem atque in
lingua mea medicinale ferramentum id est flebo-
bothomum posuit dicens. Ecce posui verba
mea in ore tuo egredere ad predicandum atque
ex illo die etiam si voluero de deo tacere non possum.

pm

Petrus

Velim patris huius
etiam opus agnoscere qui fertur
talia dona percepisse. **Gregorius**

Opus petre ex dono est non donum
ex opere alioquin gratia iam non est gratia.
Omne quippe opus dona preveniunt quam-
vis ex subsequenti opere ipsa etiam dona
succrescant. Nec tamen vite eius cognitione
fraudaris. Sed hanc reverentissimus Valerie
ecclesie antistes agnovit et supersunt adhuc
multi qui eum scire potuerunt. Sed plus
est opus quem queris quod concordabat
vite munditia cum studio predicationis. Tan-
tus quippe illum colligendarum deo animarum
fervor accenderat ut sic monasteriis preesset
quatenus per ecclesias per vicos per castra singulorum
quoque fidelium domos circumquaque discurreret et
corda audientium ad amorem patrie celestis
excitaret. Erat autem valde vilis in vestibus
atque despectus ut si quis fortasse nesciret
salutatus etiam resalutare despiceret. Et
quotiens ad alia tendebat loca iumento
sedere consueverat quod despicabilius omni-
bus in cella inveniri potuisset. In quo etiam
capistro pro freno et vervecum pellibus pro
sella utebatur. Per semetipsum sacros codices
in pelliceis saculis missos dextro et levo
latere portabat et quocumque pervenisset scrip-
turarum aperiebat fontem et irrigabat pra-
ta mentium. Huius quoque opinio predicatio-
nis ad Romane urbis notitiam pervenit
atque ut est lingua adulantium auditoris sui
animum amplectendo necans eo tempore eidem huius
sedis apostolice antistiti adulando conquesti
sunt dicentes. Quis est vir rusticus qui
auctoritatem sibi predicationis arripuit et officium
nostri domini apostolici sibimet usurpare indoctus
presumit. Mittatur igitur si placeat qui eum
huc exhibeat ut quis sit ecclesiasticus ordo
agnoscat. Sicut autem moris est ut occupato
in multis animo adulatio valde surripiat si
ab ipso cordis ostio non fuerit citius repulsa.
Suadentibus eisdem clericis pontifex consensum
prebuit ut ad romanam urbem adduci
debuisset et quenam esset sua mensura
agnosceret. Iulianum autem tunc defensorem mittens
qui sabinensi ecclesie postmodum in episcopatu
prefuit. Hoc eum precepit ut cum magno ho-
nore eum deduceret ne quamquam dei famu-
lus ex convocatione eadem iniurie sentiret.
Qui in parte de eo clericorum votis concitus
nolens festinare ad eius monasterium cucurrit

absente eo antiquarios scribentes repperit, ubi abbas esset inquisivit. Cui dixerunt: In valle hac que monasterio subiacet fenum secat. Idem vero Julianus superbum valde atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat ipse dominari. Hunc ergo misit ut eum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer et per illud spacium prati velociter ingressus omnes quos invenit illic fenum secantes requisivit quisnam esset Equicius. Mox que ut audivit quis esset, adhuc longe positus aspexit, et immenso timore correptus est, cepitque tremere, lassescere, seque ipsum mutato gressu vix posse portare. Itaque tremens pervenit ad dei hominem, atque ulnis eius genua deosculatus humiliter stravit se, stratusque dominum ei occurrisse nunciavit. Cui resalutato dei famulus precepit dicens: Leva fenum viride, porta pabulum iumentis, et ecce ego quia parum superest, opere expleto te subsequar. Vir autem qui missus fuerat Julianus defensor mirabatur valde quidnam esset quod redire moraretur puer. Ecce cum tendentem puerum conspicit atque in collo fenum exportato deferentem, vehementer iratus cepit clamare dicens: Quid est hoc? Ego te misi hominem adducere, non fenum portare. Cui reddit puer: Ecce quem queris ecce subsequitur. Ecce autem vir dei clavatis calciatus caligis falcem fenariam in collo deferens veniebat. Huic adhuc longe posito puer suo domino quia ipse esset quem quereret indicavit. Ipse vero Julianus repente ut vidit dei famulum, ex ipso habitu despexit, eumque qualiter debebat alloqui prava mente parabat. Mox vero ut famulus dei cominus affuit, eiusdem Juliani animum intollerabilis pavor invasit, ita ut tremeret ad insinuandum hoc ipsum ad quod venerat vix lingua sufficere potuisset. Cum humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, et orationem pro se fieri peciit, et quia eum apostolicus pontifex eum videre vellet indicavit. Vir autem venerandus Equicius cepit immensas gracias omnipotenti deo agere, asserens quod se per summum pontificem gracia superna visitaret. Illico vocavit fratres, precepitque hora eadem iumenta parari, atque executorem suum cepit vehementer urgere ut statim exire

Equicius vir venerandus

debuisset. Cui Julianus ait: Hoc fieri nullatenus potest, quia lassatus ex itinere hodie non valeo exire. Tunc ille reddit: Contristas me, fili, quia si hodierna die non egredimur, iam crastina non exhibimus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio die et nocte eadem demoratus est. Cum ecce sequenti die sub ipso lucis crepusculo equo vehementer fatigato in cursu ad Julianum puer venit cum epistola, in qua ei preceptum est ne servum dei contingere vel movere de monasterio auderet. Quem cum ille requireret cur esset sententia mutata, cognovit quia eadem qua ipse illuc executor missus est nocte per visionem pontifex vehementer pontifex fuerat perterritus, cur ad exhibendum hominem dei mittere presumpsisset. Tum protinus surrexit, seque viri venerandi orationibus commendans ait: Rogat pater vester ne fatigari debeat. Cumque hoc dei famulus audisset, contristatus ait: Numquid non die hesterno dixi, quia si statim non pergimus iam pergere minime liceret? Tunc pro caritatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella retinuit, et ei laboris sui commodum coacto renitenti que dedit. Cognosce igitur, Petre, in quanta dei custodia sunt qui in hac vita seipsos despicere noverunt, cum quibus civibus intus in honore numerantur qui despecti foris ab hominibus non erubescunt, ac e contrario in dei oculis iacent qui apud suos et proximorum oculos per inanis glorie appetitum tument. Unde et veritas dicit quibusdam: Vos estis qui iustificatis vosmetipsos coram hominibus, deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est abhominabile est apud deum.

Petrus

Miror valde quod de tali viro subripi tanto pontifici potuerit.

Gregorius

Quid mirari, Petre, quia fallimur qui homines sumus? An in mente excidit quod David, qui prophecie spiritum habere consueverat, contra innocentem Ionathe filium sententiam dedit, cum verba pueri mencientis audivit? Quod tamen quia per David factum est et occulto dei iudicio iustum credimus, et tamen humana racione qualiter iustum fuerit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentiencium aliquando in aliud ducimur qui prophete non sumus? Multum vero est quod

Constantius aquam mutat in oleum

perculsis mentem densitas devastat. Cumque animus dividitur ad multa, fit minor ad singula, et tanto ei in una qualibet re subripitur quanto latius in multis occupatur.

Vera sunt valde que dicis. **Petrus.**

Silere non debeo. **Gregorius.**

S[ilere non debeo] quod de hoc viro abbate quondam meo reverentissimo Valentino narrante cognovi. Aiebat namque quia corpus eius dum in beati Laurentii martyris oratorio esset humatum, super sepulcrum illius rusticus quidam archam cum frumento posuit, nec quantus qualisque vir illic iaceret perpendere aut vereri curavit. Cumque repente turbo celitus factus rebus omnibus illic in sua stabilitate manentibus, archa que superposita sepulcro eius fuerat extulit longeque proiecit, ut palam cuncti cognoscerent quanti esset meriti is cuius corpus illic iacebat.

Referam que subiungo predicti venerabilis viri Fortunati, qui valde michi etate opere et simplicitate placet, relatione cognovi. In eandem Valeriam provinciam Longobardis intrantibus, ex monasterio reverentissimi viri Equitii in predicto oratorio ad sepulcrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi sevientes oratorium intrassent, ceperunt eosdem monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta distruerent aut gladiis necarent. Quorum unus ingemuit atque acri dolore commotus clamavit: Heu sancte Equiti, placeat tibi ut trahamur et non defendas nos? Ad cuius vocem protinus sevientes Longobardos immundus spiritus invasit, qui corruentes in terram tamdiu vexati sunt quousque etiam cuncti hoc qui foris erant Longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare ultius non auderent. Sicque vir sanctus dum discipulos defendit, etiam multis post se remedium illic fugientibus prebuit. **Gregorius. v.**

A[...] cepi mei relatione didici quod narr[ante viro] qui in Anchonitana urbe per annos multos in monachico [ha]bitu deguit, ibique vitam non [...] mediocriter religiosam duxit, cui etiam quidam nostri iam precedentis etatis qui ex eisdem sunt partibus attestantur. Iuxta eandem namque civitatem ecclesia beati Stephani martyris sita est, in qua virtute venerabilis Constantius nomine mansionarii functus officio serviebat.

Cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longe lateque tetendit, quia isdem vir terrena funditus despiciens toto annisu mentis ad sola celestia flagrabat. Quadam vero die dum in eadem ecclesia oleum deesset et predictus Dei famulus unde lampades accenderet non haberet, omnes lampades ecclesie implevit aqua atque ex more in medium papirum posuit, quas allato igne succendit. Sicque aqua arsit in lampadibus ac si oleum fuisset. Perpende igitur Petre cuius meriti vir iste fuerit, qui necessitate compulsus elementi naturam mutavit. **Petrus.**

Mirum valde est quod audio. Sed velim nosse cuius humilitatis intus apud se potuit iste esse, qui tante excellentie foris fuit. **Gregorius.**

Inter virtutes animi congrue requiris, quia multum est quod temptatione sua mentem intus lacessunt miracula que foris fiunt. Sed si Constantii huius venerabilis viri quod audis fecit, cuius humilitatis fuerit citius agnoscis.

Postquam facti illius **Petrus** miraculum tale dixisti, superest etiam ut me de humilitate mentis eius edifices. **Gregorius.**

Quia valde opinio eius sanctitatis excreverat, multi hunc ex diversis provinciis anxie videre sitiebant. Quadam vero die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit. Eadem vero hora casu contigerat ut sanctus vir stans in ligneis gradibus reficiendis lampadibus deserviret. Erat autem pusillus valde et exili forma atque despecta. Cumque is qui ad videndum eum venerat quisnam esset inquireret, obnixe peciit ut sibi ostendi debuisset. Hii vero qui illum noverant monstraverunt quis esset. Sed sicut stulte mentes hominum meritum qualitate corporis metiuntur, eum pusillum atque despectum videns ipsum hunc esse cepit omnino non credere. In mente rustica namque hoc quod audiebat et videbat quasi facta fuerat quedam rixa, et estimabat tam brevem per visionem esse non posse quem tam ingentem habebat per opinionem. Cui cum ipsum esse dum a pluribus fuisset attestatum, despexit et irrisit dicens: Ego hunc grandem hominem credidi, iste autem de homine

nihil habet. Quod ut vir dei constantius audivit lampades quas reficiebat pro lectus relinquens conatus descendit atque in eundem rusticum amplexum ruit eumque ex amore nimio constringere cepit et osculari magnasque gratias agere quod de se talia iudicasset dicens: Tu solus in me oculos apertos habuisti. Ex qua re perpendendum est cuius fuit apud se humilitatis qui despicientem se rusticum amavit. Qualis enim quisque apud se lateat illata contumelia probat. Nam sicut superbi honoribus sic humiles despectione sua gratulantur. Cumque se alienis oculis viles aspiciunt ideo gratulantur quia hoc iudicium non confusi intelligunt quod apud semetipsos habuerunt. Petrus.

Ut cognosco vir iste magnus foris fuit in miraculis, sed maior intus in humilitate. Gregorius. vi.

Eiusdem quoque anchonitane ecclesie antistes vir vite venerabilis marcellinus fuit cuius gressum nimio dolore podagra contraxit. Cumque familiares sui sicubi necesse esset in manibus ferebant. Quadam vero die per culpam incurie eadem civitas anchonitana succensa est. Cumque vehementer ardere cepisset omnes ut ignem extinguerent concurrerunt. Sed aqua illis certatim proicientibus crescebat flamma ut iam totius urbis interitum minari videretur. Cumque ignis propinquiora sibi loca queque invaderet et iam urbis partem non modicam consumpsisset et obsistere nullus valeret, deductus in manibus episcopus venit et tanta periculi necessitate compulsus familiaribus suis se portantibus precepit dicens: Contra ignem me ponite. Quod ita factum est atque in loco est positus ubi tota vis flamme incumbere videbatur. Cepit autem miro modo incendium in semetipsum retorqueri ac si reflexione sui impetus clamaret se episcopum transire non posse. Sicque factum est ut flamma incendii illo termino refrenata in semetipsa refrigesceret et contingere ulterius quicquid edificii non valeret. Ecce, petre, cuius sanctitatis fuerit egrum hominem sedere et orando flammas premere. Petrus.

Et perpendo et obstupesco. Gregorius. vii.

Marcellinus episcopus podagricus contra ignem portatur.

De vicino quoque loco tibi aliquid narrabo quod viri venerabilis maximiani episcopi et laurionis qui nostri veterani monachi qui utroque istorum nunc superest relatione cognovi. Qui laurio scilicet in eo monasterio quod iuxta nepesinam urbem sub pentoma vocatur ab anastasio sanctissimo viro institutus est. Cui anastasius viro venerabilis viro nonnoso posito monasterio quod in soractis monte situm est et propinquitate loci et monasterii magnitudine et studiorum assidue iungebatur. Idem vero monachus sub asperrimo sui monasterii degebat, sed eius mores in illa semper equanimitate tolerabat, sicque fratribus in mansuetudine preerat ut iracundiam prioris mansuetudine mitigaret. Cuius vero eius monasterium in summo montis cacumine situm est ad quem hortum fratribus excolendo nulla planities patebat. Unus autem hic exiguissimus locus in latere montis excreverat quam ingentis saxi naturaliter excrescens moles occupabat. Quadam die venerabilis vir nonnosus cogitare cepit quod saltem ad condimenta olerum nutrienda locus iste aptus potuisset existere si hanc moles saxi illius non teneret. Occurrit autem quod eandem molem quinquaginta boum paria movere non possent. Cumque de humano labore esset facta desperatio ad divinum se presidium contulit seque illic nocturno silentio in orationem dedit. Cum mane fratres ad eundem locum venerunt et invenerunt molem tante magnitudinis ab eo loco longius recessisse suoque recessu largum spacium fratribus dedit. Alio quoque tempore idem vir venerabilis lampades vitreas in oratorio lavaret una ex eius manibus cecidit que per innumeras partes confracta dissiluit. Cum vehementer prioris monasterii furorem metuens lampadis omnia fragmenta [illegible] collegit atque ante altare posuit seque [illegible] gravi gemitu orationem dedit. Cumque [illegible] in oratione caput levasset sanam lampadem reperit quam timens per fragmenta collegerat. Sicque in duobus miraculis duorum patrum virtutes est imitatus, in mole saxi fratris gregorii qui montem movit et in reparatione lampadis virtutem donati qui fractum calicem pristine incolumi

...ta restituit. **Petrus**

Habemus ut video in exemplis. **Gregorius**

Vis ne aliquid in operatione nostra novi et imitatione Helisee cognoscere. **Petrus**

Volo gratanter agnosco. **Gregorius**

Cum die vetus oleum in monasterio deesset iamque colligende olive tempus incumberet, sed fructus in olivis nullus appareret, visum patri monasterii fuerat ut quicumque fratres in colligendis olivis ad exhibenda extraneis opera pergerent, quatenus ex mercede sui operis aliquantulum in monasterio olei deportarent. Quod vir Dei Nonnosus cum magna humilitate fieri prohibuit, ne exeuntes fratres ex monasterio dissoluta olei quererent animarum dampna pateretur. Sed quia in monasterii arboribus parce olive messe videbantur, eas colligi precepit et in prelum mitti, et quamvis parum olei exire potuisset sibimet deferri fecit. Quod ut sumptum in parvulo vasculo oleum fratres venerabili Dei famulo detulerunt, quod ipse ante altare posuit, cunctisque egredientibus oravit, atque accersitis postmodum fratribus precepit ut quod detulerant oleum levarent, et per cuncta vasa monasterii exigue fundendo dividerent, quibus benedictione suffusis olei omnia vasa infusa videntur. Que repetens ut erant vacua fecit claudi, die vero alia aperta omnia plena reperta sunt.

Petrus Probamus quotidie impleri verba Veritatis quibus ait: Pater meus usque modo operatur et ego operor. **Gregorius**

Eodem tempore vir venerabilis Anastasius, cuius superius memoriam feci, sancte Romane ecclesie cui Deo auctore deservio notarius fuit. Qui Deo vacare desiderans seculum deseruit, monasterium elegit, atque in eo loco quem prefatus sum qui Subpentoma vocatur per annos multos in sanctis actibus vitam duxit, eidemque monasterio solerti cura prefuit. Quo videlicet loco ingens desuper rupis eminet et profundum desubter precipitium patet. Quadam vero die cum iam omnipotens Deus decrevisset venerandi viri Anastasii labores remunerare, ab alta rupe vox facta est que producto sonitu clamaret dicens: Anastasi veni. Quo vocato alii quoque septem fratres ex nomine sunt vocati. Parvo autem momento ea que fuerat emissa vox siluit et octavum fratrem vocavit. Cumque has dum aperte voces congregatio audisset, dubium non fuit quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos igitur dies primo venerandus vir Anastasius, ceteri autem eo ordine ex carne educti sunt quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocandum vox prius siluit atque ita eum nominavit, morientibus aliis paucis diebus vixit et tunc vitam finivit, ut aperte monstraretur quia intercisio vocis silentium prius spatium vivendi signaverit. Sed mira res contigit, quia dum venerabilis vir Anastasius de corpore exiret, erat quidam frater in monasterio qui ei inherere volebat. Provolutus vero eius pedibus cepit cum lacrimis ab eo postulare dicens: Per illum te obsecro ad quem vadis ne septem dies sine te faciam. Ante cuius septimum diem etiam ipse defunctus est, qui tamen in illa nocte inter ceteros non fuerat vocatus, ut aperte claresceret quia eius obitum sola venerabilis Anastasii intercessio obtinere potuisset. **Petrus**

Cum isdem frater vocatus inter ceteros non est et tamen sancti viri intercessionibus ex hac luce subtractus, quid aliud datur intelligi nisi quod hi qui apud Deum magni sunt meriti obtinere aliquando possunt etiam ea que non sunt predestinata. **Gregorius**

Obtineri nequaquam possunt que predestinata non fuerint, sed ea que sancti viri orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perhennis regni predestinatio ita est ab omnipotente Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare. **Petrus**

Probari michi apertius velim si potest predestinatio precibus adiuvari. **Gregorius**

Hoc quod ego Petre intuli concite valet probari. Certe enim nosti quia ad Abraham Dominus dixit: In Ysaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat: Patrem multarum gentium te constitui. Cui rursum promisit dicens: Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et velut

arenam maris in littore. Hoc quare constat
intelligi apte quia omnipotens deus semen
abrahe multiplicare per ysaac predestinaue
rat. et tamen scriptum est. Deprecatus est ysaac
dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis. Qui
exaudiuit eum et dedit conceptum rebec
ce. Si ergo multiplicatio generis abrahe per
ysaac predestinata fuit cur sterilem con
iugem accepit. Sed nimirum constat quia
predestinatio precibus impletur. quando
is quo deus multiplicare semen abra
he predestinauerat obtinuit oratione ut
filios habere potuisset. **Petrus.**

Quia secretum ratio aperuit nichil
michi dubietatis remansit.

Gregorius.

Uis ut aliquid tibi de tuscie partibus
narrem ut cognoscas ipsa quam
magni viri fuerint et omnipotentis dei
notitie quam propinquius. **Petrus.**

Uolo atque hoc omnimodo expos
co. **Gregorius. ix.**

Fuit vir vite venerabilis Bonifaci
us nomine qui in ea ciuitate que
ferendis dicitur episcopatus officium tenuit et
moribus impleuit. Huius multa mira
cula is qui adhuc superest gaudentius
presbiter narrat qui in eius obsequio nu
tritus est tanto quo valet de illo uerius
referens quanto contigit et hec me
esse. Huius ecclesie grauis valde paupertas
inerat que bonis mentibus esse solet cu
stos humilitatis nichilque aliud ad omne sti
pendium nisi vnam tantummodo vineam habuit. Que
quadam die ita grandine irruente vasta
ta est ut in ea vix pauci rami rarique race
mi remanerent. Quam cum predictus vir re
uerentissimus Bonifacius episcopus fuisset ingressus
magnas omnipotenti deo gratias retulit quod
in ipsa sua inopia adhuc sese angustari
cognouit. Sed cum iam tempus exigeret
ut ipsi quoque racemi qui remanserant
maturescere potuissent custodem vinee
ex more posuit eamque solerti vigilan
cia seruari precepit. Quadam vero die iussit
constancio presbitero nepoti suo cuncta vini vas
cula in episcopio omniaque dolia itaut ante
consueuerat superfusa pice preparari. Quod
cum nepos illius presbiter audiret ammiratus
est valde quod quasi insana mente preciperet
ut vini vascula prepararet qui vinum mi
nime haberet. Nec tamen presumpsit inquirere
cur talia iuberet sed iussis obtemperans omnia
ex more preparauit. Tunc vir dei vineam in
gressus racemos collegit et ad calcatorium
detulit omnesque inde exire precepit ut solus
ibi cum paruo puerulo remansit quem
in eodem calcatorio posuit et calcare ipsos
paucissimos racemos precepit. Cumque
ex eisdem racemis parum aliquid vini
defluere cepit hoc vir dei suis mani
bus in paruulo vase suscipere et per cuncta
dolia vasaque omnia que preparata fuerant
per benedictionem diuidere ut ex eodem vino
vascula vix infusa viderentur. Cum vero
ex liquore vini parum aliquid in vasis
omnibus misisset vocato presbitero protinus
iussit pauperes adesse. Tunc cepit vinum
in calcatorio crescere ita ut omnia que allata
fuerant pauperum vascula impleret. Qui
bus dum se ydonee satis fecisse conspiceret
ex calcatorio iussit puerum ascendere et apothe
cam clausit atque impresso sigillo suo
munitam reliquit moxque ad ecclesiam redijt.
Tercia vero die predictum constancium presbiterum vo
cauit et oratione facta apothecam aperuit.
vasa in quibus exiguo tenuissime liquorem
fuderat uberrimum vinum feruencia inuenit
ita ut pauimentum omne excrescencia in
uaderent si adhuc episcopus tardius intrasset.
Tunc terribiliter presbitero precepit ne quousque
in corpore viueret hoc miraculum cuilibet
indicaret videlicet pertimescens ne in vir
tute facti humano fauore pulsatus inde mi
nor esset vnde foris hominibus magnus
appareret exemplum eciam magistri sequens
qui ut nos ad viam humilitatis instrueret
de semetipso discipulis precepit dicens
ut ea que vidissent nemini dicerent quousque
filius hominis a mortuis resurrexisset.

Petrus.

Quia occasio apta
se prebuit libet inquirere quidnam
sit quod redemptor noster cum duobus cecis
lumen reddidit iussit ut nemini dicerent
et abeuntes illi diffamauerunt eum in totam
terram illam. Numquid vnigenitus dei fi
lius patri et spiritui sancto coeternus hac in
re velle habuit quod non potuit implere
ut miraculum quod tacere voluit minime
potuisset abscondi. **Gregorius.**

Redemptor noster per mortale corpus
omne quod egit hoc opus nobis
in exemplo actionis prebuit ut pro nostrarum
virium modulo eius vestigia sequentes

inoffenso pede operis intus vite viam
capiamus. Per miraculum namque faciens
taceri iussit, et tamen taceri non potuit, ut
videlicet electi exempla doctrine eius sequentes
in magnis que faciunt latere quidem in vo-
luntate habeant, sed ut prosint aliis prodantur
inviti, quatenus et magne humilitatis sit quod
sua opera taceri appetunt, et magne edi-
ficationis sit ut eorum opera taceri non possint.
Non ergo dominus voluit quicquam fieri quod
non posse impleri prescivit, sed quid velle
eius membra debeant, quidve de eis eti-
am nolentibus fiat, doctrine magisterio
exemplum dedit. Petrus
Placet quod dicis. Gregorius
Adhuc pauca de bonifacii episcopi opere
suppetunt, quia eius memoriam seriatim
exequamur. Alio namque tempore beati proculi
martiris natalicius propinquabat dies, quo
in loco vir nobilis fortunatus nomine
manebat, qui magnis precibus ab eodem
venerabili viro postulavit ut, cum apud beatum
martirem missarum sollempnia ageret, ad bene-
dictionem dandam in suam domum declinaret.
Vir autem dei negare non potuit quod ab
eo in fortunati mente caritas poposcit. Per-
actis igitur sollempniis, cum ad fortunati
mensam venisset, priusquam deo ympnum
dicerent, sicut quidam ludendi arte solent
victum querere, repente ante ianuam
vir cum simia astitit et cimbala percussit.
Quod vir sanctus sonitum audiens dedigna-
tus dixit: Heu heu, mortuus est miser
iste, mortuus est miser. Ecce ego ad mensam
refectionis veni, os adhuc ad laudem dei
non aperui, et ille cum simia veniens cim-
bala percussit. Subiunxit tamen atque ait:
Ite et pro caritate ei cibum potumque tribuite.
Scitote tamen quia mortuus est. Qui in-
felix vir dum panem ac vinum ex eadem
domo percepisset, egredi ianuam voluit,
sed ingens saxum subito de tecto cecidit eique
in verticem venit. Ex qua percussione pro-
stratus in manibus iam semivivus leva-
tus est. Die vero altero secundum viri dei sententiam
funditus vitam finivit. Qua in re pen-
sandum est, petre, quantus sit sanctis viris ti-
mor exhibendus. Templa enim dei sunt,
et cum ad iracundiam sanctus vir trahitur, quis
alius ad irascendum nisi eiusdem templi in-
habitator excitatur? Tanto ergo metuenda
ira iustorum quanto et constat quia in eorum
cordibus ille presens est qui ad inferendam ultio-
nem quam voluerit invalidus non est. Alio
quoque tempore predictus constancius presbiter nepos
eius equum suum duodecim aureis vendidit,
quos in propriam archam ponens ad expendendum
aliquod opus discessit. Tum subito ad
episcopum pauperes venerunt qui importune pre-
cabantur ut eis sanctus vir ad consolationem
sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed
vir dei quia quod tribueret non habebat
estuare cepit in cogitatione ne ab eo pau-
peres vacui exirent. Cui subito ad memori-
am rediit quia constancius presbiter nepos
eius equum quem sedere consueverat vendi-
disset atque hoc ipsum in archa precium haberet.
Absente igitur eodem nepote suo accessit
ad archam et pie violenter claustra arche
comminuit et duodecim aureos tulit eos-
que indigentibus divisit. Itaque constan-
cius presbiter reversus ex opere archam
fractam repperit, et caballi sui precium quod
illic posuerat cum non inveniret, cepit cum
magna voce perstrepere et cum furore ni-
mio clamare: Omnes hic vivunt, solus
ego in hac domo vivere non possum. Ad
cuius vocem advenit episcopus et omnes
qui in eodem episcopio aderant. Cumque
eum vir dei blanda locutione temperare vo-
luisset, cepit ille cum iurgio respondere dicens:
Omnes tecum vivunt, solus ego hic ante te
vivere non possum. Redde mihi solidos meos.
Quibus vocibus episcopus commotus beate ma-
rie semper virginis ingressus est ecclesiam,
et elevatis manibus extensis cum vestimen-
tis cepit orare ut ei redderetur unde presbiteri
furentis insaniam mitigare posset. Qui cumque
oculos ad vestimentum suum inter extensa
brachia reduxisset, repente in sinu suo
duodecim aureos invenit ita fulgentes
tamquam si ex igne hora eadem fuissent educti.
Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum
furentis presbiteri proiecit dicens: Ecce habes
solidos quos quesisti, sed hoc tibi notum
sit quia post mortem meam huius ecclesie
episcopus non eris propter avariciam tuam. Ex qua
sententie veritate colligitur quia eosdem solidos
presbiter pro adipiscendo episcopatu preparaverat. Sed
viri dei sermo prevaluit; nam idem consta-
cius in presbiteratus officio vitam finivit.
Alio quoque tempore duo ad eum gothi hospita-
litatis gratia venerunt, qui ravennam se festi-
nare professi sunt, quibus ipse propria manu vas

ligneum vino plenum manu sua prebuit
quod fortasse in prandio itineris bibere potu
issent. Ex quo illi quousque Ravennam
pervenerunt gothi biberunt aliquantis diebus
in eadem civitate morati sunt et vinum
quod a sancto viro acceperunt cotidie
in usum habuerunt. Sicque usque ad eundem
venerabilem patrem sentes reversi sunt
ut nullo die cessarent bibere et eis vinum
ex illo numquam deesset ac si in illo vasculo
ligneo quod episcopus dederat vinum non au
geretur sed nasceretur. Nuper quoque de eiusdem
loci patribus senex quidam clericus advenit
qui ea de illo narrat que non sunt silen
tio premenda. Nam dicit quod quadam die
ingressus ortum magna hunc erucarum
multitudine invenit esse coopertum, qui
omne olus deperire conspiciens ad easdem
erucas conversus dixit. Adiuro vos
in nomine domini Iesu Christi recedite hinc
atque hec olera comedere nolite. Que statim
ad viri dei verbum ita omnes egresse sunt
ut ne una quidem intra spatium orti
remaneret. Sed quid mirum quod hec de
episcopatus eius tempore narravimus quando iam
apud omnipotentem deum ordine simul
et moribus excreverat. Dum illa magis
miranda sint que cum hic senex cle
ricus adhuc fecisse testatur. Nam eo
eodem tempore quo cum matre sua puer habi
taverat egressus hospitium non numquam
sine linea aliquando etiam sine tunica rever
tebatur, quia mox ut nudum quemquam
pauperem repperisset vestiebat se spolians ut
se ante dei oculos illius mercede ves
tiret. Quem mater sua frequenter increpa
re consueverat dicens. Quod iustum non
est quod tu inops pauperibus vestimenta
largiaris. Que ingressa die quadam
horreum pene omne triticum quod sibi sti
pendio totius anni paraverat invenit a fi
lio suo pauperibus expensum. Cumque se
metipsam alapis pugnisque tunderet quod
quasi anni subsidia perdidisset supervenit Boni
fatius puer dei eamque verbis quibus va
luit consolari cepit. Cumque illa nihil con
solationis admitteret rogavit hanc ut ab
horreo exire debuisset in quo ex omni tri
tico eorum parum quid inventum est rema
nsisse. Puer autem dei sese illic in orationem
dedit. Cum paululum egressus ad hor
reum matrem duxit quod tritico ita plenum

inventum est sicut plenum nec fuerat
cum mater illius totius anni sumptus se con
gregasse gaudebat. Quo viso miraculo
compuncta mater ipsa iam cepit agere ut da
ret que sic celeriter posset que peteret acci
pere. Hec itaque in vestibulo hospitii sui gal
linas nutrire consueverat, sed eas ex vicino
vulpes veniens auferebat. Quadam
vero die dum in eodem vestibulo puer Boni
fatius staret vulpes ex more venit et gal
linam abstulit. Ipse autem concitus ecclesiam
intravit et se in oratione prosternens apertis
vocibus dixit. Placet tibi domine quod de
nutrimento matris mee manducare non
possim. Ecce enim gallinas quas nutrit
vulpes comedit. Cumque ab oratione surgens
ecclesiam egressus est, mox autem vulpes redit
et gallinam quam ore tenebat dimisit
atque ipsa moriens ante eius oculos in
terram cecidit.

Petrus

Valde mirum est quod exaudire preces
suas etiam in rebus
vilibus deus dignatur.

Gregorius

Hoc Petre ex magna conditoris nostri
dispensatione agitur ut per minima que
percipimus sperare maiora debeamus. Exau
ditus namque est in rebus vilibus puer
sanctus et simplex, ut in primis disceret
quantum de deo presumere in magnis petitio
nibus deberet.

Petrus

Placet quod dicis.

Gregorius

Alius quoque vir vite venerabilis
in eisdem partibus fuit Fortunatus
nomine Tudertine ecclesie antistes, qui in effu
gandis spiritibus immundis immense virtu
tis gratia pollebat ita ut nonnumquam ab obsessis
legiones demonum pelleret et continue ora
tionis studio intentus obiectas contra se
eorum multitudines superaret. Huic vir
familiarissimus fuit Iulianus nostre ecclesie
defensor qui non ante longum tempus in hac
urbe defunctus est. Huius quoque didici re
latione quod narro quia sepe gestis illius
ausu familiaritatis interfuit eiusque post
memoriam ad instructionem nostram quasi fa
vum dulcedinis in ore retinebat. Matrona qui
dam nobilis in vicinis Tuscie partibus habe
bat nurum que intra breve tempus quo
filium eius acceperat cum eadem socru sua ad
dedicationem oratorii beati Sebastiani martyris
fuerat invitata. Nocte vero eadem qua
subsequente die ad dedicationem predicti oratorii

fuerat perpessura voluptate carnis devicta
a viro sese abstinere non potuit. Cumque mane
facto conscientiam suam deterrente perpetrata carnis
delectatione processionem vero imperante verecundia
plus multum hominum erubescens quam dei iu-
dicium metuens cum socru sua ad dedicandum
oratorium perrexit. Mox vero ut reliquie beati
Sebastiani oratorium eandem predicte matrone
nurum malignus spiritus arripuit et coram
omni populo vexare cepit. Eiusdem vero
oratorii presbiter dum hanc vehementissime
vexari conspiceret ex altari protinus sindo-
nem tulit eamque cooperuit sed hunc repen-
te simul dyabolus intravit. Et quia enim
ultra vires voluit quantumque presumere com-
pulsus est cognoscere in sua vexatione quid
esset. Hi vero qui aderant puellam in ma-
nibus ex oratorio sublatam ad domum
propriam deportaverunt. Cumque hanc antiquus
hostis vexatione continua vehementer atte-
reret propinqui sui eam carnaliter aman-
tes atque amando persequentes ad optinen-
dum salutis remedium maleficis tradide-
runt ut eius animam funditus extinguerent
cuius carnem magicis artibus ad tempus prodesse
conarentur. Ducta est namque ad flumen
atque in aqua mersa ibique diutius incan-
tationibus agere malefici moliebantur ut qui
eam invaserat dyabolus exiret. Sed miro
omnipotentis dei iudicio dum prava arte
unus ab ea repellitur in eam subito le-
gio intravit. Cepit ergo illa ex hoc tot
motibus totque vocibus agitari clamoribus
quot perstrepere quot spiritibus tenebatur. Tunc
inito consilio parentes eius sue perfidie cul-
pam fatentes eam ad virum venerabilem For-
tunatum episcopum duxerunt eique reliquerunt.
Qua ille suscepta se multis diebus in orationem
dedit tanto quoque annisu precibus incubuit quan-
to et in corpore uno contra se assistere legio-
nis aciem invenit. Cum non post multos
dies ita sanam et incolumem reddidit ac si
in ea dyabolus ius proprium nunquam habuisset.
Alio quoque tempore idem vir omnipotentis
dei famulus ex obsesso quodam homine
immundum spiritum excussit. Qui malignus
spiritus cum advesperascente die iam in secreta
ab hominibus horam cerneret peregrinum quem-
piam esse simulans circuire cepit plateas
civitatis et clamare. O virum sanctum Fortuna-
tum episcopum ecce quid fecit peregrinum hominem
ab hospitio suo expulit. Quero ubi qui-
escere debeam in civitate et non invenio.
Tunc quidam in hospitio suo cum uxore sua
et parvulo filio ad prunas sedebat. Qui vo-
cem eius audiens et quid episcopus ei fecerit
requirens hunc invitavit hospitio et sede-
re iuxta prunas fecit. Cumque vicissim
aliqua famularentur filium parvulum ipse
malignus spiritus invasit atque in easdem pru-
nas proiecit ibique eius animam mox excus-
sit. Qui orbatus miser filio vel quem
ipse suscepisset vel quem episcopus expulisset
agnovit. Petrus.

Quidnam esse dicimus ut occiden-
di ausum in eius hospitio antiquus
hostis acciperet qui hunc peregrinum estimans
ad se hospitalitatis gratia vocavisset. Gregorius.

Multa Petre videntur bona sed non
sunt quia bono non fiunt animo. Unde
in evangelio veritas dicit. Si oculus ne-
quam fuerit totum corpus tenebrosum erit. Quia
cum prava est intentio que precedit pravum
est omne opus quod sequitur quamvis rectum
esse videatur. Ego namque hunc virum
qui dum hospitalitatem exhibet orbatus
est non pietatis opere delectatum estimo sed
episcopi derogatione. Nam pena subsequens
innotuit quia precedens illa susceptio sine
culpa non fuit. Sunt namque nonnulli
qui idcirco bona facere student ut gratiam alie-
ne operationis obnubilent nec pascuntur
bono quod faciunt sed laude boni qua cete-
ros premunt. Qua de re existimo hunc virum
qui malignum spiritum in hospitalitate susce-
pit ostentationem potius intendisse quam
opus ut meliora quam episcopus fecisse videre-
tur cum ipse susciperet eum quem vir dei
Fortunatus expulisset. Petrus.

Ut dicitur ita est nam finis operis pro-
bat quod munda intentio in opera-
tione non fuerat. Gregorius.

Alio quoque tempore dum oculorum lumen
quidam amisisset ad hunc deductus
intercessionis eius opem petiit et impetra-
vit. Nam cum vir dei oratione facta eius ocu-
lis signum crucis imprimeret ab eius mox luce
reddita nox cecitatis abscessit. Preterea equus
cuiusdam militis in rabiem versus fuerat
ita ut a multis vix teneri posset sed quoscumque
potuisset invadere eorum membra morsibus
dilaniaret. Tunc utcumque ligatus a multis
ad virum dei adductus est. Qui mox eius
capiti extensa manu signum crucis edidit

cultamque eius rabiem in mansuetudine
mutauit, ita ut mitior post existeret quam ante
illam insaniam fuisset. Tunc idem mi-
les equum quem celerrimo impetu mirari-
lo a sua uesania uidit mutatum, sancto
uiro decreuit offerendum. Quem cum susci-
pere ille renueret, ipse uero in precibus ne
despiceretur eius oblatio perseuerasset, sanc-
tus uir mediam duarum partium uiam tenens
petitionem militis audiuit et munus susci-
pere pro exhibita uirtute recusauit. Pri-
us namque dignum precium prebuit et post e-
quum qui sibi offerebatur accepit. Quia
enim si non susciperet contristari illum con-
spexerat, caritate cogente emit quod necessarium
non habebat. ¶ Neque hoc silere de huius
viri uirtutibus debeo quod ante dies se-
decim agnoui. Quidam namque ad
me deductus est senex pauper atque ut se-
num michi collocutio est semper amabilis
studiose hunc esse unde inquisiui qui
se de tudertina ciuitate esse indicauit. Cui
inquam: Queso te pater, fortunatum episcopum nosti?
Qui ait: Noui et bene noui. Tunc ipse
subiunxi: Dic ergo si qua eius miracula
cognouisti et desideranti michi qualis vir
fuerit intimare. Qui ait: Homo ille longe
fuit ab istis hominibus quos modo videmus.
Nam quicquid ab omnipotenti deo peciit, ita
ut peteret impetrauit. Cuius hoc unum nar-
ro miraculum. ¶ Quadam namque
die gothi iuxta tudertinam ciuitatem
uenerunt, qui ad partes Rauenne properabant,
sed duos paruos pueros de possessione abstu-
lerunt, que possessio prefate tudertine sub-
iacebat ciuitati. Hoc cum uiro sanctissimo
fortunato nunciatum fuisset, protinus misit atque
eosdem gothos ad se fecit euocari, quos blan-
do sermone alloquens eorum prius studuit
asperitatem placare, et post intulit dicens:
Qualecumque uultis precium dabo et pueros quos
abstulistis reddite michi, ex hoc gratie mee
munus prebete. Tunc is qui prior eorum
esse uidebatur respondit dicens: Quicquid aliud
precipis facere parati sumus, sed istos pueros
nullatenus reddemus. Cui venerabilis vir
blande minatus est dicens: Contristas
me si non audis patrem tuum. Noli me con-
tristare, quia non expedit tibi. Sed isdem go-
thus in cordis sui feritate permanens ne-
gando discessit. Die uero altero digres-
surus rursum ad episcopum uenit, quem isdem

verbis pater pro pueris iterum rogauit. Episcopus
Cumque ad reddendum nullo modo consentire
voluisset, contristatus episcopus dixit: Scio quia
tibi non expedit quod me contristato discedas.
Hec uerba gothus despexit atque ad hospi-
tium reuersus eosdem pueros de quibus age-
batur equis impositos cum suis homi-
nibus premisit. Ipse statim ascendens equum
subsecutus est. Cumque in eadem ciuitate
ante beati petri apostoli ecclesiam venisset, equi eius
pes lapsus est, qui cum eo corruit et eius mox
coxa confracta est ita ut in duas ossa esset
diuisum. Tunc eleuatus in manibus
reductus est ad hospicium. Qui festinanter mi-
sit et pueros quos premisit reduxit, et uiro
venerabili fortunato mandauit dicens:
Rogo pater ut mittas ad me diaconem tuum.
Cuius diaconus dum ad iacentem uenisset,
pueros quos reddere se episcopo omnino ne-
gauerat ad medium deduxit, eosque diacono
illius reddidit dicens: Vade et dic domino
meo episcopo: Quia maledixisti michi, ecce per-
cussus sum, sed pueros quesisti recipe et pro
me rogo intercede. Susceptos itaque pueros
ad episcopum diaconus reduxit. Cui benedictam
aquam venerabilis fortunatus statim dedit
dicens: Vade citius et eam super iacentis cor-
pus proice. Perrexit itaque diaconus et ad
gothum ingressus benedictam super membra
eius aspersit. Res mira et uehementer
stupenda mox ut aqua benedicta gothi me-
bra tetigit ita omnis fractura solidata est
et saluti pristine coxa restituta ut hora
eadem de lecto surgeret et ascenso equo ita
iter ceptum ageret ac si nullam umquam lesionem
corporis pertulisset. Factum est igitur ut qui sancto
viro fortunato pueros cum precio reddere obe-
diencia subiectus noluit, eos sine precio
pena subactus daret. His ergo expletis
studebat adhuc senex de eo et alia narra-
re. Sed quia nonnulli aderant ad quos
hortandos occupabar iamque dici tarda
hora incubuerat, facta venerabilis for-
tunati diu michi audire non licuit, que audire
si liceat semper uolo. Sed die alio idem senex
rem de illo adhuc magis mirabilem nar-
rauit dicens: In eadem tudertina urbe
marcellus quidem bone actionis vir cum
duabus sororibus suis habitabat. Qui eue-
niente molestia corporis ipso sacratissimo
uespere adstante sabbato paschali defunctus est.
Cuius cum corpus longius esset efferendum.

die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad explendum debitum sepulture, sorores eius morte illius afflicte cucurrerunt flentes ad venerabilem Fortunatum, eique magnis vocibus clamare ceperunt: Scimus quia apostolorum vitam tenes, leprosos mundas, cecos illuminas; veni et resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut fratrem earum cognovit defunctum, flere cepit ipse de morte illius, eisque respondit dicens: Recedite, et hec dicere nolite, quia iussio omnipotentis dei est, cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus, tristis ex morte eius remansit episcopus. Subsequenti autem die dominico ante exurgentis lucis crepusculum vocatis duabus diaconibus suis pergit ad domum defuncti, et accessit ad lectulum ubi corpus exanime iacebat, ibique in orationem se dedit. Expleta autem prece surrexit et iuxta corpus defuncti sedit. Non autem grandi voce defunctum per nomen vocavit dicens: Frater Marcelle. Ille autem ac si leviter dormiens ad vicinam vocem quamvis modicam fuisset excitatus, statim oculos aperuit, atque ad episcopum respiciens dixit: O quid fecisti? O quid fecisti? Cui episcopus: Quid feci? At ille ait: Die hesterno duo venerunt qui me eicientes ex corpore in bonum locum duxerunt. Hodie autem missus est unus qui dixit: Reducite eum, quia Fortunatus episcopus in domum illius venit. Quibus expletis ex infirmitate mox convaluit et in hac vita diutius mansit. Nec tamen credendum est quia locum quem acceperat perdidit, quia dubium non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius vivere, qui ante mortem studuit omnipotenti deo placere. Sed cur multa de eius vita dicimus, cum nunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus? Demoniacos namque absolvere, egros curare quotiens ex fide petitur, ut viventis consueverat, hoc et indesinenter facit apud sua ossa mortua perseverat. Sed libet adhuc Petre ad vallis eiusdem provincie partes narrationis mee verba reducere, de quibus valde eximia miracula ex ore venerabilis Fortunati, cuius longe superius mentionem feci, contigit audisse. Qui nunc crebro ad me veniens, dum facta mihi vetera narrat, nova refectione me satiat.

Martinus de pane subcinericio cruce signato. Capitulum XI.

Quidam in eadem provincia Martinus nomine devotus valde omnipotentis dei famulus fuit, qui de virtutis sue testimonio signum dedit. Cum quadam die fratres illius subcinericium panem fecissent, eique obliti essent crucis signum imponere, sicut in hac provincia crudi panes ligno signari solent, ut per quadras quatuor partiti videantur, idem dei famulus affuit, eisque respondentibus signatum non fuisse cognovit. Cumque iam panis ille prunis et cineribus esset coopertus, dixit: Quare hunc minime signastis? Et hec dicens signum crucis contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum panis dedit, ac si ingens olla in igne crepuisset. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne abstractus, ea cruce signatus inventus est quam fides fecerat.

Severus mortuum resuscitat. Capitulum XII.

In eodem etiam loco est villa que Interocrina dicitur, famulari verbo rustico Interocrina nominatur. In hac erat quidam vite valde admirabilis Severus nomine ecclesie beate Marie dei genitricis et semper virginis sacerdos. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum venisset diem, missis concite nuntiis rogavit ut ad se quantocius veniret, et suis orationibus pro peccatis eius intercederet, ut acta de malis suis penitentia solutus culpa de corpore exiret. Quem videlicet sacerdotem inopinate contigit ut ad plantandam vineam esset occupatus, et ad se venientibus diceret: Antecedite, ego vos subsequar. Cumque videret sibi in opere eodem parum aliquid subesse, paululum moram fecit, ut opus quod in manibus restabat expleret. Quo expleto ire cepit ad egrotum. Cumque pergeret, hi qui prius venerant obviam facti sunt dicentes: Quare tardasti pater? Noli fatigari, quia iam defunctus est. Quo audito ille contremuit magnisque vocibus se interfectorem illius clamare cepit. Flens itaque pervenit ad corpus defuncti, seseque coram lecto eius ad lacrimas in orationem dedit. Cumque vehementer fleret et in terra caput tunderet, seseque reum mortis illius clamaret, repente is qui defunctus fuerat animam recepit. Quod dum multi qui circumstabant

aspicerent admirationis vocibus erupisse ceperunt amplius pre gaudio flere. Cumque eum requirerent ubi fuerat et quo rediret, ait: Teterri erant valde homines qui me deducebant et quorum ore et naribus ignis exibat quem tolerare non poteram. Cumque per obscura loca me ducerent, subito visionis pulchre iuvenis ad alios mecum euntibus obviam factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite eum quia plangit eum Severus presbiter. Cuius eius lacrimis eum dominus donavit. Severus protinus de terra surrexit eique penitentiam agenti operam sue intercessionis prebuit. Et dum per septem dies de perpetratis culpis penitentiam egit redivivus, agens octavo die letus de corpore exivit. Pensa queso hunc de quo loquimur Severum quam dilectum dominus attendit, quem contristari nec ad modicum pertulit. **Petrus.**

Admiranda sunt valde hec que me meminit latuisse. Sed quid esse dicimus quod tales viri modo nequeunt inveniri? **Gregorius.**

Ego Petre multos tales in hoc seculo nec modo deesse existimo. Neque enim si talia non faciunt ideo tales non sunt. Vite namque vera estimatio est in virtute operum non in ostensione signorum. Nam sunt plerique qui signa non faciunt, signa tamen facientibus dispares non sunt. **Petrus.**

Unde michi rogo hoc ostendi potest quod sint quidam qui signa non faciunt et tamen signa facientibus dissimiles non sunt. **Gregorius.**

Nunquid quem Paulus apostolus Petro apostolorum primo in principatu apostolico frater est? **Petrus.**

Scio plane nec dubium est quia etsi minimus apostolorum tamen plus omnibus laboravit. **Gregorius.**

Quod bene reminisceris. Petrus in mari pedibus ambulavit, Paulus in mari naufragium passus est. Et in uno eodemque elemento ibi Paulus navi non potuit ubi Petrus pedibus iter fecit. Aperte igitur constat quia cum utriusque virtus fuerit dispar in miraculo, utriusque tamen meritum dispar non est in celo. **Petrus.**

Placet fateor omnino quod dicis. Scire aperte cognovi quia vita et non signa querenda sunt. Sed quia ipsa signa que sunt bone vite testimonium ferunt, queso adhuc si qua sunt referas et esurientem me per exempla bonorum pascas. **Gregorius.**

Velim tibi in laudibus redemptoris nostri de vita venerabilis Benedicti aliqua narrare, sed ad hec explenda hodiernum tempus video non posse sufficere. Liberius itaque hec loquimur si aliud exordium sumamus.

Incipit liber secundus De vita sancti Benedicti. Capitulum i.

Fuit vir vite venerabilis gratia Benedictus et nomine, ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile. Etatem quippe moribus transiens nulli animum voluptati dedit. Sed cum in hac terra adhuc esset quo temporaliter libere uti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum suo flore. Qui liberiori genere provincie Nursie exortus, Rome liberalibus litterarum studiis traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quasi in ingressum mundi posuerat retraxit pedem, ne si quid ei de scientia sua attingeret, ipse quoque postmodum in immane precipitium totus iret. Despectis itaque litterarum studiis, relicta domo rebusque patris, soli deo placere desiderans, sancte conversationis habitum quesivit. Recessit igitur scienter nescius et sapienter indoctus. Huius ego omnia gesta non didici, sed pauca que narro quatuor illius discipulis referentibus agnovi: Constantino scilicet reverentissimo valde viro qui ei in regimine monasterii successit, Valentiano quoque qui annis multis Lateranensi monasterio prefuit, Simplicio quoque qui congregationem illius post eum tertius rexit, Honorato etiam qui nunc adhuc celle eius in qua prius conversatus fuerat preest. Hic itaque cum iam relictis litterarum studiis petere deserta decrevisset, nutrix que hunc arctius amabat sola secuta est. Cumque ad locum venissent qui Affide dicitur, multisque honestioribus viris caritate se illic detinentibus in beati Petri ecclesia demorarentur, predicta nutrix eius ad purgandum triticum a vicinis mulieribus prestari sibi capisterium petiit, quod super mensam incaute posuit; casu accedente fractum est, sic ut in duabus partibus inveniretur divisum. Quod mox ut rediens nutrix illius invenit, vehementissime flere cepit, quia vas quod prestitum acceperat fractum

De capisterio

videbat. Benedictus autem religiosus et pius puer cum nutricem suam flere conspiceret, eius dolori compassus, ablatis secum utrisque fracti capisterii partibus sese cum lacrimis in orationem dedit. Qui ab oratione surgens ita iuxta se vas sanum repperit, ut in eo fracture nulla vestigia inveniri potuissent. Mox autem nutricem suam blande consolatus ei sanum capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Que res in loco eodem a cunctis est agnita atque in tanta admiratione habita, ut hoc ipsum capisterium eius loci incole in ecclesie ingressu suspenderent, quatenus et presentes et secuturi omnes agnoscerent Benedictus puer conversationis gratiam a quanta perfectione cepisset. Quod annis multis illic ante oculos omnium fuit et usque ad hec Longobardorum tempora super fores ecclesie pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti quam laudes, magis pro Deo laboribus fatigari quam vite huius favoribus extolli, nutricem suam occulte fugiens deserti loci secessum peciit, cui Sublacus vocabulum est, qui a Romana urbe xl fere milibus distans frigidas atque perspicuas emanat aquas. Que illic videlicet aquarum habundancia in extenso prius lacu colligitur, ad postremum vero in amnem derivatur. Quo cum fugiens pergeret, monachus quidam Romanus nomine hunc euntem repperit, quo tenderet inquisivit. Cuius cum desiderium cognovisset, et secretum tenuit et adiutorium impendit, eique sancte conversationis habitum tradidit et in quantum licuit ministravit. Vir autem Dei ad eundem locum perveniens in artissimo specu se tradidit, tribusque annis excepto Romano monacho hominibus incognitus mansit. Qui videlicet Romanus non longe in monasterio sub Deodati patris regula degebat, sed pie eiusdem patris sui oculis furabatur horas, et quem sibi ad manducandum subripere poterat diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem vero specum a Romani cella iter non erat, quia excelsa desuper rupes eminebat, sed ex eadem rupe in longissimo fune ligatum Romanus deponere panem consueverat, in quo etiam resti parvum tintinnabulum inseruit, ut ad sonum tintinnabuli vir Dei cognosceret quando sibi panem Romanus preberet. Sed antiquus hostis unius caritati invidens et alterius refectioni, cum quadam die submitti panem conspiceret, iactavit lapidem et tintinnabulum fregit.

De tyntinabulo fracto

Romanus tamen modis congruentibus ministrare non desiit. Cum vero omnipotens Deus iam et Romanum vellet a labore quiescere et Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare, ut posita super candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus qui in domo Dei sunt luceret, cuidam presbytero longius manenti, qui refectionem sibi in paschali festivitate paraverat, Dominus per visum apparere dignatus est dicens: Tu tibi delicias paras et servus meus in illo loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit atque in ipsa sollemnitate paschali ad locum tetendit, et virum Dei per abrupta moncium et concava vallium et defossa terrarum quesivit, eumque latere in specu repperit. Cumque oratione facta et benedicentes omnipotentem Dominum consedissent, post dulcia vite colloquia is qui advenerat presbyter dixit: Surge et sumamus cibum, quia hodie pascha est. Cui vir Dei respondit dicens: Scio quod pascha est, quia videre te merui. Longe quippe ab hominibus positus, quia die eodem paschalis esset sollempnitas ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit dicens: Veraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est. Abstinere tibi minime congruit, quia et ego ad hoc missus sum, ut dona Dei omnipotentis pariter sumamus. Benedicentes igitur Deum sumpserunt cibum. Expleta itaque refectione et colloquio ad ecclesiam presbyter rediit. Eodem quoque tempore hunc in specu latitantem pastores invenerunt. Quem dum vestitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam bestiam esse crediderunt, sed cognoscentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam a bestiali mente mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit, factumque est ut ex illo tempore a multis frequentari cepisset. Qui cum ei cibos deferrent corporis, ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vite.

·ij· Quadam die dum solus esset, temptator affuit. Nam nigra parvaque avis que vulgo merula vocatur circa eius faciem volitare cepit, eiusque vultui importune insistere, ita ut capi manu posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset. Tanta autem temptatio carnis avi eadem recedente secuta est, quanta vir sanctus numquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante oculos mentis

eius reduxit tanto quod igne servum dei animum in specie illius accendit ut se in eius pectore amore flamma vix caperet et iam pene deserere heremum voluptate victus deliberaret. Cum subito superna gratia respectu ad semetipsum reversus est atque urticarum et veprium iuxta se densa succrescere fruteta respiciens exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis et urticarum incendiis proiecit ibique diu volutatus toto eius corpore vulneratus exiit et per cutis vulnera eduxit a corpore mentis vulnus quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque penaliter bene arderet foris extinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum quia mutavit incendium. Ex quo videlicet tempore sicut post discipulis ipse perhibebat ita in illo est omnis temptatio voluptatis edomita ut tale in se aliquid minime sentiret. Ceperunt postmodum multi iam mundum relinquere ad eius atque magisterium festinare. Liber quippe a temptationis vitio iam iure factus est virtutum magister. Unde et per Moysen precipitur ut Levite a xxv annis et supra ministrare debeant ab anno vero quinquagesimo vasorum custodes fiant.

Qualiter se volvit in spinis

Petrus. Iam quidem prolati testimonii mihi aliquantum intellectus interlucet sed hoc plenius postulo exponi.

Gregorius. Liquet petre quod in iuventute carnis temptatio ferveat ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. Vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in temptatione sunt subesse eos atque servire necesse est et obsequiis laboribusque fatigari. Cum vero iam mentis etate tranquilla calor recesserit temptationis custodes vasorum sunt quia doctores animarum fiunt.

calor

Petrus. Fateor placet quod dicis. Sed quia prolati testimonii claustra reserasti quaeso ut de vita iusti debeas ea que sunt inchoata percurrere.

Gregorius. Recedente igitur temptatione vir dei quasi spinis erutis exculta terra de virtutum segete fructum feracius reddidit. Preconio itaque eximie conversationis celebre nomen eius habebatur.

iii.

[Capitulum] iii. Non longe autem monasterium fuit cuius congregationis pater defunctus est omnisque ex illo congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit et magnis precibus ut eis preesse deberet petiit. Qui diu negando distulit suos et illorum fratrum mores convenire non posse predixit sed victus quandoque precibus consensum dedit. Cumque in eodem monasterio regularis vite custodiam teneret nullique ut prius per actus illicitos in dexteram levamque partem deflectere a conversationis itinere liceret suscepti fratres insana sevientes semetipsos prius accusare ceperunt quia hunc sibi preesse poposcerant quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere et se dolerent assueta relinquere durumque esset quod in mente vetere cogebantur nova meditari sicut pravis moribus semper gravis est vita bonorum tractare de eius morte conati sunt. Qui inito consilio venenum vino miscuerunt et vas vitreum in quo ille pestifer potus habebatur recumbenti patri ex more monasterii ad benedicendum fuisset oblatum Benedictus extensa manu signum crucis edidit et vas quod longius tenebatur eodem signo rupit sicque confractum est ac si in illo vase pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir dei quia potum mortis habuerat quod portare non potuit signum vite. Atque ideo surrexit et vultu placido mente tranquilla convocatis fratribus locutus est dicens: Misereatur vestri fratres omnipotens deus. Quare in me ista facere voluistis. Numquid non prius dixi quia vestris ac meis moribus non conveniret. Ite et iuxta mores vestros patrem vobis querite quia me post hec habere minime potestis. Tunc ad locum dilecte solitudinis rediit et solus in superni spectatoris dei oculis habitavit secum.

Petrus. Minus patenter intelligo quid hoc sit habitavit secum.

Gregorius. Si sanctus vir contra se conspirantes et sue conversationi longe dissimiles coactos diu sub se tenere voluisset fortasse sui vigoris usum et modum tranquillitatis excederet atque a contemplationis lumine mentis sue oculum declinasset. Dumque quotidie in correctione illorum fatigatus minus curaret sua et se forsitan relinqueret et illos non emendaret. Nam quotiens per cogitationis motum nimium extra nos ducimur et nobiscum non sumus

quia nosmetipsos nimie videntes per alia
vagamur. An istum secum fuisse dicam
qui in longinquam regionem abiit porcionem
quam acceperat consumpsit, uni civium in
illa adhesit, porcos pavit quos et sili-
quas manducare videret et esuriret. Qui tamen
cum postmodum cepit cogitare bona
que perdidit, scriptum est de illo: In se
reversus dixit, quanti mercenarii in domo
patris mei habundant panibus. Si igitur
secum fuit unde ad se rediit. Hunc ergo
venerabilem virum secum habitare dixerim,
quia in sua custodia circumspectus ante
oculos conditoris sui se semper aspiciens
se semper examinans extra se mentis sue
oculum non divulgavit. **Petrus.**

Quid est ergo quod de petro apostolo scrip-
tum est dum ab angelo de carcere
esset eductus, quia ad se reversus dixit: Nunc
scio vere quia misit dominus angelum suum
et eripuit me. **Gregorius.**

Duobus modis petre extra nos duci-
mur, quia aut per cogitationis lap-
sum sub nosmetipsos recidimus, aut per
contemplationis graciam super nosmetipsos
levamur. Ille itaque qui porcos pavit
vagatione mentis et immundicia sub semet
ipso cecidit. Iste vero quem angelus solvit
eiusque mentem in extasi rapuit extra
se quidem sed super semetipsum fuit. Uterque
ergo ad se rediit, quando et ille ab errore o-
peris se collegit ad cor, et ille a contempla-
cionis culmine ad hoc rediit quod et com-
munem intellectum prius fuit. Venerabilis
igitur Benedictus in illa solitudine habitavit se-
cum inquantum sese intra claustra cogi-
tacionis custodivit. Nam quociensque
hunc contemplacionis ardor in altum rapuit
se sub se procul dubio reliquit. **Petrus.**

Placet quod dicis, sed queso respon-
deas michi si fratres deserere debuit
quos semel suscepit. **Gregorius.**

Ut ego petre existimo ibi mali
adunati equanimiter portandi
sunt ubi aliqui inveniuntur boni. Nam
ubi omnino fructus de bonis deest fit ali-
quando de malis labor supervacuus maxime
si cause suppetant que fructum deo ferre melio-
rem valeant. Vir itaque sanctus propter quem cus-
todiendum staret qui omnes unanimiter se per-
sequentes cerneret. Sepe enim agitur in animo
perfectorum, quod silencio preterendum non est

quia laborem suum sine fructu esse considerant
ad locum alium et ad laborem facientem fructum
migrant. Unde ille egregius predicator qui
dissolvi cupit et esse cum christo, cui vivere christus est
et mori lucrum, qui certamina passionum non
solum ipse appetiit sed ad tollerandum hec et alios
accendit. Damasci persecucionem passus ut
potuisset evadere funem sporta murumque
quesivit seque latenter deponi voluit. Num-
quid illum mortem dicimus timuisse quam
pro amore ihesu se testatur appetere. Sed cum in
eodem loco minorem sibi fructum conspiceret
adesse et gravem laborem, ad laborem alibi
cum fructu se servavit. Fortis etenim prelia-
tor dei, teneri intra claustra noluit
sed campum certaminis quesivit. Unde idem venera-
bilis Benedictus si libenter audis cicius agnoscis
quia vivos indociles deseruit, et in aliis
locis plures a morte anime suscitavit. **Petrus.**

Ita esse ut doces
et manifesta racio et prolatum congruum
testimonium declarat. Sed queso ut de vi-
ta tanti patris ad narracionis ordinem re-
deas. **Gregorius. Capitulum iiii.**

Cum sanctus vir in eadem solitu-
dine virtutibus et signis succresceret
et multi ab eo in eodem loco ad dei omnipo-
tentis servicium sunt congregati ita ut illic
duodecim monasteria cum omnipotentis
ihesu christi domini nostri opitulacione constru-
eret. In quibus statutis patribus duodenos
monachos deputavit, sed paucos secum
retinuit quos adhuc in sua presencia ap-
tius erudiri iudicavit. Cepere etiam
ad eum tunc Romane urbis nobiles
et religiosi concurrere, suosque filios deo om-
nipotenti nutriendos ei dare. Tunc quoque
bone spei soboles eutitius maurum, ter-
tullus vero patricius placidum tradidit.
Ex quibus maurus iunior cum bonis pol-
leret moribus magistri adiutor cepit esse,
placidus vero puerilis indolis annos
gerebat. **De monacho quem diabolus
duxit extra oratorium.** In uno autem
ex eisdem monasteriis que circumquaque con-
struxerat quidam monachus erat qui ad
orationem stare non poterat, sed mox ut se fra-
tres ad studium orationis inclinassent ipse
egrediebatur foras et mente vaga terre-
na aliqua et transitoria agebat. Cumque
ab abbate suo sepius fuisset admonitus
ad virum dei adductus est. Ipse quoque ei

scilicet iam vehementer increpavit, et ad monasterium reversus vix duobus diebus vir dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad usum proprium reversus vagari orationis tempore cepit. Quod cum Pompeiano patri monasterii nuntiatum fuisset, ait: Ego venio et eum per memetipsum emendabo. Cumque vir dei venisset ad idem monasterium et constituta hora expleta psalmodia se fratres in orationem dedissent, aspexit ut eundem monachum qui manere in oratione non poterat quidam puerulus niger per vestimenti fimbriam foras traheret. Tunc eiusdem monasterii patri Pompeiano nomine et Mauro dei famulo secretius dixit: Nunquid non aspicitis quis est qui monachum istum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus ut et vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque fuisset per biduum oratum, Maurus vidit, Pompeianus pater eiusdem monasterii videre non potuit. Die igitur alia expleta oratione vir dei oratorium egressus stantem foris illum monachum repperit, quem pro cecitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis ulterius a nigro puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit, sicque antiquus hostis dominari non est ausus in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

v. Ex his autem monasteriis in eodem loco constructis tria sursum in rupibus montis erant, et erat fratribus valde laboriosum semper ad lacum descendere ut aquam haurire debuissent, maxime quia in devexo montis latere erat grave descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis ad dei famulum Benedictum venerunt dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam quotidie usque ad lacum descendere, et ideo necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blande consolatos dimisit, et nocte eadem cum parvo puerulo nomine Placido, cuius superius mentionem fecimus, eiusdem montis ascendit rupem, ibique diutius oravit, et oratione completa tres petras in loco eodem pro signo composuit, atque ad suum cunctis illic nescientibus monasterium rediit. Cumque die alio ad eum pro necessitate aque predicti redissent fratres, dixit: Ite et rupem illam in qua tres super invicem positas petras invenietis in modico cavate. Valet enim omnipotens deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis tantum laborem itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam Benedictus predixerat iam sudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus est, que tam sufficienter emanavit ut nunc usque ubertim defluat atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur.

De ferro natante super aquam.

Alio quoque tempore gothus quidam pauper spiritu ad conversionem venit, quem vir dei Benedictus libentissime suscepit. Quadam vero die ei dari ferramentum iussit quod a falcis similitudine falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscideret quatenus illic fieri deberet ortus. Locus autem quem ipse gothus mundandum susceperat super ripam laci iacebat. Cumque gothus idem densitatem veprium totius virtutis adnisu succideret, ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit, ubi scilicet tanta aquarum profunditas ut spes requirendi hoc ferramentum iam nulla haberetur. Itaque ferro perdito tremebundus ad Maurum monachum gothus cucurrit, damnum quod fecerat nuntiavit, et reatus sui egit penitentiam. Quod Maurus monachus mox Benedicto dei famulo curavit indicare. Vir igitur domini Benedictus hec audiens accessit ad locum, tulit de manu gothi manubrium et misit in lacum, et mox ferrum de profundo rediit et manubrium intravit. Qui statim ferramentum gotho reddidit dicens: Ecce labora et noli contristari.

De Placido puero cadente in aquam.

Quadam vero die dum idem venerabilis Benedictus in cella consisteret, predictus Placidus puer sancti viri monachus ad hauriendam aquam de lacu egressus est. Qui vas quod tenebat in aquam incaute submittens ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox unda rapuit et pene in unius sagitte cursum a terra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellam positus hoc agnovit, et Maurum festine vocavit dicens: Frater Maure, curre, puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat in lacum cecidit, iamque eum longius unda trahit. Res mira et post sanctum Petrum apostolum inusitata. Benedictione etenim postulata atque percepta ad patris sui imperium concitus perrexit

maurus usque ad illum locum quo ab
unda ducebatur puer per terram se currere exti-
mans super aquam cucurrit eumque per capil-
los tenuit et rapido cursu rediit. Qui mox
ut terram tetigit ad se reversus post tergum
respexit et quia super aquas cucurrisset
agnovit et quod presumere non potuisset
miratus extremuit factum. Reversus itaque ad patrem
rem gestam retulit. Vir
autem venerabilis benedictus hoc non suis meri-
tis sed obediencie illius deputare cepit. At contra
maurus pro solo eius imperio factum dicebat
seque conscium in illa virtute non esse quam
nesciens fecisset. Sed in hac mutue humili-
tatis amica contencione accessit puer autem
arbiter qui ereptus est. Nam dicebat Ego
cum ex aqua traherer super caput meum abba-
tis mei melotem videbam atque ipsum me
ex aquis educere considerabam. Petrus

Magna sunt valde que narras et
ad edificacionem multorum profutura.
Ego autem boni viri miracula quo plus
bibo eo plus sicio. Gregorius. viii.

Cum iam in loco eodem multi
in amore domini nostri ihesu christi ferve-
rent, et secularem vitam multi relinque-
rent et sub levi iugo redemptoris cordis
cervicem edomarent, sicut mos pravorum
est invidere in aliis virtutis bonum quod
ipsi habere non appetunt vicine ecclesie presbiter
florencius nomine malicia antiqui hostis
percussus sancti viri studiis cepit emulari
eiusque conversacioni derogare et quos posset
ab eius visitacione compescere. Cumque
iam conspiceret se eius profectibus non pos-
se obviare, et conversacionis opinionem illius
crescere et multos ad statum vite melioris pre-
conio opinionis eius indesinenter vocari
invidie facibus magis magisque succensus deteri-
or fiebat, quia conversacionis illius habere
appetebat laudem et laudabilem vitam
habere nolebat. De pane venenoso.

Qui cum eiusdem invidie tenebris cecatus
ad hoc usque perductus est ut servo omnipo-
tentis dei infectum veneno panem quasi
pro benediccione transmitteret. Quem vir dei cum
graciarum accione suscepit, sed eum que pestis
lateret in pane non latuit. Ad horam
refectionis illius ex vicina silva corvus
venire consueverat et panem de manu eius
accipere. Qui cum more solito venisset pa-
nem quem presbiter transmiserat vir dei an-
te corvum proiecit eique precepit dicens In no-
mine domini ihesu christi tolle hunc panem
et in tali loco eum proice ubi a nullo homine
possit inveniri. Tunc corvus aperto ore
et expansis alis circa eundem panem discurrere
et crocitare cepit ac si diceret obedire
se velle et tamen iussa implere non posse.
Cui vir dei iterum precepit dicens Leva
leva securus et ibi proice ubi inveniri
non possit. Quem diu demoratus corvus
tandem levavit et recessit. Post trium
horarum spacium abiecto pane rediit et
de manu hominis dei annonam quam sue-
rat accepit. Venerabilis autem pater contra
vitam suam inardescere sacerdotis animum
videns magis illi quam sibi doluit. Sed
predictus florencius quia viri dei necare
non potuit se ad extinguendas discipu-
lorum animas accendit ita ut in orto celle
cui benedictus preerat ante eorum oculos sep-
tem nudas puellas mitteret que coram
eis sibi invicem manus tenentes et diu-
tius ludentes ut illorum mentes ad perversi-
tatem libidinis inflammarent. Quod
sanctus vir de cella conspiciens et lapsum in
discipulis adhuc tenerioribus pertimes-
cens pro sua solius persecucione fieri per-
tractans invidie locum dedit atque cun-
cta oratoria que construxerat sub sta-
tutis prepositis adiunctis fratribus ordina-
vit et paucis monachis secum ablatis
habitacionem loci mutavit. Mox autem ut vir
dei eius odium humiliter declinavit, omnipotens
deus hunc terribiliter percussit. Nam pre-
dictus presbiter stans in solario benedictum
cum discessisse cognosceret et exultaret
perdurante immobili tota domus fabri-
ca hoc ipsum in quo stabat solarium
cecidit et hostem benedicti extinxit. Quod
viri dei discipulus maurus statim
venerabili benedicto qui adhuc a loco
eodem vix decem milibus aberat estima-
vit esse nunciandum dicens Revertere
quia presbiter qui te persequebatur ex-
tinctus est. Quod vir dei benedictus
audiens sese in gravibus lamentis dedit
vel quia inimicus occubuit vel quia
de inimici morte discipulus gaude-
bat. Qua de re factum est ut eidem
discipulo penitenciam indiceret quod talia
mandans gaudere de inimici interitu
presumpsisset. Petrus.

Mira sunt valde et multum stupenda
que dicis. Nam in aqua ex petra
producta moysen, in ferro quod ex profundo re-
diit heliseum, in itinere aque petrum, in
obediencia corui heliam, in luctu mortis
inimici dauid video. Ut perpendo vir iste
omnium iustorum spiritu plenus fuit.

Vir domini benedictus **Gregorius**
Petre vnius spiritum habuit qui per con-
cessam graciam redempcionis omnium electorum
corda repleuit. De quo iohannes dicit. E-
rat lux vera que illuminat omnem homi-
nem venientem in hunc mundum. De
quo rursum scriptum est. De plenitu-
dine eius nos omnes accepimus. Nam sancti
dei potuerunt a domino virtutes habere non tamen aliis
dare. Ille autem signa virtutis subditis dedit
qui se daturum signum ione promisit inimi-
cis ut coram superbis mori dignaretur coram
humilibus resurgere. Quatenus viderent quod contemp-
nerent et isti quod venerantes amare debu-
issent. Ex quo misterio actum est ut dum sup-
bi aspiciunt despectum mortis, humiles contra
mortem aspiciant gloriam potestatis. **Petrus**

Queso te post hec ad que loca vir
sanctus migrauit vel si aliquas
in eis virtutes ostendit innotesce.

Sanctus vir ad alia **Gregorius ix.**
loca demigrans locum non hostem
mutauit. Nam post tanto grauiora prelia
pertulit quanto contra se aperte pugnantem ipsum
magistrum malicie inuenit. Castrum enim quod
cassinum dicitur in latere excelsi montis situm
est. Qui videlicet mons distenso sinu hoc
idem castrum recepit, sed per tria milia in
altum surgens velut ad aera cacumen
tendit. Ubi vetustissimum fanum fuit in quo
ex antiquorum gentilium more a rusticorum
stulto populo apollo colebatur. Circumquaque
etiam in cultu demonum luci succreuerant
in quo adhuc eodem tempore infidelium insana
multitudo sacrificiis sacrilegiis insudabat.
Ibi itaque vir dei perueniens contriuit ydolum
subuertit aram succendit lucos et in ipso
templo apollinis oratorium beati martini
et vbi ara eiusdem apollinis fuit oracu-
lum sancti iohannis construxit et commoran-
tem circumquaque multitudinem predicacio-
ne continua ad fidem christi vocauit. Sed
hec antiquus hostis tacite non ferens
non occulte vel per sompnium sed aperta
visione eiusdem patris oculis se inge-
rebat et magnis clamoribus vim se pati con-
querebatur. Ita ut vocem illius eciam fratres
audirent quamuis ymaginem minime. Ut ipse
discipulis suis venerabilis pater dicebat cor-
poralibus eius oculis idem antiquus hostis
teterrimus et succensus apparebat qui in eum
ore et oculis flammantibus seuire videbatur.
Iam vero que diceret audiebant omnes. Prius
enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum vir
dei minime responderet ad eius mox contume-
lias erumpebat. Nam cum clamaret dicens
Benedicte benedicte et nullo modo eum respon-
dere conspiceret protinus adiungebat. Maledicte
et non benedicte quid mecum habes quid
me persequeris. Sed iam nunc spectanda sunt
contra dei famulum hostis antiqui certamina no-
ua. Cui pugnam quidem intulit sed occasi-
ones victorie ministrauit inuitus.

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem
celle construerent lapis in medio iacebat
quem in edificium leuare decreuerunt. Cumque
eum duo vel tres mouere non possent plures
adiuncti sunt. Sed ita inmobilis mansit ac
si radicitus in terra teneretur ut palam daretur
intelligi quod super eum ipse per se antiquus
hostis sederet, quem tantorum virorum ma-
nus mouere non possent. Difficultate
igitur facta ad virum dei missum est ut veni-
ret et orando hostem repelleret ut lapidem
mouere potuissent. Qui mox veniens oracio-
nem faciens benediccionem dedit et lapis tan-
ta celeritate leuatus est ac si prius nullum
pondus habuisset. **De igne fantastico x.**

Tunc in conspectu viri dei placuit ut in
loco eodem terram foderent. Quam dum
fodiendo penetrarent ydolum illic inue-
nerunt. Quod ad horam in coquinam ca-
su proiecto ignis exire visus est et in cunc-
torum monachorum oculis quasi omne coqui-
ne eiusdem edificium consumere ostendit.
Cumque iactando aquam quasi extinguendo
ignem perstreperent pulsatus eodem tu-
multu vir dei aduenit. Qui eundem
ignem esse in oculis fratrum et non in suis
considerans caput protinus in oracionem
flexit et eos quos fantastico repperit deludi
fratres vocauit et ut oculos suos signarent
monuit et sanum illud coquine edificium
cernerent et flammas quas antiquus hostis
finxerat non viderent. **De puero oppresso
per casum parietis**

Rursum cum fratres
parietem quia res ita exigebat paulo

altius edificarent, vir dei in orationis studio intra celle sue claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, et quia ad fratres laborantes pergeret indicavit. Quod vir domini per nuntium fratribus celerrime indicavit dicens: Fratres, caute vos agite, quia ad vos hac hora spiritus malignus venit. Is qui mandatum detulit vix verba compleverat, et malignus spiritus eundem parietem qui edificabatur evertit, et puerulum monachum cuiusdam curialis filium opprimens ruina contrivit. Contristati omnes ac vehementer afflicti, non damno parietis sed contritione fratris. Quod venerabili patri Benedicto studuerunt celeriter cum gravi luctu nuntiare. Tunc idem pater ad se dilaceratum puerum deferri iubet, quem non portare nisi in sacco potuerunt, quia collapsa saxa parietis non solum membra sed et ossa eius contriverant. Quem vir dei statim precepit in cella sua in sago quod matta dicitur ubi orare consueverat proici. Dimissisque foris fratribus cellam clausit, et orationi instantius quam solebat incubuit. Mira res. Hora eadem hunc incolumem atque ut prius valentem ad eundem iterum laborem misit, ut etiam ipse cum fratribus parietem perficeret, de cuius interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. Cepit etiam inter ista vir dei spiritu prophetie pollere, ventura predicere, presentibus absentia nuntiare.

De monachis qui comederunt et biberunt extra cellam. xii.

Mos etenim celle fuit ut quotiens ad responsum aliquod egrederentur fratres, cibum potumque extra cellam minime sumerent. Cumque hoc de usu regule sollicite servaretur, quadam die fratres ad responsum egressi sunt, in quo tardiore compulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminam noverant. Cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam redissent, patris benedictionem ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus est dicens: Ubi comedistis? Qui responderunt dicentes: Nusquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Numquid illius femine habitaculum non intrastis? Numquid hos atque illos cibos non accepistis? Numquid tot calices non bibistis? Cumque eis venerabilis pater et hospitium mulieris et genera ciborum et numerum potionum diceret, recognoscentes cuncta que egerant, ad pedes eius tremefacti ceciderunt, et deliquisse se confessi sunt. Ipse autem culpe pepercit, perpendens quod in absentia eius ultra talia non facerent, quem in spiritu esse presentem scirent.

De eo qui deceptus in itinere comedit. xiii.

Frater quoque Valentiniani eius monachi vir erat laicus sed religiosus. Qui ut servi dei orationem perciperet et germanum fratrem videret, annis singulis de loco suo ad cellam viri dei ieiunus venire consueverat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium faceret, alter viator factus se illi adiunxit, qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque iam hora tardior excrevisset, dixit: Veni frater, sumamus cibum, ne lassemur in via. Cui ille respondit: Absit frater, non faciam, quia ad venerabilem patrem Benedictum ieiunus semper venire consuevi. Quo responso audito comitator ad horam conticuit. Sed cum post hec aliquantulum spacium itineris egissent, rursus admonuit ut manducarent. Consentire noluit qui ieiunus venire decreverat. Tacuit quidem qui ad manducandum invitaverat, et cum eo ieiunus adhuc ad modicum pergere consensit. Cumque iter longius agerent et eos ambulantes tardior hora fatigaret, in itinere invenerunt pratum et fontem et queque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc comitator ait: Ecce pratum, ecce aqua, ecce amenus locus in quo possimus refici et parum quiescere, ut valeamus iter nostrum postmodum incolumes explere. Cum igitur verba auribus et loca oculis blandirentur, hac tertia admonitione persuasus consensit et comedit. Vespertina vero hora pervenit ad cellam. Presentatus autem venerabili patri Benedicto orationem sibi petiit. Sed mox ei vir sanctus hoc quod in via egerat improperavit dicens: Quid est frater? Hostis malignus qui tibi per comitatorem tuum locutus est, semel tibi suadere non potuit, secundo non potuit, tertio persuasit et te ad hoc quod voluit superavit. Tunc ille reatum sue infirme mentis agnoscens pedibus eius provolutus tanto magis cepit culpam deflere et erubescere, quanto se cognovit etiam absentem Benedicti patris oculis deliquisse. Petrus.

Ego sancti viri precordiis Helisei spiritum video inesse, qui absenti discipulo presens fuit. Gregorius.

De illo qui sub veste regia voluit illudere Benedicto. xiiii.

Oportet Petre ut interim sileas quatenus adhuc maiora cognoscas. Temporibus namque Gothorum cum rex eorum Totila sanctum virum prophetie spiritum habere audisset, ad monasterium eius pergens paulo longius substitit, eique se esse venturum nuntiavit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset ut veniret, ipse sicut perfide mentis fuit, an vir Domini prophetie spiritum haberet explorare conatus est. Quidam vero eius spatarius Riggo dicebatur, cui calciamenta sua prebuit, et cum regalibus vestibus indui fecit, quem quasi in sua persona ad Dei hominem pergere precepit. In cuius obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere solebant comites misit, scilicet Wldericum, Rudericum et Blidin, ut ante oculos servi Dei ipsum esse regem Totilam simulantes lateri eius obambularent. Cui etiam ad obsequia alia et spatarios prebuit, ut tam ex eisdem obsequiis quam ex purpureis vestibus rex esse putaretur. Cumque idem Riggo decoratus vestibus, obsequentium frequentia comitatus, fuisset monasterium ingressus, vir Dei eminus sedebat. Quem venientem conspiciens, cum iam audiri ab eo potuisset, clamavit dicens: Pone fili, pone hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit, et quia tanto viro illudere presumpsisset expavit. Omnesque qui cum eo ad hominem Dei veniebant terre consternati sunt. Surgentes autem propinquare ad eum minime presumpserunt, sed ad regem suum reversi, trepidi nuntiaverunt quanta velocitate deprehensi fuerant. xv. Tunc per se idem Totila ad Dei hominem accessit. Quem cum longe sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terque diceret: Surge, sed ipse ante eum de terra erigi non auderet, Benedictus Jhesu Christi famulus per semetipsum accedere dignatus est ad regem prostratum. Quem de terra levavit, et de suis actibus increpavit, atque in paucis sermonibus omnia que illi erant ventura nuntiavit dicens: Multa mala facis et multa fecisti, iam aliquando ab iniquitate compescere. Et quidem Romam ingressurus es, mare transiturus, annis novem regnaturus, decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer territus, oratione petita recessit, et ex illo iam tempore minus crudelis fuit. Nam non multo post Romam adiit, ad Siciliam perrexit, anno autem regni sui decimo omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit.

Preterea antistes Canusine ecclesie ad eundem Dei famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu regis Totile et Romane urbis perditione colloqueretur, dixit: Per hunc regem civitas ista destruetur, ut iam amplius non inhabitetur. Cui vir Domini respondit: Roma a gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis et turbinibus ac terremotu fatigata marcescet in semetipsa. Cuius prophetie misteria iam nobis facta sunt luce clariora, qui in hac urbe dissoluta menia, eversas domos, destructas ecclesias turbine cernimus, eiusque edificia longo senio lassata modo ruinis crebrescentibus prosternuntur. Quamvis Honoratus eius discipulus, cuius mihi relatione compertum est, nequaquam hoc ex ore illius se audisse perhibeat, tamen quia hoc dixerit dictum sibi a fratribus fuisse testatur.

De clerico liberato a demonio, et quem dyabolus post susceptum ordinem iterum invasit.

Eodem quoque tempore quidam Aquinensis ecclesie clericus a demonio vexabatur, qui a venerabili viro Constantio eiusdem ecclesie antistite per multa fuerat martirum loca transmissus ut sanari potuisset. Sed sancti Dei martires noluerunt sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus est itaque ad Dei famulum Benedictum, qui Domino Jhesu Christo preces fundens, antiquum hostem ab obsesso homine expulit. Cui sanato precepit dicens: Vade, et post hec carnes non comedas, ad sacrum vero ordinem nunquam accedere presumas. Quacumque die sacrum ordinem accedere presumpseris, statim iuri dyaboli mancipaberis. Discessit igitur sanus, et sicut terrere solet animum pena recens, ea que vir Dei preceperat interim custodivit. Cum vero post annos multos omnes priores illius ex hac luce migrassent, et iuniores suos sibi superponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, et ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquerat dyabolus tenuit, et cum vexare donec animam eius excuteret non cessavit.

Petrus.

Iste vir Dei ut video etiam divinitatis secreta penetravit, qui perspexit hunc

Scdus

clericum ideo diabolo traditum ne ad sacrum ordinem accedere auderet. Gregorius

Quare divinitatis secreta non nossem qui divinitatis precepta servaret? Nam scriptum est: Qui enim adheret domino unus cum eo spiritus est. Petrus

Si unus spiritus fit cum domino quisquis domino adheret, quid est quod idem egregius predicator dicit: Quis enim cognovit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim inconveniens esse videtur sensum eius ignorare cum quo unus factus fuit. Gregorius

Sancti viri in quantum cum domino unum sunt sensum domini non ignorant. Nam idem apostolus dicit: Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que dei sunt nemo cognovit nisi spiritus dei. Qui etiam ut ostenderet se nosse que dei sunt adiunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit: Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se, nobis autem revelavit per spiritum suum. Petrus xvij.

Si ergo eidem apostolo ea que dei sunt fuerant revelata, quomodo supra hoc quod dixi premisit dicens: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Sed rursum mihi hoc dicenti alia suboritur questio. Nam David propheta loquitur dicens: In labiis meis pronuntiavi omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse quam etiam pronuntiare, quid est quod Paulus incomprehensibilia esse dei iudicia asserit, David autem hec omnia non solum nosse, sed etiam in labiis suis pronuntiasse testatur? Gregorius

Ad utraque hec tibi sub brevitate respondi dicens quod sancti viri in quantum cum domino unum sunt sensum domini non ignorant. Omnes enim qui devote dominum sequuntur etiam devotione cum domino sunt, et sed adhuc pondere carnis corruptibilis gravati cum deo non sunt. Occulta itaque dei iudicia in quantum ei coniuncti sunt sciunt, in quantum disiuncti nesciunt. Quia enim secreta dei adhuc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius esse iudicia testantur. Sed quia mente ei inherent et inherendo sacre scripture eloquiis vel occultis revelationibus in quantum accipiunt cognoscunt, et norunt et pronuntiant. Iudicia igitur que deus tacet nesciunt, que deus loquitur sciunt. Unde et David propheta cum dixisset: In labiis meis pronuntiavi omnia iudicia, protinus addidit: oris tui, ac si aperte dicat: Illa iudicia ego et nosse et pronuntiare potui que te dixisse cognovi. Nam ea que ipse non loqueris nostris procul dubio cognitionibus abscondis. Concordat ergo prophetica et apostolica sententia, quia et incomprehensibilia sunt dei iudicia, et tamen que de ore eius prolata fuerint humanis labiis pronuntiantur, quia sciri ab hominibus prolata per deum possunt et occulta non possunt. Petrus

In obiectione mee questiuncule patuit ratio. Sed queso si qua sunt adhuc de huius viri virtute subiunge. Greg.

Vir quidam nobilis Theoprobus nomine eiusdem Benedicti patris fuerat admonitione conversus, qui pro vite sue merito magnam apud eum familiaritatis et gratiam habebat. Hic cum quadam die cellam eius fuisset ingressus, hunc amarissime flentem reperit. Cumque diu subsisteret et lacrimas eius cerneret non finiri, nec tamen ut consueverat vir dei orando plangeret sed merendo, quenam causa tanti fletus existeret inquisivit. Cui vir domini illico respondit: Omne hoc monasterium quod construxi et cuncta que fratribus preparavi omnipotentis dei iudicio gentibus tradita sunt. Vix autem obtinere potui ut mihi ex hoc loco anime cederentur. Cuius vocem tunc Theoprobus audivit, nos autem impletam cernimus, qui destructum eius monasterium a gente Longobardorum scimus. Nocturno enim tempore et quiescentibus fratribus illuc Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illic tenere potuerunt. Sed implevit omnipotens deus quod fideli famulo Benedicto promiserat, ut si gentibus res traderet animas custodiret. Qua in re Paulum tenuisse video Benedictum, cuius navis rerum omnium iacturam pertulit, in suam ipse consolationem vitam omnium qui comitabantur accepit. r. De serpente invento in flascone r. xviij.

Quodam quoque tempore Exhilaratus noster, quem ipse conversum nosti, transmissus fuerat a domino suo ut dei viro in monasterium duo lignea vascula que vulgo flascones vocantur

plena vino deferret. Qui unum detulit, sed alterum pergens in itinere abscondit. Vir autem domini, quem facta absentia latere non poterant, unum cum gratiarum actione suscepit, et discedentem puerum monuit dicens: De illo flascone quem abscondisti fili ne bibas, sed inclinas illum caute et invenies quid intus habeat. Qui valde confusus a dei homine exiit, et reversus volens probare quod audierat, cum flasconem inclinasset, protinus serpens de eo egressus est. Tunc predictus exhilaratus ex hoc quod in vino reperit expavit malum quod fecit.

De mappulis. xix.

Non longe autem a monasterio eius vicus erat, in quo magna multitudo hominum ab ydolorum cultu ad fidem Christi exhortatione Benedicti fuerat conversa. Ibi etiam quedam sanctimoniales femine erant, et crebro illuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedictus dei famulus curabat. Quadam vero die misit ex more. Sed is qui missus fuerat monachus post admonitionem factam a sanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit, easque sibi in sinu abscondit. Qui mox ut reversus est, vir dei eum vehementissima amaritudine cepit increpare dicens: Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, et quid egisset oblitus, unde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Numquid ego illic presens non eram quando ab ancillis dei mappulas accepisti, easque in sinum misisti? Qui mox vestigiis eius provolutus stulte se egisse penituit, et eas quas in sinu absconderat mappulas proiecit.

Quomodo cognovit cogitationes pueri sibi superbientis. xx.

Quadam quoque die dum pater venerabilis vespertina iam hora corporis alimenta perciperet, monachus eius cuiusdam defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumque vir dei ederet, et ipse cum lucerne ministerio astaret, cepit per superbie spiritum in mente sua tacitus volvere, et per cogitationem tacitus dicere: Quis est hic cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, servitium impendo? Quis sum ego ut isti serviam? Ad quem vir dei conversus cum increpatione dicens: Signa cor tuum frater. Quid est quod loqueris? Signa cor tuum. Vocatisque autem statim fratribus precepit ei lucernam tolli de manibus, ipsum vero a ministerio recedere, et cum eadem hora quietum sedere. Qui requisitus a fratribus quid habuisset in corde, per ordinem narravit quanto superbie spiritu intumuerat, et que contra virum dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit quod venerabilem Benedictum latere nihil posset, in cuius auribus etiam verba cogitationis sonuissent.

De modiis farine. xxi.

Alio quoque tempore in eadem campanie regione fames incubuerat magna, que omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamque in monasterio Benedicti triticum deerat, et panes pene omnes consumpti fuerunt, ut non plures quam quinque ad refectionis horam fratribus inveniri potuissent. Cumque eos venerabilis pater contristatos cerneret, pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, et rursum promissione sublevare dicens: Quare de panis inopia animus vester contristatur? Hodie quidem est minus, sed in die crastina habundanter habebitis. Sequenti vero die ducenti farine modii ante fores celle in saccis inventi sunt, quos omnipotens deus quibus deferentibus transmisisset, nunc usque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, domino gratias referentes didicerunt iam de habundantia nec in egestate dubitare.

Petrus. Dic ergo quaeso te, numquid credendum est huic famulo dei prophetie spiritum semper adesse, an per intervalla temporum mentem eius repleret?

Gregorius. Prophetie spiritus Petre non semper prophetarum irradiat mentes, quia sicut de spiritu sancto scriptum est: Ubi vult spirat, ita sciendum est quia et quando vult spirat. Hinc est enim quod Nathan a rege requisitus si templum construere posset, primo consensit, et postmodum prohibuit. Hinc est quod Heliseus ad mulierem flentem cernit, et causam nesciens ad puerum prohibentem hanc dicit: Dimitte eam quia anima eius in amaritudine est, et dominus celavit a me et non indicavit mihi. Quod omnipotens deus ex magna pietatis dispensatione disposuit. Quia dum prophetie spiritum aliquando subtrahit, mentes prophetarum elevat in celsitudine et custodit in humilitate

Secdus

et ut accipientes spiritum inveniat quid
a deo sint et rursus spiritum prophetie non ha-
bentes cognoscant quid sint a semet
ipsis **Petrus**

Hoc sic ratio magna declarat sed que-
so de venerabili patre benedicto quicquid
adhuc animo occurrit exequere **Gregorius**
Quomodo corporaliter apparuit in sompniis et dis-
posuit edificia. Capitulum xxii.

Alio tempore a quodam viro fide-
li fuerat rogatus ut in eius pre-
dio iuxta Tarracinensem urbem missis discipulis
suis construere monasterium debuisset. Cuius
rogationi consenciens deputatis fratribus
patrem constituit et quis secundus ei esset
ordinavit. Quibus euntibus spopondit
dicens. Ite et die illo venio et ostendo vo-
bis in quo loco oratorium in quo refec-
torium fratrum in quo susceptionem hospi-
tum et que sunt necessaria edificare debeatis.
Qui mox benedictione percepta illico perrexerunt
et constitutum diem magno opere postulan-
tes paraverunt omnia que hiis qui cum tanto
patre venire potuissent videbantur esse
necessaria. Nocte eadem qua promissus illucescebat
dies eidem servo dei quem illic pa-
trem constituerat et preposito eius vir domini
in sompniis apparuit et loca singula ubi
edificari debuissent subtiliter signavit.
Cumque utrique a sompno surgerent sibi
invicem quod viderant retulerunt. Non
tamen visioni illi omnimode fidem dantes
virum dei sicut promiserat se venire expec-
tabant. Cumque die constituto minime ve-
nisset ad eum cum merore reversi sunt
dicentes. Pater expectavimus ut veni-
res sicut promiseras et nobis ostenderes ubi
et quid edificare deberemus et non venisti.
Quibus ipse ait. Quare fratres quare ista di-
citis. Nunquid sicut promisi non veni. Cui
cum dicerent. Quando venisti. Respondit. Nunquid
vobis utrisque dormientibus non apparui
et loca singula designavi. Ite et sicut per
visionem audistis ita omnia habitacula
monasterii construite. Qui hec audien-
tes vehementer admirati ad predictum predium
sunt reversi et cuncta habitacula sicut ex revel-
latione didicerant construxerunt

Petrus
Doceri velim quo
ordine fieri potuit ut responsum
dormientibus diceret quod ipsi per visionem
audirent et cognoscerent **Gregorius**

Quid est quod perscrutatus rei geste ordi-
nem et ambiguis petre liquet per-
fecto quia mobilioris est nature spiritus quam
corpus. Et certe scriptura teste novimus quod
propheta ex iudea sublevatus est repente et
cum prandio in chaldeam depositus quo
videlicet prandio prophetam refecit seque re-
pente in iudea iterum invenit. Si igitur
tam longe abacuc potuit sub momen-
to corporaliter ire et prandium deferre, quid
mirum si benedictus obtinuit ut iret per spiri-
tum et fratrum quiescentium spiritibus necessaria
narraret ut sicut ille ad cibum corporis
corporaliter perrexit, sic iste ad institutio-
nem spiritualis vite spiritualiter pergeret.
Petrus
Manus tue locutionis
tersit a me fateor dubitationem
mentis. Sed velim nosse in communi lo-
cutione qualiter vir iste sanctus fuit.
Gregorius xxiii.
Vix ipsa petre commu-
nis locutio eius a virtutis pondere
vacua erat quia cuius cor in alto se
suspenderat nequaquam verba de ore eius in-
cassum cadebant. Si quid vero unquam
iam non discernendo sed minando di-
xerat tantas vires sermo illius habe-
bat ac si hoc non dubie nec suspen-
se sed iam per sententiam protulisset. Nam non
longe a monasterio due quedam sanctimoni-
ales femine nobiliori genere exorte in lo-
co proprio conversabantur quibus quidam
vir religiosus ad exterioris vite usum
prebebat obsequium. Sed sicut nonnullis
solet nobilitas generis parere ignobilitatem
mentis ut minus se despiciant qui se
plus ceteris aliquid in hoc mundo fuisse
meminerunt nedum prefate sanctimoniales
femine perfecte linguam sub habitus sui fre-
no restrinxerant et eundem religiosum
virum qui ad exteriora eius obsequium
prebebat sepe incautis sermonibus ad ira-
cundiam provocabant. Qui cum diu tollera-
ret perrexit ad dei hominem et quantas
pateretur verborum contumelias enarravit.
Sed vir dei hec audiens protinus manda-
vit eis dicens. Corrigite linguam vestram
quam si non emendaveritis excommu-
nico vos. Quam excommunicationis sententiam
intulit sed minando. Ille autem a pristi-
nis moribus nichil mutate intra pau-
cos dies defuncte sunt et in ecclesia sepul-
te. Cumque in eadem ecclesia missarum solle-

ma celebraretur et ex more diaconus cla
maret Si quis non communicat det locum
mitteret eas que pro eis oblationem domino offer
re consueverat eas de sepulcris suis pro
gredi et exire etiam videbat Quod
cum sepius cerneret quia ad vocem dia
coni clamantis exibat foras et intra ec
clesiam permanere non poterant ad memo
riam rediit que vir dei illis adhuc
viventibus mandavit Nam eas se ex
communicare dixerat nisi mores suos et
verba corrigerent Tunc servo dei cum gravi
merore indicatum est qui protinus obla
tionem manu dedit dicens Ite et hanc ob
lationem pro eis domino offerri facite et
excommunicate ulterius non erunt Que
oblatio dum pro eis fuisset immolata et
a diacono clamatum est ut non commu
nicantes ab ecclesia exirent ille ab ecclesia exi
re ulterius non sunt vise Qua propter
indubitanter patuit quia dum inter
eos qui communione privati sunt minime
recederent communionem a domino per servum suum
Benedictum recepisse   Petrus

Mirum est valde quamvis venera
bilem et sanctissimum virum ad
huc tamen in hac corruptibili carne
degentem potuisse animas solvere in
illo iam invisibili iudicio constitu
tas.   Gregorius

Nunquid petre in hac carne non
erat qui audiebat Quodcumque
ligaveris super terram et in celis ligatum
erit et que solveris super terram erunt so
luta et in celis Cuius vicem ligandi
et solvendi nunc obtinent qui locum
sancti regiminis fide et moribus tenent
Sed ut tanta valeat homo de terra celi
et terre conditor in terram venit celo
et ut caro iudicare de spiritibus posset
hoc eis largiri est dignatus deus pro
hominibus caro factus quia surrexit
ultra se infirmitas nostra inde unde
sub se infirmata est infirmitas dei

Cum virtute signorum   Petrus
concordat loquitur ratio ver
borum.   Gregorius c. xxiiij.

Quadam die dum quidam eius
puerulus monachus parentes su
os ultra quam debebat diligens et ad eo
rum habitaculum tendens sine benedictione de mo
nasterio exisset eadem die mox ut ad eos
venit defunctus est Cumque esset sepul
tus die altera corpus eius foras proiectum
inventum est quod sepulture rursum tra
dere curaverunt Sed die sequenti iterum proiectum
exterius et inhumatum invenerunt Tunc
concito et ad benedicti patris vestigia curren
tes cum magno fletu petierunt ut ei suam
gratiam largiri dignaretur Quibus vir domini
manu sua protinus communionem dominici
corporis dedit dicens Ite et hoc dominicum
corpus super pectus eius ponite et eum
sic sepulture tradite Quod dum factum
fuisset susceptum corpus eius terra tenuit
nec ultra proiecit Perpendis petre cu
ius meriti apud ihesum christum dominum vir
iste fuit ut terra corpus illius non susciperet
qui gratiam benedicti non haberet.   Petrus

Perpendo plane et vehementer ob
stupesco.   Gregorius c. xxv.

Quidam eius monachus mo
bilitati mentem dederat et per
manere in monasterio nolebat Cumque eum
vir dei assidue corriperet frequenter am
moneret et ipse nullomodo consentiret
in congregatione persistere sed importunis
precibus ut relaxaretur immineret quadam
die venerabilis nimietatis tedio affec
tatus iussit ut discederet Qui mox ut
monasterium exiit contra se assistere aperto ore
draconem in itinere invenit Cumque eum
idem draco devorare vellet cepit tre
mens et palpitans magnis vocibus cla
mare dicens Currite currite quia iste
draco me devorare vult Currentes autem
fratres draconem minime viderunt sed tremen
tem et palpitantem monachum reduxerunt
Qui statim promisit se iam nunquam esse
a monasterio discessurum et ex hora eadem
in sua promissione permansit quippe qui
sancti orationibus assistere contra se draconem
viderat quem prius non videndo sequebatur.

Sed neque hoc silendum puto quod illustri viro anthonio narrante
cognovi qui aiebat patris sui puerum
morbo elefantino fuisse corruptum sic
ut iam pilis cadentibus cutis intumes
ceret atque increscentem saniem occultare
non posset Qui ad virum dei ab eodem
patre suo missus est et saluti pristine
sub omni celeritate restitutus De xii
solidis inventis super archa Neque
illud taceam quod discipulus eius

Secundus

peregrinus nomine narrare consuevit quia
die quadam fidelis vir quidam necessitate
compulsus unum sibi fore debiti remedi
um credidit si ad virum dei pergeret et que eum
urgeret debiti necessitas indicaret. Venit
itaque ad monasterium omnipotentis dei famuli
et quia a creditore suo pro solidis xii graviter
inter ei insinuavit. Cui pater venera
bilis nequaquam se habere xii solidos respondit
sed tamen eius inopiam blanda locutione
consolatus ait: Vade et post biduum rever
tere quia deest hodie quod tibi debeam
dare. In ipso autem biduo more suo in oratio
ne fuit occupatus. Cum die tertio is qui
debiti necessitate affligebatur et super archam
monasterii que erat frumento plena sub
ito tredecim solidi inventi sunt quos
vir domini iussit afferri et afflicto peti
tori tribuit dicens ut xii redderet et unum
pro expensis propriis haberet. Sed ad ea
nunc redeam que eius discipulis in libri
huius exordio predictis referentibus cognovi.
Quidam vir adversarii gravissima
in emulatione laborabat cuius ad
hoc usque odium prorupit ut ei nescien
ti in potu venenum daret. Quod quamvis
vitam auferre non valuit cutis tamen colorem
mutavit ita ut diffusa in corpore eius
varietas lepre morem imitari videretur
sed ad dei hominem deductus pristinam
salutem citius recepit. Nam mox ut eum
tetigit cutis illius omnem varietatem
fugavit. De oleo mirabiliter excrescen
te in dolio. Eodem quoque tempore quo ali
mentorum inopia campaniam graviter affli
gebat vir dei diversis egentibus cuncta
alimenta monasterii sui tribuebat ut pe
ne nihil in cellario nisi parum quid
olei in vitreo vase remaneret. Tunc
quidam subdyaconus agapitus nomine
advenit magnopere postulans ut sibi
aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem
domini qui cuncta decreverat in terra tribu
ere ut in celo omnia reservaret hoc ipsum
parum olei quod remanserat iussit pe
tenti dari. Monachus vero qui cellarium
tenebat audivit quidem iubentis verba
sed implere distulit. Cumque post pau
lulum si id quod iusserat datum
esset inquireret respondit monachus
se minime dedisse quia si illud tri
bueret omnino nihil fratribus remaneret.

Tunc iratus aliis precepit ut hoc ipsum
vas vitreum in quo parum olei reman
sisse videbatur per fenestram proicerent ne in
cella aliquid per inobedientiam remane
ret. Factumque est. Sub eadem vero fenestra
ingens precipitium patebat saxorum moli
bus asperum. Proiectum itaque vas venit
in saxis sed sic mansit incolume ac si pro
iectum minime fuisset ita ut neque frangi
neque oleum effundi potuisset. Quod
vir domini precepit levari et ut erat integrum
petenti tribui. Tunc collectis fratribus ino
bedientem monachum de infidelitate sua
et superbia coram omnibus increpavit et
post hec se cum eisdem fratribus in orationem
dedit. In eodem loco ubi cum fratribus orabat
vacuum ab oleo erat dolium et coopertum. Cum-
que vir sanctus in oratione persisteret operimen
tum dolei cepit oleo excrescente suble
vari. Quo commoto atque sublevato ole
um quod excreverat ora dolii transiens
pavimentum loci in quo incubuerant
inundabat. Quod benedictus dei famulus
ut aspexit protinus orationem complevit
et oleum in pavimento fluere cessavit.
Tunc diffidentem inobedientemque fratrem
latius admonuit ut fidem habere disceret et
humilitatem. Idem frater salubriter
correptus erubuit quia pater venerabilis
dei omnipotentis virtutem quam admonitio
ne insinuaverat ostendit. Nec erat iam
ut quisquam de eius promissione dubi
tare posset qui in uno eodemque mo
mento pro vitreo vase pene vacuo
dolium plenum oleo reddidisset. De
monacho liberato a demonio pala
pam. Quadam die dum benedictus ad
beati Iohannis oratorium quod in ipso montis
cacumine situm est pergeret antiquus
hostis in specie medici in mulo residens
ei obviam factus est cornu et tripediam
ferens. Quem cum requisisset dicens:
Ubi vadis? Ille respondit: Ecce ad fratres vado
potionem eis dare. Perrexit itaque benedictus
venerabilis ad orationem qua completa con
citus rediit. Malignus vero spiritus unum se
niorem monachum invenit aquam
haurientem in quem statim ingressus est
et eum in terram proiecit et vehementissime
vexavit. Quem cum vir dei ab oratione re
diens crudeliter vexari conspiceret ei solum
modo alapam dedit et spiritum malignum pro

nus ab eo excussit ita ut ieiunii tedio
nulla tenus plus audet. **Petrus**
Velim nosse hec tanta miracu
la virtute orationis semper impetra
bat an aliquando etiam solo voluntatis
exhibebat nutu. **Gregorius r.**
Qui devota mente deo adherent
cum rerum necessitas exposcit ex
hibere signa utroque modo solent ut mi
ra quoque aliquando per faciant aliquando
ex potestate. Cum enim Iohannes dicat. Quotquot
receperunt eum dedit eis potestatem fi
lios dei fieri. Qui filii dei sunt quid
mirum si signa facere ex potestate valent.
Quia enim utroque modo miracula
exhibeant testatur Petrus qui Tha
bitam mortuam suscitavit. Ananiam
vero et Saffiram mentientes increpan
do morti tradidit. Neque enim orasse in
eorum extinctione legitur sed solummodo
culpam quam perpetraverant increpasse.
Constat ergo quia aliquando hec ex po
testate aliquando vero exhibent ex postu
latione dum et istis increpando vitam
Petrus abstulit et illi reddidit orando.
Nam duo quoque facta fidelis dei famu
li Benedicti nunc replico in quibus aperte cla
reat aliud hunc accepta divinitus potestate
aliud ex oratione potuisse. **De rustico li
berato a vinculis per aspectum Benedicti.**
·xxxi· Gothorum quidam Galla nomine fuit
perfidie arriane qui temporibus Totile reg
is contra viros catholice ecclesie ardore imma
nissime crudelitatis exarsit ita ut quis
quis ei clericus vel monachus ante
faciem venisset ab eius manibus vivus
non exiret. Quadam vero die estu ava
ricie sue succensus in rapinam rerum
inhians dum quendam rusticum tor
mentis crudelibus affligeret et eum
per diversa supplicia laniaret. Victus
penis rusticus sese et res suas Benedic
to dei famulo commendasse professus est
ut dum hoc a torquente creditur suspen
sa interim crudelitate ad vitam hore
rapereturr. Tunc isdem Galla cessavit
rusticum tormentis affligere sed eius
brachia loris fortibus astringens an
te equum suum cepit impellere ut quis
esset Benedictus qui res eius susceperat
demonstraret. Quem ligatis bra
chiis rusticus antecedens ~~duxit~~ duxit
ad sancti viri monasterium eumque ante in
gressum celle solum sedentem et legentem
repperit. Eidem autem subsequenti et seui
enti Galle rusticus dixit. Ecce iste est de
quo dixeram Benedictus pater. Quem dum
fervido spiritu et perverse mentis insania fu
isset intuitus eo terrore quo consueve
rat acturum se existimans cepit magnis
vocibus clamare dicens. Surge surge et res
istius rustici redde quas accepisti. Ad cu
ius vocem protinus vir dei oculos a lectione levavit
eumque intuitus etiam ad rusticum qui
ligatus tenebatur attendit. Ad cuius
brachia dum oculos deflexisset miro
modo tanta celeritate ceperunt se brachia
loris ligata dissolvere ut dissolui tam
concite nulla hominum festinatione potuis
sent. Cumque is qui ligatus venerat ce
pisset subito stare solutus ad tante potes
tatis vim tremefactus Galla ad terram corru
it et cervicem crudelitatis rigide eius ves
tigiis inclinans orationibus illius se com
mendavit. Sed vir sanctus a lectione minime
surrexit sed vocatis fratribus eum in
trorsus tolli ut benedictionem acciperet
precepit. Quem ad se reductum ut tante
crudelitatis insania quiescere deberet
admonuit. Qui fractus recedens
nichil ulterius appetere a rustico pre
sumpsit quem vir dei non tangendo sed
respiciendo solverat. Ecce est Petre est
quod dixi quia hii qui deo omni
potenti familiarius serviunt aliquando
mira facere etiam ex potestate possunt.
Qui enim ferocitatem Gothi terribilis se
dens pressit lora nodosque quibus ligature
que brachia innocentis astrinxerant ocu
lis dissoluit ipsa miraculi celeritas in
dicat quia ex potestate acceperat quod fecerat.
Rursum quoque quale cuique miraculum
orando valuit obtinere subiungam. **De
puero resuscitato.** Quadam die cum
fratribus dum ad agri opera dum fuisset
egressus quidam rusticus defuncti
corpus filii sui in ulnis ferens orbita
tis luctu estuans ad monasterium venit
et Benedictum patrem quesiuit. Cui dictum est
quia isdem pater cum fratribus in agro
moraretur. Protinus ante monasterii ia
nuam corpus exanime filii pro
iecit et dolore turbatus ad inveni
endum venerabilem patrem sese concitus

incursum dedit. Eadem vero hora vir dei ab agri opere iam cum fratribus redeba(t). Quem mox turbatus rusticus aspexit clamare cepit. Redde filium meum redde filium meum. Vir autem domini in hac voce substitit dicens. Nunquid ego filium tuum abstuli. Cui ille respondit. Mortuus est, sed veni resuscita eum. Quod mox ut famulus dei audivit valde contristatus est dicens. Recedite fratres recedite, hec nostra non sunt, sed sanctorum apostolorum. Quid nobis onera imponere que non possumus portare. At ille quem nimius dolor cogebat in sua petitione perstitit iurans quod non recederet nisi filium resuscitaret. Quem mox dei famulus requisivit dicens. Ubi est. Cui ille respondit. Ecce corpus eius ad ianuam monasterii iacet. Quo dum vir dei cum fratribus pervenisset genua flexit et super corpusculum infantis incubuit sese que erigens palmas ad celum tetendit dicens. Domine non aspicias peccata mea sed fidem huius hominis qui rogat resuscitari filium suum et redde in hoc corpusculo animam quam abstulisti. Vix in oratione verba compleverat et regrediente anima itaque corpusculum omne pueri contremuit ut sub oculis omnium qui aderant viribus apparet concussione mirifica palpitasse. Cuius mox manum tenuit et eum patri viventem atque incolumem dedit. Liquet petre quia hoc miraculum ex potestate non habuit quod prostratus petiit ut exhibere potuisset.

Petrus

Sic cuncta esse ut asseris constat patenter quia verba que proposueras rebus probas. Sed queso te ut indices si viri sancti omnia que volunt possunt et cuncta impetrant que desideraverint obtinere.

Gregorius. xxxiii. De pluvia Scholastice lacrimis impetrata.

Quisnam erit petre in hac vita paulo sublimior qui de carnis sue stimulo ter dominum rogavit et tamen obtinere quod voluit non valuit. Ex qua re necesse est ut tibi de venerabili patre benedicto narrem quia fuit quiddam quod voluit sed non valuit implere. Soror namque eius scolastica nomine omnipotenti domino ab ipso infancie tempore dedicata ad eam semel per annum venire consueverat. Ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more et ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater qui totum diem in dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes incumbentibus iam noctis tenebris simul sumebant cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogavit dicens. Queso te ne ista nocte me deseras ut aliquid de celestis vite gaudiis loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror. Nullatenus extra cellam possum manere. Tanta vero erat celi serenitas ut nulla nubes in aere appareret. Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audisset insertas digitis manus super mensam posuit et caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinavit. Cumque elevaret de mensa caput inundacio pluvie erupit ut neque venerabilis benedictus neque fratres qui cum eo aderant extra loci limen quo consederant limen movere potuissent. Sanctimonialis femina caput in manibus declinans lacrimarum fluvios fuderat per quos aeris serenitatem ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundacio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis et inundacionis ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret quatinus unum idemque esset momentum et caput levare et pluviam deponere. Tunc vir dei inter coruscationes et tonitrua atque ingentis pluvie inundacionem videns se ad monasterium non posse remeare cepit conqueri contristatus dicens. Parcat tibi deus omnipotens soror. Quid est quod fecisti. Cui illa respondit. Ecce rogavi te et audire me noluisti, rogavi dominum meum et audivit me. Modo ergo si potes egredere et me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem extra tectum exire non valens qui manere sponte noluit in loco mansit invitus. Sicque factum est ut totam noctem pervigilem ducerent et spiritualis vite sacris colloquiis sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid sed minime potuisse, quia si venerabilis viri mentem aspicimus dubium non est quod eandem serenitatem voluit in qua descenderat permanere. Sed omnipotentis dei

virtute totum hoc quod voluit ex sinceriore pectore miraculum mentis. Nec mirum quod plus illo femina que diu fratrem cupiebat videre in eodem tempore valuit. Quia enim iuxta Iohannis vocem Deus caritas est, iusto valde iudicio illa plus potuit que amplius amavit. **Petrus.**

Fateor multum placet quod dicis. c. xxxiiii. **Gregorius.**

Cumque die altera eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad monasterium rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens elevatis in aera oculis vidit eiusdem sororis sue animam de eius corpore egressam in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens omnipotenti Deo in hymnis et laudibus gratias reddidit, eiusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit ut corpus eius ad monasterium deferrent et in sepulcro quod sibi paraverat ponerent. Quo facto contigit ut quorum mens semper una in Deo fuerat, corpora quoque eorum nec sepultura separaret.

xxxv.

Alio quoque tempore Servandus diaconus et abbas eius monasterii quod in Campanie partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more convenerat. Eius quippe monasterium frequentabat, ut dulcia sibi invicem vite verba transfunderent, et suavem cibum celestis patrie, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltim suspirando gustarent. Cum vero hora iam quietis exigeret, in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus et in eius inferioribus se Servandus diaconus collocavit, quo videlicet in loco inferiora superioribus pervius continuabat ascensus. Ante eandem turrim largius erat habitaculum, in quo discipuli quiescebant ambo. Cumque vir Domini Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans vigiliis nocturne orationis tempus prevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem Dominum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa que in tenebris radiasset. Mira autem valde res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narravit, omnis etiam mundus velut sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est.

Quod vidit animam Germani in globo igneo.

Cum venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore lucis infigeret, vidit Germani Capuani episcopi animam in spera ignea ab angelis in celum deferri. Tunc testem sibi volens adhibere tanti miraculi, Servandum diaconem iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit et respexit partemque lucis exiguam vidit. Cui hoc tantum obstupescenti miraculum vir Dei per ordinem que gesta fuerant narravit. Statimque in Cassinum castrum religioso viro Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, et quid de Germano episcopo ageretur agnosceret et sibi indicaret. Factumque est, et reverentissimum virum Germanum episcopum is qui missus fuerat iam defunctum repperit, et requirens subtiliter agnovit eodem momento fuisse illius obitum quo vir Domini eius cognovit ascensum. **Petrus.**

Mira res valde et vehementer obstupenda. Sed hoc quod dictum est quia ante oculos ipsius quasi sub uno solis radio collectus omnis mundus adductus est, sicut numquam expertus sum, ita nec conicere scio quonam ordine fieri potest ut omnis mundus ab uno homine videatur. **Gregorius.**

Fixum tene Petre quod loquor, quia anime creatorem videnti angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breve ei fit omne quod creatum est, quia ipsa luce visionis intime mentis laxatur sinus, et tantum expanditur in Deo ut superior existat mundo. Fit vero ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cumque in Dei lumine rapitur super se, in interioribus ampliatur, et dum sub se conspicit, exaltata comprehendit quam breve sit quod humiliata non poterat. Vir ergo qui globum igneum et angelos ad celum redeuntes videbat, hec procul dubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Quid

itaque mirum si mundum ante se collectum vidit qui sublevatus in lumine mentis extra mundum fuit. Quod autem mundus ante oculos eius collectus dicitur non celum nec terra contracta est sed animus videntis dilatatus qui in deo raptus sine difficultate videre potuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce que exterioribus oculis fulsit lux interior in mente fuit que quia videntis animum ad superiora rapuit ei quam angusta essent omnia inferiora monstravit.

Petrus. Videor mihi utiliter non intellexisse que dixeras quando ex tarditate mea tantum crevit expositio tua. Sed quia hec liquide meis sensibus infudisti quaeso ut ad ordinem narrationis redeas.

Gregorius c. xxxvi. Libet petre adhuc multa narrare de hoc venerabili patre sed quedam eius studiose pretereo quia ad aliorum gesta evolvenda festino. Hoc autem nolo ut te lateat quod vir domini inter tot miracula quibus in mundo claruit doctrine quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretione precipuam sermone luculentam. Cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere potest in eadem institutione regule magisterii illius actus invenire quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

xxxvii. Eodem vero anno quo de hac vita erat exiturus quibusdam discipulis secum conversantibus quibusdam longe manentibus sanctissimi sui obitus denuntiavit diem. Presentibus indicens ut audita per silentium tegerent absentibus vero indicans quod vel quale eis signum fieret quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero exitus sui diem sibi aperiri sepulturam iubet. Qui mox febribus correptus acri cepit ardore fatigari. Cumque per dies singulos languor ingravesceret sexto die portari se in oratorium a discipulis fecit. Ibique exitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans erectis in celum manibus stetit et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Qua scilicet die duobus fratribus de eo uni in cella commoranti alteri longius posito revelatio unius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis et innumeris corusca lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in celum usque tendebat. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens cuius esset via quam cernerent inquisivit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hec est via qua dilectus domino celum benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut presentes discipuli viderunt ita absentes ex signo quod eis predictum fuerat cognoverunt. Sepultus est autem in oratorio beati Johannis baptiste quod destructa ara apollinis ipse construxit. Qui et in eo specu in quo prius sublacus habitavit nunc usque si fides petentium exigat miraculis coruscat.

De muliere insana sanata post mortem beati benedicti c. xxxviii. Nuper namque res gesta est quam narro quedam mulier mente capta dum sensum funditus perdidisset per montes et valles silvas et campos die noctuque vagabatur. Ibique tantummodo quiescebat ubi lassitudo hanc quiescere coegisset. Quadam vero die dum vaga nimium erraret ad beati benedicti specum devenit ibique nesciens ingressa mansit. Facto autem mane ita sanata processit ac si eam nulla insania capitis umquam tenuisset. Que per omne vite sue tempus in eadem salute quam acceperat permansit.

Petrus. Quidnam esse dicimus quod plerumque in patrociniis martyrum sic esse sentimus ut non tanta beneficia per sua corpora quanta per suas reliquias ostendant et illic signa maiora faciant ubi minime per semetipsos iacent.

Gregorius. De signis reliquiarum c. xxxix. Ubi in suis corporibus sancti martyres iacent dubium non est petre quod multa signa valeant demonstrare sicut et faciunt et tamen pura mente querentibus multa miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis mentibus potest dubitari utrum ne ad audiendum ibi presentes sint ubi constat quia in suis corporibus non sunt ibi est necesse eos maiora signa ostendere ubi de eorum presentia mens infirma potest dubitare. Quorum enim mens in deo fixa est tanto magis habet fidei meritum quanto eos illic novit et non iacere in corpore et tamen non deesse ab exauditione. Unde ipsa quoque veritas ut fidem discipulis augeret dixit: Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos. Cum enim constat quia spiritus paraclitus et patre procedat et filio quare filius se recessurum dicit ut ille veniat qui numquam

recessit a filio. Sed quia discipuli dum in carne cernentes hunc semper oculis corporis videre sitiebant, recte eis dicitur: Nisi ego abiero paraclitus non veniet. Ac si aperte diceretur: Si corpus non subtraho, quis sit spiritus amor non ostendo; et nisi me desieritis corporaliter cernere, numquam me discetis spiritaliter amare. **Petrus.** Placet quod dicis. **Gregorius.** Aliquantulum iam a locutione cessandum est, ut vires interim per silentium reparemus. **Explicit liber secundus. Incipit liber tercius.**

Dum vicinis patribus valde intendo, maiora facta reliqueram, ita ut Paulinum mirabilem Nolane urbis episcopum, qui multos quos cognovi virtute et tempore precessit, incognite defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo et ea quanta valeo brevitate perstringo. Sicut enim facta bonorum similibus atque innotescere solent, senioribus nostris per exempla gradientibus predicti venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiusque opus admirabile ad eorum se instruenda studia tetendit. Quorum grandevitati me ita credere fuit ac si ea que dicunt meis oculis vidissem.

Dum sevientium Wandalorum tempore fuisset Italia in Campanie partibus depopulata, et multi essent in hac terra in regionem Affricanam transducti, vir Domini Paulinus cuncta que ad episcopii usum habere potuit captivis et indigentibus largitus est. Cumque iam omnimodo nichil superesset quod petentibus dare potuisset, die quadam vidua quedam advenit, que a genero regis Wandalorum filium suum in captivitatem fuisse ductum perhibuit, atque a viro Dei precium eius postulavit, si forte dominus eius hoc dignaretur accipere et concederet hunc ad propria redire. Sed vir Dei magnopere pro precio femine petenti quid dare potuisset inquirens, nichil aliud apud se nisi semetipsum invenit, petentique femine respondit dicens: Mulier, quod possim dare non habeo, sed memetipsum tolle, me servum iuris tui esse profitere, et ut filium tuum recipias, me vice illius in servitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens irrisionem potius credidit quam compassionem. Sed ille,

ut erat eloquentissimus atque studiis exterioribus eruditus, dubitanti femine citius persuasit ut audita crederet et pro filii sui receptione se in servitium tradere non dubitaret episcopum. Perrexere igitur utrique ad Affricam. Procedente autem regis genero, qui filium eius habebat, vidua rogatura se obtulit ac prius petiit ut ei donare debuisset. Quod cum vir barbarus, typo superbie turgidus, gaudio transitorie prosperitatis inflatus, non solum facere sed etiam despiceret, vidua subiunxit dicens: Ecce hunc hominem pro vicarium prebe, solam pietatem in me exhibe et michi filium meum unicum redde. Cumque ille vetusto vultu hominem conspexisset, quam artem nosset inquisivit. Cui vir Domini Paulinus respondit: Artem quidem aliquam nescio, sed ortum bene colere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in colendis oleribus eum esse peritum audivit. Suscepit itaque servum et vidue roganti reddidit filium. Quo accepto vidua ab Affricana regione discessit. Paulinus vero excolendi orti curam suscepit. Cumque idem gener regis crebro ingrederetur ortum suumque ortulanum quedam requireret, et valde sapientem esse hominem videret, amicos et familiares cepit deserere et sepius cum suo ortulano colloqui atque sermonibus eius delectari. Cui Paulinus cotidie ad mensam olera odorifera et herbas virentes deferre consueverat, et accepto pane ad curam orti remeare. Cumque hoc diucius ageretur, die quadam domino suo secreto loquenti ait: Vide quid agas et Wandalorum regnum qualiter disponi debeat provide, quia rex cicius et sub omni celeritate est moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem rege pre ceteris diligebatur, ei minime tacuit, sed quod a suo ortulano sapientissimo viro agnovisset indicavit. Quod cum rex audisset, illico respondit dicens: Ego velim hunc hominem de quo loqueris videre. Cui gener eius temporalis dominus venerabilis Paulini respondit dicens: Herbas virentes michi cotidie ad prandium deferre consuevit. Has itaque huc ad mensam tuam eum portare facio, ut quis sit qui michi hec locutus est agnoscas. Factum quoque est, et cum rex ad prandium discumberet, Paulinus ex suo opere olera odorifera queque et virentia delaturus venit. Quem cumque rex subito conspexisset, contremuit et

S. paulinus episcopus

accersito eius domino sibi per filiam primo
ei secretum quod prius absconderat indicavit
dicens: Verum est quod audisti. Nam hac
nocte in sompno vidi contra me iudices in
tribunalibus sedentes, inter quos etiam iste
sedebat, et flagellum quod aliquando
acceperam eorum iudicio mihi tollebat.
Sed percunctare quisnam sit. Nam ego vi-
rum tanti meriti popularem ut conspi-
citur esse non suspicor. Tunc gener re-
gis secreto Paulinum tulit et quisnam esset
inquisivit. Cui vir domini reddidit: Servus
tuus sum quem vicarium pro filio viduae sus-
cepisti. Cumque instanter ille requireret ut
non quid esset sed quid in sua terra fuisset indi-
caret, et hoc ab eo iteratione frequenti in-
iurationibus exigeret, vir domini constrictus con-
iurationibus magnis iam non valens negare
quod esset, episcopum se testatus est fuisse. Quod
possessor eius audiens valde pertimuit et
humiliter postulavit dicens: Pete aliquid
quatenus ad terram tuam cum magno munere
revertaris. Cui vir domini Paulinus ait: Unum
est quod mihi impendere beneficium potes,
ut omnes captivos civitatis meae relaxes.
Qui cuncti protinus in regione Affricana
requisiti cum navibus frumento onusti
in satisfactione venerandi viri Paulini in
eius comitatu laxati sunt. Post non
multos vero dies Wandalorum rex occubu-
it, et flagellum quod ob suam perniciem dispe-
nsante deo perfidelium disciplina tenuerat
amisit. Sicque factum est ut dei omnipotentis
famulus Paulinus praediceret, ut qui se so-
lum in servitium tradiderat cum multis a servi-
tio in libertatem rediret, illum videlicet imi-
tatus qui formam servi assumpsit ne nos es-
semus servi peccati. Cuius vestigia Paulinus
sequens ad tempus voluntarie servus factus
est solus ut esset postmodum liber cum
multis. **Petrus. R.**

Cum audire me contingit quod
imitari non valeo flere magis li-
bet quam aliquid dicere. **Gregorius. R.**

De eius morte apud ecclesiam scriptum
est quia cum dolore lateris esset
tactus ad extrema usque perductus est. Cum-
que eius omnis domus in soliditate per-
sisteret, cubiculum in quo iacebat eger facto
terremotu contremuit, et omnes qui illic
aderant nimio terrore concussit, sicque
sancta illa anima carne soluta est.
Factumque est ut magnus pavor inva-
deret eos qui mortem Paulini videre po-
tuissent. Sed quia haec quam superius dixi-
mus Paulini virtus valde est intima,
nunc placet ut ad maiora miracula
veniam, quae multis iam nota sunt,
et ego tam religiosorum virorum relatione
didici ut de his omnino ambigere non
possim. **De equo qui post pontificem
non potuit portare mulierem. ii.** Gotho-
rum tempore dum Iohannes vir beatissimus huius
Romanae ecclesiae pontifex ad Iustinianum
seniorem principem pergeret, Corinthi par-
tibus advenit. Cui necesse fuit ut in itinere
ad sedendum equus requiri debuisset. Quod
illic quidam vir nobilis audiens equum
super quem coniux eius sedere propter magnam
eius mansuetudinem consueverat, ita
ei obtulit ut cum ad loca alia perveniret
ubi aptus equus posset inveniri, ille quem
dederat debere propter suam coniugem re-
transmitti. Factumque est ~~tamen~~ usque ad certa
loca praedictus vir equo eodem subvehente
perductus est. Cumque mox ut alium repperit
illum equum quem acceperat retransmisit.
Cumque eum praedicti nobilis viri super eum
sedere ex more voluisset, ultra non valuit,
quia post sessionem tanti pontificis ferre
mulierem recusavit. Coepit namque immen-
so flatu et fremitu atque tocius totius corporis
motu quasi despiciendo monstrare quia post
membra pontificis ferre non posset mulierem.
Quod vir eius prudenter intuitus hunc
ad eundem venerabilem virum protinus retrans-
misit, petens precibus magnis ut equum
ipse possideret quem iuri suo sedendo de-
dicasset. **De ceco illuminato per impositionem
manuum.** De quo etiam istud mirabile
a senioribus nostris narrari solet, quod in
Constantinopolitana urbe ad portam quae
vocatur Aurea veniens populorum turbis
sibi occurrentibus in conspectu omnium ceco
roganti lumen reddidit, et manu super-
posita oculorum tenebras fugavit. **De
muto et claudo curato per Agapitum
Romanum pontificem. R. iii.** Post non mul-
tum vero temporis exigente causa Gothorum
vir quoque beatissimus Agapitus huius sanctae
Romanae ecclesiae pontifex, cui deo dispensan-
te deservio, ad Iustinianum principem ac-
cessit. Cui adhuc pergenti die quadam in
Graecorum partibus curandus est oblatus

mutus et claudus qui neque ulla edere verba
neque umquam aliquando surgere valebat. Cumque
hunc propinqui illius flentes obtulissent
viri domini sollicite requisiverunt an cu-
rationis illius haberet fidem. Cui cum
in virtute dei ex auctoritate sancti petri firmam
spem salutis illius se habere diceret, protinus
venerandus vir orationi incubuit et mis-
sarum sollempnia exorsus sacrificium in con-
spectu dei omnipotentis ymolavit. Quo
peracto ab altari exiens manum claudi
tenuit atque assistente et aspiciente populo
eum mox aliquando in propriis gressibus erexit.
Cumque ei dominicum corpus in os mitteret
illa diu muta ad loquendum lingua so-
luta est. Mirati sunt omnes flere pre
gaudio ceperunt, eorumque mentes illico
metus et reverencia invasit, cum videlicet
cernerent quod agapitus facere in virtute domini
ex adiutorio sancti petri potuisset.

Quomodo Dacius repulit demonem de domo

iii. Eodem quoque tempore eiusdem principis cum
Dacius mediolanensis urbis episcopus causa
fidei exactus ad Constantinopolitanam
urbem pergeret corinthum advenit. Qui
dum largam domum ad hospitandum
quereret, que totum comitatum illius ferre
posset et vix invenire potuisset, aspexit
eminus domum congruentis magnitudi-
nis, eamque sibi preparari ad hospitandum ius-
sit. Cumque loci eiusdem incole dicerent
hunc in ea manere non posse, quia iam
annis multis hanc dyabolus inhabitaret,
et ideo vacua remansisset, vir domini Dacius
respondit dicens: Immo ideo hospitari in do-
mo eadem debemus, quia malignus
eam invasit et homines habitacionem ab ea re-
pulit. In ea igitur sibi parari hospicium pre-
cepit, securus quod antiqui hostis certamina
toleraturus intrabat. Itaque intempeste
noctis silencio cum vir dei quiesceret,
antiquus hostis inmensis vocibus mag-
nis que clamoribus cepit dare rugitus leo-
num, balatus pecorum, sibilos serpentium,
porcorum stridores et soricum. Cum repente
Dacius tot bestiarum vocibus excitatus sur-
rexit et vehementer iratus contra antiquum
hostem magnis vocibus cepit clamare
dicens: Miser, unde tibi contigit? Tu es
ille qui dixisti: Ponam sedem meam
ad aquilonem et ero similis altissimo,
et ecce per superbiam porcis et soricibus similis fac-
tus es, et qui imitari deum indigne voluisti,
ecce ut dignus es bestias imitaris. Ad quam
vocem ut ita dicam deiectionem suam spiritus
malignus erubuit. An non erubuit qui
eandem domum ad exhibenda monstra que
consueverat non intravit ulterius? Sicque
postmodum fidelium habitaculum domus hec fa-
cta est, quia dum in ea unus veraciter fidelis
ingressus est, mendax spiritus et infidelis
protinus ab ea discessit. Petrus

Aliquando virum hoc sola fide facere
credimus an sanctitate posse?

Gregorius v.

Et ex multis aliis eius actionibus
agnosco hunc sola fide contra
malignum spiritum prevaluisse considero, sed
oportet ut iam priora taceamus et ad ea
que diebus nostris sunt gesta veniamus.

Quomodo Sabinus bibit venenum et alius qui hoc paravit mortuus est

v Quidam enim religiosi viri apulie pro-
vincie partibus cogniti hoc quod apud mul-
torum noticia longe lateque percrepuit de
Sabino canusine urbis episcopo testantur, solent
quia idem vir longo iam senio oculorum
lumen amiserat ita ut omnino nichil vi-
deret. Quem rex gothorum totyla habere
spiritum prophecie audiens minime credidit,
sed probare studuit quod audivit. Qui
cum in eisdem partibus devenisset, vir dei hunc
ad prandium vocavit rogavit. Cumque
ventum iam esset ad mensam, rex discumbere
noluit, sed ad dexteram Sabini venera-
bilis viri sedit. Cum vero eidem patri
ex more poculum vini puer preberet, rex
silenter manum tetendit et calicem abstulit,
eumque ipse episcopo pueri vice prebuit, ut videret
an spiritu prophecie providente discerneret quis
ei poculum preberet. Tunc vir dei acci-
piens calicem, sed tamen ministrum non videns,
dixit: Vivat ipsa manus. De quo verbo
letus rex erubuit, quia quamvis ipse depre-
hensus esset, in viro dei tamen quod quere-
bat invenit. Huius autem venerabilis viri
cum ad exemplum vite sequencium in
longum senium vita traheretur, eius archi-
dyaconus ambicione adipiscendi episcopatus
accensus est, eumque veneno extinguere
molitus est. Qui cum vini fusorem eius
cum corrupisset ut ei poculum veneno l
intinctum preberet, puer premiis corruptus
hoc quod ab archidyacono eius acceperat

venenum poculum obtulisset refectionis hora
cum vir dei ad edendum discumberet venera-
bilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod michi
ad bibendum prebes. Tremefactus puer
esse sciens deprehensum maluit mortuus
bibere quam penam pro illa tanti homici-
dii culpa tolerare. Cumque calicem ad
os duceret vir domini compescuit eum dicens:
Non bibas da michi ego bibo. Et vade
dic ei qui tibi dedit: Ego quidem vene-
num bibo, sed tu episcopus non eris. Facto igitur
signo crucis episcopus venenum bibit securus et ar-
chidiaconus eius eadem hora in alio loco
in quo erat defunctus est ac si per os episcopi
archidiaconi viscera illa venena transissent.
Cui tamen ad inferendam mortem venenum qui-
dem corporale defuit, sed hunc in conspectu
iudicis eterni venenum sue malicie occidit.

Mira sunt hec et nostris **Petrus**
temporibus valde stupenda, sed talis eius-
dem viri vita perhibetur ut qui eius conversa-
cionem agnoverit credere non debet mirari.

Neque hoc petre sileam **Gregorius vi.**
quod multi nunc qui hic de narnien-
sium civitate assistunt michi sedulo testifi-
cantur. Eodem namque tempore gothorum cum
predictus rex narniam venisset ei vir vite ve-
nerabilis cassius urbis eius episcopus occurrit.
Cui quia ex consparsione facies semper rube-
re consueverat hoc rex totyla non conspar-
sionis esse credidit, sed assidue potacionis,
eumque omnino despexit. Sed omnipotens deus ut
quantus vir esset quem despiciebat ostende-
ret in narniensi campo quo rex adve-
nerat malignus spiritus coram omni populo
et exercitu eius spatarium invasit et eum
crudeliter vexare cepit. Qui cum ante regis
oculos ad venerandum cassium fuisset
adductus vir domini oracione facta hunc ab eo
signo crucis expulit qui in eum ingredi
ulterius non presumpsit. Sicque factum est
ut rex barbarus servum dei ab illo iam die
veneraretur ex corde quem despectum valde
habebat ex facie. Nam quia virum tante
virtutis vidit erga eum mens illa efferata
ab elacionis fastu detumuit. ¶ **Capitulum vii.**

Dum facta fortium virorum narro repente
ad memoriam venit quid erga andream
fundane civitatis episcopum divina misericor-
dia fecerit. Quod tamen ut ad hoc legentibus
valeat exopto quatenus qui corpus suum con-
tinencie dedicant habitare cum feminis non
presumant ne ruina menti tanto repen-
tina subripiat quanto ad hoc quod male con-
cupiscitur eciam presencia concupite forme fa-
mulatur. Nec res est dubia quam nar-
ro quia pene in ea tanti testes sunt quanti
et eiusdem loci habitatores existunt. Hic
namque venerabilis vir cum vitam virtutibus
plenam duceret sese que sub sacerdotali
custodia in arte continencie custodiret
quandam sanctimonialem feminam quam
secum prius habuerat noluit ab episco-
pii sui cura repellere, sed certus de sua et
eius continencia secum hanc permisit
habitare. **De episcopo quem temptavit diabo-
lus per incontinenciam.** Ex qua re
actum est ut antiquus hostis apud eius
animum aditum temptacionis exquireret. Nam
speciem eius cepit oculis mentis illius im-
primere ut illectus nefanda cogitaret.
Quadam vero die iudeus quidam ex cam-
panie partibus romam veniens appie car-
pebat iter qui ad divum fundanum veni-
ens cum iam diem vesperascere cerneret
et quo declinare posset minime reperiret iuxta
templum apollinis fuit ibique se ad manen-
dum contulit. Qui ipsum loci illius sac-
rilegium pertimescens quamvis fidem crucis
minime haberet tamen se signo crucis munire
curavit. Nocte vero media pavore so-
litudinis turbatus pervigil iacebat et
conspiciens vidit turbam malignorum
spirituum qui in obsequium cuiusdam preces-
sere. Eum vero qui ceteris preerat in eiusdem
loci gremio consedisse. Qui singulorum
spirituum cepit sibi obsequencium causas
et actus discutere quatenus unusquisque quantum
egisset nequicie inveniret. Cumque sin-
guli spiritus ad inquisicionem eius expone-
rent. Quidam coram bonos [illegible]
in medium prosilit qui in andree episcopi ani-
mum per speciem sanctimonialis femine que in
episcopio eius habitabat quantam carnis
temptacionem commovisset aperuit. Cum
vero hoc malignus spiritus qui preerat inhian-
ter audiret et tanto sibi factum grande lucrum
crederet quanto sanctioris viri animam ad lapsum
perdicionis inclinaret, ille spiritus qui hoc fate-
batur adiunxit quia usque ad hoc eciam die
preterito hora vespertina eius mentem traxit
ut in terga eiusdem sanctimonialis femine
alapam blandiens daret. Tunc malignus
spiritus et humani generis inimicus antiquus

exhortabatur blande hunc quod ceperat ut
perficeret, quis nunc illius singulare inter
ceteros palmam teneret. Cumque iudeus quid
adveniret hoc vigilans cerneret et magne
formidinis anxietate palpitaret, ab eodem
qui illic cunctis obsequentibus preerat inquisitum
est ut requirerent quisnam esset ille qui in
eo templo iacere presumpsisset. Quem maligni
spiritus pergentes et subtilius intuentes cru-
cis misterio signatum viderunt, mirantes-
que dixerunt: Vas vacuum sed signatum. Qui-
bus hoc renunciantibus cuncta illa malig-
norum spirituum turba disparuit. Iudeus vero
qui hec viderat illico surrexit et cum festi-
natione ad episcopum venit. Quem in ecclesia
sua repiens seorsum tulit, qua tempta-
cione urgeretur inquisivit. Cui episcopus temp-
tacionem suam confiteri verecundatus noluit.
Cumque ille diceret quod in illa tali dei famu-
la oculos pravi amoris iniecisset et episcopus
negaret, adhuc ille adiunxit dicens: Qua-
re negas quod inquiritur, quia adhuc usque
vespere hesterno perductus es ut posterio-
ra illius alapa ferires? Atque ne in in-
uba episcopus se deprehensum intuens humiliter
confessus est quod prius pertinaciter nega-
vit. Cuius tunc et verecundie idem iude-
us consulens qualiter hoc cognovisset et
que in conventu malignorum spirituum de
eo audisset indicavit. Quod ille cognos-
cens se in terram prostratus in oracionem dedit
et de suo habitaculo non solum eandem dei
famulam sed et omnem feminam que in
obsequio eius habuit expulit. In eodem
vero templo apollinis repente oratori-
um beati andree apostoli fecit et omni illa car-
nis temptacione funditus caruit. Iudeum
vero cuius visione atque increpacione salva-
tus est ad eternam salutem traxit. Nam fi-
dei sacramentis imbutum et aqua baptis-
matis mundatum ad sancte ecclesie perduxit gre-
mium. Sicque factum est ut hebreus idem
dum aliene saluti consuluit pervenirent ad
suam. Et omnipotens deus unde alterum
ad bonam vitam perduxit inde alterum
in bona vita custodivit. Petrus

Hec res quam audivi et metum mihi
prebet et spem. Gregorius

Utique sic oportet et de dei nos semper
miseracione confidere et de nostra infirmitate
formidare. Ecce enim paradysi cedrum con-
cussum audivimus sed non evulsam, quatenus
nobis infirmis de concussione eius nasce-
tur timor, et de stabilitate eius fiducia.

Vir quoque venerabilis Constancius fuit
episcopus aquini qui inter predecessoris mei
tempore beate memorie Iohannis pape defunctus est.
Hunc habuisse prophetie spiritum multi testa-
tur qui hunc familiariter scire potuerunt. Cu-
ius inter alia multa hoc referunt religio-
si et veri veraces qui presentes fuerunt, quod
in die obitus sui cum circumstantibus
civibus utpote discessurum patrem tam ama-
bilem amarissime plangerent, flendo
cum requirerent dicentes: Quem post te
patrem habemus? Quibus ipse respondit: Post
Constancium mulionem, post mulionem
fullonem. Quibus prophetie verbis editis
vite spiritum exalavit extremum. Quo
defuncto eius ecclesie pastoralem curam
suscepit Andreas diaconus eius, qui
quondam in stabulis itinerum custodiam
servaverat equorum. Atque hoc ex hac vita sub-
ducto episcopatus ordine Iovinus sortitus est
qui in eadem urbe fullo fuit. Quo ad-
hoc superstite cuncti civitatis illius inhabi-
tatores barbarorum gladiis et pestilencie
immanitate ita vastati sunt ut post mor-
tem illius nec quis episcopus fieret nec quibus
fieret potuisset inveniri. Sicque com-
pleta est viri dei sentencia quia post decessum
duorum sequencium eius ecclesia pastorem
minime haberet. Quod venancius aquas
post se ire precepit. Sed neque hoc sileam
quod narrante venerabili viro Venancio
lunensi episcopo me ante biduum contigit
agnovisse. Lucane namque ecclesie episcopum Fri-
gidianum nomine narravit fuisse mire vir-
tutis virum, cuius hoc opinatissimum fuisse
a cunctis illic habitantibus testatur memorabile
miraculum, quod Ausar fluvius qui iuxta
illius urbis muros fluebat sepe cum inun-
dacione facta suum cursus alveum egressus
per agros diffundi consueverat, et sata
ac plantata que reperit everteret. Cumque
hoc crebro fieret et magna necessitas circum-
posita incolas urgeret, dato studio opibus eum
per alia loca derivare conati sunt, sed
quamvis diutius laboratum fuisset a proprio
alveo deflecti non potuit. Tunc vir
dei Frigidianus rastellum sibi parvum fecit,
ad alveum accessit et solus oracioni in-
cubuit atque flumini eidem precepit, ut se
sequeretur. Cum per loca que visa sunt

et sic vastum per terram traxit. Tunc mox tota
fluminis aqua relicto proprio alueo secuta est
ita ut funditus locum consueti cursus de-
sereret et sibi alueum ubi tractus per terram
rastro vir domini signum fecerat vendicaret
et que essent alimentis hominum profutura sa-
ta ulterius planta ultra non lederet.

De Sabino qui per cartam scriptam aqua-
rum impetum repulit. Huius quoque vene-
rabilis viri aliud miraculum relatione Gre-
gorii quod in placentina urbe perhibet
gestum. Hoc vir veracissimus Johannes qui
in hac Romana urbe modo locum prefecto-
rum servans qui in eadem placentina urbe
est ortus et nutritus. Ita ut quia gestum
fuisset amicorando episcopo testatur. In eadem
namque civitate Sabinum nomine asserit
fuisse mire virtutis episcopum cui eadem die quadam
suus dyaconus indicasset quod Padus cursus
sui alueum egressus ecclesie agros occupasset
et omnia illic loca pro nutriendis seminibus
aqua eiusdem fluminis teneret. Venerabilis
vir Sabinus episcopus respondit dicens: Vade et dic
ei: Mandat tibi episcopus ut te compescas
et ad proprium alueum redeas. Quod dyaconus
eius audiens despexit et irrisit. Tunc vir
dei accersito notario dictavit dicens: Sabi-
nus domini nostri Ihesu Christi servus commonitorium
tibi pado precipio tibi in nomine domini Ihesu
Christi ut de alueo tuo in locis istis ulterius
non exeas nec ecclesie terras ledere presumas.
Hec eidem notario subiunxit dicens: Vade
scribe hec et in aquas eiusdem fluminis
proice. Quo facto precepta viri sancti suscipi-
ens statim a terris ecclesie aqua ad proprium
alueum recessa est nec in alia loca exire
ulterius presumpsit. Qua in re Petre quid
aliud quam hominum inobediencium duricia con-
funditur quando in virtute domini elementum
irracionabile sancti viri preceptis obedi-
vit. Quomodo coram Carbonio ursus
mansuetus factus est. Vir quoque vite XI.
venerabilis Carbonius loci populinensis episcopus
in diebus nostris magnam sanctitatis sue
probacionem dedit. Nam cum hospitalitatis
studio valde esset intentus die quadam
transeuntes milites hospicio suscepit quos
supervenientibus abscondit eorum quoque vitam
ab illorum nequicia abscondendo servavit.
Quod dum regi gothorum perfido Totyle
fuisset nunciatum crudelitatis inmanissi-
me vesania succensus hunc ad locum

qui octavo huius urbis miliario merulis
dicitur ubi ipse tunc cum exercitu sedit iussit
deduci et eum in spectaculo populi ursis ad
devorandum proici. Cumque idem rex per-
fidus in ipso spectaculo consedisset ad in-
spiciendum mortem episcopi magna turba
populi confluxit. Tunc episcopus in medio
deductus est atque ad eius mortem inma-
nissimus ursus exquisitus qui dum
humana membra crudeliter carperet semi-
regis animum saciaret dimissus est. Itaque
ursus de cavea qui accensus concitus
episcopum peteret sed subito feritatis sue obli-
tus deflexa cervice submissoque humiliter
capite lambere pedes episcopi cepit ut pa-
tenter omnibus hominibus daretur intelligi quia
erga illum virum dei ferina essent corda
hominum et quasi humana corda bestiarum. Tunc
populus qui ad spectaculum mortis venit
magno clamore versus est in animadversionem
veneracionis. Tunc ad eius reverenciam co-
lendam rex ipse permotus est quippe cum
quo superno iudicio actum est ut qui dudum
sequi prius in custodienda vita noluit
saltem ad mansuetudinem bestiarum seque-
retur. Cui rei qui tunc presentes erant illorum
adhuc nonnulli supersunt et eam testantur.
Aliud de eius sepultura quomodo inter tem-
pestates facta tranquillitas ducentibus
corpus eius. De hoc etiam viro aliud
miraculum Venancio lunensi episcopo narran-
te cognovi. In eadem namque populonensi
ecclesia cui preerat sepulturam sibi preparaverat. Sed
cum longobardorum gens in ytaliam veniens
cuncta vastasset ad Elbam insulam recessit.
Superveniente egritudine ad mortem veni-
ens clericis suis sibi obsequentibus precepit
dicens: In sepulcro meo quod in populo-
nio preparavi me ponite. Cui illi cum dicerent:
Corpus tuum illic reducere qualiter possimus
qui a longobardis teneri loca eadem et
ubique eos illic discurrere scimus? Ipse respondit:
Securi reducite me et nolite metuere et festi-
nanter me sepelire curate. Mox autem ut cor-
pus meum sepultum fuerit ex eodem loco sub
omni festinacione discedite. Defuncti igitur
corpus imposuerunt navi. Cumque populo-
nium tenderent collectis in nubibus aere immen-
sa nimis pluvia erupit. Sed ut cunctis
patesceret cuius viri corpus navis illa por-
taret per illud maris spacium quod ab Elba
insula usque in populonium XII miliaribus

distat circa utraque navis lacta valde peri-
losa pluvia descendit, sed in navi eadem
una pluvie gutta non cecidit. Pervene-
runt itaque clerici ad locum et sepulture tradi-
derunt corpus sacerdotis sui cuius precepta
servantes ad navem sub festinatione
reversi sunt. Quam mox ut intrare po-
tuerunt in eodem loco ubi vir dei sepul-
tus fuit longobardorum rex crudelissimus
Gomarith advenit, ex cuius adventu virum
dei habuisse spiritum prophetie claruit, qui
ministros suos a sepulture loco sub festi-
natione discedere precepit. Hoc autem quod xii.
de divisa pluvia sancti viri miraculum narra-
vi etiam in alterius viri venerandi de mo-
stratum est. Nam quidam clericus senex
qui adhuc est eidem regi presto se fu-
isse testatur dicens. Aliud consimi-
le miraculum de fulgencio episcopo
Fulgencius episcopus qui utricolensi ecclesie
preerat regem crudelissimum totylam offen-
sum habuit omnino. Cumque ad easdem partes
cum exercitu propinquasset, cure fuit episcopo
per clericos suos exenia mittere, eiusque fu-
rorem si posset muneribus placare. Que
ut ille vidit, protinus sprevit, et iratus su-
is hominibus iussit ut eundem episcopum sub
omni asperitate constringerent, eiusque
examini servarent. Quem cum feroces
gothi ministri scilicet crudelitatis illius tenuis-
sent circumdantes cum uno in loco stare pre-
ceperunt, eique in terra circulum signabant
extra quem pedem tendere nullomodo au-
deret. Cumque dei vir in sole nimie
estuaret ab eisdem gothis circumdatus et circu-
li designacione inclusus repente cho-
ruscacio et tonitrua et tanta vis pluvie
erupit ut hii qui ad custodiendum eum
acceperant immensitatem pluvie ferre
non possent, et dum magna nimis
inundacio fieret, intra eandem circuli de-
signacionem in qua vir dei fulgencius ste-
tit, nec una quidem pluvie gutta descen-
dit. Quod cum regi crudelissimo nuncia-
tum fuisset, mens illa efferata ad magnam
eius reverenciam versa est, cuius penam prius
insaciabili furore sitiebat. Sic deus omnipotens
contra elatas mentes carnalium poten-
cie sue miracula per despectos operatur
ut qui se superbe contra precepta veritatis
elevant eorum cervicem veritas per humiles
premat. De herculano crudeliter occiso
et mirabiliter corpus in sepulcro sanatum
est. Illud quoque floridus venerabilis vite
episcopus narravit quoddam valde memorabile
miraculum dicens. Vir sanctissimus hercu-
lanus nutritor meus perusine civitatis
episcopus fuit ex conversacione monasterii ad sacerdo-
talis ordinis graciam deductus. Totyle autem per-
fidi regis temporibus eandem urbem septem
annis continuis gothorum exercitus obsedit,
ex qua multi civium fugerunt qui famis
periculum ferre non poterant. Anno vero septimo
necdum obsessam urbem gothorum exercitus
intravit. Tunc comes qui eidem exercitui
preerat ad regem totylam nuncios misit exqui-
rens quid de episcopo et de populo fieri iuberet. Cui
ille precepit dicens. Episcopo prius a vertice usque
ad calcaneum tolle corrigiam et tunc caput
eius amputa, omnem vero populum qui illic inven-
tus est gladio extingue. Tunc isdem comes
venerabilem virum herculanum episcopum super ur-
bis murum deductum capite truncavit, eique
iam mortuo cutem a vertice usque ad calcane-
um incidit, ut ex eius corpore corrigia sub-
lata videretur, et mox corpus extra murum
proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate
compulsi abscisum caput cervici apponen-
tes cum uno parvulo infante qui illic ex-
tinctus inventus est iuxta murum corpus
eius sepulture tradiderunt. Cumque post
eandem cedem die quadragesimo rex
iussisset ut cives urbis illius qui quolibet
dispersi erant ad eam sine aliqua trepi-
dacione remearent, hii qui prius famem
fugerunt vivendi licencia accepta redi-
erunt. Sed cuius vite episcopum habuerant me-
mores ubi corpus eius sepultum esset que-
sierunt ut hoc in ecclesia beati petri apostoli cum
honorem debitum humarent. Cumque
itum esset ad sepulcrum effossa terra invene-
runt corpus pueri pariter humati utpote iam
die xl.o tabe corruptum et vermibus ple-
num, corpus episcopi ac si die eadem esset se-
pultum. et quod est adhuc magna ad-
miracione venerandum quia caput eius
fuit ita corpori unitum ac si nequaquam
fuisset abscisum, sic videlicet ut nulla vesti-
gia secacionis appareret. Cumque hoc et in
terga verterent exquirentes si quod signum
vel de alia incisione monstrari potuisset,
ita sanum et integrum omne corpus in-
ventum est ac si hoc nulla ferri incisio
tetigisset.
Petrus

Quis non obstupescat talia signa
mortuorum Gregorius in primo
Prioribus quoque temporibus gothorum
fuit iuxta spolitanam urbem vir
vite venerabilis ysaac nomine qui pene
ad extrema gothorum tempora pervenit quem
nostrorum multi noverunt et maxime sacra virgo
gregoria que nunc in hac urbe Romana
iuxta ecclesiam beate marie semper virginis habi
tat Que dum adolescentie sue tempore
constituta iam nuptijs in ecclesiam fugis
set et sanctimonialis vite conversacionem
quereret ab eodem viro defensa et ad eum
quem desiderabat habitum perducta est Et
quia sponsum fugit in terra habere meru
it sponsum in celo Multa autem de eodem
viro narrante venerabili patre eleutherio
agnovi qui et hunc familiariter noverat et
eius verbis vita fidem prebuit Hic itaque
venerabilis ysaac ortus ex ytalia non fuit
sed ea illius narro miracula que in ytalia
conversatus fecit Cum primum de syrie parti
bus ad spolitanam urbem venisset ingres
sus ecclesiam a custodibus petijt ut ei quantum
vellet licentia concederetur orandi eumque
horis secretioribus egredi non urgerent
Qui mox ad orandum stetit et totum
diem pegit in oratione Cum sequentem
continuabat et noctem secundam eciam die cu
nocte sequenti indefessus in precibus perstit
it diem quoque tercium in oratione coniunxit
Cumque unus ex custodibus superbie spiritu
inflatus hoc cerneret unde proficere debuit
inde ad defectionis dampna pervenit Nam
hunc simulatorem dicere et verbo rustico ce
pit clamare qui se tribus diebus et nocti
bus orare oculis hominum demonstraret
Qui protinus currens virum dei alapa per
cussit ut quasi religiose vite simulator de
ecclesia cum contumelia exiret Sed hunc
repente ultor spiritus invasit et ad viri dei
vestigia stravit ac per os illius clamare
cepit ysaac me eicit ysaac me eicit Vir
quippe peregrinus quo censeretur nomine
nesciebatur sed eius nomen ille spiritus
prodidit qui se ab illo posse eici clama
vit Mox autem super vexati corpus vir dei
incubuit et malignus spiritus ab eo recessit
In tota urbe illa tunc statim quid in ecclesia
factum fuisset innotuit currere viri et femine
nobiles et ignobiles pariter ceperunt certa
tim eum in suis domibus rapere conaba

ntur Alij ad construendum monasterium predia
alij subsidia alij pecunias que potuerant
offerre viro dei suppliciter volebant Sed
servus omnipotentis dei horum nichil
accipiens egressus urbem non longe
desertum locum repperit ibique sibi humile habita
culum construxit Ad quem dum multi
pergerent exemplo eius eterne vite desiderio
accendi ceperunt et eius magisterio in dei
omnipotentis servicio se dederunt Cumque
ei crebro discipuli humiliter innuerent ut
pro usu monasterij possessiones que
offerebantur acciperent Ille [illegible] paup
tatis sue sollicitus custos [illegible] fortiter
illam sententiam tenebat [illegible] dicens
Monachus qui in terra pos[illegible] sessionem
querit monachus non est Sic
quippe metuebat paupertatis sue securi
tatem perdere sicut avari divites solent
perituras divicias custodire Nam die
quadam ad vesperum in ortum monasterij sui
iactari frumenta que nos usitato nomine
vangas vocamus dixitque discipulis suis
Tot vangas in ortum proicite et cicius reve
rtite De fratribus in laboratores conversis
Nocte vero eadem dum ex more cum fratribus
ad exhibendas domino laudes surrexisset
precepit dicens Ite et operarijs nostris pul
mentum coquite quod in primo mane
paratum sit Facto vero mane fecit desti
pulmentum quod parari iussit atque
ortum cum fratribus ingressus quot van
gas iactari preceperat tot in eo labora
tores operarios invenit Ingressi quippe
erant fures sed mutata mente
per spiritum apprehenderunt vangas quas
invenerunt et ab ea hora qua ingres
si sunt quousque vir domini ad eos ve
niret cuncta orti illius spacia que incul
ta erant coluerunt Quibus vir domini
mox ut ingressus est ait Gaudete fratres
multum laborastis iam quiescite Tunc
illis alimenta que detulit prebuit et eos
post tanti laboris fatigacionem refecit Quos
faciens vero refectis ait Nolite malum
facere Sed quociens de orto aliquid vultis habere
ad orti aditum venite tranquille petite
cum benedictione percipite et a furti pravita
te cessate Quos statim collectis oleribus
onustos fecit Actumque est ut qui ad or
tum nocivi venerant cum laboris sui pre
mio repleti ab eo innocui redirent

De hijs qui absconderunt vestimenta ut alia quasi paupers impetrarent.

Alio quoque tempore venerunt ad eum quidam peregrini inscissoriam postulantes scissis vestibus pannis obsiti ita ut pene nudi viderentur. Cumque sibi vestimenta peterent, verba eorum vir Domini tacitus audivit. Atque protinus unum ex discipulis suis silenter vocavit, eique praecepit dicens: Vade et in illa silva in loco tali cavam arborem require et vestimenta quae in ea inveneris defer. Cumque discipulus abiisset, arborem sicut iussum fuerat exquisivit et vestimenta reperit et latenter detulit magistro. Quae vir Domini suscipiens peregrinis nudis et petentibus ostendit et praebuit dicens: Venite quia nudi estis, ecce tollite et vestite vos. Haec illi intuentes recognoverunt quae posuerant, magnoque pudore confusi sunt, et qui vestimenta fraudulenter quaerebant aliena, confusi receperunt sua. Nota quod deus illis quibus maiora dona praestat aliquando minora non tribuit. Alio quoque quidam se eius orationibus commendans portaturus ei duas per puerum plenas alimentis cistas misit, quarum unam isdem puer subripuit atque in itinere abscondit, alteram vero ad Dei hominem detulit et petitionem illius qui se ei per exennium commendavit enarravit. Quam vir Domini benigne suscipiens eundem puerum admonuit dicens: Gratias agimus, sed vide ne incaute tangas cistam quam in itinere posuisti, quia in eam serpens ingressus est. Caute ergo sollicitus, ne si incaute tollere volueris a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus exsultavit quidem quod mortem evasit, sed tristis ad modicum factus est, quia quamvis salubrem penam, tamen pertulit verecundiam suam. Qui rursus ad cistam caute ac sollicite attendit, sed eam sicut dominus praedixit iam serpens tenebat. Erat itaque vir sanctus cum virtute abstinentiae et contemptu rerum transeuntium prophetiae spiritu orationis intentione esse incomparabilis. Petrus: Unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia semper tanta laetitia ei inerat ut tot virtutibus insi[?] fuerit esse plenus nullo modo crederetur. Petrus xv.

Quidnam quaeso te hoc esse dicimus, sponte sibi laetitiae frena laxabat an tot virtutibus plenus aliquando ad praesens gaudium etiam renitens animum eius trahebat. Gregorius.

De illis quibus maiora dona praestat aliquando minora non tribuit. xv.

Magna est Petre omnipotentis Dei dispensatio et plerumque contingit ut quibus maiora dona praestat quaedam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat unde semetipsum reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti esse nec possunt et laborant in hoc quod non acceperunt nec tamen elaborando praevalent, in hijs quae accepta habent se minime extollant, sed discant quia ex semetipsis maiora non habent, qui in se parva vitia atque extrema non possunt vincere. Hinc est enim quod producto Dominus ad terram repromissionis populo cunctos fortes et potentes adversarios eius extinxit, Philisteos atque Chananeos diutius reservavit, ut sicut scriptum est in eis temptaret Israel. Nam et saepe quibus magna dona tribuit parva quaedam et reprehensibilia relinquit, ut semper habeant contra quod pugnent, et devictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adversarii etiam minimi fatigant. Fit itaque miro modo ut una eademque mens et virtute polleat et ex infirmitate lassescat, quatenus ex parte constructa sit et ex parte se conspiciat esse destructam, ut per bonum quod quaerit et habere non valet, illud humiliter custodiat quod habet. Sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, cum illa superna regio in civibus suis damnum pertulit et ex parte fortis stetit, ut electi angelorum spiritus dum alios cecidisse conspicerent, per superbiam ipsi tanto robustius quanto humilius starent. Sic ergo et in unaquaque anima agitur, ut in humilitatis custodia aliquando ad lucra maxima ex minimo damno serviatur. Petrus

Placet quod dicis. Gregorius.

Nec hoc sileam quod ex regione eadem vita venerabilis viri Santuli presbyteri narratione cognovi, de cuius verbis tu dubitas, quia eius vitam fidemque minime ignoras. Eodem quoque tempore in eius provinciae partibus duo viri in vita atque habitu conversationis religiose habitabant, quorum unus Euthicius et alter Florentius dicebatur. Sed idem Euthicius in spiritali zelo et in fervore virtutis excrevit multorumque animas ad Deum perducere exhortando satagebat. Florentium vero simplicitati atque orationi dedita

Cauis

duxit vitam. Non longe autem erat monasterium quod rectoris sui erat morte destitutum, ex quo sibi monachi eundem Euthicium preesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens multis annis monasterium rexit et discipulorum animas in studio sancte conversationis custodivit. Ac ne oratorium in quo prius habitaverat solum remaneret, illic venerabilem virum Florentium reliquit. **Qui ursus pascebat oves.** In quo dum solus habitaret, die quadam se in orationem prostravit et ab omnipotente deo petiit ut ei illic ad habitandum aliquod solacium donare dignaretur. Qui mox ut orationem complevit, oratorium egressus ante fores ursum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret nihilque feritatis in suis motibus demonstraret, aperte dabatur intelligi quod ad obsequium viri dei venisset. Quod vir domini protinus agnovit. Et quia in eadem cella pecudes quatuor remanserant quas omnino deerat qui pasceret et custodiret, eidem urso precepit dicens: Vade atque has oves ad pastum eice, ad sextam vero horam revertere. Cepit hoc itaque indesinenter agere ursus. Iniungendo autem curam pastoralem, et quas manducare consueverat oves pascebat bestia ieiuna. Cum vir domini ieiunare ad horam nonam voluisset, precepit urso cum ovibus reverti ad nonam; cum vero ad sextam voluisset, in omni mandato viri dei obtemperabat ursus, ita ut neque ad sextam iussus rediret ad nonam, neque ad nonam iussus rediret ad sextam. Cumque diu hoc ageretur, cepit in loco eodem tante virtutis fama longe lateque crescere. Sed quia antiquus hostis unde bonos cernit emicescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad penam, quatuor ex discipulis venerabilis Euthicii vehementer invidentes quod eorum magister non faceret signa, et is qui solus ab eo relictus fuerat in miraculo tanto clarus apparuit, eundem ursum insidiantes occiderunt. Cumque hora qua iussus fuerat non rediret, vir domini Florentius suspectus est reditu. Quem usque ad horam vespertinam expectans affligi cepit, quod is quem ex simplicitate multa fratrem vocare consueverat ursus minime reverteretur. Die vero altero perrexit ad agrum ursum pariter ovesque quesiturus. Quem occisum repperit, sed sollicite inquirens citius a quibus fuit occisus invenit. Tunc sese in lamentum dedit, fratrum maliciam magis quam ursi mortem deplorans. Quem venerabilis vir Euthicius ad se deductum consolari studuit, sed isdem vir dei coram eo doloris magni stimulo accensus imprecatus est dicens: Spero in omnipotente deo quia in hac vita ante oculos hominum ex malicia sua vindictam recipiant qui nihil se ledentem ursum meum occiderunt. Cuius vocem protinus divina sententia secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem ursum occiderunt statim elefantino morbo percussi sunt, ita ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir domini Florentius vehementer expavit, seque fratribus ita maledixisse pertimuit. Omni enim vite sue tempore flevit quia exauditus fuerat, et se crudelem in eorum morte clamabat homicidam. Quod ideo omnipotentem deum fecisse credimus ne vir mire simplicitatis quantolibet dolore commotus iterum quandoque vibrare presumeret iaculum maledictionis. **Petrus**

Numquidnam valde grave esse credimus si fortasse cuilibet exagitati iracundia maledicamus? **Gregorius**

De hoc peto cur me percunctaris, cum grave sit cum Paulus dicat: Neque maledici regnum dei possidebunt. Pensa itaque quam gravis culpa sit que separat a regno vite. **Petrus**

Quid si homo fortasse non ex malicia sed ex lingue incuria in proximum maledictionis iaculatur verbum? **Gregorius**

Si apud districtum iudicem, Petre, sermo otiosus reprehenditur, quanto magis noxius. Pensa ergo quantum sit dampnabilis qui a malicia non vacat, si ille sermo penalis est qui a bonitate utilitatis vacat. **Petrus**

Assentio. **Gregorius. De serpentibus occisis per corvum et per aves deportatis ad virum Florentium.**

Isdem vir dei egit aliud quod silere non debeo. Cum enim magna opinio eius longe lateque crebresceret, quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit ut se eius orationibus commendaret. Qui ad eius cellam veniens omnem locum circuitum invenit innumerabilibus serpentibus plenum. Cuiusque

vehementer expanisset clamavit dicens: Pue
dei ora pro me. Erat autem tunc vicina sentitas.
Egressus vero florentinus oculos et palmas
ad celum tetendit rogans ut illam pestem
sicut sciret dominus auferret. Ad cuius vocem
subito celum intonuit atque tonitruo
omnes illos qui eundem locum occupabant
serpentes interemit. Quos dum vir dei
interemptos aspexit dixit: Ecce occidisti il
los domine quis eos hinc elevat? Mox
quoque ad eius vocem tante aves venerunt quanti
serpentes occisi fuerant, que deportantes
singulos et longius proicientes locum ha
bitationis illius mundum omnino a serpen
tibus reddiderunt. Petrus
Quid virtutis quid meriti esse di
cimus quod eius ori tantum fuit
proximus omnipotens deus? Gregorius
Apud omnipotentem dei singularem
mundiciam et eius simplicem na
turam multum petre habent cordis mun
dicia et simplicitas valet. Hoc ipso na
que quod eius famuli a terrenis actibus segre
gati ociosa loqui nesciunt et mentem per
verba spargere et inquinare devitant aucto
ris sui precibus exauditionem impetrant cui
in quantum est possibile ipsa puritate ac sim
plicitate cogitationis ex quadam ia
similitudine concordant. Nos autem
turbis popularibus commixti dum frequen
ter ociosa nonnumquam etiam quod vitiosa noxia lo
quimur os nostrum omnipotenti deo tanto
fit longinquum quanto huic mundo proximum.
Deorsum quippe multum ducimur dum
locutione continua secularibus admiscemur.
Quod bene ysaias postquam dominum regem ex
ercituum vidit in semetipso reprehendit et pe
nituit dicens: Ve michi quia tacui quia
vir pollutus labiis ego sum. Cuius cur
polluta labia haberet aperuit cum subiunxit:
In medio populi polluta labia habentis ego
habito. Pollutionem namque labiorum habere do
luit sed unde contraxit indicavit cum
in medio populi polluta labia habentes se
habitare perhibuit. Unde enim difficile est
ut lingua secularium mentem non inquinet
quia dum plerumque eis ad quedam loquen
da condescendimus paulisper consueti
hanc ipsam locutionem que nobis digna
etiam delectabiliter tenemus ut ex ea iam
redire non libeat ad quam velut ex con
suetudine ducti venimus inviti. Sicque
fit ut ab ociosis ad noxia a levibus ad gravi
ora verba veniamus et os nostrum ab omnipoten
te deo iam tanto minus exauditur in prece
quanto amplius inquinatur stulta locutione
quia sicut scriptum est: Qui avertit aurem
suam ne audiat legem eius oratio erit execra
bilis. Quid ergo mirum si postulantes tar
de a domino exaudimur qui precipientem dominum
aut tarde aut nullomodo audimus?
Et quid mirum si florentinus in prece sua
citius exauditus est qui in precepta sua
dominum citius audivit. Petrus
Nichil est quod rationi valeam. Gregorius
De eo qui per tunicam impetrabat pluviam
Eutitius vero qui predicta florentium
in via dei socius erat magnus
post mortem claruit in virtute signorum
Nam cum multa cives urbis illius de eo
solcant narrare miracula illud est pre
cipuum quod usque hec longobardorum tempora
omnipotens deus per vestimentum eius assi
due dignabitur operari. Nam quotiens pluvia
deerat et estu nimio terram longa siccitas
exurebat collecta in unum cives urbis illius
tunicam eius levare et in conspectu domini
cum precibus offerre consueverunt. Cumque
dum per agros pergerent exorantes pluvia tri
buebatur que terram plene satiare potuisset.
Ex qua re patuit cuius anima quid virtutis
intus et quid meriti haberet cuius foris ostensa
vestis iram conditoris averteret. c. xv
De illo qui tribus annis cum serpente dor
mivit. Nuper quoque in partibus campanie vir
valde venerabilis martinus nomine in monte
marsico solitariam vitam duxit et annis
multis in specu angustissimo inclusus fu
it quem multi ex nostris noverunt eius quoque actibus
presentes extiterunt. De quo multa ipse et a pela
gio beate memorie decessore meo et aliis religi
osissimis viris narrantibus agnovi. Cuius
hoc miraculum primum fuit quod mox ut se in
predicti montis foramine contulit ex petra ca
vem que in semetipsa concava angustum
specum fecerat et ex ea aque stilla prorupit que
dei famulo martino in usu quotidiano
sufficeret et nec plus adesset nec unquam deesset.
Qua in re ostendit omnipotens deus quantam sui
famuli curam gereret cui vetusto miraculo
in solitudine ex petra divina poculum ministra
ret. Sed hostis antiquus hunc antiquis eius
viribus invidens usitata arte hunc depel
lere ex eo specu molitus est. Nam amicam

sibi bestiam serpentem scilicet ingressus ab ea
hunc habitacione eicere facto terrore conaretur.
Cepit etenim serpens in speluncam venire
plus cum solo eoque orante stante illum
terrere, et cum cubante pariter cubare. Sed vir
sanctus omnino impavidus eius ori vel pe
dem extendebat dicens. Si licenciam acce
pisti ut ferias ego non prohibeo. Cumque quoti
die hoc per triennium gereret die quadam an
tiquus hostis tanta hac eius fortitudi
ne victus infremuit et se per declivum
montis latus in precipicium dedit, omnia
que loci illius arbusta flamma ex se exeun
te concremavit. Cum in eo quod montis
latus omne combussit cogente omnipo
tente deo monstrare compulsus est quante
virtutis esset a quo victus abscedebat. Pe
de quesumus iste vir in quo mentis culmine
stetit qui cum serpente per triennium iacu
it securus. Petrus

Audivi pauca. Gregorius.

Quomodo mulier moriebatur que impu
denter se dei famulo presentavit.

Vir iste venerabilis vite inclusionis
sue tempore primo decrevit ut
ultra mulierem non videret, non quia sperneret
sexum, sed ex contemplata specie temptacionis
venire incurrere metuebat. Quod quedam mulier
audiens audacter ascendit montem et ad
eius specum impudenter prorupit. Sed ille
paulo longius intuens et venientem ad
se muliebria vestimenta conspiciens in oratio
nem se dedit, in terram faciem depressit et
eo usque prostratus iacuit quousque impudens
mulier a fenestra cellule illius fatigata
recederet. Que die eodem mox ut de monte
descendit vitam finivit ut ex mortis
eius sententia daretur intelligi quia val
de omnipotenti deo displicuit quod eius famu
lum ausu improbo contristavit. ¶

De puero in casu de monte et per orationem
eius a morte preservato.

Alio quoque tempore
dum multi ad hunc religiosa devocione con
currerent atque arta esset semita que in de
vexo montis latere ad eius cellulam properan
tes duxit puer parvulus incaute gradiens
ex eodem monte cecidit et usque ad vallem
corruit que sub monte eodem sita
in profundo conspicitur. In loco quippe eo
dem ipse mons tanta altitudine excrevit
ut arbusta ingencia que ex eadem valle
prodeunt ex monte conspicientibus quasi
frutecta esse videantur. Turbati sunt itaque
cuncti qui veniebant, summaque cura que
situm est si alicubi corpus elapsi pueri potu
isset inveniri. Quis enim aliud nisi extinc
tum crederet quis vel corpus integrum ad
terram pervenisse suspicaretur, dum impor
tus ubique scopulis in partibus discerpi
potuisset. Sed requisitus puer in valle
non solum vivus sed eciam incolumis in
ventus est. Tunc cunctis pariter innotuit
quod ideo ledi non potuit quia hunc in
casu suo Martini oratio portavit.

De rupe transiliente cellam Martini

In conspectu vero illius magna desuper
rupis eminebat que cum ex parte exigua
monti videtur affixa Martini celle
preminens casum suum cotidie et illius
incitum ruina minabatur. Ad hunc
mastator illustri viri Armentarii ne
pos cum magna rusticorum multitudine
veniens precabatur ut vir dei de specu eo
dem dignaretur exire quatenus ipse ru
ituram rupem ex monte potuisset evel
lere atque in specu suo dei famulus iam
securus habitaret. Cumque in hoc vir dei
nequaquam acquiesceret ei ut faceret quod
posset precepit et ipse in celle sue remo
ciori parte se contulit. Sed cum moles
rueret dubium non erat quin simul specum
destrueret et Martinum necaret. Itaque dum
ea que venit multitudo conaretur si posset
sine periculo viri dei ingens illud quod
desuper incubuit saxum levare cunctis
videntibus repente res valde admirabilis
contigit quia moles ipsa quam conaba
tur evellere subito ab eisdem laborantibus
evulsa ne speluncam Martini tectum tan
geret saltu dedit et quasi servum dei lesionem
fugiens longius cecidit, quod a deo omni
potentis angelico ministerio actum intelligitur
qui divina providencia omnia disponit fide
liter credidit. Hic cum primo in eodem mon
te se contulit necdum clausus specu
habitans cathena ferrea sibi pedem ligavit
eamque saxo ex parte altera affixit ne ei
liceret ultra progredi quam eius extensio cathene
quantitas tendebatur. Quod vir vite ve
nerabilis Benedictus audiens cum superius
mediciam fecit ei mandare per discipulum
suum curavit. Si servus dei es non teneat
te cathena ferri sed cathena Christi. Ad quam
vocem Martinus protinus eandem compedem

XVII.

solvit, sed numquam postmodum solutum tetendit pedem ultra locum quo tendere ligatum consueverat, et in tanto se spatio sine cathena coercuit in quanto alligatus mansit. Qui dum postmodum in eiusdem loci specu se inclusisset, cepit et discipulos habere qui ab eius specu seorsum habitantes ad usum vite aquam de puteo haurire consueverant. Sed funis in quo ad hauriendam aquam situla dependebat crebro rumpebatur. Unde factum est ut eandem cathenam quam ex pede suo vir Dei solverat eius discipuli peterent, eamque funi adiungerent atque in illam situlam ligarent. Ex quo tempore contigit ut isdem funis cotidie tingeretur aqua et nullo modo rumperetur. Quia enim cathenam viri Dei funis ille contigit, ipse quoque ad tollendam aquam ferri in se fortitudinem traxit. Petrus

Facta hec placent quia mira et multum quia recentia. Gregorius

Nostris temporibus quidam vir Quadragesimus nomine Buxentine ecclesie subdiaconus fuit qui omnium suarum gregem pascere in eiusdem Aurelie partibus solebat. Cuius valde veracis viri narratione res mira innotuit que secreto fuerat gesta. Is namque ut predixi dum gregis sui in Aurelia curam gereret, in diebus eisdem vir fuit in monte qui Argentarius vocatur venerabilis vite, qui habitum monachi gerebat, ipse moribus explebat. Hic itaque ad ecclesiam beati Petri apostolorum principis ab eodem monte Argentario annis singulis venire consueverat atque ad hunc quem predixi Quadragesimum subdiaconum sicut ipse narravit hospitalitatis gratia declinabat.

De mortuo quem argentarius suscitavit

Quadam vero die dum eiusdem hospitium quod non longe ab ecclesia erat intrasset, cuiusdam paupercule mulieris maritus iuxta defunctus est. Quem ex more lotum vestimentis indutum et sabano constrictum superveniente vespere sepelire nequiverunt. Iuxta defuncti igitur corpus viduata mulier sedit que in magnis fletibus noctem ducens continuis lamentorum vocibus satisfaciebat doloribus. Cumque hoc diutius fieret et mulier flere nullo modo cessaret, vir Dei qui hospitio receptus fuerat, Quadragesimo subdiacono compunctus ait: Dolori huius mulieris anima mea compatitur, rogo surge

oremus. Perrexerunt igitur utrique ad vicinam ecclesiam sese que pariter in orationem dederunt. Cumque diutius orasset complere orationem Quadragesimum subdiaconum petiit. Famulus Dei qua completa de altaris crepidine pulverem collegit atque cum eodem Quadragesimo ad defuncti corpus accessit sese que ibidem in orationem dedit. Cumque diutius orasset, iam non sicut prius fecerat orationem complere subdiaconum voluit, sed ipse benedictionem dedit statimque surrexit. Et quia dextera manu collectum pulverem gestabat, sinistra pallium quo facies defuncti velabatur abstulit. Quod cum mulier fieri cerneret contradicere vehementer cepit et mirari quid vellet facere. Ablato itaque pallio de eo quem collegerat pulvere defuncti faciem fricavit. Cumque diutius fricaret, recepit animam, oscitavit, aperuit oculos, sese que elevans resedit. Quid erga se ageretur miratus est ac si de gravi sompno fuisset excitatus. Quod dum mulier lamentis fatigata conspiceret, cepit pro gaudio magis flere et voces amplius edere. Quam vir Domini modesta prohibitione compescuit dicens: Tace, tace, sed si quis vos requisierit qualiter factum sit, hoc solummodo dicite quia dominus Ihesus Christus opera sua fecit. Dixit hoc et ab eius hospitio exiit. Quadragesimum subdiaconum protinus reliquit et ultra in loco eodem non apparuit. Talem namque honorem fugiens egit ut ab his a quibus visus in tanta virtute fuerat numquam iam in vita hac videretur. Petrus

Quid alii sentiant ignoro, ego autem cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum quod ad vitam mortui redeunt eorumque anime ad carnem ex occulto vocantur. Gregorius

Ex maius miraculum est peccatorem convertere quam mortuum suscitare r[ubrica]

Si visibilia attendimus, ita necesse est ut credamus. Si vero invisibilia pensamus, nimirum constat quia maius miraculum est predicationis verbo atque orationis solatio peccatorem convertere quam carne mortuum suscitare. In isto etenim resuscitatur caro iterum moritura, in illo vero anima mansura victura. Cum enim propono duos, in quo, puto, horum existimas factum maiori virtute miraculum? Lazarum quippe quem iam fuisse credimus fidelem carne Dominus suscitavit, Saulum vero suscitavit mente etiam quidem

post resurrectionem carnis De lazari vitutibus
tacetur. Sanctam post resurrectionem a tunc ta
pe vita insulitas non valet, quia in sacro
eloquio de pauli virtutibus dicitur quod illius pre
dicatione crudelissime cogitaciones ad pie
tatis mollia conuerse sunt visera quod mori
cupit pro fratribus in quorum prius morte gau
debat quod plenus omnis scripture scientia nichil
se scire indicat nisi christum ihesum et hunc crucifixum.
fixum. quod pro christo verberis libenter ceditur
quem gladiis insequebatur. quod apostolatus
honore sublimis est si tamen sponte fit
paruulus in medio discipulorum. quod ad tam
celi secreta ducitur et tamen mentis oculum
per compassionem reflectit ad disponendum
cubile coniugatorum dicens Uxori vir debitum
reddat similiter et uxor viro quod ad inserere
in contemplacionibus cetibus angelorum
et tamen non aspernatur cogitare atque disponere
facta carnalium quod gaudet in infirmitatibus
sibique in contumelijs placet quod ei viuere christus
est et mori lucrum quod totum extra carnem
est hoc ipsum quod viuit in carne. Ecce qua
liter viuit in carne qui ab inferno mentis
ad vitam pietatis redijt. Minus est ergo
quempiam in carne suscitare nisi forte
per viuificacionem carnis ad vitam reducatur
mentis ut hoc exagatur per exterius miracu
lum quod conuersus interius viuificetur.

Valde infra arcte Petrus etc.

Udi hoc quod modo quam sit incom
parabiliter superius agnoui, sed quesso cepta
persequere ut dum tempus vacat sine edi
ficatione hora non transeat Gregorius
De monacho Benedicto. xviii.

Frater quidam mecum in monasterio
conuersatus est in scriptura studiosis
simus qui me etate precedebat, et ex multis
que nesciebam me edificare consueuerat.
Quod omnibus cunquaque combustis
cella cuiusdam sancti benedicti comburi
non potuit nec ipsemet in clibanum
proiectus Hinc itaque narratione didici quod
fuit quidam in campanie partibus inira
quadragesimum urbis Romane miliarium
nomine benedictus, et quidem etate iuuenis
sed moribus grandeuus et in sancte conuersatio
nis regula se fortiter constringens. Cuius
totile regis tempore cum gothi repperissent
hunc incendere cum sua cella moliti sunt.
Ignem namque posuerunt et in circuitu ar
serunt omnia, cellam vero illius combu
rere non potuerunt. Quod videntes gothi

magis seuientes atque hunc ex suo habita
culo trahentes non longe aspexerunt cli
banum succensum qui coquendis panibus
parabatur, eumque in illo proiecerunt, et
clibanum clauserunt. Qui die altero ita ille
sub inuentus est ut non eius caro ab
ignibus sed neque extrema vestimenta
vllo modo cremarentur. Petrus

Antiquum trium puerorum miraculum au
dio qui proiecti in ignibus lesi non sunt.

Illud ut opinor miraculum Gregorius
ex parte aliqua dissimiliter gestum est.
Tres quippe pueri ligatis pedibus ac
manibus in ignem proiecti sunt quos die
altero rex requirens in camino illesis vesti
bus deambulantes repperit. Ex qua re col
ligitur quia ignis in qua iactati fuerant
qui eorum vestimenta non tetigit eorum vin
cula consumpsit ut uno eodemque tempo
re in obsequio iustorum et haberet flamma
virtutem suam ad solatium et non haberet ad
tormentum. Hunc tam antiquo miracu
lo diebus nostris res simili econtrario
euenit etc. Gregorius de ecclesia beati zeno
nis, quod aquis excrescentibus ad fenes
tras ecclesie que tamen apertis ostijs in
trare non poterant etc.

lxix.

Nuper iohannes tribunus relacione sua
me docuit quod pruulfus comes
cum illic adesset secum rege autharito
eodem tempore in loco eodem ubi res mira
contigit affuisse eam quod se vidisse tes
tatus est. Ferebat autem etenim ubi narrauit
raut dicens Fera ante hoc fere quin
quennium quando apud hanc romanam
urbem alueum suum tyberis egressus est
tantumque crescens ut eius unda super
muros urbis influeret atque regiones
maximas occuparet apud veronensem
urbem fluuius athesis excrescens ad
beati zenonis martiris atque pontificis
ecclesiam venit. Cuius ecclesie dum essent ia
nue aperte aqua in eam minime intrauit in
tus, sed paulisper crescens usque ad fenes
tras ecclesie que erant tecto proxime perue
nit. Sicque stans aqua ianuas ecclesie
clausit ac si illico elementum liquidum
in soliditatem parietis fuisset mutatum.
Cumque essent multi interius inuenti
sed aquarum magnitudine ecclesia circumdata
qua possent egredi non haberent, sed sibi
siti ac fame mori formidarent ad ecclesie
ianuam veniebant et aquam ad bi

bendum hauriebant. Tunc ut predixi usque ad fenestras excrescebat et intra cellam nullo modo defluebat. Hauriri ut aqua poterat defluere ut aqua non poterat. Vitis autem ante ianuam ad ostendendum cuncte nequitiam maris, et aqua erat ad adiutorium et que aqua non erat ad madendum locum. Cum ergo antiquo auctoritate ignis miraculo ut predixi non fuisse dissimile qui cum piscatore et vestimenta non contigit et vincula incendit. Petrus

Mira sunt valde sanctorum facta que narras et nostra infirmitati hominum vehementer stupenda. Sed quia tantos in ytalia nuper fuisse audio ad immane virtutis viros nosse vellem nullas antiqui hostis insidias eos contulit pertulisse an ex insidiis profecisse. Gregorius .xx.

Sine labore certaminis non est palma victorie. Unde ergo victores sunt nisi quia contra antiqui hostis insidias decertaverunt. Malignus quippe cogitationi locutioni atque operi nostro semper insistit, si fortasse quid inveniat unde examen eterni iudicis accusator existat. Vis etenim nosse quia ad decipiendum semper assistat.

De stephano presbitero .

Quidam qui nunc nobiscum sunt recognovere narro testantur quod vir vite venerabilis stephanus nomine valerie provincie presbiter fuit huius nostri bonifacii dyaconi et dispensatoris ecclesie cognacione propinquus. Qui quadam die de itinere ingressus domum mancipio suo negligenter loquens precepit dicens. Veni dyabole discalcia me. Ad cuius vocem mox ceperunt caligarium corrigie se summa velocitate dissolvere ut aperte constaret quod ei ipse qui nominatus fuerat ad extrahendas caligas dyabolus obedisset. Quod mox ut presbiter vidit vehementer expavit magnis quoque vocibus cepit clamare dicens. Recede miser recede non enim tibi mancipio locutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit et ita ut inveniente sunt magna iam ex parte dissoluta corrigie remanserunt. Qua in re colligi potest antiquus hostis qui tam presto est factis corporalibus quam nimiis insidiis cogitacionibus nostris insistat. Petrus

Laboriosum est valde atque terribile contra insidias dyaboli semper intendere et quotidie quasi in acie stare.

Laboriosum non est. Gregorius

Si custodiam nostram non nobis sed gratie superne tribuimus. Ita tamen ut ipsi quantum possumus sub protectione dei vigilemus. Si autem antiquus hostis a mente ceperit expelli adiuvante divina largitate plerumque agitur ut non iam timeri non debeat sed ipse eam ab virentibus virtute terreatur. De puella cuius imperio homo est a demone liberatus .xxi.

Rem namque quam narro vir sanctissimus eleutherius senex pater cum supinis memoratus feci testis exstitit et in hoc intimare curavit quod in spoletana urbe puella quedam iam nubilis cuiusdam primarii filia celestis vite desiderio exarsit. Eiusque pater resistere ad viam vite conatus est. Sed pre contemptu sancte conversacionis gratiam suscepit. Qua ex re factum est ut eam sue substantie coheredem faceret nihilque illi aliud nisi sex uncias unius possessiuncule largiretur. Cuius exemplo provocate ceperunt apud eam multe nobilis generis puelle converti et omnipotenti deo dedicata virginitate servire. Quadam vero die ipsum eleutherius abbas vir vite venerabilis ad eam gratia exhortacionis et edificacionis accesserat et cum ea de verbo dei colloquens sedebat. Cum repente ex eodem fundo que in sex unciis a patre perceperat cum exenio rusticus venit. Cumque ante eos assisteret maligno spiritu correptus cecidit fatigari nimiis stridoribus atque balatibus cepit. Tunc sanctimonialis femina surrexit atque irato vultu magnis clamoribus imperavit dicens. Exi ab eo miser, exi ab eo miser. Ad cuius vocem per os vexati dyabolus respondit dicens. Et si de isto exeo in quem intrabo. Casu autem iuxta porcus parvulus pascebatur. Tunc sanctimonialis femina precepit dicens. Exi ab eo et in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiit et porcum quem iussus fuerat invasit occidit et recessit. Petrus

Velim nosse si saltem porcum concedere immundo spiritui debuit. Gregorius

Prepositae regule nostre actionis sunt facta veritatis. Ipsi etenim redemptori nostro a legione que hominem tenebat dictum est. Si eicis nos mitte nos in gregem porcorum. Qui hanc ab homine expulit et in porcos ire eos quam in abyssum mitti concessit. Ex qua re etiam hoc colligitur quod absque concessione

sione omnipotentis dei maligni spiritus contra
hominem nullam potestatem habeat qui in por-
cos intrare non potuit nisi permissus. Illi
ergo necesse est nos subdi cui et adversa omnia
subiacent ut in vita et tanto inimicis hostibus
potentiores simus quanto auctori omnium unicum
efficiamur per humilitatem. Quid vero mirum si
electi quique in carne positi multa facere
possunt miracula quorum ipsa quoque ossa mortua
plerumque in multis vivunt miraculis c. xx.

De presbitero provincie valerie c. xxi.

In valerianamque provincia res hec est ges-
ta quam narrare michi quoque beate memorie ab-
batis mei valentionis relatione cognita
est. Ibique etenim quidam venerabilis sacer-
dos erat qui cum clericis suis in dei laudibus
bonis quoque operibus intentus sancte conversa-
tionis vitam ducebat. Qui superveniente au-
vocationis die defunctus est ante eiusdem sepulchrum
Eidem vero ecclesie caule inherebant ovium atque
ipsidem locus ubi sepultus est ad easdem oves
tendentibus previus erat. De furto

Quadam autem nocte cum clericis mat.
etiam psallentibus fur venissit et caulas
ingressus furtum faceret verveicem tulit et
concitus exiit. Cum vero pervenisset ad locum
ubi vir dei sepultus erat repente hesit et
gressum movere non potuit. Verveicem quoque
de collo posuit eundemque dimittere volu-
it sed manum laxare non potuit. Cepit igitur
stare miser cum preda sua reus et ligatus
volebat verveicem dimittere nec valebat
volebat egredi cum verveice nec poterat.
Miro modo itaque fur qui a vivis teneri
timuerat hunc mortuus tenebat. Cumque
ita gressus et manus illius fuissent con-
stricte inmobilis perstitit. Facto mane ex-
pletis quoque laudibus dei ab ecclesia egressi sunt
clerici et invenerunt ignotum hominem verve-
cem tenentem manu. Res venit in dubium
utrum verveicem tolleret an offerret sed cul-
pe reus citius indicavit penas. Mirati
sunt omnes quia ingressus fur viri dei
merito apud predam suam stabat ligatus.
Qui mox pro eius in orationem dederunt se quique
prostrati vix obtinere valuerunt ut qui res corripere
venerat rapere saltem vacuus exire mereretur.
Fur itaque qui diu steterat cum preda cap-
tivus quoque exiit vacuus et liber. Petrus

Apparet quante sit dulcedinis super nos
omnipotens deus cum erga nos fa-
ciat tam iocunda miracula. Gregorius

Abbate prenestini montis c. xxii.

Prenestine urbis mons preminet in
quo beati petri monasterium situm est
virorum dei quoque relatione adhuc in mo-
nasterio positum audisse contigit michi
me hoc quod narro miraculum quod eiusdem
monasterii monachi nosse testabantur. In eo
namque monasterio pater fuit vite venerabilis
qui quendam monachum nutriens usque ad
tenendos perduxit mores. Cumque in timo-
re dei eum indicaret excrevisse in eodem
sibi monasterio eum fecit presbiterum ordinari.
Sed cum post ordinationem suam quia non lon-
ge abesset eius exitus revelatione indica-
tum est. A predicto autem patre monasterii petiit
quatenus ei concederet ut sibi sepulchrum pararet.
Cui ille respondit. Ante te quidem ego moriturus
sum sed tamen vade et sicut vis prepara sepulchrum
tuum. Qui recessit igitur et preparavit. Cumque non post
multos dies pater senex febre percussus
ad extrema pervenit atque assistenti presbitero
iussit dicens. In tuo sepulchro me pone. Cumque
ille diceret. Scis quia ego iam secuturus sum
utrosque capere non potest. Abbas respondit dicens.
Ita fac ut dixi quia sepulchrum tuum ambos
nos capiet. Defunctus itaque est et in sepul-
chro eodem quod sibi presbiter paraverat positus.
Mox quoque et presbiterum languor corporis secutus
est. Quo crescente presbiter citius vitam fini-
vit. De illo qui mortuus iacens in se-
pulchro alteri mortuo locum dedit. Cumque
ad sepulchrum quod sibi ipse paraverat corpus
illius fuisset a fratribus deportatum aperto eodem
sepulchro viderunt omnes qui aderant locum
non esse ubi poni potuisset quia corpus
patris monasterii quod illic ante positum
fuerat omne illud sepulchrum tenebat. Cumque
fratres qui presbiteri corpus detulerant factam
sibi sepeliendi difficultatem viderent unus
eorum exclamabat dicens. Eya pater ubi est quod
dixisti quia sepulchrum istud ambos nos
capiet. Ad cuius vocem subito cunctis videnti-
bus abbatis corpus quod illic iam fuerat
humatum supinum iacebat sese convertit
in latere et vacantem sepulchri locum ad sepeli-
endum corpus presbiteri prebuit. Et quia utrosque
locus ille caperet sicut promiserat vivus mor-
tuus implevit. Sed quia hoc quod predixi
apud prenestinam urbem in beati petri mo-
nasterio gestum est vis etiam aliquid in
hac urbe de eius ecclesie custodibus ubi sacratis-
simum corpus eius est positum audire.

Volo atque id ut fiat magnopere deprecor. Petrus. Gregorius.

De theodoro mansionario et custode ecclesie cui apparuit beatus petrus c. xxiiij.

Adhuc supersunt aliqui qui theodorum eiusdem ecclesie custodem noverunt cuius narratione motum res que ei contigit valde memorabilis crebuit. Quadam nocte diutius ad meliorandum luminaria iuxta ianuam surrexisset ex more in ligneis gradibus sub lampade positus stabat et lampadibus reponebat lumen. Cum repente beatus petrus apostolus in stola candida deorsum in pavimento constitit eique dixit Coliberte quare tam citius surrexisti. Quo dicto ab oculis apparientis evanuit. Sed tantus in eum pavor irruit ut tota in illo corporis virtus deficeret et per dies multos de strato surgere non valeret. Qua in re quid idem beatus petrus apostolus servientibus sibi voluit nisi pensandam sui respectus ostendere quia quicquid pro eius veneratione agitur hoc ipse mercede retributionis sine intermissione semper videret.

Michi hoc non tam. Petrus.

Mirum apparet michi quia visus est sed quia is qui vidit cum sanus esset egrotavit. Gregorius.

Quid super hac re miraris petre? Nunquidnam menti excidit quomodo cum daniel propheta illam magnam ac terribilem visionem vidit ex qua etiam visione contremuit protinus adiungit et ego elangui per dies plurimos. Caro enim capacitatem spiritus ferre non valet et ideo nonnumquam cum mens humana ultra se ad videndum ducitur necesse est ut hoc carneum vasculum quod ferre pondus talenti non valet infirmetur. Petrus.

Scrupulum cogitationis mee aperta narratio dissolvit. Gregorius.

De acontio mansionario qui puellam in ecclesia beati petri sanavit. xxv.

Alius illic non ante longa tempora sicut michi seniores referunt custos ecclesie acontius dictus est magne humilitatis atque gravitatis vir ita omnipotenti deo fideliter serviens ut idem beatus petrus apostolus signis ostenderet quam de illo haberet estimationem. Nam cum quedam puella paralitica in ecclesia eius permanens manibus reperet et dissolutis renibus corpus per terram traheret diuque ab eodem beato petro apostolo peteret ut sanari mereretur nocte quadam eidem per visionem astitit et dixit Vade ad acontium mansionarium et roga illum quia te saluti ipse restituet. Cumque illa de tanta visione certa esset sed quis esset acontius ignoraret cepit hinc illincque per loca ecclesie se trahere ut quis esset acontius investigaret. Cui repente ipse factus est obviam quem querebat eique dixit Rogo te pater indica michi quis est acontius custos. Cui ille respondit Ego sum. Cui illa inquit Pastor et nutritor noster beatus petrus apostolus ad te me misit ut ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui ille respondit Si ab ipso missa es surge. Eique manum tenuit et eam in statu suo protinus erexit. Ita ut ex illa hora omnes in eius corpore nervi ac membra solidata sint ut solutionis illius signa ulterius nulla remanerent. Sed si cuncta que in eius ecclesia gesta cognovimus evolvere conamur ab omni iam procul dubio narratione conticescimus. Unde necesse est ut ad modernos patres quorum vita per italie provincias claruit narratio se mea retorqueat.

Gregorius de mena monacho c. xxvi.

Nuper in samnii provincia quidam venerandus vir menas nomine solitariam vitam ducebat qui multis cognitus ante hoc fere est decennium defunctus. Cuius operis narratione unum auctorem non inscribo quia pene tot michi in eius vita testes sunt quot samnii provinciam noverunt. Hic itaque nichil ad usum aliud nisi pauca apium vascula possidebat. Hunc longobardus quidam in eisdem apibus rapinam cum voluisset ingerere prius ab eodem viro verbo correptus est et mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus. Qua ex re factum est ut sicut apud omnes incolas ita etiam apud eandem barbaram gentem nomen eius celebre haberetur nullusque ultra presumeret cellulam eius nisi humilis intrare. Sepe vero ex vicina silva venientes ursi apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos ferula quam manu portare consueverat cedebat. Ante cuius verbera immanissime bestie rugiebant et fugiebant et que gladios vix formidare poterant eius manum ictus ferule pertimescebant. Huius studium fuit nichil in hoc mundo habere nichil querere. Omnes qui ad se caritatis causa venie

bant ad eterne vite desideria attendere curabat.
Siquando autem quorumlibet aliquas ignorasset nunquam
ab increpatione parceret, sed amoris igne suc-
census studebat in eis vehementer per lingua
ferire. Consuetudinem vero vicini ut lon-
ge positi ejusdem loci accole fecerant ut
diebus singulis per ebdomadam ei oblatio-
nes suas transmitterent ut esset quod ipse
venientibus offerre potuisset. De eo qui
cognovit oblationes inter alias occulte
missas. Quodam vero tempore possessor qui-
dam Carterius nomine mundo desiderio de-
victus quandam sanctimonialem feminam rapu-
it sibique illico matrimonio conjunxit. Quod
mox ut vir domini cognovit ei per quos po-
tuit que fuerat dignus audire mandavit.
Cumque scelesti sui conscius timeret et ad vi-
ri dei accedere nequaquam presumeret ne forte se
aperte ut delinquentes solebat increparet
fecit oblationes suas eas cum inter aliorum
oblationes misit ut eius munera sal-
tem nesciendo susciperet. Sed cum coram
eo fuissent omnium oblationes deportate vir
dei tacitus sedit sigillatim omnes considera-
re studuit et omnes alias eligens atque seorsum
ponens oblationes quas ipsem Carterius
transmiserat per spiritum sanctum cognovit spreuit
et abiecit dicens. Ite et dicite ei. Oblationem
suam omnipotenti deo tulisti et michi oblatio-
nes tuas transmittis. Ego tuam oblationem
non accipio quia suam abstulisti deo. Dum
ex re actum est ut pariter cunctos timor mag-
nus invaderet cum vir domini tam sciens de
absentibus indicaret. Petrus

Multos hoc suspicor martirium subi-
re potuisse si eos tempore persecutionis
tempestas invenisset. Gregorius. De
martirio duplici ii.

Duo sunt petre martirii genera unum in
occulto et alterum in publico. Nam et
si persecutio desit exterius martirii meritum in
occulto est cum animus ad passionem prompta
flagrat in animo. Etenim esse posse et
sine aperta passione martirium testatur in evan-
gelio dominus qui zebedei filiis adhuc pro
infirmitate mentis maiora sessionis loca
querentibus dicit. Potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum. Cum dixerunt Possumus
utrique autem. Calicem quidem bibetis etc.
Quid autem calicis nomine nisi poculum pas-
sionis signatur et cum mirum non sit quod omni-
bus constat quia Iacobus per passionem occu-
buit. Iohannes vero in pace ecclesie quievit. Mar-
tirem colligitur esse et sine aperta passione
martirium quando et ille calicem domini bibere
dictus est qui ex persecutione mortuus non est.
De autem talibus tantis quam viris quorum su-
perius memoriam feci dicam qua si per-
secutionis tempus existeret martires esse possent
qui occulte hostis insidias tolerantes suos
quam in hoc mundo adversarios diligentes cunctis
carnalibus desideriis resistentes per hoc quo
se omnipotenti deo in corde mactaverunt et
pacis tempore martires fuerunt dum nostris
modo temporibus viles et sceleratis vite personas
de quibus nil celestis glorie posse presumi
videbatur oborta occasione contigit ad
coronas martirii pervenisse. Nam ante annos
hos fere duodecim sicut hii testantur qui
interesse potuerunt quadraginta rustici
a longobardis capti carnes ymolaticias
comedere compellebantur. Cum dum
valde resisterent et contingere cibum sacrile-
gum nollent cepere longobardi qui eos
tenuerant nisi ymolata comederent eis
mortem minari. Sed illi eternam potius quam
presentem vitam et transitoriam diligentes
fideliter persisterunt atque in sua constantia sic
omnes occisi sunt. Quid itaque isti nisi veri-
tatis martires fuerunt. Quia ne vetitum come-
dendo conditorem suum offenderent elegerunt
gladiis vitam finire. Gregorius: De
rusticis qui carnes ymolaticias come-
dere noluerunt ii. xxviii.

xxvii

Eodem tempore dum fere quadragin-
ta captivos alios longobardi tenu-
issent more suo ymolaverunt caput ca-
pre diabolo hoc ei currentes per circuitum
et carmine nefando dedicantes. Cumque ipsi
illud submissis cervicibus adorarent eadem
eos quos ceperant hoc adorare pariter compelle-
bant. Sed ex eisdem captivis maxima multi-
tudo magis eligens moriendo ad vitam
immortalem tendere quam adorando vitam morta-
lem tenere obtemperare iussis sacrilegis no-
luerunt et caput quam semper creatori flex-
erant creature inclinare contempserunt.
Unde factum est ut hostes qui eos ceperant
gravi iracundia accensi cunctos gladio inter-
ficerent quos in errore suo participes non
haberent. Quid ergo mirum si erumpente perse-
cutionis tempore illi martires esse potuissent qui
in ipsa quoque pace ecclesie semetipsos sem-
per affligendo angustiam martirii tenuerunt

quod irruente persecutionis articulo hii etiam meruerunt martirii palmas accipere qui in pace ecclesie latas huius seculi vias sequi videbantur. Nec tamen hoc quod de eisdem electis viri dicimus de cunctis iam qui in regula tenemus. Nam cum persecutionis tempus apte irruit, sicut plerique martirio subire possunt qui esse in pace ecclesie despicabiles videntur, ita nonnunquam imbecillitatis formidine corruunt qui sibi in pace ecclesie fortes stare credebantur. Sed eos de quibus prudenti nunc vidimus potuisse fideliter fatemur. Quia hoc iam ex corporum fine colligimus. Eandem enim nec in apta persecutione portaverunt hii de quibus constat quia adusque ad finem vite inoculta animi virtute persisterunt. xxix. Petrus

Ut asseris ita est. Sed sum indignos nos divine misericordie dispensationem miror quia longobardorum sevitiam ita moderatur ut eorum sacerdotes qui esse fidelium quasi victores videntur orthodoxorum fidem persequi minime permittantur. Hoc pene facere plerumque. Gregorius conati sunt, sed eorum sevitie miracula superna restiterunt. Unde unum narro miraculum quod Bonifacius mei monasterii monachus qui usque ante quadriennium cum longobardis fuit adhuc ante triduum agnovi. Gregorius De arriano episcopo excecato. v.

Dum ad Spoletanam urbem longobardorum episcopus scilicet arrianus venisset et locum illic ubi sollempnia sua ageret non haberet, cepit ab eius civitatis episcopo ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod dum valde episcopus negaret, isdem qui venerat arrianus beati Pauli apostoli illic ecclesiam cominus sitam se altero die violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem ecclesie custos audiens festinus cucurrit, ecclesiam clausit et seris munivit. Facto autem vespere lampades omnes extinxit seque in interioribus abscondit. Quomodo ecclesia miraculo se aperta sunt et tamen longobardorum gens intrare non potuit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo arrianus episcopus collecta multitudine adveniens clausas ecclesie ianuas effringere paratus. Sed repente cuncte simul porte divinitus concusse abiectis longius seris aperte sunt atque cum magno sonitu omnia ecclesie claustra patuerunt, et effuso desuper lumine omnes que extincte fuerant lampades accense sunt. Arrianus vero episcopus qui vim facturus advenerat subita cecitate percussus est atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod cum longobardi in eadem regione positi cognoscerent, nequaquam presumpserunt catholica loca ulterius temerare. Miro etenim modo res gesta est, ut quia eiusdem arriani causa lampades in ecclesia beati Pauli fuerant extincte, uno eodemque tempore et iste lumen perderet et in ecclesia lumen redditur.

De arrianorum ecclesia catholica consecratione dedicata. v. xxx.

Sed neque hoc sileam quod ad eius arriane hereseos dampnationem in hac quoque urbe ante biennium superna pietas monstravit. Ex hiis quippe que narro alia ipsa plebs agnovit, alia vos sacerdotes et custodes ecclesie se audisse testantur. Arrianorum ecclesia in regione urbis huius que subura dicitur, cum clausa usque ante biennium fuisset, placuit ut in fide catholica introducta illic beati Sebastiani et sancte Agathe reliquiis dedicari debuisset. Quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes et omnipotenti deo laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea missarum sollempnia iam celebrarentur et per eiusdem loci angustias populus se comprimeret, quidam ex hiis qui extra sacrarium stabant porcum subito inter suos pedes hinc illucque discurrere senserunt. Quem unusquisque sentiret et iuxta se stantibus indicaret, isdem porcus ecclesie ianuas petiit et omnes per quos transiit ad admirationem commovit. Sed videri a nullo potuit, sentiri potuisset. Quod idcirco divina pietas ostendit ut cunctis pateret quia de loco eodem immundus habitator exiret. Igitur peracta missarum celebratione recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesie tectis strepitus factus est ac si in hac aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit, cum subito tanto terrore insonuit ac si omnis illa ecclesia funditus a fundamentis eversa esset atque recessisset ac si nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitum quem fecerat innotuit a loco quem diu tenuerat quam coactus exibat. Post paucos vero dies in

magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesie nubes celitus descendit suoque illud velamine operuit omnemque ecclesiam tanto terrore ac suavitate odoris implevit ut patentibus ianuis nullus illic presumeret intrare et sacerdos atque custodes et hii qui ad celebranda missarum sollempnia venerant rem videbant et ingredi minime poterant sed suavitatem odoris mirifici trahebant. Die vero alio cum in ea lampades sine lumine dependerent emisso divinitus lumine sunt accense et post paucos iterum dies cum expletis missarum sollempniis extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus fuisset post paululum intravit et lampades quas extinxerat lucentes repperit quas negligenter se extinxisse credidit atque eas sollicius extinxit. Qui exiens ecclesiam clausit. Sed post trium horarum spacium regressus lucentes lampades quas extinxerat invenit ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret quia locus ille de tenebris ad lucem venisset. Petrus

Etsi in magnis tribulationibus sumus positi quia tamen a conditore nostro non sumus omnino despecti testantur ea que audio eius stupenda miracula etc.

Omnia sola que in Italia gesta sunt narrare decreveram vis ne tamen ut pro ostendenda eius sancti arrianam hereseos dampnatione transeamus verbo ad hyspanos et inde per affricam ad ytaliam redeamus. Gregorius

Perge quo libet. Nam letus ductor et letus reductor. Petrus xxxi.

Gregorius de herminigildo rege

Sicut multorum qui ab hispaniarum partibus venerunt relatione cognovimus nuper herminigildus rex leuvigildi regis gothorum filius ab arriana heretica perfidia ad catholicam fidem viro reverentissimo leandro ispalitano episcopo michi dudum in amicitiis familiariter iuncto predicante conversus est. Quem pater arrianus ut ad eandem heresim rediret et premiis suadere et minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet numquam se veram fidem posse relinquere quam semel agnovisset iratus pater privavit eum regno rebusque omnibus expoliavit.

Quo pater filium propter fidem occidit. Et quod post heresis arriana cessavit

Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset in arta illum custodia concludens collum manusque illius ferro religavit. Cepit itaque idem herminigildus rex iuvenis terrenum regnum despicere et forti desiderio celeste querens in ciliciis iacens vinculatus omnipotenti deo ad confortandum se preces effundere et tanto sublimius gloriam transeuntis mundi despicere quanto et religatus agnoverat nichil fuisse quod potuit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die intempeste noctis silencio ad eum perfidus pater arrianum episcopum misit ut ex eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet atque per hoc ad patris graciam redire mereretur. Sed vir deo deditus arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit quia etsi exterius iacebat ligatus apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo arrianus pater infremuit statimque suos apparitores misit qui constantissimum confessorem dei illic ubi iacebat occiderent. Quod factum est. Nam mox ut ingressi sunt securim in cerebro illius infigentes vitam corporis abstulerunt hocque in eo valuerunt perimere quod ipsum qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera eius gloria etiam non defuere miracula. Nam cepit in nocturno silencio psalmodie cantus ad corpus eiusdem regis et martiris audiri atque ideo veraciter regis quia martiris. Quidam etiam ferunt quod illic tempore nocturno accense lampades apparebant. Unde factum est quod corpus illius ut videlicet martiris iure a cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater vero perfidus et parricida commotus penitens se hoc fecisse doluit nec tamen usque ad optinendam salutem. Nam quia vera esset catholica fides agnovit sed gentis sue timore perterritus ad hanc pervenire non meruit. Qui oborta egritudine ad extrema perductus leandro episcopo quem prius vehementer afflixerat rechardum regem filium suum quem in sua relinquebat heresi commendare curavit ut in ipso quoque talia faceret qualia in fratre illius suis exhortationibus fecisset. Qua videlicet commendatione expletus est. Post cuius mortem rechardus rex non patrem perfidum sed martirem fratrem sequens gothorum ita ad veram perduxit fidem ut nullum in suo regno militare permitteret qui regno dei hostis existere per hereticam perfidiam non timeret.

Nec mirum quod vere fidei predicator factus est qui
frater est martiris cuius nunc quoque merita adiu
vant ut ad omnipotentis dei fidem multos
reducat. Qua in re nobis considerandum
est quia totum hoc agi nequaquam posset
si Hermingildus rex pro veritate mortuus
non fuisset. Nam scriptum est: Nisi granum
frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit
multum fructum affert. Hoc fieri videmus
in membris quod factum scimus in capite.
In gothorum etenim gente unus est mortu
us ut multi viverent, et dum unum granum
fideliter cecidit ad optinendam fidem ani
marum seges multa surrexit. Petrus XXXII

Res mira et mire stupenda temporibus.

Gregorius. De episcopis quorum lingue precise sunt.

Iustiniani quoque augusti temporibus dum
contra catholicorum vitam exorta a
Wandalis arriana persecutio vehemen
ter in affrica insaniret quidam in defen
sione veritatis episcopi fortiter persistentes ad
medium sunt deducti. Quos Wandalorum
rex verbis et muneribus ad perfidiam flectere
non valens tormentis posse frangi cre
didit. Nam cum eos in ipsa defensione veri
tatis silentium pati iuberet, nec tamen ipsi contra
perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan con
sensisse viderentur, raptus in furorem
rex eorum linguas radicitus abscidi fecit. Mi
ra res et multis nota senioribus quia ita
post pro defensione veritatis et sine lingua
iam loquebantur sicut prius loqui per
linguam consueverunt. Petrus

Mirandum valde est et vehementer
stupendum. Gregorius

Scriptum quippe est petre de unige
nito summi patris: In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat verbum.
De cuius etiam virtute subiungitur: Omnia
per ipsum facta sunt. Quid igitur miramur
si verba edere sine lingua loqui potuit
verbum quod linguam fecit. Petrus

Placet quod dicis. Gregorius

De illis qui sine linguis loque
bantur.

Hii itaque eodem tempore profugi ad con
stantinopolitanam urbem vene
runt. Eo quoque tempore quo pro exponendis
responsis ecclesie ad principem ipse transmis
sus sum seniorem quendam episcopum reperi
qui se adhuc eorum ora sine linguis loque
ntia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus
clamarent: Ecce videte quia linguas non
habemus et loquimur. Videbatur enim a respi
cientibus ut ferebatur quia abscisis radi
citus linguis quasi quoddam baratrum patebat
in gutture et tamen ore vacuo plena ad inte
grum verba formabant. Quorum illic unus
in luxuriam lapsus mox privatus est dono
miraculi. Recto videlicet omnipotentis dei
iudicio ut qui carnis continentiam servare
neglexerat sine lingua carnea non haberet verba
virtutis. Sed hec nos pro ostendenda certitudine fidei dixisse sufficiat. Nunc ad ea que
in presenti ytalia gesta sunt signa redeamus.

Gregorius De Eleuthero servo dei.

Is autem cuius superius mentionem feci Eleu
therius pater monasterii beati marci ewange
liste quod in spoletane urbis pomeriis
situm est diu mecum in hac urbe in meo
monasterio est conversatus, ibique defunctus.
Quem discipuli sui ferebant orando mor
tuum suscitasse. Vir autem tante simplici
tatis erat et compunctionis ut dubium
non esset quod ille lacrime ex tam humili sim
plicique mente edite apud omnipotentem
deum multa optinere potuissent. Huius
ergo aliquod miraculum narro quod
inquisitus mihi simpliciter fatebatur
et ipse. De puero a quodam sancto a dia
bolo liberato et iterum vexato propter vanam
gloriam eiusdem. Quadam namque die
iter carperet facto vespere cum ad sece
dendum locum deesset in monasterio virginum
devenit, in quo quidam parvulus puer
erat quem malignus spiritus omni nocte vex
are consueverat. Sed sanctimoniales fe
mine ut virum dei susceperunt rogaverunt
eum dicentes: Pater tecum hac nocte pu
er iste manebit. Quod ipse benigne sus
cepit secumque eum nocte eadem iacere per
misit. Mane autem facto ceperunt sanctimo
niales femine eundem patrem vigilanter
inquirere si quid puer sibi quem dederant
eadem nocte fecisset. Cum miratus ille ita
inquirerent dixit: Nichil. Tunc ille eiusdem
pueri monuerunt causam et quod malignus
spiritus nulla ab eo nocte recederet indicave
runt simulque postulantes ut hunc secum
ad monasterium tolleret quia iam vexatio
nem illius videre ipse non possent. Con
sensit senex et puerum ad monasterium duxit.

Cum autem multo tempore in monasterio fuisset atque adhuc antiquus hostis accedere minime presumpsisset emisit sancti viri animus de salute pueri inmoderatam pre leticiam tactus est. Nam coram positis fratribus dixit: Fratres, diabolus sibi cum illis sororibus iocabatur. At ubi ad servos dei ventum est ad hunc puerum accedere non presumpsit. Post quam vocem hora eadem ac momento isdem puer coram cunctis fratribus diabolo se invadente vexatus est. Quo viso senex protinus se in lamentum dedit. Quem dum lugentem diu fratres consolari voluissent respondit dicens: Credite quia michi in nullius vestrum ore hodie panis ingredietur nisi puer iste a demonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus prostravit et consequenter oratum est quousque puer a vexatione sanaretur. Qui et tam perfecte sanatus est ut adhuc malignus spiritus accedendi ausum ulterius non haberet. Petrus ii.

Credo quod ei elacio parva subrepserat et eius discipulos omnipotens deus so- illius noluit esse adiutores. Gregorius

Ita est. Nam pondus miraculi solus portare non poterat, ideo divisit hoc cum fratribus et portavit. Huius viri oracio quante virtutis esset in memetipso expertus sum. Nam cum quodam tempore in monasterio positus incisionem vitalium paterer crebrisque angustiis per horarum momenta ad exitum propinquarem, quam molestiam greca medicina suo eloquio sincopim vocant, et nisi me frequenter fratres cibo reficerent vitalis michi spiritus funditus intercidi videbatur. De ieiunio sancti Gregorii

Paschalis supervenit dies et sacratissimo sabbato in quo omnes et parvuli pueri ieiunant ego ieiunare non potuissem cepi plus merore quam infirmitate deficere. Sed tristis animus meus consilium citius invenit ut eundem virum dei secreto in oratorium ducerem eumque peterem quatenus michi die illo ad ieiunandum virtus daretur suis apud omnipotentem deum precibus obtineret. Quod factum est. Nam mox ut oratorium ingressi sumus cum humiliter postulatus sese cum lacrimis in orationem dedit et post paululum completa oratione exiit. Sed ad vocem benedictionis illius tantam virtutem stomachus meus accepit ut michi a memoria tolleretur cibus et egritudo. Cepi mirari quis essem quis fuerim, quia cum ad animum redibat infirmitas nichil in me ex hiis que memineram recognoscebam. Cumque in dispensatione monasterii occupata mens mea esset obliviscebar funditus mee egritudinis. Si vero ut predixi rediret egritudo ad memoriam cum tam forte me esse sentirem mirabar si non comedissem. Cum ad vesperum veniens tante me fortitudinis inveni ut si voluissem ieiunium usque ad alterum diem transferre potuissem. Sicque factum est ut in me probarem experienciam de illo vera esse quibus ipse minime interfuissem. Petrus

Quia eundem virum magne compunctionis fuisse dixisti ipsam lacrimarum vim addiscere cupio largius. Unde quesso ut michi quot sint genera compunctionis edisseras. i. Gregorius De generibus compunctionis c. xxxiiii.

In multis speciebus compunctio dividitur cum singule queque a penitentibus culpe planguntur. Unde ex voce quoque penitentium Jeremias ait: Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo sunt, quia deum sitiens anima prius timore compungitur postea amore. Prius enim se in lacrimis afficit quia dum malorum suorum recolit pro hiis perpeti eterna supplicia pertimescat. At vero cum longa meroris anxietate fuerit formido consumpta quedam iam de presumpcione venie nascitur et in amore celestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium postmodum amarissime flere incipit quod differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori que ipsa societas beatorum spirituum que maiestas eterne visionis dei et amplius plangit quod a bonis perhennibus deest quam prius flebat cum mala eterna metuebat. Sicque fit ut perfecta compunctio formidinis trahat animum ad compunctionem dilectionis. Quod bene in sacra veracique historia figurata narratione describitur que ait quod Axa filia Caleph sedens super asinum suspiravit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da michi benedictionem. Terram australem et arentem iunge et irriguam. Dedit itaque ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet cum irrationabilibus carnis sue motibus anima presidet. Que suspirans a patre terram irriguam petiit quia a creatore nostro cum magno gemitu querenda est lacrimarum gratia. Sunt namque nonnulli qui in dono

perceperunt, libere pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lacrimarum non habent. Hii nimirum terram australem et arentem habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni atque ferventes sunt, oportet ut aut timore supplicii aut amore regni celestis etiam mala que antea perpetrarunt deplorent. Sed quia ut dixi duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima cum sese in lacrimis celestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit cum supplicia inferni flendo pertimescit. Et quidem prius inferius et post irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate preeminet, fuit ut prius irriguum superius et postea irriguum inferius commemorari debuisset. Petrus.

Placet quod dicis. Sed postquam hunc venerande vite Eleutherium tanti meriti fuisse dixisti, libet inquirere si nunc in mundo credendum est aliquos tales esse. Gregorius. De Amantio presbytero qui per impositionem manuum curavit infirmos. Gregorius xxxv.

Floridus Tudertine ecclesie episcopus, cuius veritatis atque sanctitatis fuit tue dilectioni incognitum non est. Hic michi esse apud se presbyterum quendam Amantium nomine precipue simplicitatis narravit virum, quem hoc habere virtutis perhibet, ut apostolorum more manum super egros ponat et salutem restituat, et quelibet vehemens egritudo sit, ad tactum illius abscedat. Quem etiam hoc habere miraculi adiunxit, quia in quolibet loco quamvis immanissime asperitatis serpentem reperit, mox ut eum signo crucis signaverit, extinguit. Ita virtute crucis quam vir dei digito expresserit, disruptis visceribus moriatur. Quem si quando serpens in foramine fugerit, signo crucis os foraminis benedicat, statimque ex foramine serpens iam mortuus trahitur. Quem tante virtutis virum ipse etiam videre curavi, eumque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere volui, ubi si qua esset in eo curationis gratia probare citius potuissem. Ibi autem inter egrotos alios quidam mente captus iacebat, quem medici greco vocabulo freneticum appellant. Qui in nocte cum magnas voces sine mensura ederet et cunctos egrotos immensis clamoribus perturbaret, ita ut nulli capere somnum liceret, fiebat res valde miserabilis, quia unde unus male, inde omnes deterius habebant. Sed sicut prius a reverentissimo Florido episcopo qui tunc cum predicto presbytero illic pariter manebat, et post a puero qui nocte eadem egrotantibus serviebat subtiliter agnovi, idem venerabilis presbyter de proprio stratu surgens ad lectum frenetici silenter accessit et super eum positis manibus oravit. Moxque illum melius habentem tulit atque in superiora domus secum ad oratorium duxit, ubi pro eo liberius orationi incubuit, et statim eum sanum ad lectum proprium reduxit, ita ut nullas ulterius voces ederet, neque egrotorum quempiam aliquo clamore turbaret, nec iam egritudinem auxit alienam, qui perfecte receperat mentem suam. Ex quo eius uno facto didici, ut de eo illa omnia audita crederemus. Petrus.

Magna vite edificatio est videre viros mira facientes atque in civibus suis Ierusalem celestem in terra conspicere. Gregorius. De Maximiano episcopo et de navi miraculose cum hominibus inter tempestates servata et egredientibus hominibus statim submersa. Gregorius xxxvi.

Neque silendum esse puto quod omnipotens deus super Maximianum famulum suum nunc Siracusanum episcopum tunc autem mei monasterii patrem dignatus est monstrare miraculum. Nam dudum iussione pontificis mei in Constantinopolitane urbis palatio responsis deservirem, illic ad me idem venerabilis Maximianus caritate exigente cum fratribus venit. Qui dum ad monasterium meum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempestate deprehensus inestimabili ordine atque insitato miraculo erga se cunctosque qui secum aderant omnipotentis dei et iram cognovit et gratiam. Nam cum in eorum mortem ventorum nimietatibus elevati fluctus sevirent, et navi clavo perdito arbor abscisa esset, vela in undis proiecta, totumque vas navis quassatum nimiis fluctibus ab omni sua compage fuit dissolutum. Rimis itaque patentibus intravit mare et usque ad superiores tabulas implevit, ita ut non tam navis inter undas quam unde iam intra navem esse viderentur. Hic in eadem navi residen-

tes non iam ex mortis vicinia, sed ex ipsa eius
presentia ac visione turbati omnes sibimet pa-
cem dederunt, corpus et sanguinem redemp-
toris acceperunt, Deo se singuli commenda-
tes ut eorum animas benignus susciperet cu-
ius corpora in tam pavenda morte tra-
diderat. Sed omnipotens deus qui eorum
mentes mirabiliter terruit eorum quoque vitam
mirabilius servavit. Nam diebus octo
navis eadem usque ad superiores tabulas
aquis plena iter proprium peragens, nona
autem die in cotronensis castri portu
deducta est. Ex qua exierunt omnes
incolumes qui cum predicto venerabili viro
maximiano navigabant. Cumque post
eos ipse quoque fuisset egressus mox in eiusdem
portus profundum dimersa est, ac si illis
egredientibus pro pondere sublevatore caru-
isset, et plena hominibus in pelago aquas
portaverat atque natabat. Maximiano
cum fratribus recedente aquas sine hominibus
ad portum non valuit portare, ut hinc omni-
potens deus ostenderet quia hanc onustam
sua manu tenebat, que ab hominibus vacua
et derelicta super aquas non potuit manere.

Gregorius: De sanctulo presbitero

Ante dies quoque fere quadragin-
ta vidisti apud me eum cum su-
perius memoratum sancti venerabilem vite pres-
biterum sanctulum nomine qui ad me ex nur-
sie provincia annis singulis venire consueve-
rat. Sed ex ea provincia quidam monachus an-
te triduum venit qui gravis nimis merore me
pertulit quia eundem virum obisse nuncia-
vit. Hunc ergo virum et si non sine gemitu
dulcedinis recolo iam tamen sine formi-
dine virtutes narro quas a vicinis eius
sacerdotibus mira veritate et simplicitate
preditis agnovi. Fuit vero mihi amantes
per annos magne caritatis familiaritas
ausim probet a me plerumque ex dulcedine
exactus tempore quoque de hiis que egerat ex-
trema quedam fateri cogebatur. **De
sanctulo qui per aspersionem aque expres-
sit oleum quod alii laboribus non potuerunt.**
Hic namque quodam tempore cum in predicto loco longo-
bardi olivam premerent ut in oleum liquari
debuisset, sicut iocundi erat et vultus et ani-
mi utrem vacuum ad pistrinum detulisset labo-
rantes longobardos leto vultu salutavit,
utrem protulit et iubendo potius quam pe-
tendo eum sibi implere dixit. Sed gentiles
viri quia per totum iam diem frustra la-
boraverant et exprimere ab olivis oleum non
poterant verba illius moleste susceperunt
eumque iniuriis insectati sunt. Quibus vir
domini letior adhuc vultu respondit dicens:
Sic pro me orate istum utrem sanctulo imple-
atis et sic a nobis teneatur. Cumque illi et
ex olivis oleum defluere non cernerent et virum
dei ad implendum utrem sibi insistere vide-
rent vehementer accensi maioribus hunc
verborum contumeliis detestari ceperunt. Vir
autem dei videns quod ex prelo oleum nullo modo
exiret aquam sibi dari petiit quam cunctis
videntibus benedixit atque in prelo suis mani-
bus iactavit. Ex qua protinus benedictione tan-
ta ubertas olei erupit ut longobardi qui
prius incassum laboraverant, non solum sua
vascula omnia sed utrem quoque quem vir
dei detulerat implerent, gratias agentes quia
is qui oleum petere venerat benedicendo de-
dit quod postulabat. **De pane sic in frag-
mentis multiplicato ut per decem dies
multis laborantibus sufficeret.** Alio quoque
tempore vehemens ubique fames incubuerat et
beati laurentii martiris ecclesia a longobardis fuerat
incensa. Quam vir dei restaurare cupiens
multos artifices ac plures submi-
nistrantes operarios adhibuit quibus
necesse erat ut quotidianum sumptus labo-
rantibus sine dilatione preberentur. Sed exi-
gente eiusdem famis necessitate panis defuit.
Ceperunt laborantes instanter victum que-
rere quia vires pro inopia non haberent. Quod
vir domini audiens eos verbis consolabatur
foris promittendo quod deerat. Sed ipse gravi-
ter affligebatur intus exhibere cibum non va-
lens que promittebat. Cum vero huc illuc
anxius pergeret advenit ad clibanum in quo
vicine mulieres pridie coxerant panes. Ibique
inclinatus aspexit ne fortasse panis
a coquentibus remansisset, cum iam repen-
te panem mire magnitudinis atque insoli-
ti candoris invenit. Quem tulit quidem
sed ferre artificibus noluit ne fortasse alie-
nus esset et culpam velut ex pietate commit-
teret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit
eumque omnibus ostendit ac ne cui earum rema-
sisset inquisivit. Omnes itaque que pridie coxe-
rant panem hunc suum esse negaverunt et pa-
nes suos se in integro numero a clibano detu-
lisse professe sunt. Tunc letus vir domini per-
rexit ad multos artifices cum uno pane

et omnipotenti deo gratias agentes admonu
it, et quia eis annona prebeatur indi
cavit eis quod ad refectorium pertinens invitatis in
ventum panem apposuit. Quibus sufficien
ter plene quod saciatis plura ex eo quam ipse
panis fuerat fragmenta collegit. Sicque
die quoque altero eis ad refectorium intulit
sed id quod ex fragmentis superfuerat ipsa que
que apposita fuerant fragmenta superaba
bant, factumque est ut per dies decem omnes
illi artifices atque operarii ex uno illo pane
saciati sunt et quotidie ederent et ex eo
quotidie quod edi possit inta(c)tum superesse
ac si fragmenta panis illius per semet
crescerent, et cibum comedentium ora repa
rarent etc. Petrus

Mira res et in exemplum dominici
operis vehementer stupenda etc.

Ipse petre de uno pane Gregorius
multos per semet suo pavit qui ex
quinque panibus quinque milia hominum
saciavit. Qui ex semetipso pauca seminum
grana in immensa segetum frumenta
multiplicat qui ipsa quoque semina pro
duxit e terra et simul omnia creavit ex nichi
lo. Sed ne diutius miretis quod in virtute
domini venerabilis vir Sanctulus
fecerit exterius audi ex virtute dei
qualis interius fuit. De Sanctulo
quod volentis eum interficere brachia
sursum cum gladio in aere suspendit.

Die etenim quadam a longobardis cap
tus quidam dyaconus tenebatur ligatus
cum quo ipsi qui tenuerant interficere cogi
tabant. Ad vesperascente autem die vir do
mini Sanctulus ab eisdem longobardis
peciit ut relaxari eique vita concedi debu
isset. Quod posse se facere omnino nega
verunt. Cumque morte illius deliberasse
eos cerneret peciit ut sibi ad custodiendum
tradi debuisset. Cui protinus responderunt Tibi
quidem eum ad custodiendum damus,
sed ea condicione interposita ut si iste fuge
rit pro eo ipse morieris. Quod vir domini li
benter amplectens predictum dyaconem in suam
suscepit fidem. Tunc nocte media cum
longobardos omnes sompno graviter depressos
aspiceret excitavit et ait. Surge et concite
fuge liberet te omnipotens deus. Sed isdem
dyaconus promissionis eius non immemor re
spondit dicens. Pater fugere non possum quia
si ego fugero per me sine dubio morieris. Ipse

autem vir dei ad fugiendum compulit di
cens. Surge vade omnipotens deus liberet te.
Nam ego in manu eius sum tantum in me
potest facere quantum permiserit ipse. Fugit itaque dy
aconus et quasi deceptus in medio fideiussor
mansit. Facto igitur mane longobardi quem
dyaconem ad custodiendum dederant venere
quem dederant repetiverunt. Sed sunt venerabilis
presbiter fugisse rudit. Tunc illi inquiunt. Scis
ipse melius quod convenit. Quibus autem domini
vir constanter. Scio. Cui dixerunt. Bonus ho
es, nolumus te per varios [illegible] cruciatibus mori,
elige tibi mortem quam [illegible] vis. Quibus
vir domini rudit dicens. In manu domini sum
ea morte me occidite qua me ipse occidi per
miserit. Tunc omnibus qui illic aderant longo
bardis placuit ut eum capite truncare de
buissent quatenus sine gravi cruciatu vita eius
compendiosa morte terminaret. Cognito ita
que quod Sanctulus qui inter eos pro sanctitate re
verencia magni honoris habebatur occidendus
esset omnes qui in eodem loco inventi sunt lon
gobardi convenerunt sicut sunt nimie cru
delitatis leta ad spectaculum mortis. Circumste
terunt itaque acies vir autem domini in medio
deductus est atque ex omnibus unus virtute fortis
electus est de quo dubium non esset quod uno ictu ca
put eius abscideret. Venerandus igitur pater
inter armatos deductus ad sua arma statim
cucurrit. Nam peciit ut sibi pauliculum orandi
licencia daretur. Cui dum concessum fuisset
in terra se stravit et oravit. Cum dum paulo
diutius orasset hunc electus interfector calce pul
savit ut surgeret dicens. Surge et genu flexo
tende cervicem. Surrexit vir domini genu flexit
cervicem tetendit sed tenso collo eductum contra
se spatam intuens hoc unum fertur publice
dixisse. Sancte Iohannes suscipe illam. Tunc
electus carnifex evaginatum gladium tenens
ad ictum forcius alte brachium percussurus levavit
sed deponere nullo modo potuit. Nam repente diri
guit et erecto in celum gladio brachium in
flexibile permansit. Tunc longobardorum
turba que ad illud mortis spectaculum aderat
in laudis favore conversa mirari cepit virum
que dei cum timore venerari quia profecto clarum
erat cuius sanctitatis esset qui carnificis sui bra
chium in aere ligasset. Itaque postulatus ut
surgeret postulatus etiam ut brachium sui car
nificis sanaret negavit dicens. Ego nullo
modo pro eo orabo nisi michi ante iuramentum
dederit ut cum manu ista christianum hominem non occidat

Sed Longobardus isdem qui ut ita dicam bra-
chium contra deum tetendit perdiderat pena sua
compulsus innocentem se christianum hominem nequiuit
occidere. Tunc vir domini precepit dicens: De-
pone manum deorsum. Cum statim deposuit
et vir dei adiunxit: Remitte gladium in vagi-
nam. Et statim remisit. Omnes igitur homi-
nes tante virtutis cognoscentes boues et
iumenta que predata fuerant certatim ei mu-
nere offerre volebant. Sed vir domini tale mu-
nus suscipere nolebat. Unum autem bone mer-
cedis quesiuit dicens: Si michi aliquid
vultis concedere omnes captiuos quos habetis
michi tribuite ut habeam unde pro vobis orare
debeam. Factum quod est ut omnes captiui cum
eo dimissi sint atque superna gratia disponente
cum se unus pro uno morti obtulit multos
a morte liberauit. Petrus

Mira res et quamuis ab hijs hanc iam
cognouerim vere tamen fateor quia
quotiens michi narratur innouatur.

Nichil in hac re in Gregorius
sanctulo miretis sed pensa si potes
quis ille spiritus fuit qui eius tam simplicem
mentem tenuit et in tanto virtutis culmine
erexit. Ubi enim animus eius fuit quando
mori pro proximo tam constanter decreuit
et pro temporali vita fratris unius despexit suam atque
sub gladio ceruicem tetendit. Que ergo vis
amoris illud cor tenuit quod mortem suam
pro unius salute proximi non expauit. Et de
caritate. Scimus certe quia isdem venera-
bilis vir sanctulus ipsa quoque elementa lit-
terarum bene non nouerat, legis precepta nesciebat.
Sed quia plenitudo legis est caritas, legem
totam in dei et proximi dilectione seruauit,
et quod foris in cognitione non nouerat
ei intus viuebat et amore qui numquam for-
tasse legerat quod de redemptore nostro Iohannes
apostolus dicit: Sicut ille pro nobis animam suam
posuit et nos debemus pro fratribus animas
ponere, tam sublime apostoli preceptum facien-
do magis quam sciendo nouerat. Compare-
mus si placet cum hac viri indocta scien-
tia illius doctam ignoranciam. Ubi nostra
iacet ibi illius disciplina eminet. Nos
virtutibus loquimur vacui et quasi inter fructifera
arbusta positi odoramus poma nec man-
ducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat
quamuis hos in verbis odorari nesciebat.

Quid queso te esse Petrus
existimas quod boni subtrahuntur
et qui nunc ad edificationem multorum poterant
aut penitus inueniri nequeunt aut certe
omnino rarescunt. Gregorius

Malicia remanencium meretur ut hij
qui prodesse poterant subtrahantur
et cum mundi finis appropinquat electi tollun-
tur ne deteriora videant. Hinc etenim propheta
ait: Iustus perit et nemo est qui recogitet
in corde suo, et viri misericordie colliguntur quia
non est qui intelligat. Hinc rursus scrip-
tum est: Aperite ut exeant qui conculcent
eam; tollite de via lapides. Hinc Salomon
ait: Tempus mittendi lapides et tempus
colligendi. Quo igitur mundi finis urget
eo necesse est ut viui lapides ad edificium
celeste colligantur, quatenus nostra in ruine
sua sic constructionis excrescat. Nec
tamen ita electos omnes subtrahi credimus ut
soli in mundo peruersi remaneant, quia num-
quam peccatores ad lamentum penitencie redirent si
nulla essent bonorum exempla que cordis
mentem traherent. Petrus xxxviii.

Incassum trahi bonos quero cum ca-
teruatim perire malos video. Gre-
gorius. De redempto ferentine ciui-
tatis episcopo. Gregorius

Hac de re petre miteris. Nam Redemp-
tum ferentine ciuitatis episcopum vite
venerabilis virum qui ante hos ferme an-
nos septem ex hoc mundo migrauit tua
dilectio cognitum habuit. Hic sicut mihi adhuc
in monasterio posito valde familiaris inhe-
rebat hoc quod Iohannis iunioris predecesso-
ris mei tempore de mundi fine cognouerat si-
cut longe lateque claruerat a me requisitus
michi ipse narrabat. Aiebat namque quia
quodam die dum parrochias suas ex more
circuiret peruenit ad ecclesiam beati martiris Eutichi-
i. Advesperascente autem die stratum sibi fieri
iuxta sepulcrum martiris voluit et post labo-
rem ibi requieuit. Cum nocte media ut
asserebat nec dormiebat nec perfecte vigi-
lare poterat, sed depressus ut solet sic sop-
no grauabatur quodam pondere vigilantis
animus atque ante eum isdem beatus martir
Eutichius astitit dicens: Redempte vigilas?
Cui respondit: Vigilo. Et ait: Finis venit vni-
uerse carnis, finis venit vniuerse carnis.
Postquam trinam vocem visio martiris que ocu-
lis mentis eius apparuit euanuit. Tunc
vir domini surrexit seque in orationis lamen-
tum dedit. Mox enim illa terribilia signa i-

celum secuta sunt ut haste atque acies ignee ab aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens de vagina sue habitationis educta in nostra cervice grassata est, et humanum genus quod in hac terra pre multitudine nimia sicut spisse segetes surrexerat succisum aruit. Nam depopulate urbes, eversa castra, concremate ecclesie, destructa sunt monasteria virorum atque feminarum, desolata ab hominibus predia, et ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra; nullus hanc possessor inhabitat. Occupaverunt bestie loca que prius multitudo hominum tenebat, et quid in aliis mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos vivimus finem suum mundus non iam nunciat sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instancius eterna querere quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis cotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud quam ne diligatur clamat? Multa adhuc fuerant que de electorum factis narrare debuissem, sed hec silentio supprimo quia ad alia festino. **Petrus**

Quia iam multos intra sanctam ecclesiam constitutos de vita anime post mortem carnis perpendo dubitare, queso ut debeas vel que ex ratione suppetunt, vel si qua animarum exempla animo occurrunt, pro multorum edificatione dicere, ut hii qui suspicantur discant cum carne animam non finire. **Gregorius**

Laboriosum valde hoc opus est maxime occupato animo et ad alia tendenti. Sed si sunt qui proficere valeant, voluntatem meam procul dubio postpono utilitati proximorum, et inquantum deo largiente valuero, quod anima post carnem vivat, subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo. **Explicit liber tertius. Incipit quartus.**

Postquam de paradisi gaudiis culpa exigente pulsus est primus humani generis parens, in huius exilii atque cecitatis quam patimur erumpnam venit, quia peccando extra semetipsum fusus iam illa celestis patrie gaudia que prius contemplabatur videre non potuit. In paradiso quippe homo assueverat verbis dei perfrui, beatorum angelorum spiritibus cordis munditia et celsitudine visionis interesse; sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius scilicet carne nos in huius exilii cecitate nati audivimus quidem esse celestem patriam, audivimus eius cives angelos dei, audivimus eorundem angelorum socios perfectorum spiritus iustorum; sed carnales quique quia illa invisibilia scire non valent per experimentum dubitant utrumne sit quod corporalibus oculis non vident. Que nimirum dubietas in primo parente nostro inesse non potuit, non potuit quia exclusus a paradisi gaudiis hoc quod amiserat quia viderat recolebat. Hii autem sentire vel recolere audita non possunt, quia eorum nullus sicut ille saltem de preterito experimentum tenet. Ac si enim pregnans mulier mittatur in carcerem, ibique puerum pariat, qui natus puer in carcere ibi nutriatur et crescat. Cui si forte mater que hunc genuit solem, lunam, stellas, montes et campos, volantes aves, currentes equos nominet, ille vero qui est in carcere natus et nutritus nichil aliud quam tenebras carceris sciat, et hec quidem esse audiat, sed quia ea per experimentum non novit, veraciter esse diffidat. Ita in hac exilii cecitate nati homines dum esse summa et invisibilia audiunt, diffidunt an vera sint, quia sola hec infima in quibus nati sunt visibilia noverunt. Unde factum est ut ipse visibilium et invisibilium creator ad humani generis redemptionem unigenitus patris veniret et sanctum spiritum ad corda nostra mitteret, quatinus per eum vivificati crederemus que adhuc per experimentum scire non possumus. Quotquot ergo hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus, de vita invisibilium non dubitamus. Qui vero in hac credulitate solidus non est, debet procul dubio maiorum dictis fidem prebere, eisque iam per spiritum sanctum invisibilium experimentum credere. Nam stultus est puer si matrem ideo estimat de luce mentiri, quia nil aliud quam tenebras carceris agnovit.

Placet valde quod dicis. **Petrus**

Sed qui esse invisibilia non credit, profecto infidelis est. Qui vero infidelis in eo quod dubitat fidem non querit sed rationem.

Audenter dico quod sine **Gregorius** fide neque infidelis vivit. Nam

Petrus

si eundem infidelem parvulum voluero quem patrem vel quam matrem habuit pertingere dicit illud atque illam. Crede si statim requiras utrum ne nomine quando conceptus sit vel viderit quando natus horum nichil se vel nosse vel vidisse fatebitur, et tamen quod non vidit credit. Nam illum patrem illamque se habuisse matrem absque dubitatione testatur.

Fateor quia nunc usque nesciui. Petrus

quod infidelis haberet fidem. Gregorius

Habet etiam infidelis fidem sed utinam in deum. Quam si utique haberet infidelis non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt. Hinc ad fidei gratiam vocandi quia si de ipso visibili tempore credunt quod minime viderunt cur invisibilia non credunt que corporaliter videri non possunt. Nam post mortem carnis vivat anima patet ratio sed fide admixta. .iiii.

Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens deus unum qui carne non tegitur, alium qui carne tegitur sed non cum carne moritur, tertium qui carne tegitur et cum carne moritur. Spiritus namque est qui carne non tegitur angelorum, spiritus qui carne tegitur sed cum carne non moritur hominum, spiritus qui in carne tegitur et cum carne moritur iumentorum est omnium brutorumque animalium. Homo itaque sicut in medio creatus est ut esset inferior angelo, superior iumento, ita aliquid commune habet cum summo et aliquid commune cum infimo. Immortalitatem scilicet spiritus cum angelo, mortalitatem carnis cum iumento, quousque et ipsam immortalitatem carnis gloria resurrectionis accipiat, et inherendo spiritui caro servetur in perpetuum, quia et ipse spiritus inherendo carni servatur in deum. Que tamen caro nec in reprobis in suppliciis perfecte deficiat, quia semper deficiendo subsistit, ut qui spiritu et carne peccaverunt semper essentialiter viventes et carne et spiritu sine fine moriantur.

Ratione fidelium placent. Petrus .v.

Ratione fidelium placent que dicis sed queso te dum spiritus hominum atque iumentorum tanta distinctione discretus est quid est quod Salomon ait: Dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret illos deus et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus est interitus hominis et iumentorum et equa utriusque conditio. Qui eandem suam sententiam subtiliter exequens adiungit: Si[...]cut moritur homo et sic illa moriuntur. Similiter spirant omnia et nichil habet iumento amplius. Cuius adhuc generalitatis diffinitionem subinfert dicens: Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt et in terram pariter revertuntur. Gregorius

Salomonis liber in quo hec scripta sunt proprie ecclesiastes appellatus est. Ecclesiastes autem proprie concionator dicitur. In concione vero sententia promitur per quam tumultuose turbe seditio comprimatur, et cum multi diversa sentiunt per concionantis rationem ad unam sententiam perducuntur. Hic igitur liber concionator dicitur quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbe suscipit sensum ut ea per inquisitionem dicat que fortasse per temptationem imperita mens sentiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem movet quasi tot in se personas suscipit diversorum. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat eosque ad unam sententiam revocat cum in eiusdem libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius observa. Hoc est enim omnis homo. Si enim in libro eodem per locutionem suam multorum personas non susciperet cur ad audiendum loquendi finem secum pariter omnes amonebat. Qui igitur in fine libri dicit: Omnes pariter audiamus, ipse sibi testis est quia in se multorum personas suscipiens quasi solus locutus non est. Unde et alia sunt que in libro eodem per inquisitionem moventur atque alia que per rationem satisfaciunt, aliaque que ex temptato proferet animo et adhuc huius mundi delectationibus dedito, alia vero in quibus ea que rationis sunt disserat atque animum a delectatione compescat. Ibique namque ait: Hoc itaque mihi visum est bonum ut comedat quis et bibat et fruatur leticia ex labore suo. Et longe inferius subiungit: Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Si enim bonum est manducare et bibere, melius fuisse videbatur ad domum convivii pergere quam ad domum luctus. Ex qua re ostenditur quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis diffinitione subiunxit. Nam protinus ipsas rationis causas edisserit et domo luctus que sit utilitas ostendit dicens: In illa enim finis cunctorum amonetur hominum, et vivens cogitat quid futurus sit. Rursum illic scriptum

tum est letare iuuenis in adolescencia tua
et post paululum subdit Adolescencia et uo
luptas vana sunt Ecce enim hec postmo
dum uana esse redarguit quod prius am
monuisse videbatur patenter indicat quia
illa quasi ex desiderio carnali uerba intulit
Hec vero ex iudicii veritate subiungit Sicut
ergo delectacionem prius carnalium exprimens
curis postpositis demittat hominem esse man
ducandum et bibendum quod tamen postmo
dum ex iudicio racionis reprehendit cum dicit
melius esse ire ad domum luctus quam ad do
mum conuiuii et sicut letari debere iuuenem
in adolescencia sua quasi ex deliberacione
carnalium proponit et tamen postmodum per dif
finicionem sentencie adolescenciam et uolup
tatem vana esse redarguit Ita eciam con
cionator mi uelut ex mente infirmancium
humane suspicionis sentenciam proponit cum
dicit Vnus interitus hominis et iumentorum
et equa vtriusque condicio Sicut moritur ho
sic et illa moriuntur Similiter spirant omnia
et nichil habet homo iumento amplius
Qui tamen ex diffinicione racionis sua per semo
dum sentenciam profert dicens Quid habet ampli
us sapiens stulto et quid pauper nisi ut
illuc pergat ubi est vita Qui ergo dixit
Nichil habet homo iumento amplius ipse
rursum diffinit dicens quia habet aliquid
sapiens non solum amplius iumento
sed stulto eciam homine scilicet ut pergat ubi est vi
ta Quibus verbis primum indicat quia hic
vita hominum non est quam alibi esse testatur
Habet ergo amplius homo hoc iumentis
quod post illa morte non viuunt hic vero
tunc viuere inchoat cum per mortem carnis hanc
visibilem vitam consummat Qui eciam lon
ge inferius dicit Quodcunque potest manus tua
facere instanter operare quia nec opus nec
racio nec sapiencia nec sciencia erit apud
inferos quo tu properas Quomodo ergo vnus
interitus hominis est et iumenti et equa
vtriusque condicio aut quomodo habet homo iumen
to amplius cum iumenta post mortem car
nis non viuunt hominum vero spiritus pro malis su
is operibus post mortem carnis ad inferos
deducta nec in ipsa moriuntur Sed in vtraque
tam dispari sentencia demonstratur quia
concionator verax et illud ex temptacione
carnali intulit et hoc postmodum ex spiri
tali veritate diffinit Petrus etc.

Libet nescisse quod requisiui dum me
in tanta contigit subtilitate discere quod
nesciui Sed quaeso te ut me equanimiter
feras si ipse quoque apud te more ecclesiastes
viri infirmancium in me personam suscepero ut
eisdem infirmantibus prodesse quasi propiorum inqui
sicionem possim Gregorius

Cur condescendente te infirmitati pro
ximorum equanimiter non feram cum paulus
dicat Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem
saluos Quod ipse quoque dum condescen
sione egeris caritatis in hac re amplius ve
nerari debes in qua morem egregii predica
toris imitaris Petrus. De questione
anime inuisibiliter exeuntis an sit quod
videri non potest etc. .v.

Quodam fratre moriente presentem me
fuisse contigit Qui repente dum
loqueretur vitalem emisit flatum et quem prius
mecum loquentem videbam subito extinctum
vidi Sed eius anima utrum egressa an non e
gressa sit non vidi Et valde durum videtur
ut credatur res esse quam nullus valeat vi
dere Gregorius etc.

Quid mirum petre si egredientem ani
mam non vidisti quam et manentem
in corpore non vides Anquid nam modo ad
mecum loquens quia videre in me non vales
animam meam idcirco me exanimem credis
Natura quippe anime inuisibilis est atque ita
ex corpore inuisibiliter egreditur sicut in cor
pore inuisibiliter manet Petrus

Sed vitam anime in corpore manentis
pensare possum ex ipsis motibus
corporis quia nisi corpori anima adesset eiusdem
membra corporis mouere non possent Vitam vero
anime post carnem in quibus motibus quibus ve
operibus non video ut ex rebus visis esse colli
gam quod videre non possum Gregorius etc.

Non quidem similiter sed dissimiliter dico
quia sicut vis anime viuificat corpus
sic vis diuina implet que creauit omnia Et
alia inspirando viuificat aliis vero tribuit
ut viuant aliis solummodo prestat ut sint Quia
vero esse non dubitas creantem et regentem
implentem et circumplectentem transcenden
tem et sustinentem incircumscriptum atque inuisi
bilem deum ita dubitare non debes hunc
obsequia habere Debent quippe ea que mini
strant ad eius similitudinem tendere cum mini
strant et que inuisibili seruiunt esse inuisibi
lia non dubitantur Hec autem que esse credimus
nisi sanctos angelos et spiritus iustorum

Sicut ergo considerans motum corporis vitam anime in corpore manentis comprehendis ab ymo, ita vitam anime exeuntis a corpore comprehendere debes a summo, quia potest invisibiliter vivere que oportet in obsequio invisibilis conditoris manere.

Petrus c. vi.

Recte totum dicitur, sed mens refugit credere quod corporeis oculis non valet videre.

Gregorius c.

Cum paulus dicat: Est fides substancia sperandarum rerum argumentum non apparencium, hoc veraciter dicitur credi quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Ut tamen te breviter reducam ad te, nulla visibilia nisi per invisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculis tui corporis aspicis, nec tamen ipse corporeus oculus aliquid corporeum videret, nisi hunc res incorporea ad videndum acueret. Nam tolle mentem que non videtur, et incassum patet oculus qui videbat. Subtrahe animam corpori, remanent procul dubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se videbant, cur discedente anima nil vident? Hinc ergo collige quia ipsa quoque visibilia non nisi per invisibilia videntur. Ponamus ergo ante oculos mentis edificari domum, immensas moles levari, pendere magnis in machinis columpnas. Quis queso hoc in opus operatur: corpus visibile quod illas moles manibus trahit, an invisibilis anima que vivificat corpus? Tolle enim quod non videtur in corpore, et mox immobilia remanent cuncta que moveri videbantur visibilia corpora metallorum. Qua in re pensandum est quia in hoc quoque mundo visibili nichil nisi per creaturam invisibilem disponi potest. Nam sicut omnipotens deus aspirando vel implendo ea que racione subsistunt vivificat et movet invisibilia, ita ipsa quoque invisibilia implendo movent atque sensum vivificant carnalia corpora que videntur.

Petrus

Istis fateor allegacionibus libenter victus propemodum nulla racione esse hec visibilia existimare compellor, qui prius in me infirmancium personam suscipiens de invisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta que dicis. Sed tamen sicut vitam anime in corpore manentis ex corporis motu agnosco, ita vitam anime post corpus apertis quibusdam rebus attestantibus agnoscere cupio.

Gregorius. Sicut vita anime manentis in corpore deprehenditur ex motu membrorum, sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est in virtute miraculorum. Gregorius c.

Hac in re si cor patitur tue dilectionis nichil mecum in allegacione nunc laboro. Numquid nam sancti apostoli et martires Christi presentem vitam despicerent et in morte carnis animas ponerent, nisi certiorem animarum vita subsequi scirent? Tu quoque ipse inquies quia vitam anime in corpore manentis ex motibus corporis agnoscis, et ecce hii qui animas in mortem posuerunt et animarum vitam post mortem esse crediderunt, quotidianis miraculis choruscant. Ad extincta namque eorum corpora viventes egri veniunt et sanantur, periuri veniunt et demonio vexantur, demoniaci veniunt et liberantur, leprosi veniunt et mundantur, deferuntur mortui et suscitantur. Pensa itaque eorum anime qualiter vivunt illic ubi vivunt, quorum hic et mortua corpora in tot miraculis vivunt. Si igitur vitam anime in corpore manentis deprehendis ex motu membrorum, cur non comprehendis vitam anime post mortem corporis eciam per ossa mortua in virtutem miraculorum?

Petrus

Nulla ut opinor huic allegacioni racio obsistit, in qua et ex rebus visibilibus cogimur credere quod non videmus.

Gregorius de egressu animarum c. vii.

Paulo superius questus es morientis cuiusdam egredientem animam te non vidisse, sed hoc ipsum iam culpe fuit quod corporeis oculis rem videre invisibilem quesisti. Nam multi nostrorum mentis oculum fide pura et uberiori oracione mundantes egredientes e carne animas frequenter viderunt. Unde nunc michi necesse est ut qualiter egredientes anime in se fuerint vel que ipse dum egrederentur viderint enarrare, quatinus fluctuanti animo quod plena racio non valet exempla suadeant.

Gregorius De Anima germani capuani episcopi c. viii

In secundo namque huius operis libro iam prefatus sum, quod vir venerabilis Benedictus sicut a fidelibus eius discipulis agnovi longe a capuana urbe positus germani eiusdem urbis episcopi animam nocte media in globo igneo ad celum ferri ab angelis aspexit. Qui eandem quoque animam ascendentem intuens mentis laxato sinu quasi sub uno solis radio cunctum in suis oculis mundum collectum vidit.

Gregorius De exitu anime speciosi monachi ix

Eisdem quoque discipulis illius narranti

bus didici, quia duo nobiles viri atque exterioribus studiis eruditi germani fratres quorum unus Speciosus alter vero Gregorius dicebatur eius se regule in sancte vite conversacionem tradiderunt. Quos ipse venerabilis pater in monasterio quod iuxta Tarracinensem urbem construxerat fecit habitare. Qui multas quidem in hoc mundo pecunias possidebant, sed cuncta pauperibus pro animarum suarum redempcione largiti sunt et in eodem monasterio permanserunt. Quorum unus Speciosus dum pro utilitate monasterii iuxta Capuanam urbem missus fuisset, die quadam frater eius Gregorius cum fratribus ad mensam sedens atque comedens per spiritum sublevatus aspexit et vidit Speciosi germani sui animam tam longe a se positi de corpore exire. Quod mox fratribus indicavit et cucurrit, iamque eundem fratrem suum sepultum repperit quem tamen hora qua viderat exisse de corpore invenit.

Quendam religiosus atque fidelissimus vir adhuc michi in monasterio posito narravit quod aliqui de Sicilie partibus navigio Romam petentes in mari medio positi cuiusdam servi dei qui in Samnio fuerat inclusus ad celum ferri animam viderunt. Qui descendentes ad terram causamque rei ita esse acta perscrutantes illo die invenerunt obisse famulum dei quo ad regna celestia ascendisse cognoverunt. Gregorius de exitu anime Spei abbatis 4° xi.

Adhuc in monasterio meo positus cuidam valde venerabilis viri relacione cognovi quod dico. Fuerat enim quidam venerabilis pater nomine Spes monasterium construxit in loco cui vocabulum Cample est qui sexti ferme miliarii interiacente spacio a vetusta Nursine urbe disiungitur. Hunc omnipotens et misericors deus ab eterno verbere flagellando protexit, eiusque dispensacionis sue maximam severitatem servavit et gratiam quanta quem prius flagellando diligeret postmodum per se sanando cum monstravit. Eius namque oculos per quadraginta annorum spacium continue cecitatis tenebris pressit, nullum ei lumine vel extreme visionis aperiens. Sed quia nemo in verbere illius gracia se destituente subsistat, et nisi idem misericors pater quem penam irrogat patienciam prebet, mox per inpacienciam peccatum nobis auget ipsa correpcio peccatorum, sicque modo miserabili ut culpa inde crescit unde [illegible] debuit tum inde surgat augmentum. Ideo deus misericors consciencias flagellis suis custodiam premisit, et in passione sua electis filiis suis misericordie intus est ut sit quibus postea debeat misereri. Unde venerabilem senem dum in exterioribus tenebris premeret, interna nunquam luce destituit. Cum enim flagello fatigaretur corporis habebat per spiritum sancti custodiam consolacionem cordis. Cum vero iam annum quadragesimum fuisset in cecitate tempus exemptum, ei dominus lumen reddidit, vicinum suum obitum denunciavit atque ut monasteriis circumquaque constitutis verbum vite predicaret ammonuit, quatinus corporis recepto lumine visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuivit, mandata vite que agendo didicerat predicavit. Quintodecimo igitur die ad monasterium suum peracta predicacione reversus est. Ibique fratribus convocatis astans in medio sacramento dominici corporis et sanguinis sumpto, mox cum eis mysticos psalmorum cantus exorsus est. De eo cuius anima in specie columbe videbatur penetrare celum.

Cum illis psallentibus oracioni intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore illius exisse columbam viderunt, que mox aperto tecto oratorii egressa aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius ideo animam in columbe specie apparuisse credendum est ut omnipotens deus ex hac ipsa specie ostenderet quam simplici corde ei vir ille servisset. Gregorius de exitu anime Ursini presbyteri 4 xij.

Sed neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas Stephanus qui non longe hic in hac urbe defunctus est Roma quem ipse eciam bene nosti in eadem provincia Nursine contigisse referebat. Fuerat enim quod illic presbiter quidam commissam sibi cum magno timore dei regebat ecclesiam. Qui ex tempore accepti ordinis presbiteram suam ut sororem diligens sed quasi hostem cavens ad se propius accedere nunquam sinebat, eamque sibimet appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. Hinc quippe sanctorum virorum hoc proprium iam ut semper ab illicitis longe sint, a se plerumque eciam licita abscidunt. Unde ipse vir ut ne unquam per eam culpam incurreret sibi eciam per illam ministrari recusabat necessaria. Hic igitur venerabilis presbiter cum longum vite implesset etate anno

quadragesimo etatis sue anno invalescente febre correptus ad extrema perductus est. Cumque eum presbiteri sua consideraret soluti iam membris quasi in morte distensum, si quod ei adhuc vitale spiramen inesset naribus eius apposita curiosius dinoscere. Tunc ille senex etiam tenuissimus inerat flatus quanto ad ipsum valuit ut loqui potuisset inferuescente spiritu collegit vocem atque erupit dicens: Recede amice mulier ad hunc igniculum voluit paleam tollere. Illa igitur recedente erectione dante corporis cum magna leticia cepit clamare dicens: Bene veniunt domini mei, bene veniunt domini mei. Quid ad tantillum famulum vestrum estis dignati convenire? Venio, venio, gratias ago, gratias ago. De eo cui in mortis articulo apostoli apparuerunt.

Cumque hoc crebro iterata voce repeteret, quibus hoc diceret noti sui qui illum circumstabant requirebant. Quibus ille admirando respondit dicens: Nunquid convenisse huc sanctos apostolos non videtis? Beatum Petrum et Paulum primos apostolorum non aspicitis? Ad quos iterum conversus dicebat: Ecce venio, ecce venio. Et inter verba hec animam reddidit. Et quia veraciter sanctos apostolos videat, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerumque iustis contingit ut in morte sua sanctorum precedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis sue penalem sententiam pertimescant, sed dum eorum mentibus interiorum civium societas ostenditur, a carnis sue copula sine doloris et formidinis fatigatione solvantur.

De transitu presbiteri Reatine civitatis episcopi xiii.

Quia de re neque hoc sileam quod presbiterus omnipotentis dei famulus qui nunc in hac urbe monasterio presto est quod appellatur Renati de Probo patruo suo Reatine civitatis episcopo michi narrare consuevit dicens: Extrema propinquante vite eius tempore eum gravissima depressit egritudo. Cuius pater nomine Maximus pueros circumquaque cursim sibi colligere medicos studuit si fortasse eius molestie subvenire potuissent. Qui congregati ex vicinis locis undique medici ad tactum vene denunciavit eius exitum citius affuturum. Cumque tempus iam refectionis incumberet atque diei hora tardior excrevisset, venerandus episcopus de illorum potius quam de sua salute sollicitus eos qui ad eum convenerant admonuit cum sene patre in superiores episcopii sui partes ascendere seque post laborem reficiendo reparare.

Consimile de apparicione sanctorum martirum in obitu Probi episcopi.

Omnes igitur ascenderunt domum, omnes ei tantummodo parvulus relictus est puer quem nunc quoque perfectus presbiter assistit superstes. Tunc in domo lecto iacenti assisteret, subito aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vincebant. Tunc splendore et eorum claritatis perterritus quinam essent illi cepit emissa voce clamare. Cuius voce etiam commotus presbiter episcopus intrantes eos aspexit et agnovit atque eundem studentem vagientemque puerum consolari cepit dicens: Noli timere fili quia ad me sanctus Iuvenalis et sanctus Eleutherius martires venerunt. Ille autem tante visionis novitatem non ferens concitus extra fores fugit et eos quos viderat patri ac medicis nunciavit. Qui cum concite descenderunt, egrum quem reliquerant iam defunctum invenerunt, quia illi eum secum tulerant quorum visionem puer ferre non potuit qui hic remansit. Gregorius.

De transitu Galle ancille dei c. xiiii.

Inter hec neque hoc silendum arbitror quod michi personarum fidelium est relatione compertum. Gothorum namque temporibus Galla huius urbis nobilissima puella Simachi consulis ac patricii filia intra adolescentie tempora marito tradita in unius anni spacio est eius morte viduata. Cumque ei fervente mundi copia ad iterandum thalamum et opes et etas invitaret, elegit magis spiritalibus nupciis copulari deo, in quibus a luctu incipitur sed ad gaudia eterna pervenitur, quam carnalibus nupciis subici, que a leticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Huic autem quia valde ignea conspersio corporis inesset, ceperunt medici dicere quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura. Quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nil exterioris deformitatis timuit que sponsi interioris speciem amavit, nec verita si hoc in illa fedaretur quod a celesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut eius coniux defunctus est, abiecto seculari habitu ad dei omnipotentis servicium se apud beati Petri apostoli ecclesiam monasterio tradidit. Ibique multis annis in simplicitate cordis et oratione dedita larga indigentibus elemosinarum opera impendit. De

ea cui ante obitum sanctus petrus apparuit. Cumque omnipotens deus perhennem iam mercedem reddere eius laboribus decrevisset, cancri ulcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum illius duo candelabra lucere consueverant, quia videlicet amica lucis non solum spirituales sed etiam corporales tenebras odio habebat. Cumque nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum petrum apostolum inter utraque candelabra ante lectum suum consistentem. Nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam, eique dixit: Quid est domine mi? Dimissa sunt michi peccata mea? Cui ille benignissimum ut est vultus inclinato capite annuit dicens: Dimissa. Veni. Sed quia quandam sanctimonialem feminam in eodem monasterio pre ceteris diligebat, illico galla subiunxit: Rogo ut soror benedicta mecum veniat. Cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecum. Hec vero quam petis erit die tricesimo te secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis et colloquentis ablata est. Sed illa protinus ad se congregationis accivit matrem, eique quid viderit, quid audierit indicavit. Tercia autem die cum ea que iussa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat, die est tricesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memorabile, sic quod hoc antecedentibus matribus traditum narrare illic sicut solent iuniores que nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo et ipse affuissent. De transitu seruuli paralitici qui in obitu cantum celestem audiuit. Gregorius xv.

Sed inter hec sciendum est quia sepe animabus exeuntibus electorum dulcedo solet laudis celestis erumpere, ut dum illam libenter audiunt, dissolucionem carnis ab anima minime persenciant. Unde in omeliis quoque evangelii iam narrasse me memini quia in ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati clementis est pervia fuit quidam seruulus nomine, cuius te quoque non ambigo meminisse. Qui quidem pauper rebus sed meritis diues erat, quem longa egritudo dissoluerat. Nam ex quo scire potuimus usque ad finem vite sue paraliticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat, qui nunquam surgere in lecto vel ad sedendum vigebat? Nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quicquid ex elemosina potuit accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed scripture sacre sibimet codices emerat, et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens hos coram se legere studiose faciebat. Factumque est ut iuxta modulum suum plene sacram scripturam disceret, cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat semper in dolore gratias ympnis et dei laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset quo tanta eius paciencia remunerari debuisset, dolor membrorum ad vitalia rediit. Cumque se morti iam proximum agnovit, peregrinos viros in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallencium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete, tacete, numquid non auditis quante resonant laudes in celo? Et dum ad eas laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima carne soluta est. Qua scilicet exeunte tanta illic fragrancia odoris aspersa est, ut omnes qui illic aderant inestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quia eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit qui nunc usque vivit, et cum fletu magno attestari solet, quia quousque eius corpus sepulture traderetur, ab eorum naribus odoris illius fragrancia non recessit. Gregorius. De transitu Romule ancille dei, de eius morte et mirabili odore circa eam apparente. c. xvi.

In eisdem quoque omeliis rem narrasse me recolo quam speciosus compresbiter meus, qui hanc noverat, me narrante attestatus est. Eo namque tempore quo monasterium petii anus quedam redempta nomine in sanctimoniali constituta habitu in urbe hac iuxta beate marie semper virginis ecclesiam manebat. Hec illius herundinis discipula fuerat, que magnis virtutibus pollens super prenestinos montes vitam heremiticam duxisse ferebatur. Huic autem redempte due in eodem habitu discipule adherant, una nomine Romula et altera que nunc adhuc superest, quam quidem facie

scio sed nomine nescio. Tres itaque hee in uno habitaculo commanentes morum quidem divitiis plenam sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hec autem quam prefatus sum Romula aliam quam predixi discipulam magnis vite meritis anteibat. Erat quippe mire patientie summe obediencie custos oris sui ad silencium studiosa valde ad continue orationis usum. Sed quia plerumque hii quos iam perfectos homines estimant adhuc in oculis summi pontificis aliquid imperfectionis habent sicut sepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus et iam quasi perfecta laudamus que tamen artifex adhuc considerat et limat laudari iam audit et tamen ea tundendo meliorando non desinit. Hec quam prediximus Romula ea quam greco vocabulo medici paralisim vocant molestia corporali percussa est. Multisque annis in lectulo decubans pene omni membrorum iacebat officio destituta. Nec tamen hec eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa detrimenta membrorum ei facta fuerant incrementa virtutum quia tanto sollicitius ad usum orationis excreverat quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam quam prefatus sum que utrasque discipulas suas loco filiarum nutriebat vocavit dicens: Mater veni, mater veni. Que mox cum alia discipula surrexit sicut utrisque referentibus et res eadem multis claruit et ego quoque eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent subito celitus lux emissa omne cellule illius spacium implevit et splendor tante claritatis emicuit ut corda assistencium inestimabili pavore perstringeret atque ut post ipse referebant omne in eis corpus obriguisset et in subito stupore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonitus audiri ostium cellule concuti ac si ingredientium multitudine premeretur. Atque ut dicebant intrantium multitudinem sentiebant sed nimietate timoris et luminis videre non poterant quia earum oculos depresserat et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri est odoris subsecuta fragrancia ita ut earum animum quia lux emissa terruerat odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari dicens: Ne timeas mater, non morior modo. Cumque crebro hoc diceret paulatim lux que fuerat emissa subtracta est sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus et tercius transiit ut aspersa fragrancia odoris remaneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocavit. Qua veniente viaticum peciit et accepit. Necdum vero eadem Redempta vel alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserat et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallencium constiterunt. Et sicut se dicebant sexus ex vocibus discrevisse psalmodie cantus dicebant viri et femine responderunt. Cumque ante fores cellule exhiberentur celestes obsequie sancta anima illa carne soluta est. Qua ad celum ducta quanto chori psallencium altius ascendebant tanto cepit psalmodia lenius audiri quousque et eius psalmodie sonitus et odoris suavitas elongata finiretur.

De transitu Tarsille serve dei, cui dominus Ihesus Christus in mortis articulo apparuit

Nonnumquam vero in consolatione egredientis anime ipse apparere solet auctor et retributor vite. Unde et hoc quod de Tarsilla amita mea in omeliis ewangelii dixisse me recolo replicabo. Que inter duas alias sorores suas virtute continue orationis gravitate vite singulari abstinencia ad sanctitatis culmen pervenerat. Huic per visionem Felix atavus meus huius Romane ecclesie antistes apparuit eique mansionem perpetue claritatis ostendit dicens: Veni quia te in hac lucis mansione suscipio. Que subsequente mox febre correpta ad diem pervenit condictum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi conveniunt qui eorum proximos consolentur eadem hora exitus ipsius multi viri ac femine lectulum circumsteterunt. Cum subito sursum illa respiciens Ihesum venientem vidit et cum magna animadversione cepit circumstantibus clamare dicens: Recedite recedite Ihesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat sancta anima illa e corpore egressa est. Tanta autem subito fragrancia miri odoris aspersa est ut ipsa suavitas cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum

ad lavandum esset inundatum longe orationibus ipsius in cubitis eius et genibus camelorum more inventa est obdurata cutis excrevisse et quod vivens spiritus eius egit caro mortua testabatur

De transitu Muse puelle cui beata virgo in mortis articulo apparuit. Gregorius xvii.

Sed neque hoc sileam quod predictus probus dei famulus de sorore sua Musa nomine parva puella narrare consuevit dicens. Ei quadam ei per visionem nocte dei genitrix virgo Maria apparuit et coevas ei in albis vestibus puellas ostendit. Quibus dum illa admisceri appeteret, sed se eis iungere non auderet, beate Marie semper virginis est voce requisita an vellet cum eis esse atque in eius obsequio vivere. Cui cum puella diceret volo, ab ea protinus mandatum accepit ut ultra leve et puellare nichil ageret, a risu et iocositatibus abstineret, sciens per omnia quod inter easdem virgines quas viderat ad eius obsequium die tricesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella mutata est, omnemque a se levitatem puellaris vite magna gravitate detersit. Cumque eam parentes eius mutatam esse mirarentur, requisita rem retulit, quid se beata virgo dei genitrix iusserit, vel qua die itura esset ad obsequium eius indicavit. Cum post vicesimum et quintum diem febre correpta est. Tricesimo autem die cum hora exitus eius appropinquasset, eandem dei genitricem cum puellis quas per visionem viderat ad se venire conspexit. Cui etiam se vocanti respondere cepit et depressis reverenter oculis aperta voce clamare: Ecce domina venio, ecce domina venio. In qua etiam voce spiritum reddidit, et ex virgineo corpore habitatura cum sanctis virginibus exivit. Petrus xviii.

Cum humanum genus vitiis multis atque innumeris sit subiectum, celestis urbis maximam partem ex parvulis vel infantibus arbitror posse compleri.

Gregorius. De puero blasphemo et quinque annorum dampnato r.

Et si omnes baptizatos infantes et in eadem infantia morientes ingredi regnum celeste credendum est, quia non nullis parvulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur si male nutriantur. Nam quidam vir cunctis in hac urbe notissimus ante triennium filium habuit annorum sicut ego arbitror quinque quem nimis carnaliter diligens remisse nutriebat atque isdem parvulus quod dictu grave est mox ut eius animo aliquid obstitisset maiestatem dei blasphemare consueverat. Qui ante hoc triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Quem cum pater suus in sinu teneret sicut hi testati sunt qui presentes fuerunt, malignos spiritus ad se venisse trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Obsta pater, obsta pater. Qui sic clamans declinabat faciem ut se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret, puer adiunxit: Mauri homines venerunt qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemavit et animam reddidit. Ut enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset executoribus traditus, unde vivente pater suus corrigere noluit hunc morientem permisit iterare ut qui diu per divinitatis patientiam blasphemus vixerat quandoque per divinitatis iudicium moreretur cuius reatum suum pater agnosceret qui parvuli filii animam negligens non parvulum peccatorem iehenne ignibus nutrivisset. Sed interim hoc triste deponentes ad ea que narrare ceperamus leta redeamus.

Gregorius. De transitu Stephani famuli dei qui plus doluit de peccato illius qui combussit horreum suum cum frumento quam de dampno r. xix.

Predicto etenim presbitero aliisque religiosis viris narrantibus agnovi me eaque audientibus indicare de venerabili patre Stephano in omeliis ewangelii tractavi. Fuit etenim vir sicut isdem probus et multi alii testantur nichil in hoc mundo possidens, nichil querens, solam cum deo paupertatem diligens, in adversa semper patientiam amplectens, conventus secularium fugiens, vacare semper orationi concupiscens. De quo unum virtutis bonum refero ut ex hoc uno valeant eius multa pensari. Hic namque cum quadam die messem quam sua manu seminaverat decisam ad aream deduxisset, nichil quod aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendium habebat, quidam perverse voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus eandem messem igni supposito ita ut erat in area incendit. Quod factum dum alter aspiceret, eidemque dei famulo currens nuntiavit. Quod postquam indicavit adiunxit dicens: Ve ve pater Stephane quod tibi contigit. Cui statim vultu leto ac mente placida rendit: Ve illi contigit qui hoc fecit. Nam michi quid contigit? In quibus

eius urbis ostenditur in quo urbitas culmine
sedebat qui unum quod in scriptis cum habu
erat tam secura prodebat mente magisque
dolebat quod peccatum commiserat quam quod pecca
illius dampnum tollerabat. Hec pensabat
quid ipse exterius si culpe reus quantum pende
bat intus. Hunc itaque cum dies mortis egre
di e corpore urgeret convenerunt multi ut tam
sancte anime ex hoc mundo recedente suas
animas commendarent. Cumque lecto illius hii
qui convenerant omnes assisterent alii ingre
dientes angelos sed aliquid dicere non potu
erunt, alii omnino nichil viderunt. Sed omnes
qui aderant ita vehementissimus timor per
culit ut nullus illa sancta anima egredi
ente illic stare potuisset. Et hii ergo qui vide
rant et hii qui omnino nil viderant uno om
nes timore perculsi et territi fugerunt ut pa
lam daretur intelligi que vis esset que illam
egredientem animam susciperet cuius egressio
nem mortalium ferre potuissent. Sed inter hec · XX ·
sciendum est quia sepe anime meritum in ipso
suo egressu ostenditur, post mortem vero
declaratur. Unde et ipsi martires ab infidelibus
crudelia multa perpessi sunt qui tamen ut pre
diximus ad ossa sua mortua signis quo
tidie et miraculis clarescunt.

De duobus monachis valentionis abbatis qui in suspensi post mortem cantaverunt. XXI.

Vite namque venerabilis valentio
qui post in hac urbe romana in
sicut nosti meoque monasterio prefuit prius in va
leria provincia suum monasterium rexit. In quo
dum longobardi sevientes venissent sicut
eius narratione didici duos eius monachos
in ramis unius arboris suspenderunt. Qui in
suspensi eodem die defuncti sunt. Vespere
autem facto utrorumque eorum spiritus clara et apta
vocibus psallere ceperunt. Cumque ipsi quoque
qui eos occiderant cum voces psallencium
audirent nimium mirati territi sunt. Quas
videlicet voces captivi quoque omnes qui illic ade
rant audierunt atque eorum psalmodie post
modum testes exstiterunt. Sed has voces spiri
tuum omnipotens deus idcirco pertingere voluit ad
aures corporum ut viventes quique in carne
discerent quia si deo servire studeant post car
nem verius vivant etc.

De transitu suranni abbatis de cuius oratione mons et silva simul conturbabantur. Gregorius etc. XXII.

Quibusdam religiosis viris attesta
tibus adhuc in monasterio positus agn
novi quod hoc longo tempore in hac provincia
que sura nominatur quidam monasterii pater
vite venerabilis surannus nomine fuit qui
captivis advenientibus et a longobardorum
depredatione fugientibus cuncta que in monasterio
habere videbatur largitus est. Cumque in ele
mosinis vestimenta sua ac fratrum omnia et
cellarium consumpsisset quicquid habere in orto
potuit expendit. Ut rebus omnibus lon
gobardi subito ad eum venientes et aurum
petere ceperunt. Quibus cum ille diceret se
omnino nil habere in vicino monte ab his
ductus est in quo silva immense magni
tudinis stabat. Ibi captivus quidam fu
giens in cava arbore latebat. Ibi unus
ex longobardis educto gladio predictum ve
nerabilem occidit virum. Cuius corpore in terram
cadente mons omnis pertinus et silva con
cussa est ac si ferre non posse se pondus
sanctitatis diceret ita que tremuisset etc.

De transitu diaconi ecclesie marsorum. XXIII.

Alius quoque in marsorum provincia
vite valde venerabilis diaconus
fuit quem invenientes longobardi tene
runt quorum unus educto gladio caput
eius amputavit. Sed cum corpus eius
in terram caderet ipse qui hunc capite trunca
verat immundo spiritu correptus ad pedes
eius corruit et quam amicum dei occiderat in
imico dei traditus ostendit. **Petrus etc.**

Quid est hoc queso te quod omnipotens · XXIIII ·
deus sic permittit mori quos tam
post mortem cuius fuerint sanctitatis non
permittit celari etc. **Gregorius etc.**

Cum scriptum sit iustus quacumque
morte preventus fuerit iusticia eius
non auferetur ab eo. Electi qui procul dubio
ad perpetuam vitam tendunt quid eis obest
si ad modicum dure moriuntur. Et est for
tasse nonnunquam eorum culpa licet minima que
in eadem debeat morte resecari. Unde
fit ut reprobi quidem contra viventes pote
statem accipiant sed illis morientibus hoc
in eis gravius vindicatur quod contra bonos
potestatem sue crudelitatis acceperunt sicut
ydem carnifex qui eundem venerabilem
diaconem viventem ferire permissus est
gaudere super mortuum permissus non est.
Quod sacra quoque testantur eloquia. Nam
vir dei contra samariam missus quia per in
obedientiam in itinere comedit hunc leo in eodem
itinere occidit sed statim illic scriptum est

Quia stetit leo iuxta asinum et non comedit de cadavere. Ex qua re ostenditur quod peccatum inobedientie in ipsa morte sunt laxatum, quia isdem leo quem viventem sumpsit occidere contingere non presumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit, de occisi cadavere comedendi licentiam non accepit, quia is qui culpabilis in vita fuerat, punita inobedientia erat iam iustus ex morte. Et leo qui prius vitam peccatoris necaverat, custodiebat postmodum cadaver iusti. **Petrus. xxv.**

Placet quod dicis. Sed nosse velim si nunc ante restitutionem corporum in celum recipi anime iustorum. **Gregorius.**

Hoc neque de omnibus iustis fateri possumus neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum anime que a celesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis dampno quid aliud innuitur nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat quia perfectorum iustorum anime mox ut huius carnis claustra exeunt, in celestibus sedibus recipiuntur. Quod et ipsa Veritas per se attestatur dicens: Ubi fuerit corpus ibi congregabuntur aquile, quia ubi est redemptor in corpore illuc procul dubio colliguntur anime iustorum. Et Paulus dissolvi desiderat et esse cum Christo. Qui ergo Christum in celis esse non dubitat, nec Pauli animam in celis esse negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis et inhabitatione patrie celestis dicit: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod edificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, eternam in celis. **Petrus.**

Si igitur in celo sunt anime iustorum, quid est quod in die iudicii pro iustitie sue retributione recipient? **Gregorius.**

Hoc eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc sola animarum, postmodum vero corporum beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant in qua dolores pro Domino cruciatusque pertulerunt. Pro hac quoque geminata eorum letitia gloria scriptum est: In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de animabus sanctorum scriptum est: Date sunt illis singule stole albe et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum donec impleatur numerus conservorum et fratrum suorum. Qui ita nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas accepturi sunt, quia modo animarum tantum, tunc autem animarum simul et corporum gloria letabuntur.

Assentio, sed vellem scire. **Petrus.**

Quonam modo agitur quod plerumque morientes multa predicunt? **Gregorius.**

Quod morientes aliqua predicunt. Hoc morte quorundam confirmatur. xxvi.

Ipsa aliquando animarum vis subtilitate sua aliquid previdet, aliquando autem exiture de corpore anime per revelationem ventura cognoscunt. Aliquando vero dum iam iuxta sit ut corpus deserant, divinitus afflate in secretis celestibus incorporeo oculo mentis intuentur. Nam quod vis anime aliquando subtilitate sua ea que sunt ventura cognoscit, patet ex eo quod tamen quidam advocatus qui in hac urbe ante biduum lateris dolore defunctus est, sed paululum antequam moreretur vocavit puerum suum et cum eius parari vestimenta ad procedendum iussit. Qui dum puer quem in insania cerneret eiusque preceptis minime obediret, surrexit, vestimentis se induit et per viam Appiam ad beati Sixti ecclesiam se esse processurum dixit. Cumque post modicum ingruescente molestia esset defunctus, deliberatum fuit ut apud beatum Ianuarium martyrem Prenestina via corpus eius deponi debuisset. Sed quia longum hiis visum qui eum portabant, visum est repente certo consilio exeuntes cum eius funere per viam Appiam nescientes quod ille dixerat in ipsam eum ecclesiam posuerunt quam predixerat. Et cum eundem virum causis secularibus obligatum lucrisque terrenis inhiantem fuisse noverimus, unde hoc predicere potuit nisi quia id quod futurum erat eius corpori ipsa vis anime ac subtilitas previdebat? **De nominibus eorum qui mortui erant et nomina eorum spectaverant aureis litteris.** Sepe etiam cum revelationibus agitur ut a morituris futura presciantur. Ex hiis colligere possumus que apud nos gesta sunt in monasteriis.

In monasterio etenim meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur, qui cum gravi molestia corporis fuisset depressus, in visione nocturna albatos viros et clari omnino habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assisterent, unus eorum dixit: Ad hoc venimus ut de monasterio Gregorii quosdam fratres in militiam mittamus. Atque alteri precipiens ait: Scribe Marcellum et Valentianum, Agnellum atque alios quorum nunc nomina

recordor. Quibus expletis addidit dicens: Ecce
et venit ipse qui nos aspiciat. Sequenti vero die
certius redditus predictus frater facto mane in-
notuit fratribus et qui essent ex eadem cella
morituri, quos se etiam denunciavit esse secu-
turum. Cum die altero predicti fratres mori cepe-
runt, et sub eodem ordine se in morte secu-
ti sunt quo fuerant in descriptione nominati.
Ad extremum vero et ipse obiit qui eosdem fratres
morituros. In ea quoque mortalitate que
ante triennium hanc urbem vehementissima
clade vastavit, in pertinentis civitatis mo-
nasterio Mellitus dictus est monachus adhuc
in annis iuvenilibus constitutus, sed mire sim-
plicitatis atque humilitatis vir. Qui appro-
pinquante vocationis die eadem clade percus-
sus et ad extrema deductus. Quod vir vite
venerabilis Felix eiusdem civitatis episcopus
audiens, cumque et hec relatione cognovit, ad
eum accedere studuit, sine mortem timere debu-
isset verbis persuadens hunc confortare. Cui et
adhuc cum divina misericordia longiora vite
spacia polliceri cepit. Sed adiecit ille respon-
dens cursus sui tempora esse completa dicens, appa-
ruisse sibi iuvenem atque epistolas detulisse
et dicentem: Aperi et lege. Quibus apertis asseru-
it quia se et omnes qui in eodem tempore a predicto
episcopo in paschali festivitate fuerant bapti-
zati, scriptos in eisdem epistolis litteris aureis
invenit. Primum quidem ut dicebat suum nomen
repperit, ut deinde omnium illo tempore baptizato-
rum. Qua de re certum tenuit et se et alios de hac
vita esse sub celeritate migraturos. Factum-
que est ut die eadem ipse moreretur, et post
eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita
secuti sunt ut intra paucos dies eorum nul-
lus in hac vita remaneret. De quibus ni-
mirum constat quia eos predictus dei famulus
idcirco auro scriptos viderat quia eorum nomina
apud se fixa eterna claritas habebat. Igitur
itaque his revelationibus potuit ventura ag-
nosci, ita nonnumquam egressure anime possunt
etiam misteria celestia non per sompnium sed
vigilando prelibare. Armonium namque
mei monasterii monachum hic nosti. Qui
dum adhuc in seculari habitu constitutus Valeri-
ani huius urbis advocati naturalem fili-
am in coniugio societatis eius obsequiis
sedule et incessanter adherebat, et quecumque
in domo eius agebantur noverat. Hic
mihi iam in monasterio positus narravit
quia in ea mortalitate qua pridem narravi,
tribus urbem hanc vehementer afflixit,
in domo predicti Valeriani puer Armentari-
us fuit perpetue simplicitatis et humilita-
tis. Cum vero eiusdem Valeriani domus ad
eadem clade vastaretur, idem puer per-
cussus est et usque ad extrema deductus.
Repente sublatus a presentibus rediit, sibi-
que dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego
in celo fui et qui de hac domo moritu-
ri sunt agnovi. Ille et ille atque ille mori-
tur. Tu vero ne timeas, quia hoc tempore mo-
riturus es. Ut autem scias quia me in celo fuisse
verum fateor, ecce accepi illic et linguis om-
nibus loquar. Numquid tibi incognitum
fuit grecam linguam omnino me nescire?
Et tamen grece loquere, ut cognoscas an
verum sit quod me omnes linguas accepisse testi-
ficor. Cui tunc grece dominus suus locutus
est, et ita ille lingua eadem respondit ut
cuncti qui aderant mirarentur. In eadem
quoque predicti Narsi domo spatarius vulgar(ium)
manebat, qui festine ad egrum deductus
ei barbarica lingua locutus est. Sed ita pu-
er ille in Ytalia natus et nutritus in eadem
barbarica locutione respondit ac si in eadem
fuisset gente generatus. Mirati sunt om-
nes qui audiebant, atque ex duarum lingua-
rum experimento quas eum antea nescis-
se noverant, crediderunt de omnibus quas
probare minime valebant. Tunc per bi-
duum mors eius dilata est, sed die tertio quo
occulto dei iudicio nescitur manus ac brachi-
i lacertos que suos dentibus laniavit, et
ita de corpore exiit. Quo mortuo omnes
illi quos predixerat ex hac presenti luce
subtracti sunt. Nullusque in illa domo
ea tempestate defunctus est qui voce
illius denunciatus non est. Petrus

Valde terribile est ut qui donum ta-
le percipere meruit tali etiam
post hec pena plectetur. Gregorius

Quis occulta dei iudicia sciat? Ea XXVII.
que in divino examine compre-
hendere non possumus, timere magis quam
discutere debemus. De morte Theopha-
ni comitis qui tempore tempestatis se-
renitatem in morte sua predixit.

Ut autem de egredientibus animabus
que multa proposui ea que cepi-
mus exequamur, neque hoc silendum est
quod de Theophanio centumcellensis urbis
comitis in eadem urbe positus mul(ti)

attestantibus agnovi. Fuit namque vir
misericordie actibus deditus, bonis operibus
intentus, precipue hospitalitati studens,
suscipiendis quidem comitatus cura occu-
patus agebat terrena et temporalia, sed ut in
fine claruit, magis ex debito quam ex in-
tentione. Nam appropinquante mortis
eius tempore grandissima aeris tempestas ob-
sisteret ne ad sepeliendum duci potuisset.
Cumque uxor sua cum fletu vehemen-
tissimo requireret dicens: Quid faciam,
quomodo te ad sepeliendum eiciam, quia ostium
domus huius pre nimia tempestate egredi
non possum? Tunc ille respondit: No-
li mulier flere, quia mox ut ego defunc-
tus fuero, eadem hora serenitatem deus
dabit. Cuius protinus vocem mortem et mor-
tem serenitas est secuta, quod signum sunt
et alia signa comitata. Nam manus et
pedes eius podagre humore tumescen-
tes versi in vulneribus fuerant et profluen-
te sanie patebant. Sed cum corpus eius
ex more ad lavandum fuisset nudatum,
ita manus pedesque sani inventi sunt
ac si nunquam vulnus aliquod habuisset. Ductus
itaque ac sepultus est. Eius coniugi visum
est ut quarto die in sepulcro illius mar-
mor quod suppositum fuerat mutari debu-
isset. Quod videlicet marmor corpori eius
suppositum dum fuisset ablatum, tanta ex
corpore eius fragrancia odoris emana-
vit ac si ex putrescente carne eius pro
vermibus aromata ferbuissent. Quod
factum dum narrante me ut omeliis qui-
busdam infirmis venisset in dubium, die
quadam sedente me in conventu nobi-
lium ipsi artifices qui in sepulcro illius
marmor mutaverant affuere aliqui
me de presenti causa rogati. Quos ego de
eodem clero nobilibus et plene requisi-
vi. Qui et eadem odoris fragrancia mi-
ro modo se repletos esse testabantur, et
quedam alia in augmentum miraculi que
mihi narrare longum existimo de eodem
sepulcro eius addiderunt. Petrus r.

Inquisitioni mee sufficienter iam vi-
deo satis factum, sed hoc est adhuc
quod questio animum pulsat, quia cum
superius dictum sit esse procul dubio sanctorum
animas in celo, restat ut iniquorum quoque
anime non esse nisi in inferno credantur.
Et quid de hac re habeat veritas ignoro.

Nam humana estimacio non habet peccatorum animas
saltem ante iudicium posse cruciari. Gregorius.
De anime iniquorum de corpore desce-
dant in infernum r. .xxviii.

Si esse sanctorum animas in celo sacri
eloquii satisfactione credidisti, oportet
ut per omnia credas et iniquorum animas
in inferno, quia ex retribucione iustitie ex
qua iam iusti multi glorificantur necesse est per
omnia ut iniusti omnes crucientur. Nam si-
cut electorum animas beatitudo letificat, ita
credi necesse est quod a die exitus sui reprobos
ignis exurat. Petrus r. .xxix.

Et qua ratione credendum est quod
rem incorpoream tenere ignis
corporeus possit. Gregorius. De
incorporeus spiritus igne corporeo

Si viventis hominis spiritus teneatur.
tus incorporeus tenetur in corpore,
cur non post mortem cum incorporeus sit
spiritus etiam corporeo igne teneatur. r.

In vivente quolibet. Petrus r.
homine ideo incorporeus spiritus
tenetur in corpore, quia vivificat
corpus. r. Gregorius r.

Si incorporeus spiritus petre in hoc te-
neri potest quod vivificat, quare non pe-
naliter et ibi teneatur ubi mortificat. Sed
teneri spiritum per ignem dicimus, ut in tormento
ignis sit videndo atque senciendo. Ignem
namque eo ipso patitur quo videt, ut res cor-
porea incorporea exurat, dum ex igne
visibili ardor et dolor trahitur invisibilis,
ut per ignem corporeum mens incorporea
etiam corporea flamma cruciatur. Quamvis
colligere ex dictis evangelii possimus quia
anima incendium non solum videndo, sed
etiam experiendo paciatur. Veritatis etenim
voce dicitur: Dives in inferno sepultus
est. Cuius in igne quia anima cruciatur, insi-
nuat vox divitis que abraham deprecatur
dicens: Mitte lazarum etc. quia crucior in
hac flamma. Dum ergo peccatorem divitem vi-
tas in igne dampnatum perhibet, quis iam
sapiens reproborum animas ignibus teneri
negat. r. Petrus r.

Ecce ratione ac testimonio ad credulitatem
flectitur animus, sed dimissus iterum
ad rigorem redit. Quomodo enim res incorpo-
rea a re corporea teneri et affligi possit ig-

Dic queso te. Gregorius. noro
apostatas spiritus a celesti eiectos gla-

esse corporeos an incorporeos suspicaris
quibus sanum sapiens. **Petrus.**
Quos esse corporeos dixerim? **Gregorius.**
Ignem iehenne esse corporeum an incorporeum esse fateris? **Petrus.**
Ignem iehenne esse corporeum non ambigo, in quo certum est corpora cruciari. **Gregorius.**
Certe reprobis in fine veritas dictura est: Ite in ignem eternum qui est paratus dyabolo et angelis eius. Si igitur dyabolus et eius angeli cum sint incorporei corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si anime antequam recipiant corpora possunt sentire corporea tormenta? **Petrus.**
Patet racio nec debet ultra animus de hac questione dubitare. **Gregorius.**
Postquam laboriose credidisti ope pacium credo si ea que michi a viris fidelibus sunt digesta narravero. **De illo qui in longa distancia mortis et dampnacionem theodorici regis vidit et nunciavit. Gregorius. XXX.**
Iulianus namque secunde huius ecclesie cui deo auctore deservio secundus defensor qui ante septem fere annos defunctus est ad me adhuc in monasterio positum crebro veniebat mecumque colloquium de anime utilitate consueverat. Hic itaque michi quadam die narravit dicens: Theodorici regis temporibus pater soceri mei in Siciliam exactionem canonis egerat atque iam ad ytaliam redibat. Cuius navis est appulsa ad insulam que lipparis appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magne virtutis habitabat, dum naute navis armamenta repararent, visum patri soceri mei est ad eundem dei virum pergere seque eius oracionibus commendare. Quos vir domini cum vidisset eis inter alia loquens dixit: Scitis quia rex theodoricus mortuus est? Cui illi mox responderunt: Absit. Nos eum vivum dimisimus et nichil tale ad nos de eo prolatum est. Quibus dei famulus addidit dicens: Etiam mortuus est. Nam hesterna die hora nona inter Iohannem papam et Simmachum patricium discinctus et discalciatus et vinctis manibus deductus in hanc vicinam vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes sollicite conscripserunt diem et ytaliam reversi eo die cum fuisse mortuum invenerunt quo die eius exitus atque supplicium dei famulo fuerat ostensum. Et quia Iohannem papam affligendo in custodia occidit, Simmachum quoque patricium ferro trucidavit, ab illis in ignem iuste mitti apparuit quos in hac vita iniuste iudicavit.
Gregorius. De morte reparati. XXXI.
Eo tempore quo primum remote vite desideriis anhelabam quidam honestus senex deusdedit nomine valde huius urbis nobilibus amicus michi quoque in amiciciis sedule iungebatur qui michi narravit dicens: Gothorum tempore quidam spectabilis vir reparatus nomine venit ad mortem. Qui dum diu iam iacuisset et rigidus iaceret visum est ut ab eo funditus vitalis flatus exisset et exanime remansisset corpus. Cumque et multa que tunc necatum cum iam mortuum eius familia lugerent, subito rediit et circumstantes plangencium in stupore versi sunt lacrime. Cui reversus dixit: Currite ad ecclesiam beati laurencii martiris que ex nomine conditoris damasi vocatur puerum mittite et quid de tiburcio presbitero agatur videat et renunciare festinet. Qui videlicet tiburcius tunc carnalibus desideriis subiacere ferebatur, cuius adhuc vite moresque beatus quoque florentibus eius mea etate presbiter meminit. Cum vero puer pergeret, narravit isdem reparatus qui ad se reversus fuerat quid de illo ubi ductus est agnovit. Paratus rogus ingens fuerat. Deductus vero tyburcius presbiter in eo crematus est. Alius ante parabatur rogus cuius alta in celum cacumen tendi videbatur. Cum emissa voce clamavit: cuius est hic? ergo dans statim reparatus defunctus est. Puer vero qui transmissus fuerat ad tiburcium iam eum mortuum invenit. Cum igitur isdem reparatus ductus ad loca penarum dum vidit rediit narravit et obiit, aperte monstratur quia nobis illa non sibi vidit, quibus dum adhuc concessum est vivere eciam licet iam a malis operibus emendare. Rogum vero constitui reparatus vidit, non quod apud infernum ligna ardeant ut ignis fiat, sed quod narraturus hec viventibus illa de incendio proborum vidit in quo sicut apud viventes corporeus ignis solet ut per hec assueta audientes discerent quid de insuetis timere debuissent. **Gregorius.**
De morte cuiusdam cuius sepultura incensa est. Gregorius.

Terribile etiam quiddam in valeria p- xxxii.
uincia contigisse vir venerabil maxi
mianus syracusanus eps qui diu in
hac urbe in meo monasterio pfuit narrare
consueuerat dicens De luxuria pptr quam
corpus mortui in sepulcro combustu
fuit. Quidam curialis illic sacratissimo
paschali sabbato iuuenculam quandam
filiam in baptismate suscepit. Qui post
ieiunium domum reuersus multoque vino me
briatus eandem filiolam suam secum ma
nere petiit. eamque nocte illa quod dictu
nefas est perdidit. Cumque facto mane
surrexisset cogitare reus cepit ut ad bal
neum pergeret ac si aqua balnei lauar
etur maculam peti. Perrexit igitur lauit
cepitque trepide ecclesiam ingredi quia
si tanto die non iret ad ecclesiam erubesce
bat homines. Quod si iret pertimescebat
iudicium dei. Vicit itaque humana verecundia
Perrexit igitur ad ecclesiam sed tremebundus at
pauens stare cepit et singula mome
ta suspectus qua hora immundo spiritui
traderetur et coram omni populo vexaretur
Cumque vehementer timeret ei in illa mis
sarum celebratione quod aduersi nil contigit
Tunc letus exiit et die altero iam securus
ecclesiam intrauit. factumque est ut per sex
continuos dies letus ac securus procederet
estimans quod eius scelus deus aut non
vidisset aut visum misericorditer dimi
sisset. Sed die septimo subita morte
mortuus est. Cumque sepulture traditus
est per longum tempus cunctis videntibus
de sepulcro suo flamma exiit et tamdiu os
sa eius concremauit quousque omne se
pulcrum consumeret. et ita quem tumulo
collectum fuerat defossa videtur. Quod
dominus omnipotens faciens ostendit quid
eius anima in occulto pertulit cuius etiam
corpus ante humanos oculos flamma con
sumpsit. Magna nunc nobis quoque hec audien
tibus exempla formidinis dare dignatus est. Quibus ex hac consideratione colliga
mus quid anima viuens ac sentiens pro
reatu suo patitur si tanto ignis suppli
cio etiam insensibilia ossa cremantur

Petrus. Si boni bonos in celo et ma
li malos in supplicio cognoscunt. xxxiii.

Nosse vellem si vel boni bonos
in regno vel mali malos in sup
plicio agnoscunt. Gregorius r-

Cuius rei sententia in ubis est dnice
quam superius paulum clarius luce de
monstrata in quibus ait dominus esset homo quidam
erat diues etc. Et erat quidam mendicus etc.
Subiunctum est quod lazarus mortuus est et porta
tus ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est
et diues et sepultus est in inferno. Cum eleuasset
oculos suos cum esset in tormentis vidit abra
ham a longe et lazarum in sinu eius et ipse
clamans dixit. Pater abraham miserere mei
et mitte lazarum ut intingat extremum digiti etc.
Cui abraham. Fili recordare quia recepisti
bona etc. Diues desperans spem salutis non
valens ad prouidendam suorum salutem conuer
titur dicens. Rogo ergo pater ut mittas eum
in domum patris mei. habeo enim quinque fratres etc.
Quibus verbis aperte declaratur quia boni bonos
et mali cognoscunt malos. Si igitur abraham
lazarum minime cognouisset nequaquam ad
diuitem in tormentis positum de transacta
eius contritione loqueretur quod mala recepit
in vita sua. Et malos mali non cognoscerent
nequaquam diues in tormentis positus fratrum
suorum etiam absentium meminisset. Quo enim
presentes non posset agnoscere qui etiam pro absen
tium memoria curauit exorare. Qua in re illud
quoque ostenditur quod nequaquam quod ipse re
quisita quia et boni bonos malos et mali
cognoscunt bonos nam et diues ab abraham
cognoscitur cui dictum est. Recepisti bona in vita
tua et electus lazarus a diuite reprobo cogni
tus qui iam ex nomine peteretur dicens. Mitte
lazarum ut intingat extremum digiti etc. In
qua scilicet cognitione utriusque partis cumulus re
tributionis excrescit ut boni amplius gaudeant
qui secum eos letari conspiciunt quos ama
uerunt. et mali dum cum eis torquentur quos
in hoc mundo despecto deo dilexerunt eos non
solum sua sed etiam eorum pena consumat. Fit
autem in electis quiddam mirabilius quia non
solum eos cognoscunt quos in hoc mundo no
uerant sed velut visos et agnitos recognoscunt
bonos quos nunquam viderunt. Nam cum an
tiquos patres in illa eterna hereditate viderint
eis incogniti per visionem non erunt quos in opere
semper nouerunt. Quia enim illic omnes commu
ni claritate deum conspiciunt quid est quod
ibi nesciant ubi scientem omnia sciunt. r-

De quodam qui prophetas moriens vi
dit ad se venientes. Gregorius xxxiiii

Nam quidam inter religiosos vir et
vite venerabilis cum ante quadrien

nium mortuus sicut alii religiosi viri qui
presentes fuerunt testati sunt in hora sui exi
tus Ionam prophetam Ezechielem quoque et Danie
lem cepit aspicere eosque dominos suos clamare
quos dum ad se venisse diceret et depressis
luminibus eis obsequium reverentie preberet ex
carne eductus est. Qua in re aperte datur
intelligi que erit in illa etiam vita noticia
si vir iste adhuc in carne corruptibili posi
tus prophetas sanctos quos minime numquam
viderat agnovit etc.

Quod sepe anime egresse de corpore socios suos in pena vel in premio sciunt. Gregorius. xxxv.

Solet autem plerumque contingere ut
egressura anima eos etiam recognos
cat cum quibus pro equalitate culparum
vel etiam premiorum in una mansione de
putanda. Nam vir vite venerabilis Eleu
therius de quo in precedente libro multa
narravi in monasterio suo germanum fratrem
Iohannem nomine se habuisse perhibuit qui
ante dies quatuordecim fratribus suis pre
dixit exitum. Cumque decrescentes quoti
die computarent dies antequam vocaretur
ex corpore febre correptus est. Ad horam
vero mortis veniens misterium dominici cor
poris et sanguinis percepit. Cumque tunc
anthiphonam ipse per semetipsum impo
suit dicens Aperite michi portas ius
titie et ingressus in eas confitebor domino etc.

De illo qui vocavit alium cum moriebatur

Cumque fratres coram eo assistentes psallerent
emissa subito et producta voce clamavit dicens
Urse veni. Et mox ut dixit eductus e cor
pore mortalem vitam finivit. Admirati sunt fratres
quia hoc quod moriens frater clamaverat
ignorabant. Quo defuncto in monasterio facta
est magna tristicia. Quarto autem die quid
dam fratribus necesse fuit ut aliud ad monaste
rium longe positum transmitterent. Illuc igi
tur euntibus fratribus omnes eiusdem monasterii
monachos tristes invenerunt. Quibus dum di
cerent Quid habetis quod vos in tanto merore
deprimitis responderunt dicentes Ecce huius
desolacionem gemimus quia unus frater cuius
vita nos in hoc monasterio continebat hodie
quartus est dies quod ex hac luce subtractus
est. Cumque fratres qui ibi venerant studiose
requirerent qualiter dictus fuisset responderunt
Ursus. Cumque vocationis eius horam subtili
ter inquirerent ipso eum momento cognoverunt
exisse de corpore quo prefatum Iohannem qui apud eos
defunctus est fuerat vocatus. Ex qua re
colligitur quia utrorumque par fuit meritum
eis quoque datum est ut in una mansione socia
liter viverent quibus e corpore contigit so
cialiter exire. Sed neque hoc sileam quod dum
adhuc laicus essem atque in domo mea que
michi in hac urbe ex iure parentibus obvene
rat manerem de quibusdam vicinis meis
me contigit agnovisse. Quedam namque
ut michi vidua Galla dicebat hec Eumor
phium nomine filium iuvenem habebat a quo
non longe quidam Stephanus cum cogno
men opacio fuit habitabat. Sed idem Eumor
phius ad extrema vite veniens vocavit
puerum suum eique precepit dicens Vade cito
tius et dic Stephano oracioni ut concitus
veniat quia esse navis parata est ad Sici
liam duci debeamus. Cumque puer hunc
insanire arbitraretur et obedire recusaret cepit
ille vehementer iniungere dicens Vade et nunci
a illi quod dico quia non insanio. Egressus
est puer ut ad Stephanum pergeret. Cumque
in medium iter venisset ei alius quidam ob
viam factus est qui hunc requisivit dicens
Quo vadis. Cui respondit Ad Stephanum
a domino meo missus. Sic ille protinus ait Ab
eo ego venio. Reversus est puer ad Eumor
phium dominum suum sed eum iam mortuum in
venit. Sicque factum est ut dum alter alteri obvi
am venit et commedio itinere puer reversus
est ex mensura spacii potuisset colligi quod
uno momento utrique fuerant vocati etc.

Terribile est valde quod **Petrus.**
dicitur. Sed queso te cur egredienti
anime navis apparuit vel cur se duci ad
Siciliam moriturus predixit. **Gregorius.**

Anima vehiculo non indiget sed
mirum non est si adhuc homini in
corpore posito illud apparuit quod per
corpus consueverat videre ut per hoc da
retur intelligi quo eius anima spiritualiter duci
potuisset. Quod vero se ad Siciliam duci testatus
est quid aliud sentiri potest nisi quod pre ceteris lo
cis in eius terre insulis eructuante igne tor
mentorum olle patuerunt. Que ut solent nar
rare qui noverunt laxatis quotidie sinibus
excrescunt ut mundi termino propinquante quanto
certum est illuc amplius concremandos colligi
tanto eadem tormentorum loca videantur ampli
ari. Quod deus omnipotens ad correptionem viven
cium in hoc voluit mundo ostendi ut mentes
infidelium que tormenta inferni esse non credunt

tormentorum loca videant que audita credere recusabant. Hec vero electorum seu reproborum quorundam communis causa in opere fuit etiam ad loca communia deducantur. Verba veritatis nobis satisfaciunt etiam si exempla deessent. Ipsa quippe per semetipsam veritas in evangelio dicit: In domo patris mei mansiones multe sunt. Si enim dispar retributio in illa beatitudine eterna non esset una potius mansio quam multe essent. Multe ergo mansiones sunt in quibus et distincti bonorum ordines per meritorum consortium communiter letentur et tamen unum denarium omnes laborantes accipiunt qui in multis mansionibus distinguuntur quia et una beatitudo quam illic percipiunt et dispar retributionis qualitas est quam per opera diversa consequuntur. Unde ... veritas iudicii sui diem denuncians ait: Tunc dicam messoribus: Colligite primum zizania et ligate fasciculos ad comburendum. Messores quippe angeli zizania ad comburendum in fasciculos ligant cum pares paribus in tormentis similibus sociant ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, avari cum avaris, fallaces cum fallacibus, invidi cum invidis, infideles cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa ad tormenta similia adducuntur, quia eos in locis penalibus angeli deputant quasi zizaniorum fasciculos ad comburendum ligant.

Petrus xxxvi.

Ad inquisitionem meam responsionis satisfactione patuit causa rationis. Sed quidnam est quod sepe quod nonnulli quasi per errorem extrahuntur e corpore ita ut facti exanimes redeant et eorum quempiam audisse se dicant quia ipse non fuerit qui erat iussus deducatur.

Gregorius. De resuscitatione Petri et Stephani et visione aliquorum multas

Hoc cum fit Petre, si bene perpenditur, non error sed admonitio est. Superna enim pietas ex magna misericordie sue largitate disponit ut nonnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant et tormenta inferni que audita non crediderant saltem visa pertimescant. Nam quidam Illiricianus monachus qui in hac urbe mecum vivebat in monasterio mihi narrare consueverat. Eum ma quondam tempore adhuc in heremo moraretur agnovit quod Petrus quidam monachus ex regione ortus Hyberie qui ei in loco vaste solitudinis cui Evasa nomen est inherebat, sicut ipso narrante didicerat, priusquam heremum peteret molestia interveniente corporis defunctus est. Sed protinus corpori restitutus inferni supplicia et innumera flammarum loca vidisse testabatur. Quosdam etiam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos vidisse se narravit. Qui cum defunctus esset et in illis mergeretur subito angelum clarissimi habitus apparuisse sibi fatebatur qui eum in ignem mergi prohibuit. Cui etiam dixit: Egredere et qualiter tibi post hec vivendum sit cautissime attende. Post quam vocem paulatim recalescentibus membris evigilans ab eterne mortis sompno cuncta que circa illum gesta fuerant narravit. Tantisque se vigiliis se postmodum et ieiuniis constrinxit ut infernum eum vidisse et timuisse tormenta etiam si lingua taceret conversatio loqueretur.

De eo qui ductus fuit ad loca infernalia. xxxvii.

Sed hoc omnipotentis Dei mira largitate in morte actum est ne mori debuisset. Sed quia humanum cor valde durum est ipsa quoque penarum ostensio eque utilis non est. Nam illustris vir Stephanus quem bene nosti de semetipso mihi narrare consueverat quia in Constantinopolitana urbe pro quadam causa demoratus molestia corporis superveniente defunctus est. Cumque medicus et pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quesitus et die eodem minime inveniretur, subsequenti nocte iacuit corpus inhumatum. Qui ductus ad inferni loca vidit multa que prius audita non crediderat. Sed cum presidenti illic iudici presentatus fuisset ab eo receptus non est ita ut diceret: Non hunc deduci sed Stephanum ferrarium iussi. Qui statim reductus in corpore est et Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat eadem hora defunctus est. Sicque probatum est vera fuisse verba que audierat dum hec effectus mortis Stephani demonstravit. Ante triennium quoque in hac pestilentia que urbem hanc clade vehementissima depopulavit, in qua etiam corporali visu sagitte celitus venire et singulos quosque ferire videbantur, idem Stephanus sicut nosti defunctus est. De illo qui trahebatur sursum per angelos et per dyabolos deorsum. Quidam vero

miles in hac eadem urbe ita percussus ad
extrema peruenit, qui eductus e corpore ex-
animis iacuit, sed citius rediit et ea que
secum gesta fuerant narrauit. Aiebat enim sicut
tunc res eadem militibus etiam innotuit, quia
erat pons sub quo niger et caliginosus fe-
toris intollerabilis nebulam exalans flumi-
nis decurrebat. Transacto autem ponte ame-
na erant prata atque uirentia odoriferis herba-
rum floribus adornata, in quibus albatorum
hominum conuenticula esse uidebantur, tantusque
in loco eodem odor suauitatis inerat, ut
ipsa suauitatis fragrantia illic deambulan-
tes et habitantes satiaret. Ibi mansiones diuer-
sorum singule magnitudine lucis plene. Ibi
mire potentie domus edificabatur que au-
reis uidebatur laterculis construi, sed cui-
us esset non potuit agnosci. Erant uero super ripam
dicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exurgen-
tis fetoris nebula tangebantur, alia autem
exurgens fetor a flumine minime tangebat.
Hec uero erat in predicto ponte probatio, ut quisquis
per eum iniustorum uellet transire, in tenebro-
so fetentique flumine laberetur. Iusti uero qui-
bus culpa non obsisteret, securo per eum gressu
ac libero ad amena loca peruenirent. Ibi etiam
se Petrum ecclesiastice familie maiorem, qui
ante quadriennium defunctus est, deorsum
positum in locis teterrimis magno ferri pon-
dere ligatum ac depressum uidisse testatus
est. Cumque requireretur cur ita esset, ea dixit
se audisse que nos qui eum in hac ecclesiastica
domo nouimus, scientes eius facta recolimus.
Dictum namque est: Hec ideo patitur, quia
si quid ei pro facienda ultione iubebatur,
ad inferendas plagas plus ex crudelitate desi-
derio quam obedientia seruiebat. Quod sic fuis-
se nullus qui eum nouit ignorat. Ibi etiam
quendam peregrinum presbiterum se uidisse testabatur,
fatebatur qui ad predictum pontem ueniens tan-
ta per eum auctoritate transiit, quanta et hic sinceritate
uixit. In eodem quoque ponte hunc quem predixi
Stephanum se recognouisse testatus est. Cumque
transire uoluisset, pes eius lapsus est, et ex
medio corpore iam extra pontem deiectus, a
quibusdam teterrimis uiris ex flumine surge-
ntibus per coxas deorsum, et a quibusdam
albatis et speciosis uiris cepit per brachia
sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset,
et boni spiritus hunc sursum et mali deorsum
traherent, ipse qui hec uidebat ad corpus reuer-
sus est, et quid de eo plenius gestum sit mi-
nime cognouit. Qua in re de eiusdem Ste-
phani uita datur intelligi quia in eo ma-
la carnis cum elemosinarum operatione certabant.
Qui enim per coxas deorsum et per brachia tra-
hebatur sursum, patet nimirum quia et elemo-
sinas amauerat, et carnis uicijs perfecte non re-
stiterat, que eum deorsum trahebant. Sed
in illo occulti arbitri examine quid in eo
uicerit et nos et eum qui uidit latet. Constat
tamen quia idem Stephanus postquam sicut
superius narraui et loca inferni uidit et ad
corpus rediit, perfecte se minime correxit, qui post
multos annos de corpore adhuc ad certa-
men uite et mortis exiit. Ex qua re colligitur
quia ipsa quoque inferni supplicia cum de-
monstrantur, aliis hoc ad adiutorium, aliis ad
testimonium, ut isti uideant mala que caue-
ant, et mali amplius puniantur qui ista
supplicia nec uisa nec cognita uitare uo-
luerunt.

Petrus

Quid est hoc quesso te, quod in amenis locis
cuiusdam domus laterculis aureis
edificari uidebatur? Ridiculum ualde est si cre-
dimus quod in illa uita adhuc metallis ta-
libus egeamus. Gregorius

Quis hoc si sanum sapit intelligat?
Sed ex eo quod illic ostensum est, cuius-
quis ille est cui mansio ita construitur,
datur aperte intelligi quid sit quod hic
operabatur. Nam qui premium lucis eterne
elemosinarum largitione promeretur, nimi-
rum constat quia edificat mansionem
suam. Quod enim superius memoriam meam
fugit ne dicerem, idem miles qui hec uidit
narrauit quod eosdem laterculos aureos ad
edificationem domus senes ac iuuenes puel-
le et pueri ferebant. Qua ex re colligitur
quia hi quibus hic pietas facta est, ipsi
illic operatores esse uidebantur. Gre-
gorius de illo cuius domus sabbato
edificabatur.

Sic etiam iuxta nos quidam Deusde-
dit nomine religiosus habitabat, qui
calciamenta solebat operari, de quo alter
per reuelationem uidit quod domus eius edifi-
cabatur, sed in ea constructores sui solo die
sabbati uidebantur operari. Qui eiusdem uiri ean-
dem uitam postmodum subtiliter inquirens
inuenit quia ex his que diebus singulis
laborabat, quicquid ex uictu et uestitu super-
esse potuisset, die sabbati ad beati Petri ec-
clesiam deferre consueuerat et indigenti-

bus erogare. Unacer te prendere quia non
incelto domus ipsius fabricata die sabbati
crescebat. Petrus
Hec dixi et michi profecto video satis
factum. Sed queso quid esse dicimus
quod quorundam habitacula fetoris nebula tan-
gebantur quorundam tangi non poterant
ubi quod ponte et quid est quod fluuium
vidit etc. Gregorius etc.
Ex rerum pater ymaginibus per-
pensamus merita causarum. Per pon-
tem quippe ad amena loca iustos tran-
ire aspexit, quia angusta valde est semi-
ta que ducit ad vitam. Et fetentem decur-
rentem fluuium vidit, quia ad yma defluit
quotidie carnalium hic putredo viciorum. Et
quorundam habitacula fetoris nebula tan-
gebat. Quorundam vero ab eo non pote-
rant. Quia sunt plerique qui multa iam bo-
na opera faciunt, sed tamen adhuc carnalibus
viciis in cogitacionibus et delectacione ta-
guntur. Et iustum valde est ut illic nebu-
la fetoris ardeat quos hic adhuc car-
nalis fetor delectat. Unde et eandem delecta-
cionem carnis esse in fetore beatus Job con-
spiciens de luxurioso ac lubrico sentenci-
am protulit dicens: Dulcedo illius ver-
mis. Qui vero pectus eorum ab omni delectacione
carnis exuunt, constat nimirum quia
eorum habitacula fetoris nebula non tangun-
tur. Et notandum quod idem fetor esse et ne-
bula visa sit, quia nimirum carnalis
delectacio mentem quam inficit obscurat
ut veri luminis claritatem non videat. Sed
unde delectatur infimus inde caliginem
ad superna patitur. Petrus. xxxviii.
Putamus ne hoc auctoritate sacri | parat
eloquii posse monstrari ut culpe
carnalium fetoris pena puniantur etc.
Gregorius. De sodomitis etc.
Potest. Nam libro geneseos testan-
te didicimus quia super sodomitas
dominus ignem et sulphur pluit, ut eos ignis
incenderet et fetor sulphuris necaret. Quia
enim amore illicito corruptibilis carnis
arserant, simul incendio et fetore peri-
erunt, quatenus in pena cognoscerent quia
eterne morti fetoris sui se delectacione tra-
didissent etc. Petrus
De hiis in quibus dubius fui mi-
chi fateor questionis terminata
sit. Gregorius. De quedam anime
adhuc in corporibus posite aliquid
penale de spiritualibus videant etc.
Sciendum est quia nonnumquam anime
adhuc in suis corporibus posite pe-
nale aliquid de spiritualibus vident. Quod
tamen quibusdam ad edificacionem suam, qui-
busdam vero ad edificacionem audiencium con-
tingere solet. Nam is de quo in omeliis coram
populo narrasse me memini inquietus valde
theodorus nomine puer fuit, qui in meum
monasterium fratrem suum magis necessitate quam vo-
luntate secutus est. Cui nimirum grave erat
si quis ei aliquid pro sua salute loqueretur.
Bona vero non solum facere sed etiam audire
poterat. Numquam se ad sancte conversacionis ha-
bitum venire iurando irascendo deridendo
testabatur. In hac autem pestilencia que nuper
huius urbis populum ex magna parte consump-
sit percussus in inguine est et productus ad
mortem. Et cum extremum spiritum ageret con-
venerunt fratres ut egressum illius orando
protegerent. Iam corpus eius ab extrema par-
te friguerat, in solo tamen adhuc pectore
vitalis calor anhelabat. Cuncti
autem fratres tanto enixius pro eo ceperunt ora-
re, quanto eum iam videbant sub celerita-
te discedere, cum repente cepit eisdem
fratribus assistentibus clamare et cum ma-
gnis vocibus oraciones eorum interrumpere dicens:
Recedite, recedite. Ecce draconi ad devoran-
dum datus sum, qui propter vestram presenciam
me devorare non potest. Caput meum iam in
ore suo absorbuit. Date locum ut amplius
me non cruciet, sed faciat quod facturus est.
Si ei ad devorandum datus sum, quare
propter vos moras patior. Tunc fratres cepe-
runt ei dicere: Quid est quod loqueris, frater?
Signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat
ille cum magnis clamoribus dicens: Volo
me signare sed non possum, quia squamis
huius draconis premor. Cumque fratres hoc
audirent, prostrati in terram cum lacrimis ce-
perunt pro erepcione illius vehementer
orare. Et ecce eger subito cepit ad magnis
vocibus clamare dicens: Gracias ago deo. Ec-
ce draco qui me ad devorandum accepe-
rat fugit, oracionibus vestris expulsus est, stare
non potuit. Pro peccatis meis modo interce-
dite, quia paratus sum secularem vitam fun-
ditus relinquere. Homo ergo qui sicut iam
dictum est ab extrema fuerat parte corporis mor-
tuus reservatus ad vitam toto corde ad deum

conuersus est. Et postquam mutatus mente diu est flagellis attritus tunc anima eius carne soluta est. Hic cum Crisaurius sicut presbiter propinquus illius cuius iam superius memoriam feci narrare consueuerat vir in mundo hoc valde diues erat, sed tam plenus vicijs quantum rebus. Superbia tumidus carnis sue voluptatibus subditus in acquirendis rebus auaricie facibus accensus. Sed cum tot malis deus finem imponere decreuisset corporali hunc molestia percussit. Qui ad extrema veniens eadem hora qua iam de corpore exiturus erat apertis oculis vidit tetros et nigerrimos spiritus coram se assistere et vehementer imminere ut ad inferni claustra se raperent cepit tremere et pallescere sudare et magnis vocibus inducias petere filium suum nomine maximum quem ipse iam monachus monachum vidi nimijs et turbatis clamoribus vocare dicens. Maxime curre. Nunquam tibi male aliquid feci in fide tua me suscipe. Turbatus mox maximus affuit lugens et perstrepens etiam familia conuenit. Sed eos quos ille insistentes grauiter tollerabat ipsi spiritus malignos videre non poterant, sed eorum presenciam et confusione et pallore et tremore illius qui trahebatur. Pauore autem eorum ymaginis huc illucque vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere et ibi aderant. Cumque conspectus nimis relaxari se iam posse desperaret cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel usque mane, inducias vel usque mane. Sed cum hec clamaret in ipsis vocibus de suo carnis habitaculo euulsus est. De quo nimirum constat quia ista nobis non sibi viderit ut eius visio nobis proficiat quos adhuc diuina paciencia longaniminter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse et inducias petisse quid profuit qui easdem inducias quas petijt non accepit. **De simulato ieiunio.**

Esse etiam nunc apud nos athanasius ysaurie presbiter qui diebus suis rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque ut ait quoddam monasterium ton galaton dicitur in quo quidam monachus magne estimacionis habebatur. Homo quippe tenebat moribus et in omni occasione sua compositus. Sed sicut ex fine res patuit longe aliter quam apparuit fuit. Nam cum se ieiunare cum fratribus demonstraret occulte manducare consueuerat. Quod eius vicium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia ad extrema vite perductus est. Qui cum venisset ad finem fratres omnes ad se congregari fecit. Hic illi ut putabant vero tali moriente magnum quid et delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus et tremens compulsus est prodere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit. Quando me vobiscum ieiunare credebatis occulte comedebam. Et nunc ad deuorandum draconi datus sum qui cauda sua genua mea et pedes colligauit. Caput vero suum intra os meum mittens spiritum meum ebibens abstrahit. Quibus dictis statim defunctus est et ut penitendo liberari debuisset potuisset a dracone quem viderat expectatus non est. Quod nimirum constat quia ad solam vtilitate audiencium viderit qui cum hostem cui traditus fuerat innotuit et non euasit.

Petrus. xxxix. Doceri velim si post mortem purgatorius ignis esse credendus est. **Gregorius. An ignis purgatorius sit.**

In euangelio dominus dicit: Ambulate dum lucem habetis. Et per prophetam ait: In tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. Quod paulus apostolus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Et salomon ait: Quodcumque potest manus tua facere instanter operare. Dauid etiam ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sentencijs constat quia qualis hinc quisque egreditur talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium ignis purgatorius credendus est. Pro eo quod veritas dicit: Quia si quis in spiritu sancto blasphemauerit neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo quasdam in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur consequens intellectus patet quod de quibusdam conceditur. Sed tamen ut predixi hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, et peccatum cure rei familiaris que vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpas qualiter declinare debeant sciunt aut non in grauibus rebus error

ignorantiae que cuncta etiam post mortem gravant si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat Christum esse fundamentum et subiungat si quis edificaverit super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificavit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem. Quamvis hoc de igne tribulationis in hac vita nobis adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne purgationis future accipiat, pensandum est sollicite quia dixit per illum ignem posse salvari, non eum qui super hoc fundamentum ferrum vel plumbum edificat id est peccata maiora et ideo duriora et tunc iam insolubilia, sed ligna fenum stipulam id est minima et levia que ignis facile consummat. Hoc tamen sciendum quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit nisi hoc actibus bonis in hac adhuc vita positus ut illic obtineat promereatur. c. xl. Nam cum adhuc essem iuvenculus et in laico habitu constitutus narrari a maioribus et scientibus audivi quod Paschasius huius apostolice sedis dyaconus cuius apud nos rectissimi et luculenti de spiritu sancto libri extant mire sanctitatis vir fuit elemosinarum maxime operibus vacans cultor pauperum et contemptor sui. Sed hic in ea contentione que in ardescente zelo Symachum inter atque Laurentium facta est ad pontificatus ordinem Laurentium elegit et omnium post unanimitate superatus in sua tamen sententia usque in diem exitus sui perstitit amans videlicet et preferens quem episcoporum iudicio preesse sibi ecclesia refutabat. Hic itaque temporibus Symachi presulis sedis apostolice est defunctus cuius dalmaticam feretro superpositam demoniacus tetigit statimque salvatus est. Post multum vero tempus Germano Capuano episcopo sicut hunc memoravi, sancta medici pro salute corporis dictaverunt ut in Angulanis termis lavari debuisset. Qui cum ingressus easdem termas predictum Paschasium dyaconem stantem et obsequentem in caloribus invenit. Quo viso vehementer extimuit et quid illic tantus vir faceret inquisivit. Cui ille dixit: Pro nulla alia causa in hoc penali loco deputatus sum nisi quia in parte Laurentii contra Symachum sensi. Sed queso te Dominum pro me deprecare et in hoc cognoscis quod exauditus sis si huc rediens me non inveneris. Qua de re vir Domini Germanus se in precibus constrinxit et post paucos rediit dies sed predictum Paschasium in loco eodem minime invenit. Quia enim non malitie sed errore ignorantie peccaverat post mortem purgari potuit a peccato. Quod tamen credendum est quia ex illa elemosinarum suarum largitate hoc obtinuit ut tunc potuisset promereri veniam cum iam nil posset operari. r. Petrus r. xli.

Quid est hoc queso te quod in his extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt que ante latuerunt ita ut apertis revelationibus et ostensionibus seculum venturum inferre se nobis et aperire videatur. Gregorius r.

Ita est. Nam quantum presens seculum propinquat ad finem tantum futurum seculum ipsa iam propinquitate tangitur et signis ac manifestationibus aperitur. Quia enim cum cogitationes nostras in hoc seculo vicissim minime videmus, in illo autem vicissim corda conspicimus, quid seculum hoc nisi noctem et quid futurum nisi diem dixerim. Sed quemadmodum cum nox finitur et dies incipit, ante solis ortum modo aliquo tenebre cum luce mixte sunt quousque discedentis noctis reliquie in lucem diei subsequentis perfecte vertantur, ita huius mundi finis cum futuri seculi exordio iam miscetur, atque ipse reliquiarum eius tenebre quadam iam rerum spiritualium permixtione translucent. Et que illius mundi sunt multa iam cernimus sed necdum perfecte cognoscimus quia quasi in quodam mentis crepusculo hec velut ante solem videmus. Petrus r.

Placet quod dicis. Sed de tanto viro Paschasio animum hoc ad questionem movet quod post mortem ad penalem locum deductus est cuius factum dalmatice tanti potuit ut malignus spiritus ab obsesso homine fugaretur. r. Gregorius r.

Hac in re magna debet Dei omnipotentis dispensatio et quam multiplex sit cognosci cuius iudicio actum est ut idem vir Paschasius et ipse intus aliquantulum tempus reciperet quod peccasset et tamen ante humanos

oculos mira per corpus sunt sparse quia ante
mortem eius quoque cognoscentibus pia opera fe-
cisset ut neque hii qui in hominibus videant
de elemosinarum illius estimatione fallerentur
neque ipsi sine ulcione laxaretur culpa quam
nec esse culpam credidit et ideo hanc fletibus
non extinxit. Petrus. xlii.

Perpendo quod dictis veritatum hac racio-
ne constrictus non solum que intelli-
go sed ipsa etiam que in me non intelligo
cogor peccata formidare. Sed queso quia pau-
lo superius sermo de locis penalibus inferni
versabatur. ubi nam esse infernum putas.
super terram an sub terra credendus est. Gre-
gorius. De situ inferni.

De hac re temere diffinire non audeo
Nam nonnullam in terrarum parte infernum
esse putaverunt alii vero hunc sub terra esse es-
timant. Sed tamen hoc animum pulsat quia ideo
infernum dicimus quia inferius iacet. quod terra ad ce-
lum est hoc esse inferno debet ad terram. Unde
fortasse per psalmistam dicitur liberasti animam
meam ex inferno inferiori ut infernus superior
terra infernus vero inferior sub terra esse videatur.
Et iohannis vox in ea estimatione concordat
qui cum signatum librum septem sigillis di-
ceret quia nemo inventus est dignus neque
in celo neque in terra neque subtus terram aperire
librum et solvere signacula eius adiunxit. Et
ego flebam multum. Quem tamen postmodum
librum per leonem de tribu iuda dicit aperiri.
In quo videlicet libro quid aliud quam sacra
scriptura signatur quam solus redemptor noster
aperuit qui homo factus moriendo resurgen-
do ascendendo in celum cuncta misteria que
in eo fuerant clausa patefecit. Sed nullus in
celo quia neque angelus et nullus in terra
quia neque homo vivens in corpore. nullus
subtus terram dignus inventus est. quia neque
anime corpore exute preter dominum aperire nobis
sacri eloquii secreta potuerunt. Cum ergo
ad solvendum librum nullus sub terra inventus
dignus dicitur quid obstet non video ut sub terra
esse infernus credatur. Petrus.

Queso te. unus esse gehenne ignis
credendus est an non quanta peccatorum
diversitas est. tanta peccatorum diversitas est tanta
quoque estimanda sunt et ipsa incendia
esse preparata. Gregorius. De igne
inferni et purgatorii. Si unus sit gehen-
ne ignis an diversi. xliii.

Unus quidem est gehenne ignis sed
non uno modo cruciat peccatores. Unguemque
etenim quanta exigit culpa tantum illic sencia-
et. Nam sicut in mundo hoc sub uno sole
multi consistunt nec tamen eundem solis
ardorem equaliter senciunt. quia alius
plus estuat et alius minus. Ita illic in uno
igne non est unus modus incendii quod
hic diversitas corporum hoc illic agit diversi-
tas peccatorum ut et ignem non dissimilem habe-
ant et tamen eosdem singulos dissimiliter
cruciat. Petrus. xliiii.

Nunquidnam queso te dicimus
eos qui semel mersi illic fuerint
semper arsuros. Gregorius.

Constat nimis et incunctanter verum
est quia sicut finis non est gau-
dio bonorum. ita finis non erit in tormen-
to malorum. Nam veritas dicit. Ibunt hii
in supplicium eternum iusti autem in vitam eter-
nam. Quia igitur verum est quod promisit fal-
sum procul dubio non erit quod deus mi-
natus est. Petrus.

Quid si quis dicat ideo deus eciam
penam peccantibus minatus est
ut eos a peccatorum perpetracione compesceret.
Gregorius.

Si falsum est quod
minatus est deus ut ab iniusticia
corrigeret etiam est falsa pollicitus ut ad
iusticiam provocaret. Sed quis hoc dicere vel
insaniens audeat. Et si minatus est quod
non erat impleturus dum asserere eum miseri-
cordem volumus fallacem quod dici ne-
fas est predicare compellimur. Petrus.

Scire vellem quo iustum sit ut cul-
pa que cum fine perpetrata est sine
fine puniatur. Gregorius.

Hoc recte diceretur si districtus iudex
non corda hominum sed facta pensaret.
Iniqui enim ideo cum fine peccaverunt quia
cum fine vixerunt. Nam voluissent uti-
que si potuissent sine fine vivere ut potuis-
sent sine fine peccare. Ostendunt enim quia
in peccato semper cupiunt vivere qui nunquam de-
sinunt peccare dum vivunt. Ad magnam igitur
iusticiam iudicantis pertinet ut nunquam careant
supplicio qui in hac vita nunquam voluerunt
carere peccato. Petrus.

Sed nullus iustus crudelitate pasci-
tur. et delinquens servus a iusto do-
mino ideo cedi precipitur ut a nequicia
corrigatur. Ad hoc ergo vapulat ut emen-
dari debeat. Sed iniqui gehenne ignibus

traditi si ad correctionem non pervenerunt quo sine semper ardebunt. Gregorius

Omnipotens deus quia pius est miserorum cruciatu non pascitur, quia autem iustus est ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes eterno supplicio deputati sua iniquitate puniuntur et tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes in deo gaudeant et in malis respiciant supplicia que evaserunt quatenus tanto magis eterno divine gratie debitores esse se cognoscant quanto in eternum mala puniri conspiciunt que eius adiutorio vicerunt. Petrus.

Et ubi est quod sancti sunt si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint non orabunt quibus dictum est Orate pro inimicis vestris. Gregorius

Orant pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam penitentiam corda eorum convertere et ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est nisi quod ait apostolus ut det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem et resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Quo vero pro illis tunc orabitur qui iam nullatenus tunc possunt ad iustitie opera ab iniquitate commutari. Eademque causa est cur non oretur tunc pro hominibus igni eterno deputatis que nunc etiam causa est ut non oretur pro diabolo et angelis eius supplicio eterno deputatis. Que nunc etiam causa est ut non orent sancti pro infidelibus et impiis defunctis nisi quia de eis quos eterno supplicio deputatos noverunt iam ante illum iudicis conspectum orationis sue meritum cassari refugiunt. Quod si nunc quoque viventes iusti mortuis et dampnatis iniustis minime compatiuntur quando adhuc aliquid de sua carne iudicabile sese perpeti noverunt quanto districtius iniquorum tormenta respiciunt quando ab omni vitio corruptionis exuti iam ipsi iustitie vicinius et arctius inherebunt. Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inherent vis districtionis absorbet ut omnino eis non libeat quicquid ab illius eterne regule subtilitate discordat. Quo anima immortalis dicitur que morte eterna punitur. Petrus xlv.

Non est iam quod respondere debeam aperte ratione. Sed hec nunc mente questio movet quomodo anima mortalis dicitur dum constat quod in perpetuo igne moriatur.

Quomodo duobus modis. Gregorius

Quia dicitur duobus modis vita, duobus modis etiam mors debet intelligi. Aliud est namque quod vivimus in deum, aliud vero quod in hoc quod conditi et creati sumus, id est aliud est beate vivere, aliud essentialiter. Anima itaque et mortalis esse et immortalis intelligitur. Mortalis quippe quia beate vivere amittit, immortalis vero quia essentialiter vivere numquam desinit et naturalis sue vitam perdere non valet, nec tunc in perpetua morte fuerit dampnata. Illic enim posita beate esse perdit, sed esse non perdit. Ex qua re semper cogitur ut et mortem sine morte et defectum sine defectu et finem sine termino patiatur, quatenus ei et mors immortalis sit et defectus non deficiens et finis infinitus. Petrus xlvi.

Quis hanc tam inexplicabilem dispensationis sententiam cuiuslibet sit operis ad certum veniens non pertimescat? Scilicet iam noverit quid egit, tamen adhuc facta eius quam subtiliter iudicentur ignorat.

De quodam sancto viro qui mortem valde expavit. Gregorius.

Ut asseris ita est. Sed plerumque de ipsis nimius ipse solus pavor egredientes animas iustorum purgat, sicut narrari de quodam sancto viro mecum frequenter audistis qui ad mortem veniens vehementer timuit, sed post mortem discipulis in stola alba apparuit et quam preclare sit susceptus indicavit. Quod deus quosdam in morte corroborat ne timeant.

Nonnumquam vero omnipotens deus trepidantium mentes quibusdam revelationibus roborat ut in morte minime pertimescant. Nam quidam frater mecum in monasterio antiquioris norme vivebat qui multis et cotidianis lacrimis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cumque studiosissime et cum magno fervore desiderii sacra eloquia meditaretur, non in eis verba scientie sed fletum compunctionis querebat, quatenus per hec excitata mens eius inardesceret et yma deserens ad regionem celestis patrie per contemplationem volaret. Huic per visionem nocturnam dictum est: Paratus esto quia iussit deus migra. Cumque ille non habere se sumptus ad

ingrandium dicere responsum petrus audivit dicentis: Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod dum semel audisset, et magno adhuc metu trepidaret, nocte alia eisdem verbis est admonitus, et post quinque dies febre correptus, cunctis fratribus flentibus et orantibus defunctus est. Petrus

xlvii.

Alius etiam in eodem monasterio dicebatur Merulus, orationibus et lacrimis vehementer intentus, psalmodia vero ex ore illius pene nullo tempore cessare consueverat, excepto cum aut alimenta corpori aut membra dedisset sopori. Huic per visionem nocturnam apparuit, quia ex albis floribus corona de celo in caput eius descenderet. Qui mox corporis molestia occupatus, cum animi securitate et hylaritate defunctus est. Ad cuius sepulcrum dum Petrus qui nunc monasterio preest sepulturam sibi facere post annos quatuordecim voluisset, tanta ut asserit de eodem sepulchro fragrantia suavitatis emanavit, ac si illic omnium florum fuissent odoramenta congregata. Qua re manifesta patuit quam vera fuit quod per visionem nocturnam vidit.

Alius quoque in eodem monasterio Johannes dictus est, magne indolis iuvenis, qui etatem suam intellectu et humilitate dulcedine et gravitate transibat. Huic egroto tamen et ad extrema deducto per visionem nocturnam quidam senex apparuit, et hunc virga tetigit eique dixit: Surge, ex hac enim molestia nunc modo morieris, sed paratus esto, quia longum tempus hic facturus non es. Cumque desperassent a medicis, de spatio repente sanatus est, atque convaluit, rem quam viderat narravit, seque per biennium in dei servitio sicut prediximus ultra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc vero triennium cum quidam frater fuisset mortuus, et in eiusdem monasterii cimiterio a nobis sepultus fuit, nobis ab eodem cimiterio exeuntibus, idem Johannes sicut postmodum pallens ac tremens indicavit, illic nobis discedentibus vocatus ab eodem fratre qui mortuus fuerat de sepulcro vocatus est. Quod mox etiam subsequens exitus docuit. Nam post dies decem invasus febribus carne solutus est. Petrus.

An sompnia sint observanda an non et quot sunt modi sompniorum. xlviii.

Doceri vellem, si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur debeat observari. Gregorius. Modis

Sciendum petre est quod sex tangunt animam imagines sompniorum. Aliquando namque sompnia ventris plenitudine vel inanitate, aliquando vero illusione, aliquando cogitatione simul et illusione, aliquando revelatione, aliquando vero cogitatione simul et revelatione gignuntur. Sed duo que prima diximus omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quatuor in sacre scripture paginis invenimus. Sompnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos errare fecerunt sompnia et exciderunt sperantes in illis. Vel certe: Non augurabimini nec observabitis sompnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur, que auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent, vir sapiens non dixisset: Multas curas sequuntur sompnia. Et nisi aliquando sompnia ex misterio revelationis orirentur, Joseph preferendum se fratribus sompnio non videret, nec sponsum Marie ut ablato puero in Egyptum fugeret per sompnium angelus admoneret. Rursum nisi aliquando sompnia cogitatione simul et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens: Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hec, et qui revelat misteria ostendit tibi que ventura sunt. Et paulo post: Videbas et ecce quasi statua una grandis, et cetera. Daniel itaque dum sompnium narrat quod ortum sit ex cogitatione manifestat, et patenter ostenditur quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione gignitur. Sed nimirum cum tot rerum qualitatibus sompnia alternant, tanto eis difficilius credi debet, quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti autem viri inter illusiones et revelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant vel quid a bono spiritu percipiant vel quid ab illusione patiantur. Nam si erga hec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immerget, qui nonnumquam solet vera predicere ut valeat ad extremum animam aliqua falsitate laqueare.

Nam audiam morum imperitum certum est contigisse qui dum somnia vehementer attenderet, ei per somnium longa huius vite spacia promissa sunt. Cumque multas pecunias pro longioris vite stipendiis collegisset, ita repente defunctus est ut intactas relinqueret omnes, et ipse secum nil boni operis portaret. xlix.

Petrus. l.

Quis est ille sicut nescio, sed queso te ea que cepimus exequamur. Putamusne animabus aliquid prodesse si mortuorum corpora in ecclesiis fuerint sepulta. Gregorius r[espondit].

Quum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in ecclesiis sepeliantur, quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conveniunt, suorum quorum sepulcra conspiciunt recordantur et pro eis preces domino fundunt. Nam quos gravia peccata deprimunt, non ad absolucionem sed potius ad maiorem dampnacionis cumulum corpora eorum in ecclesiis ponuntur. Quod melius ostenditur si ea que diebus meis sunt gesta breviter enarremus. De sanctimoniali que per medium secta fuit. Vir namque vite venerabilis Felix Portuensis episcopus in Sabinensi provincia ortus et nutritus est. Qui quandam sanctimonialem feminam in eodem loco fuisse testatur, que carnis quidem continenciam habuit sed lingue procacitate et stultiloquium non declinavit. Hec igitur defuncta est et in ecclesia sepulta. Nocte autem eadem eiusdem ecclesie custos per revelacionem vidit, quia adducta ante sacrum altare per medium secabatur, et pars una illius igne cremabatur, pars vero altera intacta remanebat. Cumque hoc surgens mane fratribus narraret et locum vellet ostendere in quo fuerat igne combusta, ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit ac si illic eadem femina corporeo igne fuisset concremata. Qua re aperte datur intelligi, quia hii quibus dimissa peccata non fuerint, ad evitandum iudicium sacris locis post mortem non valent adiuvari. Gregorius.

De illo qui locum sepulture vendidit. li.

Iohannes vir magnificus in hac urbe locum prefectorum servans, cunctis veritatis et gravitatis sit nomine qui michi testatus est Valerianum patricium in civitate que Brixa dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem civitatis episcopus, accepto precio, locum in ecclesia prebuit in quo sepeliri debuisset. Cum scilicet Valerianus usque ad etatem decrepitam levis ac lubricus extitit et modum suis pravitatibus ponere contempsit. Nocte eadem qua sepultus est beatus Faustinus martir, in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum, custodi apparuit dicens: Vade et dic episcopo ut proiciat has fetentes carnes quas hic posuit, quia si non fecerit, die tricesimo ipse morietur. Hanc visionem custos episcopo timuit confiteri, et rursus admonitus declinavit. Die vero tricesimo episcopus eiusdem civitatis cum hora vespertina sanus et incolumis ad lectum redisset, subita et inopinata morte defunctus est. Gregorius.

De corpore Valentini quod tractum fuit ex ecclesia. lii.

Adest in presenti venerabilis frater Venancius Lunensis episcopus et magnificus Liberius vir veracissimus, qui se scire suorumque homines interfuisse testantur ei rei quam narrat in Genuensi urbe contigisse. Ibi namque, ut dicunt, Valentinus nomine Mediolanensis ecclesie defensor defunctus est, vir valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, cuius corpus in basilica sancti Syri martiris ecclesia sepultum est. Nocte autem media facte sunt in eadem ecclesia voces ac si quis exinde violenter repelleretur et traheretur foras. Ad quas voces cucurrerunt custodes et viderunt duos teterrimos spiritus qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, et eum ab ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui scilicet territi ad sua strata reversi sunt. Mane autem facto aperientes sepulcrum in quo idem Valentinus positus fuerat, corpus eius non invenerunt. Cumque extra ecclesiam quererent ubi proiectum esset, hoc in alio sepulcro positum invenerunt, ligatis adhuc pedibus sicut fuerat de ecclesia abstractum. Ex qua re Petre collige, quia hii quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco se sepeliri faciunt, restat ut etiam de sua presumpcione iudicentur, quatinus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset.

De illo qui consumptus fuit igne in sepulcro vestibus illesis permanentibus.

[illegible] liij.

Nam quid in urbe contigerit ista cunctorum qui hic habitant plurimi testantur quod quidam artis coriarie primus cum defunctus fuisset in ecclesia beati Januarii martiris iuxta portam sancti Laurentii a coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex sepulcro eodem audiente custode spiritus eius cepit clamare: Ardeo ardeo. Cum vero voces has diu emitteret custos indicavit hoc eius uxori. Uxor vero illius eos qui diligenter inspicerent artis eiusdem viros transmisit ad ecclesiam volens cognoscere qualiter corpus eius esset in sepulcro de quo clamaret talia. Qui aperientes sepulcrum vestimenta quidem intacta repererunt que intus usque in eadem ecclesia pro eius cause testimonio servantur, corpus vero illius omnino non invenerunt ac si in sepulcro eodem positum non fuisset. Ex qua re colligendum est quia ultione anima eius dampnata sit cuius et caro ab ecclesia proiecta. Quid ergo sacra loca sepultis prosunt quando hii qui indigni sunt ab eisdem sacris locis divinitus proiciuntur.

Quid sit quod animabus prosit post mortem. Petrus. liiij.

Quidnam ergo esse poterit quod mortuorum animabus valeat prodesse. Gregorius. Si culpe post mortem solubiles sunt multum solet animas post mortem sacra oblatio hostie salutaris adiuvare ita ut hoc nonnunquam ipse defunctorum anime videantur expetere. Nam predictus Felix episcopus a quodam vite venerabilis presbitero qui usque ante biennium vivebat et in diocesi centumcellensis urbis habitavit et ecclesie beati Johannis que in loco qui taurina dicitur sita est preerat cognovisse se asserit. Qui idem presbiter in eodem loco in quo aque calide nimios vapores faciunt quotiens necessitas corporis exigebat lavari consueverat. Ubi dum die quadam fuisset ingressus invenit quendam incognitum ad suum obsequium preparatum qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret vestimenta susciperet et exeunti a caloribus sabana preberet et omne ministerium cum magno famulatu peregit. Cumque hoc sepius fieret idem presbiter ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi qui michi solet tam devotissime ad lavandum obsequi ingratus apparere non debeo sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox ut pervenit ad locum hominem ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque. Et cum vestitus voluisset egredi hoc quod secum detulerat obsequenti sibi viro pro benedictione sibi obtulit petens petens ut benigne susciperet quod ei caritatis gratia offerret. Cui ille merens afflictusque respondit: Michi ista quare das pater? Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum. Me enim quem vides aliquando loci huius dominus fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem michi vis gratiam prestare omnipotenti deo pro me offer hunc panem ut pro peccatis meis intervenias, et tunc exauditum te esse cognosce cum huc ad lavandum veneris et me minime inveneris. In quibus verbis disparuit, et is qui esse homo videbatur evanescendo monstravit quia spiritus fuit. Idem vero presbiter ebdomada continua se pro eo in lacrimis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, et reversus post ad balneum eum iam minime invenit. Qua in re quantum prosit animabus sacre oblationis ostenditur quando hanc et ipsi mortuorum spiritus a viventibus petunt et signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

De monacho proprietario.

Sed neque hoc silendum existimo quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine arte medicinali fuerat imbutus qui michi in eodem monasterio constituto sedule obsequi et in assiduis egritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis preventus ad extrema deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater suus Copiosus nomine serviebat qui ipse nunc quoque in urbe hac per eandem artem medicine corporalis vite stipendia sectatur. Sed predictus Iustus cum se iam ad extrema venisse cognosceret eidem Copioso fratri suo quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari, sed subtiliter vero indagantes et omnia eius medicamenta perscrutantes eosdem tres aureos invenerunt in medicamine

abscondos. Quod mox ut michi nunciatum est, tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat equanimiter ferre non valui. Quippe eiusdem nostri monasterii regula semper fuerat ut cuncti fratres ita communiter viverent quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio merore percussus cogitare cepi vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid in exemplum viventibus fratribus providerem. Precioso igitur eiusdem monasterii preposito ad me accersito dixi: Vade ut nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiusquam ore percipiat, sed cum in morte fratres quesierit, ei suus frater carnalis dicat quia pro solidis quos occulte habuit cunctis fratribus abhominatus sit, ut saltem in morte de culpa sua mentem eius amaritudo subiumbret, et a peccato quod perpetravit purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed fossam qualibet in sterquilinio facite, et in ea corpus eius ponite, ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditione. Et sic eum terra operite. In quibus utrisque rebus unam vero morienti, alteram volui viventibus fratribus prodesse, ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret, et istos avaricie tanta dampnatio misceri in culpa prohiberet. Quod ita factum est. Nam cum idem monachus venisset ad mortem atque anxie quereret se fratribus commendare, nullus ei ex fratribus applicare se illi et loqui dignaretur. Carnalis frater suus cur esset abhominatus ei indicavit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit et in ipsa tristicia e corpore exivit. Qui ita sepultus est ut dixi. Sed fratres omnes eadem eius sententia perturbati ceperunt singuli extrema quecumque et vilia et que regulariter eis habere liceat ad medium proferre vehementerque formidare ne quid apud se esset unde reprehendi potuissent. Cum vero post mortem eius triginta iam essent dies evoluti, cepit animus meus fratri defuncto compati eiusque cum dolore gravi supplicia pensare, et si quod esset remedium ereptionis querere. Tunc evocato ad me eodem Precioso monasterii preposito tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est igne cruciatur. Debemus ei aliquid caritatis impendere, et eum quantum possumus ut eripiatur adiuvare. Vade itaque et ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, et nullus omnino pretereat dies quo pro absolutione illius salutaris non immoletur hostia. Qui protinus abscessit et paruit. Nobis autem alia curantibus et evolutos dies non numerantibus idem frater qui defunctus fuerat nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset inquisivit dicens: Quid est frater? Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc usque male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi. Quod idem Copiosus pergens protinus indicavit in monasterio fratribus. Fratres vero sollicite computaverunt dies, et ipse dies extiterat quo pro eo tricesima oblatio fuerat expleta. Cumque et Copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent, et fratres ignorassent quid de eo Copiosus vidisset, uno eodemque tempore cognoscit ille quid isti egerant, atque isti cognoscunt ille quid viderat, concordante simul visione et sacrificio res aperte claruit quia frater qui defunctus fuerat per salutarem hostiam supplicium evasit.

Mira sunt que audio et non mediocriter leta. **Petrus**

Gregorius. lv. Ne nobis in dubium veniat verba mortuorum confirmat hec facta viventium. Nam vir vite venerabilis Cassius Narniensis episcopus qui cotidianum deo sacrificium offerre consueverat, sed et in lacrimis inter ipsa sacrificiorum archana mactabat, mandatum domini per cuiusdam visionem suscepit [margin: v. presb.] dicentis: Age quod agis, operare quod operaris; non cesset pes tuus, non lassetur manus tua; in natali apostolorum venies ad me et reddam tibi mercedem tuam. Qui post annos septem ipso natalis apostolorum die cum missarum sollempnia peregisset et misteria sacre communionis accepisset, e corpore exivit. **Gregorius.**

De quibusdam qui per salutarem hostiam liberantur c.

Hoc quoque quod audivimus quendam
apud hostes in captivitate positum
et in vinculis religatum fuisse pro quo uxor
sua diebus certis sacrificium offerre consueve-
rat, qui longo post tempore ad coniugem
reversus quibus diebus vincula eius solvebantur
innotuit, eiusque coniunx illos fuisse dies qui-
bus pro eo offerebat sacrificium recognovit.
Et ex alia nobis re que ante annos sep-
tem gesta est certissime confirmatur. Agatho
etenim Panormitanus episcopus sicut mihi fi-
deles et religiosi viri testati sunt, cum beate
memorie decessoris mei tempore iussus esset Ro-
mam venire, vim nimie tempestatis per-
tulit ita ut se ex tanto undarum periculo eva-
dere posse diffideret. Nauta vero [illegible] illius
Varaca nomine qui nunc [illegible] eiusdem
ecclesie clericatus officio fun[illegible]gitur post
navem carabum regebat rupto fune
cum eodem carabo quem regebat inter un-
darum tumultus repente disparuit. Navis
autem cum episcopo periclitata tandem post multa pericu-
la ad Osticam insulam quassata fluctibus
pervenit. Cumque die tertio episcopus nautam qui
ab eo abreptus in carabo fuerat in nulla
parte maris videret apparere vehementer afflic-
tus mortuum credidit. Sed per obsequium
caritatis unum quod mortuo videbat debebat
impendit, ut omnipotenti deo pro absolutione
anime eius offerre sacrificium victime saluta-
ris iuberet. Quo oblato restaurata navi
perrexit ad Ytaliam. Cumque ad Romanum
portum venisset nauta illic repperit quem
mortuum putavit. Tunc inopinata ex-
ultatione gavisus est, eumque tot diebus
qualiter in illo tanto maris periculo vivere
potuisset inquisivit. Ipse autem indicavit quo-
tiens in illis tempestatis fluctibus cum eodem
quem regebat carabo fuisset versatus,
qualiter cum illo aquis pleno natavit
et quotiens eo a superiori parte deorsum verso
ipse carine eius supersederat. Adiungens cum
diebus ac noctibus hoc incessanter faceret et
iam virtus eius funditus ex fame simul
et labore cecidisset, quo eum ordine miseri-
cordia divina servaverit. Indicavit etenim
quod etiam usque nunc testatur dicens: Labo-
rans in fluctibus et deficiens subito men-
tis sum pondere gravatus, ita ut neque depres-
sus sompno essem neque vigilarem. Et ecce
tamen cum essem in eodem medio mari me posi-
to quidam apparuit qui mihi panem ad
refectionem detulit. Quem mox ut comedi
vires recepi. Nec longe post navis tran-
siens affuit que me de illo undarum periculo
suscepit et ad terram duxit. Quod episcopus
audiens requisivit diem, et fuisse illum
diem repperit quo pro eo presbiter in Ostica
insula omnipotenti deo hostiam sacre ob-
lationis immolavit. Petrus. Capitulum lvii.

Ea que narras ipse quoque positus
in Sicilia agnovi. Gregorius.

Ideo credo quia hoc tam aperte cum
viventibus ac nescientibus agitur, ut
cunctis hec agentibus et nescientibus
ostendatur quia si insolubiles culpe non
fuerint ad absolutionem prodesse etiam mor-
tuis victima sacre oblationis possit. Sed
sciendum est quia illis mortuis sacra
victima proficit qui hic vivendo obtinu-
erunt ut eos etiam post mortem bona
adiuvent que hic pro ipsis ab aliis fiunt.

De virtute et ministerio hostie sa-
lutaris. Gregorius. Capitulum [illegible]

Inter hec autem pensandum est quod
tutior via sit ut bonum quod quis-
que post mortem suam sperat agi
per alios agat ipse dum vivit per se.
Beatius quippe est liberum exire quam
post vincula libertatem querere. Debemus
itaque presens seculum vel quia iam con-
spicimus defluxisse tota mente con-
tempnere, et quotidiana deo lacrimarum
sacrificia, quotidianas carnis eius
et sanguinis hostias immolare. Hec na-
mque singulariter victima ab eterno interi-
tu animam salvat, que illam nobis
mortem unigeniti per misterium re-
parat. Qui licet surgens a mortu-
is iam non moritur, mors illi ultra
non dominabitur, tamen in semetipso immor-
taliter et incorruptibiliter vivens pro
nobis iterum in hoc misterio sacre oblationis immolatur.
Corpus quippe eius ibi sumitur, caro
eius in populi salute partitur, sanguis
eius iam non in manus infidelium
sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo
pensemus quale sit pro nobis sacrificium
hoc quod pro absolutione nostra
passionem unigeniti filii dei semper
imitatur. Quis enim fidelium dubi-
tare possit in ipsa immolationis hora
ad vocem sacerdotis celos aperiri in illo

ihesu christi domini mistio angelorum choros adesse summis yma sociari, terram celestibus iungi, unumque quid ex visibilibus fieri.

De mentis custodia inter sacra mysteria et compunctione. Gregorius. lvii

Sed necesse est ut cum hec agimus nosmetipsos deo in cordis contricione mactemus quia qui passionis dominice misteria celebramus debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis deo hostia accepta erit cum nosipsos hostiam sibi fecerimus. Sed studendum nobis est ut etiam post orationis tempora in quantum deo largiente possumus in ipso animum suo pondere et vigore servemus, ne post cogitatio fluxa dissolvat, nec menti bona leticia subrepat, et lucrum compunctionis anima per incuriam fluxe cogitationis perdat. Sic enim anna quod poposcerat obtinere meruit quia se post lacrimas in eodem vigore servavit. De qua in [?] scriptum est: Vultus eius non sunt amplius in diversa mutati.

De relaxandis peccatis mortuorum .lviii.

Inter hec sciendum est quia recte veniam postulat qui prius hoc quod in ipso delinquitur relaxat. Munus enim a domino non accipitur nisi ante vicium discordie ab animo repellatur, dicente veritate: Si offers munus tuum ante altare et recordatus fueris quia frater tuus etc. Quam pensandum est cum omnis culpa munere solvatur quam gravis est culpa discordie pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum quamvis longe positum longeque discussum mente ire et ei animum subdere humilitate illum et benivolencia placare. Conditor vero noster dum tale placitum nostre mentis aspexerit a peccato nos solvit quia pro culpa munus sumit. Veritatis autem voce attestante didicimus quia servus qui decem milia talenta debebat cum penitentia absolutionem debiti a domino percepit. Quia conservo suo centum sibi denarios debenti debitum non dimisit hoc ab eo exigitur quod ei fuerat dimissum. Ex quibus dictis constat quia si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, a nobis rursum exigitur quod nobis per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum indulti temporis spatium habemus, dum iudex adhuc sustinet, dum conversionem nostram is qui culpas examinat expectat, conflemus in lacrimis duriciam mentis, formemus in proximis gratiam benignitatis, et fidenter dico quia salutari hostia post mortem non indigebimus si ante mortem ipsi deo hostia fuerimus.

Explicit liber dyalogorum beati gregorii summi ac Romani pontificis. Sub Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo in vigilia corporis christi

Incipit liber Responsionum beati gregorii pape ad beatum augustinum archiepiscopum anglie de historia ecclesiastica anglorum venerabilis Bede presbiteri.

Interea vir domini augustinus venit arelate ab archiepiscopo eiusdem civitatis etherio, iuxta quod iussa sancti patris gregorii acceperat, archiepiscopus genti anglorum ordinatus est. Reversusque britanniam misit continuo Romam laurentium presbiterum et petrum monachum qui beato pontifici gregorio gentem anglorum fidem suscepisse christi ac se episcopum factum esse referrent simul et de eis que necessarie videbantur questionibus eius consulta flagitans nec mora congrua questionibus responsa recepit que etiam huic historie nostre commodum duximus indere.

Interrogatio beati augustini. **Interrogatio** episcopi cantuariorum ecclesie de episcopis qualiter cum suis clericis conversentur vel de hiis que fidelium oblacionibus accedunt altario quante fieri debent porciones, et qualiter episcopus agere in ecclesia debeat. **Responsio gregorii pape.**

Responsio gregorii pape urbis Rome. Sacra scriptura testatur quam bene nosse dubium non est et specialiter beati pauli ad thimotheum epistola in quibus eum erudire studuit qualiter in domo dei conversari debuisset. Mos autem sedis apostolice est ordinatis episcopis precepta tradere ut de omni stipendio quod accedit quatuor fieri debeant porciones. Una videlicet episcopo et familie propter hospitalitatem atque susceptionem, alia clero, tercia pauperibus quarta in ecclesiis reparandis. Sed quia tua frat

nitas monasterii regulis erudita seorsum fieri
non debeat a clericis suis in ecclesia anglorum que
auctore deo nuper adhuc ad fidem perducta est
Hanc debet conversationem instituere que in ipso
nascentis ecclesie fuit patribus nostris in quibus
nullus eorum ex hiis que possidebant aliquid
suum esse dicebat sed erant eis omnia communia
Si qui sunt clerici extra sacros ordines consti-
tuti qui se continere non possunt sortiri uxores de-
bent et stipendia sua exterius accipere Quia
et de hiisdem patribus de quibus prefati sumus
novimus scriptum quod dividebatur singulis prout
cuique opus erat De hoc ergo quoque stipendio
cogitandum atque providendum est et sub eccle-
siastica regula tenendi sunt ut bonis mori-
bus vivant et canendis psalmis invigilent
et ab omnibus illicitis cor et linguam et corpus deo
auctore conservent Communi autem vita viven-
tibus iam de faciendis portionibus vel exhiben-
da hospitalitate et adimplenda misericordia nobis
quid erit loquendum cum omne quod superest
in causis piis ac religiosis erogandum
est domino magistro omnium docente quod superest
date elemosinam et ecce omnia munda sunt
vobis etc. Interrogatio augustini cum una
sit fides cur sunt ecclesiarum diverse consuetudi-
nes et altera consuetudo missarum in sancta
romana ecclesia atque alia in gallia tenetur
Responsio gregorii Novit fraternitas tua
romane ecclesie consuetudinem in qua se me-
minit nutritam Sed michi placet sive in Ro-
mana sive in galliarum seu in qualibet ecclesia
aliquid invenisti quod plus omnipotenti deo
possit placere sollicite eligas et in anglorum
ecclesia que adhuc fide nova est institutione pre-
cipuam que de multis ecclesiis colligere potue-
ris infundas non enim pro locis res sed pro bonis re-
bus loca amanda sunt Ex singulis ergo
quibusque ecclesiis que pia que religiosa que
recta sunt elige et hec quasi in fasciculum collecta
apud anglorum mentes in consuetudinem po-
ne Interrogatio aug. Obsecro quid pati
debeat si quis aliquid de ecclesia furto abstu-
lerit Responsio gregorii Hoc tua fraternitas
ex persona furis pensare potest qualiter valeat
corrigi Sunt enim quidam qui habentes sub-
sidia furtum perpetrant et sunt alii qui hac
in re ex inopia delinquunt Unde necesse est
ut quidam dampnis quidam verberibus et
quidam districtius quidam autem levius cor-
rigantur Et cum paulo districtius agitur ex cari-
tate agendum est et non ex furore quia ipsi hoc

prestatur qui corrigitur ne gehenne ignibus
tradatur Sic enim nos fidelibus tenere disci-
plinam debemus sicut boni patres car-
nalibus filiis solent quos et pro culpis
verberibus feriunt et tamen ipsos quos doloribus
affligunt heredes habere querunt Et que
possident ipsis servant quos irati insequi
videntur Hec ergo caritas in mente tene-
da est et ipsa modum correctionis dictat ita
ut mens extra rationis regulam omnino
nichil faciat Addis etiam quomodo ea que furto
de ecclesiis abstulerint reddere debeant Sed
absit ut ecclesia cum augmento recipiat quod
de terrenis rebus videtur amittere et lucra
de vanis querere Interrogatio august.
Si debeant duo germani fratres singulas so-
rores accipere que sunt ab illis longa pro-
genie generate Responsio gregorii
Hoc fieri modis omnibus licet Nequaquam
enim in sacris eloquiis invenitur quod huic
capitulo contradicere videtur Interrogatio
aug. Usque ad quotam generationem fideles
debeant cum propinquis sibi coniugio copu-
lari et novercis et cognatis si liceat copu-
lari coniugio Responsio gregorii
Quedam terrena lex in romana repu-
blica permittit ut sive frater et soror seu
duorum fratrum germanorum vel duarum sororum
filius et filia misceantur sed experimento didi-
cimus ex tali coniugio sobolem non posse suc-
crescere Et sacra lex prohibet cognationis
turpitudinem revelare Unde necesse est
ut iam tercia vel quarta generatio fidelium licenter
sibi iungi debeant Nam secundam quam
diximus a se omnino debet abstinere Cum
noverca autem misceri grave est facinus
quia et in lege scriptum est turpitudinem
patris tui non revelabis Neque enim patris tur-
pitudinem filius revelare potest Sed quia scrip-
tum est erunt duo in carne una qui tur-
pitudinem noverce que una caro cum
patre fuit revelare presumpserit profecto
patris turpitudinem revelavit Cum cognata
quoque misceri prohibitum est quia per coniunc-
tionem priorem fratris caro fuit facta Pro
qua etiam re Iohannes baptista capite trunca-
tus est et sancto martirio consummatus cui non
est dictum ut Christum negaret sed pro Christi confessi-
one occisus est Sed quia idem dominus noster Ihesus
Christus dicebat Ego sum veritas quia per veri-
tatem Iohannes occisus est videlicet pro Christo sang-
uinem fudit Quia vero multi sunt qui man-

glorum gente qui dum adhuc in infidelitate
essent huic nefando coniugio dicuntur admixti
ad fidem venientes admonendi sunt ut se
abstineant et grave hoc esse peccatum cognoscant
tremendum dei iudicium timeant ne pro carna
li dilectione tormenta eterni cruciatus incur
rant. Non tamen hac de re corporis sacri et sangui
nis domini communione privandi sunt ne in eis
illa ulcisci videantur in quibus se per ignoran
ciam ante lavacrum baptismatis astrinxerunt
In hoc enim tempore sancta ecclesia quedam per fervo
rem corrigit quedam per mansuetudinem
tollerat quedam per consideracionem dissimu
lat et ita tempat et dissimulat ut sepe mali
quod adversatur portando et dissimulando com
pescat. Omnes autem qui ad fidem veniunt
admonendi sunt ne tale aliquid audeant
perpetrare. Si qui autem perpetraverint et corporis
et sanguinis domini communione privandi sunt
quia sicut in hiis qui per ignoranciam fecerunt
culpa aliquatenus tolleranda est ita et in hiis
fortiter insequenda qui non metuunt sciendo
peccare. Interrogacio augustini. Si longinqui
tas magna itineris interiacet ut episcopi non
facile valeant convenire an debeat sine
aliorum episcoporum presencia episcopus ordinari. r.

Responsio gregorii. Et quidem in anglo
rum ecclesia in qua adhuc solus tu episcopus
inveniris ordinare episcopum non aliter nisi sine
episcopis potes. Nam quando de gallies episcopi
veniunt qui in ordinacione episcopi testes assis
tant. Sed fraternitatem tuam ita volumus
episcopos ordinare ut ipsi sibi episcopi longo interval
lo minime iungantur quatenus nulla sit necessitas
ut in ordinacione episcopi pastores et alii quorum
presencia est valde utilis non facile debeant
convenire. Cum igitur auctore domino ita fu
erint episcopi in propinquis sibi locis ordinati per
omnia episcoporum ordinacio sine aggregatis tribus
vel quatuor episcopis fieri non debet. Nam in ipsis
spiritalibus ut sapienter et mature disponantur
exemplum trahere a rebus eciam carnalibus
possumus. Certe enim dum coniugia in mundo
celebrantur coniugati quique convocantur ut qui
in via iam coniugii precesserunt in subsequentis quoque copule gaudio
misceantur. Cur non ergo in hac spirituali
ordinacione qua per sacrum misterium homo
deo coniungitur tales conveniant qui vel in pro
fectu ordinati episcopi gaudeant vel pro eius cus
todia omnipotenti deo preces pariter fundant.
Interrogacio augustini. Qualiter debemus cum
galliarum atque brittonum episcopis agere. r.

Responsio gregorii. In galliarum episcopis
nullam tibi auctoritatem tribuimus quia ab an
tiquis predecessorum meorum temporibus pallium arela
tensem episcopum accepit quem nos privare auctoritate
percepta minime debemus. Si igitur contingat
ut fraternitas tua ad galliarum provinciam transeat
cum eodem arelatensi episcopo debet agere qualiter si qua
sunt in episcopis vicia corrigantur qui si forte in
discipline vigore tepidus existat tue fraternita
tis zelo accendendus est. Cui eciam epistolas feci
mus ut cum tue sanctitatis presencia in galliis et
ipse tota mente subveniat et que sunt in cre
atoris iussione contraria ab episcoporum moribus compes
cat. Ipse autem ex tua auctoritate ante propria episcopos
galliarum iudicare non poteris sed suadendo
blandiendo bona quoque opera eorum imitacio
nem monstrando pravorum mentes ad sancti
tatis studia reforma quia scriptum est in lege
Per alienam messem transiens falcem mittere
non debet sed manu spicas conterere et mandu
care. Falcem enim iudicii mittere non potes in
ea segete que alteri videtur esse commissa sed
per effectum boni operis frumenta dominica viciorum
suorum paleis expolia et in ecclesie corpore monen
do et persuadendo quasi manducando converte.
Quicquid vero ex auctoritate agendum est cum predicto
arelatensi episcopo agatur ne pretermitti possit hoc
quod antiqua patrum institucio invenit.
Brittanorum vero omnes episcopos tue fraternitati com
mittimus ut indocti doceantur infirmi persuasio
ne roborentur perversi auctoritate corrigantur. r.

Interrogacio augustini. Si pregnans mulier
debeat baptizari aut postquam genuerit
post quantum tempus possit ecclesiam intrare
aut eciam ne morte preoccupetur quod genuerit
post quot dies hoc liceat sacri baptismatis
sacramenta percipere aut post quantum tempus huic
vir suus possit in carnis copulacione coniungi
Aut si menstrua consuetudine tenetur an
ecclesiam ei intrare liceat aut sacre commu
nionis sacramenta percipere aut vir sue coniugi
permixtus priusquam lavetur aqua si eciam
possit intrare vel eciam ad misterium sacre
communionis sacramenta accipere. Que omnia
rudi anglorum genti oportet habere comperta.

Responsio gregorii. Hoc non ambigo
fraternitatem tuam esse requisitam
cui iam responsum reddidisse arbitror. Sed hec
que ipse dicere et sentire poteras vel potuisti
credo quia in ea apud te volueris responsionem
firmari. Mulier etenim pregnans cur non debeat
baptizari cum non sit ante omnipotentis
dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis

Nam cum primi parentis nostri in paradyso deli-
quissent inmortalitatem quam acceperant, iusto dei
iudicio perdiderunt. Quia ita omnipotens deus hu-
manum genus pro culpa sua funditus extingu-
ere noluit, et inmortalitatem homini pro peccato suo
abstulit, et tamen pro benignitate sue pietatis
fecunditatem ei sobolis reservavit. Quod ergo
humane nature ex omnipotentis dei dono ser-
vatum est, qua ratione poterit a sacri
baptismatis gratia prohibere? In illo quippe mi-
sterio in quo omnis culpa funditus extin-
guitur, si donum gratie contradici posse videatur.
Cum vero enixa fuerit mulier, post quot di-
es debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris
preceptione didicisti, ut pro masculo diebus
xxxiii, pro femina autem lxvi debeat abstinere.
Quod tamen sciendum est quia in misterio accipitur.
Nam si in hora eadem genuerit, actura gra-
tias intrat ecclesiam, nullo peccati pondere
gravatur. Voluptas enim carnis non dolor
culpa est. In carnis autem commixtione volup-
tas est. Nam et in prolis prolatione gemitus.
Unde et ipsi prime matri omnium dicitur: In dolore
paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus
ecclesiam intrare, ipsam ei penam suam in cul-
pam deputamus. Baptizare autem vel enix-
am mulierem vel hoc quod genuerit, si eadem
qua gignit vel hoc quod gignitur eadem
qua natum est, nullo modo prohibetur, quia
sancti misterii gratia sicut viventibus atque disc-
ernentibus cum magna discretione providen-
da est, ita hiis quibus mors imminet sine
ulla dilatione conferenda, ne dum adhuc
tempus ad prebendum redemptionis misteri-
um queritur, interveniente paululum mora
inveniri non valeat qui redimatur. Ad eius
vero concubitum vir suus accedere non debet
quoadusque quod gignitur ablactetur. Prava
autem in coniugatorum moribus consuetudo
surrexit ut filios mulieres quos gignunt
nutrire contempnant, eos aliisque mulieribus
nutriendum tradant. Quod videlicet ex sola
incontinentie causa videtur inventum, quia
dum se continere noluerit, despiciunt nutrire lac-
tare quod gignunt. Hee itaque que filios
suos ex prava consuetudine aliis ad nutri-
endum tradunt, nisi purgationis tempus
transierit, viris suis admisceri non debent,
quippe etiam et sine partus causa cum in con-
suetis menstruis detinentur viris suis misce-
ri prohibentur, ita ut morte lex sacra feriat
si quis vir ad menstruatam mulierem accedat.

Que tamen mulier dum consuetudinem men-
struam patitur, prohiberi ecclesiam intrare non
debet, quod ei nature superfluitas in cul-
pam non valet reputari. Et per hoc quod
ideo invita patitur iustum non est ut in-
gressu ecclesie privetur. Novimus namque quod
mulier que fluxum sanguinis patiebatur
post tergum domini humiliter veniens vestimen-
ti eius fimbriam tetigit atque ab ea statim
infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis
posita laudabiliter potuit domini vestimen-
ta tangere, cur que menstruum sanguinis pa-
titur ei non liceat ecclesiam domini intrare? Sed
dicis illam infirmitas compulit, has vero
de quibus loquimur consuetudo constringit.
Perpende, frater karissime, quia omne quod in
hac mortali carne patimur ex infirmitate
nature est digno dei iudicio post culpam
ordinatum. Esurire namque, sitire, estuare,
algere, lassescere ex infirmitate nature est.
Et quidem aliud contra aliud contra famem
alimenta, contra sitim potum, contra estum
auras, contra frigus vestem, contra lassi-
tudinem requiem querere, quid est nisi
medicamentum contra egritudinem explorare?
Femine itaque et menstruus sui sanguinis
fluxus egritudo est. Si igitur bene presump-
sit que vestimentum domini in languore
tetigit, quod uni persone infirmanti conce-
ditur, cur non concedatur cunctis mulie-
ribus que nature sue vitio infirmantur?
Sancte autem communionis misterium in eisdem
diebus percipere non debet prohiberi. Si autem
ex veneratione magna percipere non presumpserit,
laudanda est, sed etsi perceperit non iudicanda.
Bonarum quippe mentium et ibi aliquo mo-
do culpas suas agnoscere ubi culpa non est,
quia sepe sine culpa agitur quod venit
non ex culpa. Unde etiam cum esurimus
sine culpa comedimus, quibus ex culpa pri-
mi hominis factum est ut esuriremus. Menstrua
enim consuetudo mulieribus non aliqua cul-
pa est que videlicet naturaliter accidit. Sed tamen
quia natura ipsa viciata est, ut etiam
sine voluntatis studio videatur esse pollu-
ta, ex culpa venit vitium in quo seipsam
qualis per iudicium facta sit humana natura
cognoscat, et homo qui culpam sponte
perpetravit reatum culpe portat invitus.
Atque ideo femine cum semetipsis considerent,
et sicut menstrua consuetudine ad sacra-
mentum dominici corporis et sanguinis accedere

non presumunt. De sua vero consuetudine laudande sunt dum id perficiendo ex religiose vite consuetudine eiusdem iusticie amore rapiuntur. Repetimus mente sicut predixi immunde non sunt. Sicut enim in testamento veteri exteriora opera observabantur, ita in testamento novo non tam quod exterius agitur quam id quod interius cogitatur sollicita mente attenditur et subtili sententia punitur. Nam cum multa lex velud immunda manducare prohibebat, tamen in evangelio dominus dicit: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed que exeunt de ore illa sunt que coinquinant hominem. Atque paulo post subiecit exponens: Ex corde exeunt cogitationes male. Ubi ubertim indicatum est quia illud ab omnipotente deo pollutum esse in opere ostenditur quod ex pollute cogitationis radice generatur. Unde Paulus apostolus dicit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum. Atque mox eiusdem causam coinquinationis annuncians subiungit: Coinquinata sunt enim et mens eorum et consciencia. Si ergo ei cibus immundus non est cui mens immunda non fuerit, cur quod munda mulier mente ex natura patitur et in immundiciam reputetur? Vir autem cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. Lex autem veteri populo precepit ut mixtus vir cum muliere et lavari aqua debeat et ante solis occasum non intrare. Quod utique spiritualiter intelligi potest, quia vir mulieri miscetur quando illicite concupiscencie animus in cogitatione per delectationem coniungitur. Quia nisi prius ignis concupiscencie a mente defervescat, dignum se congregatione fratrum estimare non debet, qui se gravari per nequiciam prave voluptatis videt. Quamvis de hac re diverse hominum nationes diversa senciant atque alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem proprie coniugis et lavacri purificationem querere et ab ingressu ecclesie reverenter abstinere. Nec hec dicentes culpam deputamus esse coniugium. Sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa non potest. Non enim de adulterio vel fornicatione sed de legittimo coniugio natus fuerat qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater

mea. Qui enim in iniquitatibus conceptum se noverat, a delicto se natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vicii quem traxit ex radice. In quibus tamen verbis non admixtionem coniugum iniquitatem nominat, sed ipsam videlicet voluptatem admixtionis. Sunt etenim multa que licita ac legittima sunt, et tamen in eorum actu aliqualiter fedamur. Sicut sepe irascendo culpas insequimur et tranquillitatem in nobis animi perturbamus, et cum tamen sit quod agitur, non est tamen approbabile quod in eo animus perturbatur. Contra vicia quippe delinquencium iratus fuerat qui dicebat: Turbatus est pre ira oculus meus. Quia enim non valet tranquilla mens in contemplationis se luce suspendere, nisi in ira oculum suum turbatum dolebat, quia dum male acta deorsum insequitur, confundi atque turbari a summorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis est ergo ira contra vicium et tamen molesta, quia turbatum se aliquem reatum incurrisse estimabat. Oportet itaque legittimam carnis copulam ut causa prolis sit, non voluptatis; et carnis commixtio creandorum liberorum sit gracia, non satisfactio viciorum. Si quis vero sua coniuge non cupidine voluptatis raptus sed solummodo creandorum liberorum gracia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesie sive de sumendo dominici corporis et sanguinis misterio suo est relinquendus iudicio, quia a nobis prohiberi non debet accipere qui in igne nescit ardere. Cum vero non optate amor sobolis sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam quod de sua commixtione defleant. Hoc enim concedit eis sancta predicatio, et tamen de ipsa concessione metu animum concutit. Nam cum Paulus apostolus diceret: Qui se continere non potest habeat uxorem suam, statim subiungere curavit: Hoc autem dico secundum indulgenciam, non secundum imperium. Non enim indulgetur quod licet et iustum est. Quod enim indulgenciam dixit culpam esse demonstravit. Vigilanti vero mente pensandum est quod in Syna monte dominus ad populum locuturus prius eundem populum a mulieribus abstinere precepit. Et si illic ubi dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur tanta provisione est mundicia corporis requisita, ut qui verba dei perciperent mulieribus mixti non essent, quanto magis mulieres que corpus dei omnipotentis accipiunt custodire

inesse mundiciam carnis debent, ne in ipsa in-
estimabilis misterii magnitudine gravent-
ur. Hinc est quod misteriis David pro vicis presacerdote[m] dic-
it si a mulieribus mundi essent panes propo-
sitionis acciperent, quos omnino non accipe-
rent nisi prius mundos eos David fateretur.
Tunc autem vir qui post admixtionem coniugis
lotus aqua fuerit etiam sacre communionis
misterium valet accipere, cum ei iuxta prefi-
nitam sententiam etiam ecclesiam licuerit in-
trare. Interrogacio augustini. Si quis
post illusionem que per sompnium solet acci-
dere vel corpus domini valeat quilibet accipe-
re vel si sacerdos sit sacra misteria. Re-
sponsio gregorii. Hunc quidem testamenti
veteris legis sicut in superiori capitulo iam
diximus pollutum dicit et nisi lotum aqua
ei quod ad vesperum intrare ecclesiam non concedit.
Quod tamen populus spiritualis intelligens sub
eodem intellectu quo nos prefati sumus, quia
quasi per sompnium illuditur qui temptatus
in mundicia veris ymaginibus in cogitacione
inquinatur, sed lavandus est aqua ut cul-
pas cogitacionis lacrimis abluat, et nisi prius
ignis temptacionis recesserit reum se
quasi ad usque ad vesperum cognoscat, sed est
in eadem illusione valde necessaria districtio
qua subtiliter pensari debeat ex qua re acci-
dat menti dormientis aliquando enim ex cra-
pula, aliquando ex nature superfluitate vel
infirmitate, aliquando ex cogitacione contingit
pollucio. Et quidem cum ex nature superflu-
itate vel infirmitate evenerit omnino hec illu-
sio non est timenda quia hanc animus
nesciens pertulisse magis dolendus est quam
fecisse. Cum vero ultra modum gule appetitus
in sumendis alimentis rapitur atque idcirco
humorum receptacula gravantur habet exinde
animus aliquem reatum non tamen usque ad prohi-
bicionem percipiendi sancti misterii vel mis-
sarum sollempnia celebrandi cum fortasse
aut dies festus exigit, aut exhiberi misteri-
um pro eo quod sacerdos alius in loco deest
ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii
qui implere misterium valeant illusio per
crapula facta a percepcione sacri misterii
prohiberi non debet, sed ab immolacione sacri
misterii abstinere ut arbitror humiliter de-
bet. Si tamen dormientis mentem turpi
ymaginacione non concusserit. Nam quidam
sunt quibus ista plerumque illusio nascitur
ut eorum animus etiam in sompno corporis

positus turpis ymaginacionibus non fedetur.
Qua in re unum ibi ostenditur ut ipsa
mens rea non tamen vel suo iudicio libera cum
se et si dormiente corpore nihil meminit
vidisse attamen in gloria corporis meminit in
gluviem cecidisse. Sin vero ex turpi cogi-
tacione vigilantis oritur illusio in mente
dormientis patet animo suus reatus. Videt enim
a qua radice inquinacio illa processerit,
quia quod cogitavit sciens hoc pertulit
nesciens. Preterea talem pollucionem a sacro mis-
terio eodie abstinere oportet. Sed pensan-
da est ipsa cogitacio utrum suggestione
an delectacione vel quod magis peccati con-
sensu acciderit. Tribus enim modis imple-
tur omne peccatum, videlicet suggestione de-
lectacione consensu. Suggestio quippe
fit per diabolum, delectacio per carnem, con-
sensio per spiritum, quia et primam culpam
serpens suggessit, eva velut caro delecta-
ta est, adam vero velut spiritus consensit.
Et necessaria est magna districtio ut inter
suggestionem et delectacionem, inter delec-
tacionem et consensum iudex sui ani-
mus presideat. Cum enim malignus spiritus
peccatum suggesserit in mente si nulla de-
lectacio sequatur peccati, peccatum omnino perpe-
tratum non est. Cum vero caro delectari ce-
pit tunc peccatum incipit nasci, si autem etiam
ex deliberacione consentit tunc peccatum cog-
noscitur perfici. In suggestione igitur peccati
semen est, in delectacione fit nutrimen-
tum, in consensu perfectio, et sepe contin-
git ut hoc quod malignus spiritus seminat
in cogitacione caro in delectacionem trahit
nec tamen anima eidem delectacioni consen-
ciat. Et cum caro delectari sine animo nequeat,
at ipse tamen animus carnis voluptatibus
reluctans in delectacione carnali aliquid
ligatur invitus ut ei ex racione contra-
dicat ne consenciat, et tamen delectacione liga-
tus sit, sed ligatum se vehementer inge-
miscat. Unde et ille celestis exercitus precipuus
miles gemebat dicens. Video
aliam legem in membris meis repug-
nantem legi mentis mee et captivum
me ducentem in lege peccati que est in mem-
bris meis. Si captivus erat minime
pugnabat, sed et pugnabat, quapropter
quod et captivus erat et pugnabat
igitur legi mentis cui lex que in mem-
bris est repugnabat constat esse capti

inis non erat. Erat itaque homo est ut ita dixerim captiuus et liber. liber ex iusticia quam diligit / captiuus ex delectatione quam portat inuitus etc.

Explicit liber responsionum beati gregorii pape ad beatum augustinum archiepiscopum anglie de historia ecclesiastica anglorum venerabilis Bede presbiteri etc.

Sequitur Registrum Capitulorum primi libri dyalogi Beati gregorii pape etc.

Sequitur Capitula libri secundi

Sequitur Capitula libri tercii.

De anima pascasii diaconi .xl.

Cum in extremis temporibus multa de animabus clarescant que ante latuerunt .xli.

Ubi esse infernus credendus est .xlii.

Utrum unus iehenne ignis sit an diversi .xliii.

Utrum semper ardeant qui iehenne incendio deputantur .xliiii.

Unde anima inmortalis dicatur .xlv.

Si constat quod mortis dampnacione puniatur .xlvi.

De quodam sancto viro qui ad mortem veniens expavit .xlvii.

Cur quidam ne in morte timeant revelacione roborantur et de anthonio ac merulo monachis et iohanne monacho .xlviii.

An observanda sint sompnia et quot modis fiunt sompnia .xlix.

De quo autem per sompnium longa spacia vite promissa sunt .l.

An prosit animabus si mortuorum corpora in ecclesia beati laurencii martiris sepulta que dimidia incenditur .li.

De valeriani patricii sepultura .lii.

De corpore valentini defensoris ab ecclesia post mortem proiecto .liii.

De tinctoris corpore in ecclesia sepulto et postea non invento .liiii.

Quid sit quod post mortem valeat ad solucionem animas adiuvare et detentum tellensi presbitero quia cuiusdam spiritus petitum ut per sacrarum hostiarum post mortem potuisset adiuvari .lv.

De quodam ab hostibus capto cuius ordinis ora solvebatur et de variganantico per salutaris hostiam a naufragio liberato .lvi.

De virtute ac misterio victime salutaris .lvii.

De affligendo corde inter sacra misteria et clementis custodia post compunctionem .lviii.

De relaxandis culpis alienis ut nobis relaxentur .lix.

Incipit aliud registrum capitulorum in dyalogum beati gregorii pape secundum ordinem alphabeti.

Abstinentiam in hominibus venerari debemus et non deridere. libro primo capitulo primo venantii.

Accomodari divites pauperibus libenter debent. li° ii°. capitulo xxxii°.

Anima licet non videatur de corpore egredi quod tamen sit in corpore et veraciter egrediatur probat gregorius libro iiii°. capitulo v° et sequentibus.

Anime vita manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum. li° iiii°. capitulo vi°.

Anime aliquorum vise sunt visibiliter egredi de corpore. li° ii. capitulo xx° x° et xi°.

Anime perfectorum iustorum mox ut moriuntur celum ingrediuntur li° iiii°. capitulo xxv°.

Anime iniquorum statim post mortem ad infernum descendunt li° iiii°. capitulo xxviii°.

Anime malorum quod absque corporali teneri et affligi possint probatur li° iiii°. capitulo xxix°.

Anima regis theodrici a solitario videtur proiecta in igne li° iiii°. capitulo xxx°.

Aqua veneratur ecclesiam sancti zenonis et eam intrare non valet li° iii°. capitulo xix.

Arrianus episcopus volens ecclesiam sibi dedicare cecus fit li° iii°. capitulo xxix.

Avarus quidam moriens et videns tetros spiritus ad infera deducitur li° iiii°. capitulo xxxviii. Sit cautela.

De litera B.

Benedicere debemus plus cibum quam sumere libro primo. capitulo iiii. Et quadam die

Benedicta aqua semper infirmis funditur et subito sanatur li° primo. c. x. Neque hic silea

Bona facientes sepius plagantur, et quandoque plura opera videntur bona et non sunt li. i. c. x filio quoque tempore

Boni permittunt relinquere malos quorum curam susceperunt et hoc in casu li. ii. c. iii.

Bonos impetere inpune non cedit li. ii. c. xxxi.

Boni ut actio subtrahatur interdum sepe mali ga remanere li. iii. c. xxxvi. Qualiter

Bonis operibus si miscentur mala solvuntur per ipsa li. iiii. c. xxxvii. Abe.

De litera C.

Carnis temptacionem vincat multociens carnis beatus benedictus et qualiter nos carnem vincere debemus li. ii. c. ii.

Castitas probus optinere debet et petere li. i. c. iiii. ~~[struck]~~ Fortunati.

Cellam inhabitare sanctis multum placet et dyabolo displicet li. iii. c. xvi. ac in sequentibus.

Compunctionis duplex est genus. li. iii. c. xxxiiii.

Comedentes monachos extra horam beatus benedictus arguit li. ii. c. xii.

Credunt iniqui eterna et spiritualia a carnalibus pro eo quod non vident. li. iiii. capitulo primo

Crucis sancte virtute quam fecit sanctus Iudas super vas veneno pleno vas ipsum vitreum frangitur l. ii c. iii.

Crucis virtus magna est l. i c. x. Greg. Alio a tempore. Item in eodem xi c. per totum &c.

Cruce signari debemus etiam quando comedere debemus l. i c. iii. Quadam vero die

Crucis signo Iudeus metulam fugat que eum de esu carnium temptavit l. iii c. vii.

Crux sancta terret demones etiam in infidelibus l. iii c. vii.

Cruce signati serpentes ab ariolo [illegible] moriuntur diruptis visceribus l. iii c. xxxv.

Cognoscunt boni bonos et malos in alio seculo et quo l. iiii c. xxxiii et xxxiiii.

De litera D &c.

Dedicando ecclesiam demones expelluntur l. iii c. xxx et l. iii c. xiii.

Decipere qui valuit bonos decipitur et punitur l. iii c. xiii. Alio tempore

Dyabolus omnibus bonis invidet et bona impedit ubi potest l. i c. i. Sed Iudeus

Dyabolus a divino officio quantum potest hominem trahit et a servicio dei l. i c. iii.

Dyabolus dolet cum fides dilatatur et ecclesie fundantur l. ii c. x et xi.

Dyabolus facit apparere aliquando aliquid quod non est in re l. i c. x.

Dilectionem tantam habuerunt aliqui sancti ut se pro vita corporis proximi ad mortem darent l. iii c. xxxvi. Ipse autem Petre.

Dona maiora aliquando deus dat et minora denegat hominibus &c. l. iii c. xiiii. Ignea

De litera E

Ecclesias visitantes debent esse mundi maxime appropinquantes reliquiis l. i c. x. Matrona &c.

Ecclesiam dum regunt indigni ipsa patitur l. iii capitulo viii. Vir quoque venerabilis.

Ecclesiam sancti Zenonis aqua honorat et eam intrare non vult l. iii c. xix.

Ecclesia dum dedicatur demones inde expelluntur l. iii c. xxx &c.

Ecclesias sanctorum edificantes ab eis non deminutur [illegible] l. iii c. xxxvii. Alio tempore

Elemosina honorat magister tritico evacuat Bonifatius puer suus et oratione eius cista impletur l. i c. ix. Vir quoque

Elemosina libenter est danda l. iii c. xxxiii et sequenti capitulo

Elemosina edificantur domus in alio seculo aureis laterculis l. iiii c. xxxvii. Ab eo.

Exaudit etiam in parvis et vilibus deus suos et [illegible] l. i c. ix. Hec itaque valde

Excommunicatio timenda est qua a communione separat l. ii c. xxiii.

Exemplum ut habeamus vitam emendandi deus aliqua plura ostendit l. iiii c. xxxvii post

De litera F &c.

Facta plura sunt sanctorum que sunt ab infirmis veneranda et non imitanda l. i c. i. Petrus

Facta omnia que egit Christus fecit ut nobis exemplum actionis preberet l. i c. ix. Redemptor &c. et [illegible]

Fame perire non permittit deus qui sibi confidunt et fideliter serviunt l. i c. xxi.

Fides iustorum magna operatur l. i c. xi.

Fides vera quam vera sit probata est a rege Leringildo l. iii c. xxxi. Preterea vero alio

Virtus fidei probata est ibidem c. xxxii.

Fides de eternis et spiritualibus cordis [illegible] pura est quia ea non videt l. iiii c. i.

Fidem habent etiam infideles &c. l. iiii c. ii.

Formatus sacerdos ostendit prisionem dampnatus l. iiii c. xxxi.

Furari bonis impune non cedit l. i c. iii et l. iii c. xiiii. Ab

Fures sanctis viris subtrahentes confunduntur l. iii c. xxii. Eadem [illegible] l. ii c. xxxi.

De litera G &c.

Gaudere non consueverunt boni de infortunio suorum persecutorum l. ii c. viii.

Gloriari non debemus in operibus bonis et etiam miraculosis l. iii c. xxxiii. A

De litera H &c.

Habitus secum qualiter homo debet l. ii capitulo iii.

Heretica mens fractus l. iii capitulis xxxi xxxii xxxiii et xxxiiii &c.

Hereticorum episcopus tectus fit [illegible] volens effugere ecclesiam et sibi eam dedicare l. iii capitulo xxix.

Histrionum genus dampnabile et qui sancti viri eos audire non debent l. i c. ix. Habuit pari

Hospitalitas deo multum placet l. iii c. xxxi

Humiliantes se deus honorat et exaltat l. i c. iii. Fuit vero Felix. Et Greg. prius Petre

Humiles vero gratulantur cum destituuntur l. i c. v. Greg. Digna valde

Honores fugiunt sancti l. iii c. xvi. A.

De litera I

Ignis vehementer ardens ex precatione beati Marcellini desiit ultra procedere l. i c. vi. Gregorius Eiusdem &c.

Ignis non vult tellam attingere. Unde nec eum in clibano cremare l. iii. c. xvi.

Iemunia ut frangatur diabolus quantum per laborat l. ii. c. xiii.

Incantaciones non habent virtutem in sanctis l. i. c. iiii. Greg. Fortunati etc. Eodem capitulo i.

Incantatores de sanctis hominum aufferre non possunt sed augent l. i. c. x. Matrona etc.

Infirmos visitare sine mora debent sacerdotes cum vocantur l. i. c. xii. In eodem etiam etc.

Infirmi qui gratias deo agunt in infirmitate multum merentur l. iiii. c. xx.

Infernus quod sit sub terra, et quod pena equaliter non sentitur ab omnibus, et quod est eterna, et quod dampnati eternaliter puniuntur l. iiii. c. xlii. xliii. et xliiii.

Improperia sua sancti viri libenter audiunt l. iii. c. xxxvii. Et.

Iudicia dei occulta sancti viri aliquando cognoscunt aliquando non possunt l. ii. c. xxi. et c. xxxi.

Iudicia dei occulta magis timenda sunt quam discucienda l. iiii. c. xxvii.

Iusti si quid desiderant eorum desideria implenda sunt, alias puniuntur qui eis contradicunt l. primo. c. x. Hec etc.

Iusti mortui ad vitam redire nollent l. i. c. x. In eadem tudertina etc.

De litera L.

Lampadibus accensis ornare ecclesiam laudabile est l. i. c. v. Cuius dam eciam. Item l. iii. c. xxx.

Liber ecclesiasticus concionator dicitur et quod salomon ea que locutus est in eo est locutus in persona diversorum contra se sentiencium l. iiii. c. iiii.

Lingue ab sciduntur episcopi catholicis pro eo quod contra perfidiam arrianam predicant, et tamen sine linguis locuntur l. iii. c. xxxii. per totum.

Luxurie impugnacio oratione fugatur l. primo c. iiii. Fortunati viri etc.

De litera M.

Magister esse non debet qui non didicit esse discipulus l. i. c. i. Petrus putans.

Maledicere hominibus non debemus l. iii. c. xv. a.

Mali semper persequuntur bonos et maxime illos qui eos a malo conantur trahere l. ii. c. iii.

Manus imponit infirmis amancius et melius habent et cruce signans serpentes disrumpitur l. iii. c. xxxv.

Martirii genus est duplex l. iii. c. xxvi. Duo sunt etc.

Martires fuit xl.ta rustici ideo quia carnes ydolis ymolatas comedere noluerunt. l. iii. c. xxvii.

Martires fuit xl.ta alii rustici pro eo quod caput adorare noluerunt l. iii. c. xxviii.

Martir fit hermingillus pro eo quod ab arriano episcopo communicare non vult l. iii. c. xxxi.

Miracula faciunt boni aliquando percipiendo aliquando orando l. ii. c. xxx.

Miracula fiunt aliquando solum per vestimenta sanctorum l. iii. c. xv.

Miraculum maius est peccatorem convertere predicacione vel oratione quam mortuum suscitare l. iii. c. xvii. Et alii senciant etc.

Miracula circa finem mundi dominus tot de animabus etc. l. iiii. c. xli. Et.

Miracula ut quis faciat duo maiora sunt, scilicet pietas et humilitas l. i. c. ii. Illo eodem capitulo. Et Greg. In opinione.

Missis triginta monachus proprietarius mortuus et penitens a purgatorio liberatur l. iiii. c. liiii. Quidam monachus.

Missa ut quotidie celebretur a devoto domino multum placet l. iiii. c. lv.

Missa celebrata pro captivis iuvat eos l. iiii. capitulo lv. Et hoc quoque.

Missa celebrata pro naufragantibus iuvat eos l. iiii. c. lv. Et Agathon.

Missa a peccatis vivientes purgat devote ymmolata l. c. lvi.

Missa peracta sacerdos se debet custodire a peccatis eciam levibus si vult quod essent in eo habeat custodia sacrorum l. iiii. c. lxi.

Missam celebrans vel eciam communicans nullus debet accedere in ira et rancore fratrum l. iiii. c. ultimo.

Missa cum celebratur celum aperitur et angeli assunt yma summis iunguntur l. iiii. c. lviii.

Misse iuvant purgantes animas in penis purgatorii l. iiii. c. liiii. per totum.

Misericordia sanctorum ita magna fuit ut quando non habebant quod se ipsos vendiderunt etc. l. iii. c. primo.

Misericordes deus numquam dimittit in necessitate l. i. c. ix. et fuit vir. Item nuper. Eodem capitulo l. ii. c. xxi. Et xxii. Item xxviii. Item li. iii. capitulo primo.

Monachum qui munus suscepit occulte arguit benedictus l. ii. c. xix.

Monachi sine licencia monasterium exire non debent l. ii. c. xxiii.

Mors est duplex l. iiii. c. xlv.

Mors aliquando purgat in sanctis quod purgabile

est in eis scz pura peta l. iiij. c. xlvj.
Mortem ut no timeant sancti dns eos alij reuelacionibus pius consolat l. iiij. c. xlvij.
Mortui iusti ad vitam redire nolunt. l. p°. c. x. In eadem tudertina.
Morientes sancti aliqn visitant a sanctis l. iiij. c. xij. xiiij. et xvij. Aliqn a xpo c. xvj. Aliqn a bta virgine. c. xvij. Aliquando a stis angelis caplo xix.
Moriens sanctis viris deus sepe post eorum mortem p miracula sctatem eorum ostendit et no ante l. iiij. cal xx. xxj. xxij. xxiij. et xxiiij.
Morientes sepe futura pdicunt l. iiij. c. xxxvj. vsqz ad finem et xxxvij.
Non mala morte puniuit sepe dns stos suos. ut p hoc pura eorum mala puniat li. qrto caplo xxiiij.
Mulieres vide martinus monachus no luit l. iij c. xvj. vir iste
Mulier familiaritate cauere debent etiam sancti. l. iij. c. vij.
Mutuum libenter dare debemus l. ij. c. xxxvj.

De litt N

Nobiles propter suam nobilitatem no dent se erigere sup sanctos l. ij. c. xx.

De litt O

Obedientie creature irrationabiles stis l. p°. c. iij. Greg. et felix et
Obedia mira vtus est. l. ij. c. vij.
Obitus suus aliquando viris stis reuelat l. iiij. ca°. xxiiij.
Ordinem sacrum indigne sumens punitur li. scdo. ca° xv.
Oracione sancti nonosi lapis inges transfert li° p°mo. ca° vij.
Oracione eius lampas fracta reparatur Ibi alio
Oracione eius vasa oleo implentur i lo qdam
Oracione sancti bonifacij epi vinum multiplicatur l. p°mo. c. ix. Gregori
Oracione impetrat idem a bta virgine septem aureos ibi et infra et alio quoqz loco
Oracione idem fugat erucas et implet horreum tritico l. j. c. ix. Nup quoqz et
Oracione vulpem compellit bonifatius ut gallinam reportet Ibi hec ita et li p°mo ca° x p totum
Oracione et meritis btus benedictus multa mira operatur vide de hijs p°mo. v°to. vj°to. ix. x. xj. xx. et xxj. xxv. xxvj. xxviij. xxix. xxx. xxxj. xxxij. xxxiij°. caplis li° scdo.
Oracione et auctoritate confisus aplica nimia et
claudum sanat l. iij. c. iij. Agapitus et
Oracione epi frigidiani fluuius transfertur de alueo suo. l. iij. c. ix. Simile quoqz eodem libro habes. x.
Orat ysaac per tres dies et noctes continue et quidam cum pauens q̄ yypocritam a demonio arripitur l. iij. c. xiiij.
Oraciones psunt animabus l. iiij. c. xl.

De litt P

Paciencia maior vtus est signis et miraculis l. j. c. ij. Petrus. libz qd dicis
Pacientia vincit omnia l. p°. c. ij. Greg. Reuerentissime
Parentes no debemus audire si voluerint nos a bona vita auertere l. iij. c. xxj°.
Pares in culpa ubi merito pares erunt in pena ubi pena l. iiij. c. xxxv. Cubile
Pascasius licet sctus tamen penam purgatorij sustinuit li. iiij. c. xl. et xli. Et Petrus placet quod dicis
Pauperibus elemosinam libenter dantes deus paupertatem eorum libenter supplet l. p°mo. ca° ix. Alio quoqz tpe
Peccatorem conuertere maius est p̄tium miraculum quam mortuos suscitare l. iij°. ca° xvij. Quid alij
Pena inferni quid sit, et quod anime in eo puniantur, et quod aliqui sunt ostensi dampnati l. iiij. ca° lib xxviij. xxix. xxx. xxxj. xxxij.
Pena infni aliquando aliquibz ostenditur ut vitaz suaz melioret l. iiij. c. xxxvj.
Pena et premia ostensi sunt militi cuidam qui ad vitam rediens narrauit que vidit. l. iiij. c. xxxvij. Ab. c.
Pena infni non equaliter sentitur ab omnibus l. iiij. c. xliij.
Pena infni est eterna sicut gaudium celi li. iiij. caplo xliiij.
Pena dampnatorum est eterna et quare l. iiij. caplo xliiij. Sed Petre
Preesse non debet qui subesse non didicit l. j. c. j. Petrus Putamus
Predestinata nobis precibus et labore nos obtinere oz l. j. c. viij p totum
Premia et peta cum quibz dec[?] accipe quo aliqn cognoscit in hora mortis etiam antequam egreditur l. iiij. c. xxxv.
Pueri cum loqui incipiunt celestis eis ianua clauditur a parentibus cum ab eis male nutriuntur et p peccatis non corriguntur l. iiij. ca° xviij. Ubi habes de puero blasphemo
Purgatorium quid sit pbat auctoritate et exemplo

l. iiij. c. xxxix et xl.
¶ Purgatorium sunt aliqui anime habent in hoc
mundo ita ut hominibus se ostendant l. iiij. c.
xl et lv. ; De littera R.

Religionem ingressus in ea perseve-
rare debet l. ij. c. xxv ;
¶ Religiosus malus ad extrema veniens
datus est draconi ad devorandum. sed
liberatus orationibus fratrum bonus post hec
efficitur. l. iiij. c. xxxviij. Habendum
¶ Religiosus ypocrita extra horam come-
dens draconi traditur et miserabiliter mori-
tur li. iiij. c° xxxviij. D. Est eciam etc.
¶ Rubius erat in facie Cassius episcopus et quia
ideo despiciatur deus per miraculum eum
glorificat li. iij. c. vj.

De littera S.

Sanctos spoliantes plagant li.
primo. ca° secundo
¶ Sancti exaudiunt se devote invocantes
l. j. c. iiij. Ea eciam que etc.
¶ Sancti obtinent precibus ab hominibus pro quo
petitur l. j. c. viij. Eo quoque tempore etc.
¶ Sancti viri timendi sunt. quia qui eos
commovet deum commovet l. j. c. ix. Adhuc
¶ Sanctorum desideria complere non est bonum li.
primo. c° x. Neque hoc ;
¶ Sanctos veneant eciam irrationabilia primo
et dyalogi l. iij. c. ij et iij. De eodem eciam
xj capitulo. Vir quoque
¶ Sancti tuentur loca ubi iacent sepulti
l. iij. c. xj. De quo
¶ Sanctos viros honorat deus post mortem
per miracula ut cognoscatur quante sanctitatis
fuerunt in vita. l. iij. c. xiij.
¶ Sancti honores fugiunt l. iij. c. xvij. A
¶ Sanctis placet ut eis serviatur lampadibus
vel luminibus li. iij. c° xxiiij.
¶ Sancti in celo honorant sepius devotos
sibi et sanctos in terra l. iij. c. xxv.
¶ Sanctimoniales deum offendere et sibi dispo-
nere deo multum displicet l. iij. c. xxvj.
¶ Sanctus eleutherius impetrat sancto gre-
gorio morbi allevacionem l. iij. c. xxxiij.
¶ Sanctitate unius alii plures a deo in spiritua-
libus preservantur a morte l. iij. c. xxxvj.
¶ Sancti vident pena dampnatorum et tamen
non orant pro eis l. iiij. c. xliiij. c. D
¶ Sancti purgatur animus peccatis in morte
li. iiij. c. xlvj.
¶ Sacerdotes et maxime episcopi habent potestatem
excommunicandi ligandi et solvendi super


ciam. l. ij. c. xxiij per totum
¶ Scriptura multa cognoscat beatus benedictus
l. ij. c. alibi. vij. xij. xiij. xiiij. xv. xvij. xviij. xix.
xx. xxj et xxxvij.
¶ Sepultura sanctorum honorare debemus li. p°
c° iiij. Gregorius. Similem non
¶ Sepeliantur ut quis in ecclesia ad quid valet
ei, et quia malis nil prodest ut in ecclesiis se-
peliantur sed magis obest l. iiij. c. viij.
Quidam monachus etc.
¶ Signa non facientes sancti plerique non sunt
dispares in meritis facientibus signa li.
primo. c° xij. per totum.
¶ Spiritualia ministrantes nichil accipere debent
l. primo. c° x. Alio quoque tempore etc.
¶ Spiritum prophecie prophete non semper habent l. ij.
c° xxj. prophecie spiritus
¶ Spiritus est triplex l. iiij. c. iij.
¶ Sompniorum ymagines sex modis contin-
gunt, et quomodo quidam credendo somp-
niis decepti sunt l. iiij. c. xlviij et xlix


De littera T.

Temptare bonos viros non est bonum
li° secundo. c° xiij.
¶ Tribulacioni suorum deus temperat ut sus-
tinere valeant l. iij. c. xij.
¶ Tristicias sustinere non patitur aliquis dei
per dilectione sanctos suos li p°. c° xij.
In eodem etc. De littera V.

Venenum bibit sabinus episcopus et
ille qui paravit sibi offerri mori-
tur. l. iij. c°. v.
¶ Vendiderunt se sancti ex ma[?] quando
aliud non habebant, et se tribuebant eciam
in servitute l. iij. c° primo
¶ Vinum in vase crescat gothorum meritis
sancti bonifacii l. primo. c. ix. Alio item tempore
¶ Visibilia non nisi per invisibilia videntur
et disponuntur l. iiij. c. v°.
¶ Vita est duplex libro iiij. c° xlij.

Explicit Registrum capitulorum in dyalogum
beati Gregorii secundum ordinem alphabeti
compilatum etc.





Sicut cer uus desi derat ad fontes

aqua rum i ta de siderat a

nima mea ad te de us vers Siti uit

anima me a ad deum vi uum

quando ueni am et appa re bo

ante fa ciem dei mei versus

